

præterea fore mihi vituperio, si non reminiscerer, tuæ beniuolentiæ, qua me tyrunculū, & in primis literis collegam tuum supra fidem amabas, idque adeo, vt cæteros omnes condiscipulos præ me vno nihili faceres. Vbi cumque tibi occurrebam, nūquā sine risu me alloqueris. Dextram (quod dici solet) a tertio vsque iugere mihi porrigebas, magnū & euidentis tui candoris/tuæque amicitie argumētum. Præterea, Blafius Madronetus Securiacus, tuus cliens/bonarum literarum audivissimus helluo (vt de Vticensi Catone scribit Cicero) nominis tui præco assiduus, non desistebat quotidie me presente, multa de virtutibus tuis/multa de literarum & literatorum amore, immodice prædicare, meiq; amorem indies tibi crescere affirmabat iuramēto. Quo ductus argumēto docere volui me nō esse ex eorū grege, qui beneficium nunquam agnoscunt, & apud quos interit statim gratia. Quod famulī tui minus, tam sincera fronte accipies, quam beniuolo datur animo. Vale homo per paucorum hominum, clarissimeque virtutis & literature. Et scribendum in calce huius operis tuo nomini Epigramma expectes aliquantisper.

¶ Jacobi albi Tetraſtichon de Rauifio Textore.

**P** Elignum Nasone tumet, Verona Catullo.  
Seque nouo mordax Epigrammate Bilbilis effert.  
Andes Virgilio Iuuenale superbit Aquinum,  
Corduba Lucano, TEXTORE Nauarra triumphat.

## MOYI VARIIS MODIS

MORTEM SIBI CONSCIVERVNT, AVT SE

alijs commiserunt occidendos.

1	<b>L</b> Vcretia.	35	Marſus Labeo	67	Demosthenes
2	Lucretius	36	Gordianus ſenior	68	Eratosthenes
3	Brutus	37	Galcrius imperator	69	Menippus phis
4	Porcia	38	Valerius	70	Mithridates
5	Cassius	39	Papyrius	71	Monyma
6	M. Antonius		Canuſia		Veronica
7	Cleopatra	40	P. Catienus	72	Statyra
8	Naara	41	M. Lollius		Roxana
	Charmione	42	C. Proculeius	73	Critolaus
9	Cato	43	Catulus luſtaciſ	74	Nicias
10	Carbo	44	Mneſter	75	Homerus
11	P. Craſſus	45	Portius latro	76	Othryades
12	Licinius craſſus	46	Labienuſ	77	Pontius pylatus
13	Cl. Regilianus	47	Meſſala coruinus	78	Themiftocles
14	Cor. Merula	48	Longinus	79	Mydas
15	Dolobella	49	Adrianus imperator	80	Publius Terentius
16	Fl. Fimbria	50	Sabina imperatrix	81	Theoxena
17	Licinius mæcer	51	Florianus imperator	82	Democles
18	Silanus manlij	52	Iulianus imperator	83	Bubalus
19	L. Silanus	53	Diocletianus imper.	84	Cleantes
20	C. Marius iunior	54	Magnentius		Chriſippus
21	Gn. Norbanus		Decentius		Zeno
22	Oppia veſtalis	55	Cecina	85	Cambyſes magus
23	M. plautius	56	Empedocles		Zari magus
24	Pomponius atticus	57	Sardanapalus	86	Sefoſtris
25	Taurea iubellius	58	Lycambes	87	Decebalus
26	Fannius Cepio		Neobole	88	Anaxagoras
27	Aria	59	Iudas	89	Ecelinus
28	Festus	60	Cleombrotus	90	Petrus de vineis
29	Cor. Gallus	61	Annibal	91	Iuba Rex
30	Syllius Italicus	62	Aſdrubal	92	Anchurus
31	Sophronia	63	Ariſtarchus		Curtius
32	Nero	64	Calanus indus	93	Cyane
33	Otho	65	Cleomenes	94	Aemilius
34	Petreius	66	Dinocrates	95	Callirhoe

QVI SE OCCIDERVNT.

96	Byfaltia	121	Adraftus	146	Iphis
97	Gidica	122	Sargapifes		Anaxarete
98	Anius	123	Praxalpes	147	Auctolia
99	Democritus	124	Boges	148	Amphion
100	Democrates	125	Petus Trafeas	149	Althea
101	Dioxippus	129	Herodes	150	Britona
102	Boudicea	127	Pyramus	151	Brotheus
	Pœnius posthumus		Thesbe	152	Canace
103	Milefię virgines	128	Eriſichthon	153	Alcyone
104	Scedafus	129	Dædalion	154	Defanyra
105,	Cambles	130	Dido	155	Aefacus
	Timagoras	131	Anna	156	Erigone
106	Meles	132	Euadne	157	Euenus
107	Timanthes	133	Hylonome	158	Iuturna
108	Tercus	134	Biblis	159	Ilice
109	Derceto	135	Hercules	160	Macaria
110	Laurentianus	136	Aegeus	161	Alceſtis
111	Petrus leonius	137	Hemon	162	Tyro
112	Næra	138	Sappho	163	Iole
113	Menophilus	139	Menecœus	164	Pharondas Tyrius
114	Argobaſtus	140	Iocasta	165	Amata
115	Gunnilda	141	Mopſus	166	Herennius Siculus
116	Hadingus	142	Phedra	167	Coma latro
117	Roluo	143	Ino	168	Licurgus
118	Starcatherus		Melicerta	169	Petronius Granus
119	Galeatius	144	Phillis	170	Cambyſes
120	Socrates	145	Atax	171	Mela

EXPLANATIO.



1  
Lucretia

VCRETIA puella, rarum Romanæ pudicitiaę lumen, egreferēs puriſſimū ſuaę caſtitaſis florem ab infami, & turpiſſimo tyrāno Tarquinio iuniorē Tarquinij ſuperbi Romanorū propterea regum vltimi filio fuiſſe corruptum, & ſtupratum, impatiens acceptaę iniurię palā ſe occidit, fecitq; vt populus ſcelus vlciceretur, & regū principum excuteret. Cuius mortis quotienſcumq; venit in mentem, laſchrymis nequeo temperare, ſed nec puellaę ſatis miſereri, aut ſtupratorem conuięs ad ſaturitatem aſpergere, ac demouere. Claudianus Lib. 1. in Eutropium. Viſceribus fruſtra caſtum Lucretia ferrū Merſit. Idem Claudianus de laudibus Serenę. Vulnere quæ proprio facinus teſtata tyranni Armauit patrię iuſtos in bella dolores. Exule Tarquinio, m. morandaq; concidit vno Vltā pudicitiam, libertatemq; cruore. Stroza pater Lib. 1. Eroticon. Vltā nefas animo, propriaq; Lucretia dextra. Inuięto occurret clara pudore tibi. Sabellicus. Nec ferro occumbens caſto traiecta cruore Foedafſet patrios moriens Lucretia vultus. Præter cæteros authores hiftoriam hanc elegantiffime ſcripſerunt Liuius lib. 1. & Ouidius ſub finem ſecundi Faſtorum.

2  
Lucretius

Lucretius poeta Phyſicus ſumpto amatorio poculo, eo furoris raptus eſt, vt manum ſibi intulerit, natus annos plus paulo quadraginta. Quinetiam eo, priuſq; moreretur delirio, diu ante fertur laboraſſe, neque ad ſcribendum carmen animum appuliſſe, niſi interfecta, interuallataque infania. Author Eufebius apud Crinitum, & Cælius cap. 26. li. 9. Politianus in Nutritia. Nec qui phyltra bibit, nimioque infanus amore. Mox ferro ocubuit, ſic mentem amiſerat omnem.

3  
Brutus.

M. Lu. Brutus vnus ex his qui Caſarem. 23. vulneribus in ſenatu cõfoderūt, ab Auguſto & Antonio Iulij mortem vlciferentibus apud Philippos expugnatus, deſperata iam victoria manum ſibi intulit, iuuante Stratone rhetore, anno luæ ætatis trigefimo. ne in manus inimicorum veniret authore Plutarcho. Vnde Pamphilus Saxus. Se gladio fodit Brutus, Cato fudit & ille, Quem timuit Ceſar, quem coluere patres. Qui rei hiftoriam Auidius ſituerit, eat ad Plutarchum.

4  
Portia.

Portia filia Catonis, audita morte Bruti mariti apud Philippos interfecti ferrum popoſcit ad inferendam ſibi mortem. Quod cum amici recuſaſſent, carbones hauſit, & inaudito mortis genere vitam finiuit, Authores Plutarchus & Val. Maximus. Vnde Marti, li. 1. Epig.  
Coniugis

Coniugis audisset fatum quum Portia Bruti,  
Et frustra sibi quaereret arma dolor,  
Nondum scitis (ait) mortem non posse negari,  
Credideram fatis hoc vos docuisse patrem.  
Dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas.  
Inunc, & ferrum turba molesta nega.

**C**. Cassius post interfectum Cæsare ab Antonio, & Augusto bello petitus, castra cum Bibulo iunxit apud Philippos. Verum quum inclinata videret aciem, vltro sibi mortem intulit eodem pugione quo in Cæsarem vsus fuerat auctore Plutarcho, vel (vt alij malunt) Pindaro liberto iugulandum se praebuit. Quod probat Iouianus de fortitudine bellica, dicens, Potuisset Cassius (etiam si Brutus ceciderat) reparare exercitum, nec tam repentino consilio, famulo iugulum suum praebere. Vide etiam Valerium de fidelitate seruorum.

} Cassius.

**M.** Antonius audita per falsum rumore Cleopatrae morte, seipsum gladio confodit, partim amore vxoris, partim desperatione rerum, q̄ ab Augusto victum se agereferret. De hac morte Paulus Orosius sic inquit, Antonius se ferro transtulerat, ac semianimis ad Cleopatram in monumētū (in quod se mori certa cōdiderat) perlatus est. Itē Propertius lib. iij. Castraq; Pelusi Romano subruta ferro, Antoniq; graues in sua fata manus. Item Suetonius in Augusto. Obfesaq; Alexandria, quo Antonius cum Cleopatra cōfugerat, breui potitus est. Et Antonium quidā seras cōditiones pacis tērantē, ad mortē adiecit, vidiq; mortuū. Item Eutropius lib. 7. rerum Romanarum. Victus est inquit ab Augusto nauali pugna clara & illustri apud Accium, qui locus in Epyro est, ex quo fugit in aegyptum, & desperatis rebus quū omnes ad Augustū transirent, ipse se interemit. Hoc multis verbis profecquitur Plutarchus in eius vita.

6 M. Ant.

**C**leopatra mortuo Antonio marito, vbi intellexit se ab Augusto in triumphum referuari, causa declinandae eius ignominiae, brachium aspidi mordendum praebuit, Cæsare Pyllos veneficos, qui serpentis venenum e vulneribus haustu reuocarent, et exurgerent. frustra ad mouente. Plutarchus scribit eam habuisse venenum in laminula quadam concaua, quam sub crine occultabat, sed tamen neque corpus deformatum, nec aliud vllum apparuisse veneni signum, nec aspidem ab vilo inspectam, sed tractus dumtaxat visos, ipsiusque brachium duas notas habuisse leuiter impressas, & humidas. Quibus Cæsar videtur fidem dedisse. Nam in triumpho, Cleopatram imaginem tulit cum aspidi mordicus affixa. Propertius de ea Li. iij. sic inquit. Fugisti tamen in timidi vaga flumina Nili, Accepere tuae Romula vincla manus. Brachia spectavi facris admorsa colubris. Et trahere occultum membra soporis iter. Item Horatius Lib. 1. Car. Fortis & asperas tractare serpentes, vt atrum Corpore combibere venenum. Deliberata morte ferocior Sæuis Liburnis, scilicet inuidens Priuata deduci superbo Non humilis mulier triūpho, vide Plynium Lib. 21. cap. 3.

7 Cleopatra

**C**leopatra & Charmione Cleopatrae ancille, spontaneam domine mortem imitatae sunt, auctore Plutarcho. Ac semituique repertae reginae iam mortuae coronam capite delapsam reponentes, immodico magni animi argumento.

8 Neera

**C**ato vticensis minor, primi pronepos, dolens & grauate ferens Pompeium (cuius partes fouebat) a Cæsare (cui aduersabatur) superatum, suo quoque gladio incubuit, lecto prius Platonis Phaedone de anime immortalitate, cuius audita morte Cæsare dixisse ferunt, & se Catonis inuidere gloriae, & suae Catonem inuidisse. Sic autem abiit de vita, vt testimonio Ciceronis, causam moriendi natum se esse gauderet plurimum. Quod autem egro animo ferret victoriam Cæsaris, eiusque iugum detrectaret testatur Claudianus Lib. primo in Eutropium dicens. Et qui sub iure negasti viuere Cæsareo, paruo procede sepulchro Eutropium passure Cato. Maturanus. Nec tu tua viscera telo Ipse tuo lanias, quae mors miseranda Catonis impleuit, q̄ eum lucis vitaeque puderet. Dicitur est Vticensis ab Vtica vrbe Africae in qua se occidit, auctoribus Plynio, Lib. 5. Appiano Lib. 2. & Gellio, Lib. 13. De eius morte plerique meminerunt, Lactantius. Multi ergo inquit, ex his, qui aeternas esse animas suspicabantur, tanquam in caelum migraturi, sibi ipsis manus intulerunt, Ex Romanis Cato, qui fuit in omni sua vita Socraticae vanitatis imitator. Item paulopost, Homicidae inquit illi omnes philosophi, & ipse Romanae sapientiae princeps Cato, qui antequam se occideret, perlegisse Platonis librum dicitur, qui est scriptus de aeternitate animarum, Item Pamphilus, Se gladio fodit Brutus, Cato fodit & ille, Quem timuit Cæsar, quem coluere patres.

9 Cato vticensis

QVI SE OCCIDERVNT.

- 10 **Carbo** ¶ Caius Carbo summus orator æqualis Gracchorum homo seditiosus propter perpetuam in populari ratione leuitatem, mortem voluntariam se a feueritate ciuium vindicauit, author Cicero de claris Oratoribus. Fuit & alius Caius Carbo orator & ipse, quem accusantē Lucio Crasso cantharidas sumpfisse, author est idem Cicero lib. nono episto. famil. Papyrio Peto scribens.
- 11 **P. Craff.** ¶ P. Craffus Craffi oratoris frater, iuris peritus, quum factionem sequeretur Marianam, ne in manus inimicorum incideret, seipsum interemit, Volateranus.
- 12 **Licinius Craffus** ¶ P. Licinius Craffus consul contra Aristonicum Eumenis filium profectus, exercitu suo profligato barbarum quēdam ad inferendam sibi mortem prouocauit, ne ab hostibus trahe retur captiuus, author idem Volateranus.
- 13 **Cl. Regilianus** ¶ App. Claudius Regilianus stuprata Virginia virginij Centurionis filia in carcerem a populo crimen vlciscente coniectus, sibi manus intulit. Liius lib. tertio.
- 14 **Cor. Mersula.** ¶ Cor. Merula flamen dialis, partium Syllanarum ingresso vrbe Mario, Venas in iouis æde sibi succidit, vt contumeliosæ mortis damnationem effugeret. Author est Vale. Maxi. Olobella Cæsarianus, interfectorum cæsaris, hostis acerrimus, multis prælijs in Syria cum Cassio congressus est, a quo postremo victus gladio se transuerberauit, causa declinandæ maioris ignominie. Appianus li. quarto bellorum ciuiliū ait ipsum obrulisse caput custodi corporis, monuisseque vt abscissum Cassio deferret, quo proprium feruaret.
- 16 **Fimbria** ¶ Fl. Fimbria ciuis iniquissimus, Asiam prouinciam ingressus arreptis imperij insignibus, a Sylla postmodum Pergamæ oppressus est, & a corrupto exercitu destitutus, Itaque rerum desperatione sibi mortem intulit, author Plutarchus.
- 17 **Licinius Macer** ¶ Licinius macer prætorius, repetundarum postulatus, vbi per nuncium intellexit Ciceros nem sibi aduersari, faucibus laqueo constrictis voluntaria morte pœnam præuenit, author Valerius Maxi. de mortibus non vulgaribus.
- 18 **Silanus** ¶ T. Manlius non is qui filium securi percussit, sed alter iuris pontificij peritus, iudex inter macedones accusatores & filium Silanum constitutus, audita causa ita pronūciauit. Quum probatum sit, Silanum filium meum pecuniam accepisse, ipsum rep. et prole mea indignum iudico: Itaque Silanus a patre repudiatus, dolore animi se suspēdit proxima nocte, cuius exequijs neque pater interfuit, neque suadentibus vt adesset, aures præbere voluit, author Valerius Maximus de feueritate.
- 19 **L. Silanus** ¶ Fuit alter L. Silanus Claudij principis gener, qui erepta sibi Octauiā, dataq; Neroni, præ dolore gladio suo incubuit, idque die nuptiarum ad augēdam inuidiā, author Cor. Ta. li. 12.
- 20 **Marius Iunior** ¶ Marius Iunior a Sylla e Mithridatica victoria redunte cum toto exercitu fufus, in Coppidum Prænestæ se recepit: Vbi obsessus, quum nulla effugij pateret rima, aut via salutis, se Pontio Telefino præbuit iugulandum, author Liius. Priusquam autem Sylla rediret in vrbe, Marius vniuersam prope nobilitatem interfecerat. Quæ res fuit in causa, vt superatus, veniam desperaret. Ferunt Syllam ex eiusdem exercitu duodecim milia morti dedisse.
- 21 **Gn. Norbanus** ¶ Gn. Norbanus victus a Sylla, exulauit apud Rhodios. Vbi comprehensus, seipsum interemit. Ideo autem a Sylla bello petitus est, quod eius legatos de pace violauerat, autho. Liius.
- 22 **Oppiæ vestalis** ¶ Oppiæ vestalis stupri comperta sibi mortem intulit, grauioris supplicij metu, ne scilicet vna sub terra defoderetur instar Floroniæ alterius puellæ.
- ¶ Redibile est Romanos in ipsa origine suæ gentis, obseruantissimos fuisse religionis, quum tam graui supplicio, tormentisque adeo inauditis in puellas ipsas animaduerte rent. Quæ feueritate si in cæteros quoque homines vsi essent, non legremus tam infamia vtriusque veneris portenta. Nec vsque adeo suæ libidini paruissent, qua tantam maculam, tantamque sibi contraxerunt infamiam, quantam postea bellica virtute gloriam. Re uolue Imperatorum, omniumque fere Romanorum vitas, nihil passim leges non referūt stupris, incestibus, adulterijs, meretricijsque amoribus. Quod mitiore aliquanto fronte esset tolerandum, nisi essent plurima Soradicam lasciuiam, spurcosque amatorum concubitus, vbi que olentia. Neque tamen lex vnquam lata est ad comprimendam huiusmodi obscœnitatē. Aut si lata est, obseruata saltem non legitur, quum hoc ipsum flagitium in plerisque inultum mansisse, scriptorum testimonio confet. Quis puniuit incestum M. Antonij cum Faustina forore, Caracallæ cum Iulia nouerea, Caligulæ cum fororibus, Neronis cum matre: Quæ lex P. Clodij Iulie Agrippinæ, Sallustij & Augusti adulteria cohercuit: Quis posticam Adriani cum Antinoo libidinem repressit: Romani impurgabilia pleraque flagitia conniuerunt dissimularunt, & aure furda præterierunt. In multis vero leuioribus pœnam constituerunt. Apud eos

Apud eos probrum erat Censorium agrum male colere, aut equum indiligenter curare. In dicebatur hostis patrie, qui factionem mouisset. Multi obrem nihili vapulabant, & (vt est in adagio) Bolyti pœnam luebant, qui in grauiore culpa manebant impuniti. Hoc quare fecerint, non video, nisi quod ipsæ omnes vlceribus scatebant, eadem lepra erant infecti. Propterea non audebant libere ea obiurgare aut punire, quæ cum cæteris perpetrabāt. Sed sane pœnas quamuis lentas dederunt. Nam (vt alios taceam) ex omnibus fere imperatoribus vix vnum aut alterum reperias, qui misero vitæ exitu non euomuerit vitā. Nostri quoque diebus quieta nunquam est Italia. Nunc Heluetij vrbes populabundi/ totam spoliati. Alternatim demum Hispani veniunt ad prædam. Postremo Cisalpini Galli toties in eam ducunt copias/ toties opprimunt, vt me misereat tot eius calamitatum. Nec tamen propter ea resipiscunt, quin semper (ita saltem dicitur) voluptati seruiant & agant Epicuros.

**¶** Orestilla. M. Plautium maritum in Asiam cum sexaginta nauibus profectum secuta, Tarrenti ex morbo decessit, Cuius dum celebrarentur exequiæ & cremaretur cadaver, Plautius doloris impatiens, & appetens mortis, in Rogum se coniecit, quem togatum calcæatūque corpori vxoris iunxerunt amici. Author Val. Max. de amore coniugali.

23  
Plautius.

**P**omponius Atticus eques Romanus Ciceronis amicus, in vltima senectute morbo correptus, seipsum cibi abstinentia necauit. Multa fuerunt in eo laude & commendatione digna, quæ quamuis ab instituto sint aliena, placet tamen in medium afferre, vt legentium prolixe moribus. Tanta imprimis fuit erga domesticos facilitate vt iurauerit cū matre nonagenaria se nūquam in gratiam rediisse. Cum sorore pariter nullam gessit similitatem, dictitans cum his minime irasci oportere, quos diligas. Abstinentia præterea singulari, vitæque a luxu, ambitione & cupiditate rerum aliena vt qui præter patrimonium nihil vnquam appetuerit, nihil ædificauerit, nihil emerit. Fuit & litium maxime fugiens, popularis que factiones Vatiniano prosequatur odio. Propterea quum vidisset Rempub. tumultu Cinnano turbatam, Athenas concessit, vt illic tranquille viueret, nemine studia interpellante. Eruditus omnibus mirum in modum fuit, adeo vt pulsus ab vrbe Ciceronem, & Brutum fugientem magna iuuerit pecunia. Mendacium nec dicebat, nec etiam poterat pati. Quapropter omnes amici res suas ei curandas dabant & seruandas, author Cornelius Nepos in eius vita.

24  
Pomponius Atticus.

**¶** Taurea Iubellius Campanus capta a Fulvio Capua, coniugem primum ac liberos, postremo seipsum ad pedes imperatoris gladio transfixit, ne quid indignum aut ignominiosum, captiuus parteretur. author Liius lib. 26.

25  
Taurea Iubellius

**¶** Fannius Cepio depræhensus in coniuratione aduersus Augustum, sibi mortem consciscuit. Martialis lib. secundo. Hostem cum fugeret se Fannius ipse peremit. Hic rogo non furor est, ne moriari mori.

26  
Fannius Cepio.

**A**ria mater (nam fuit eiusdem nominis filia) damnato Pæto marito, fodit corpus gladio, quem vulnere educens ipsi Pæto quærenti dedit, vt idem post faceret. Mart. li. i.

27  
Aria

Castra suo gladium quum traderet Aria Pæto,  
Quem de visceribus traxerat ipsa suis.

Si qua fides, vulnus quod feci, non dolet, inquit,

Sed quod tu facies, hoc mihi Pæte dolet. Vide epi. decimam sextam tertij li. Pli. Iunio.

28  
Festus.

**¶** Festus Domitiani amicus, dum mentagra vsque ad desperationem remedij laboraret, gladio se traiecit, prius tamen amicos consolatus. Quam eius mortem Martia, lib. i. sic describit.

Indignas premeret pestis quum tabida fauces,

Inque ipsos vultus serperet atra lues,

Siccis ipse genis flentes hortatus amicos,

Decreuit stygios Festus adire lacus.

Nec tamen obscuro pia polluit ora veneno,

Aut torfit lenta tristitia fata fame.

Sancta Romanam vitam sed morte peregit,

Dimisitque animam nobiliore via.

Hanc mortem fati magni præferre Catonis

Fama potest, huius Cæsar amicus erat.

29  
Cor. Gal.

**C**or. Gallus poeta Elegiographus Virgilij amicus & coetaneus, ab Augusto præfectus Aegypti designatus, Thebarum ciuitatem spoliasse dicitur. Propterea cum repretundarum postularetur, furtique & populatæ accusaretur prouinciæ, nobilium indignationem formidans, sibi mortem intulit, anno sue ætatis, 43. Author Ammianus Marcellinus, qui lib. 17. rerum gestarum sic inquit. Longe autem postea Cornelius Gallus res tenens Roma

QVI SE OCCIDERVNT.

tenēs Romanas, Aegypti procurator, exhaussit ciuitatem plurimis interceptis. Reuerfusq; quum furtorum arcelleretur, & populatę prouincię, metu nobilitatis acriter indignatę ( cui negocium spectandum dederat imperator ) stricto incubuit ferro. Item Ouidius lib. 3. Eleg. Tu quoque si falsum est temerati nomē amici / Sanguinis, atque animę prodige Galle tue. Item Politianus in Nutricia. Ceu Galli Mima Citheris Personā falsę laiciua Lycoridos affert In scenam, & docto clausam se iactat amati, Dum miser ipse suo fodiat p̄cordia ferro. Item propertius Lib. 2. Et modo formosa, qui multa Lycoride Gallus Mortuus inferna vul nera lauit aqua. Alia tamen causa ad inferendam sibi mortem motum volunt plerique, q̄ scilicet Augusti domo ei fuisset interdictum, vt scribit Tranquillus. Alij ob linguam nimis effrenem. Quod & Ouidius videtur probasse, vbi ait. Non fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo. Sed linguam nimio non tenuisse mero.

30

Syllius

31

Sophronia

32

Nero.

¶ Syllius Italicus poeta incurabilis morbi tædio, voluntariam oppetit mortem, annos natus . 75 . Politianus in Nutricia de eo sic scribit. Ipse obiit pleniusq; ætati, natoque superfluo, Aspera congenito fixus vestigia clauo. Vide epistolā septimā tertij lib. Plynij Iunioris.

¶ Sophronia Romana, Christiana Lucretia, quū vim Decij principis sibi quotidie infidiat, non posset declinare, arrepto gladio per consensum mariti se confodit, author Eusebius.

**N**ero Domitij & Agrippinæ filius, fax totius orbis, impuraque scelerum omnium sentina, post maiora numero flagicia, hostis patriæ a senatu iudicatus ne quid suis meritis dignum pateretur, aut collo in furcam cōiecto virgis cæderetur ( vt ait Eutropius ) urbem egressus sequētib; Phaone / Epaphrodito / Neophitoque & spadone Sporo, semet ictu gladij transegit, ad quartum vrbs miliarium, adiuuante trepidantem manum impuro Eunucho. Perijt autem anno ætatis suę . 32 . Cuius interitu vniuersa Roma adeo gauisa est, vt plebs induta pileis manumissionum, tanquam seuo exempta domino triumpharet. Ausonius. Matricida Nero proprij vim pertulit ensis. Sidonius, Matricida Nero proprio se percudit ense. Pontanus de stellis Lib. 3. Sic errant miseri manes, atq; vmbra Neronis, Sic Otho, qui in se ferrum strinxere nefandum. Suetonius ait eum in inferenda sibi morte adiutum fuisse ab Epaphrodito a Libellis, Eutropius a Sporo.

33

Otho.

¶ Otho imperator quāuis mollissime semper vixisset, ad . 60 . vt ad muliebres accederet mūdicias, victus tamen a Vitellio apud Bebraicum, ausus est sibi mortem consciscere, quāuis multas haberet copias, possetque victoriam sperare. Quod fecisse odio bellorum ciuiliū dicitur author Plutarchus. Propterea Martialis Lib. 6. eius mortē Catonianę antepōnit. Cato enim interfecit se Viticę, copijs iam profligatis, ne in hostes incideret. Otho vero adhuc integro exercitu, ne bella ciuilia gererentur. Verba Epigrammatistę sunt hæc.

Quum dubitaret adhuc belli ciuilis Enyo,

Forfitan & posset vincere mollis Otho,  
Dannauit multo saturum iam sanguine Martem,  
Et fodit certa pectora nuda manu.

Sit Cato (dum viuuit) sane vel Cæsare maior;

Dum moritur, nunquid maior Othone fuit?

De huius imperatoris morte alij quoque meminerunt. Iouianus Lib. 3. de stellis. Sic errant miseri manes, sic vmbra Neronis, Sic Otho, qui in se ferrū strinxere nefandum. Item Sextus Aurelius victor. Hic (inquit) a Vitellio primum apud Placentiam, dehinc apud Bebraicum victus, semet gladio transfixit, anno ætatis . 37 . Adeo amabilis militibus proprijs, vt plerique corpore eius viso suis manibus mortem sibi consciuerint. Item Ausonius. Mox Otho famosus, clara sed morte potitus. Tranquillus quoque in eius vita sic inquit. Posthęc sedata siti, gelidæ aquæ potione, duos arripuit pugiones, & explorata vtriusque acie, quum alterum puluino subdidisset, foribus adopertis arctissimo somno quieuit. Et circa lucem demum expergefactus, vno se traiecit ictu, infra leuam papillam, irrumpentibusque ad primum gemitum, modo celans / modo detgens plagam, exanimatus est, & apud Veliternam (ita præceperat) funeratus, 38. ætatis anno, & 95. die imperij.

34

Petreius

¶ Petreius dux Compeianus a Cæsare in Hispania superatus, se ferro & inedia interemit. Vnde L. flor. Tuba (inquit) quum se recepisset in regiā magnifice exulatus, postero die cum Petreio fuge comite, superque mensas & pocula, interficiēdum se ei præbuit. Ille regi suffecit & sibi. author etiam Luitus Lib. 114. & Appianus Lib. 2.

35

Labeo

36

Gordianus

nus

**I**abeo Marsus in calamitate Macedonica, quum celer hostis premeret, seque, natumque gladio traiecit, ne victoris Octauij vultum sustineret. Author Pontanus de fortitudine bellica.

¶ Gordianus senior audita filij morte (qui pro patria in bello occubuerat) laqueo se suspendit, iam

- dit, iam octogenarius, partim dolore amissi filij, partim ne traheretur captivus. Ammianus Marcellinus Lib. 26. In Africa (inquit) superior Gordianus in imperium raptus, aduentantium periculorum angoribus implicatus, vitam laqueo spiritu intercluso profudit. 37
- ¶ Galerius imperator quum Christianos omnibus (quibus potuerat) tormentis affecisset tandem in morbum incidit, cuius impatientia/gladio sibi latus aperuit, auctore Volaterano. Ba- 38  
pista Egnatius ait illud tedium vitæ ei irreplisse ex genitalibus paulatim putrescentibus.
- ¶ Valerius dū cum Valeria Tusciana filia nescius cōcubuisset, agnita postmodum culpa/ 39  
se præcipitavit. Author Aristides apud Plutarchum.
- ¶ Papyrius Romanus quum sororem Canusiam gravidā fecisset, & illa gladio a patre misso 40  
sibi corpus confodisset, seipsum quoque mortuæ sorori dedit comitem. Author Chrysippus  
libro. 1. Rerum Italicarum apud Plutarchum.
- ¶ P. Catiens Philotimus patronum adeo dilexit, vt heres omnibus bonis institutus, in eius 41  
rogum se coniecerit. Author Ply. Lib. 7. Cap. 36.
- ¶ M. Lollius infamatus regum muneribus in toto oriente, interdīcta amicitia a C. Cæsare 42  
Augusti filio/venenum bibit. Plynius Lib. 9. Cap. 35.
- ¶ Idem Plynius Lib. 36. Cap. 24. scribit Cn. Proculiū Augusti Cæsaris familiarem in ma- 43  
ximo stomachi dolore gypso potu conscivisse sibi mortem.
- C** Atulus Luctacius orator, qui Marij collega fuerat in consulatu, & de Cymbris vna 44  
triumphum egerat, ab eodem postea mori iussus, inclusus domi, accēlis carbonibus  
se suffocavit. Author Plutarchus in Mario. & Valerius maximus.
- A** Grippina a Trierarcho, aliisque Neronis satellitibus interfecta, Mnester eius libertus 45  
se ferro transegit. Incertū charitate in patronū, an metu exitij. Author Cor. Tacitus.  
Libro. 14.
- ¶ Adnotatum est in Chronicis M. Porcium latronem præstanti virum memoria duplicis 46  
quartanæ tædio, manum sibi admovisse, atq; ita functum fato, Authores Sabellicus, & Cæ-  
lius Cap. 35. Libri sexti.
- ¶ Labienus poeta videns libros suos ob nimiam carpēdi libertatem publico decreto com- 47  
buri, suis superuivere non potuit monumentis, ac propterea spontancant oppetit mortem.  
Author idem Cælius ibidem.
- ¶ Messala Coruinus orator, ante biennium quam moreretur, ita memoriā ac sensum amis- 48  
sit vt vix pauca verba coniungeret. Ad extremum vero enato circa os vlcere, inedia se con-  
fecit. Author Cælius.
- ¶ Longinus Adriani imperatoris legatus, a Decebalo Dacorum Rege ( in quem certabat) 49  
circumuentus, ebibito veneno seipsum interemit. Author Dion Cassius.
- A** drianus imperator Mastorem quendam barbarum (quo propter robur & audaciam 50  
plerumque vsus fuerat in venationibus) partim minis partim pollicitationibus im-  
pulsit, & coegit, vt cædem sibi inferret, circumscriptisque locum sub mamilla, quem  
Hermogenes medicus demonstrauerat. Quo lœthaliter percusso, sine dolore expiravit,  
Testis idem Cassius. Hoc autem fecit incredibili membrorum omnium cruciatu impulsus,  
qui etiam morbi subtercutanei dolore multos e senatu prius extinxerat, vt scribit Dextus  
Aurelius.
- ¶ Sabina imperatrix eiusdem Adriani vxor, ferulibus prope iniurijs ab eo affecta, ad mor- 51  
tem cucurrit voluntariam, q̄ tam immane ingenium, humanique generis perniciem pepe-  
risset. Author idem Aurelius.
- ¶ Florianus imperator, qui Tacito successit, dolens Probum militiæ peritum a magna exer- 52  
citus parte fuisse electum, sibi ipsi venas incidit, effusoque sanguine consumptus est. Au-  
thor idem Aurelius.
- ¶ Iulianus imperator factus in Italia, acto per costas pugione, in ignem se abiecit, eodem 53  
Aurelio teste.
- ¶ Diocletianus imperator a Licinio & Constantio grauiter literis obiurgatus, q̄ Maxentio 54  
diceretur fauisse, metu ignominiosæ mortis venenum hausit. testis idem Aurelius.
- ¶ Magnentius a Constantio imperatore apud Iugdunum superatus, admoto parieti gladio 55  
(vt ictum iuuaret) corpus sibi confodit. Quo audito Decentius eius frater præpostera laquei  
morte vitam finiuit apud senonas. Authores Pomponius Lætus, & Egnatius.
- ¶ Pater Licinij Cecina vir prætorius, ob diuturnæ valetudinis tædiū ac dolorem sese opio 56  
necauit. Plynius lib. 20. Cap. 18.
- ¶ Empedocles Siculus poeta immortalitatem nouo genere affectans, se in Aetnam 57  
coniecit. Vnde Horatius in arte. Dicam, Siculique poetæ Narrabo interitum. Deus im-  
mortalis

mortalis haberi Dum cupit Empedocles, ardētem feruidus Aetnam insiluit. Item Ouidius in Ibin. Aut tu Trinacrii lalias super ora Gygantis, Plurima qua flammās Sicānis Aetnavo mit. Item Lactātius lib. 3. de falsa sapiētia. Cap. 18. Multi ex his qui eternas esse animas suspi cabātur tanq̄ in cōlū migraturi essent, sibi ipsis manus intulerūt, vt Cleātes, & Chrysiippus, vt Zeno, & Empedocles, qui se in ardentis Aetne specum intempesta nocte deiecit, vt quū repente non apparuisset, abisse ad deos crederetur. Item Politianus in Nutricia. Ceu maxi mus ille, Acrifonas pedibus qui quondam inductus Amyclas, Insiluit Siculi rapidum crate ra camini. Claudianus in cōsulatu Mālij Theodori. Alter in Aetneas casurus spōte fauillas

57  
Sardanapalus

Inque pyram tecum charissima corpora mittas,

Quem finem vite Sardanapalus habet.

Sidonius. Non Mædis caput Arfacem profabor, Nec quam diuite (quum refugit hostem)

Arscit Sardanapalus in fauilla, Sabellicus in hunnij originem.

Ultimus ille fuit regni corruptor auiti,

Cuius delicias & mollia scœpra superbus

Non tulit Arbaetus, sed fortia comparat arma,

Aggrediturque fenam, victumque ad nobile fatum Compulit. Mantuanus lib. 1. de Cala;

Post clarum facinus fugit solitum, ꝑ cubile Depositis repetens armis, se misit in ignes, Fœ-

mineos semper mores imitatus & artes, Hoc animi fortis moriens opus edidit vnum;

58  
Lycæbe  
Neobole

**A**rchilocus poeta Parius, repudium ac repulsam passus in nuptijs Neoboles Lycam bis filia sibi promissa, Iambis tum primum a se repertis satyricæ adeo & grauitate Ly cambem ipsum deuouit, & insectatus est, vt eum cum filia ad furcam impulerit Vnde Horatius. Archilochum proprio rabies armauit iambo, Et Ouidius in Ibin. Post modo si perges, in te mihi liber Iambus Tincta Lycambeo sanguine tela dabit. Politianus in Nutricia. Licet acrem effusus in iram Ore Lycambiadas rabioso occiderit ambas Archilochus.

59  
Iudas

**I**udas (vt omnes compertum habent) quum deū Iudeis prodidisset, & exili pecunia ex- posuisset vanalem, rādem ad se rediens, & sceleris perpendens grauitatē, desperata ve- nia (quæ tamen proditi clementia sperari poterat) ad laqueum properauit, & notissimo diuine vltionis argumento crepuit mædius, authore Sabellico.

Quis furor o Iuda, vel quæ tenebrosa mouebat

Te cæci nubes animi, regem dare venum

Iudeis canibus, recutite prodere genti?

Tu modico vendis precio, quem vendere nullo

Aut poteras, aut debueras. Quo crimine furca

Dignus erat, mediosque inter pendere latrones?

Cur tundi meruit colaphis, cur verberare plecti,

Aut cur spiniferam portare in fronte coronam?

Perfide nulla tuæ manet excusatio culpe.

Tu rigido triplex in pectore marmor habebas,

In venis silicem, in fibris adamanta ferebas.

Credo ego te Lybicæ mammas fuxisse leænæ,

Ceruicemque tui scopulo rupisse parentis.

Propterea si te laquei mors aspera nigros

Miserit ad manes, si nunc lapis & rota torquent,

Si fibras volucris comedit ieiuna renatas,

Si vacuo demens hauris modo flumina cribro,

Si colubri immānes circum tua tempora repunt,

Tu licet exclames, ex rauco gutture plangas,

Nec tibi sit requies, lachrymas non excutis vlli.

Quam pateris, merito pateris sæuissimæ pœnam.

60  
Cleombrotus

**C**leombrotus seu Theombrotus ex Ambracia, quum legisset opus Platonis de anima

Crum immortalitate a Socrate inscriptum, sponte se præcipitavit. Ouidius in Ibin. Vel de præcipiti



de præcipiti venias in tartara saxo, Vt qui Socraticum de nece legit opus. Laçantius. Quid (inquit) Ambraciotas ille, qui quum eisdem librum perlegisset, præcipitem se dedit, nullam aliã ob causam, nisi quod Platoni credidit. Quod si fecisset Plato, ac docuisset a quo, & quomodo, & quibus, & quæ ob facta, & quo tempore immortalitas tribuatur, nec Cleombrotum impigisset in mortem nec Catonem. Cicero Libro. i. Quæst. Tuscul. Callimachi inquit Epigramma in Ambrociatam Cleombrotum est, quem ait, quum nihil ei accidisset aduersi, e muro se in mare abiicisse lecto Platonis Libro.

**A** Nnibal Amilcharis filius, dux Carthaginensium, post L. Cor. Scipionem, patrem Scipionis maioris superatum, Sempronium ad Trebiam. C. Flaminiū ad Trasimenū magnis cladibus affectos. P. Aemylium apud Cannas cū toto exercitu deletū. Claudium Marcellum occisum, a Scipione iuniore postremo victus, & fugatus, ad Antiochum primum, deinde ad Prusiam Bithyniæ regem confugit. De cuius fide dubitans, quoniam videbat Flaminiū legatum a Romanis missum, ac se paulatim a militibus circumseptū, venenum (quod in anulo gerebat) hausit. Sunt qui dicant Prusiam consiliū inisse cum Q. Flaminio Romanorum legato de prodendo Annibale, cuius tamen opera Eumenē regem Persæ debellauerat. Ipsumque Annibalem cognita proditiōe sanguinem taurinum ebibisse, eoque potu mortuum concidisse. Testes Clitharchus & Stratocles apud Plutarchū, qui mortem dixisse ait. Soluanus ingenti cura populum Romanum, Mantuanus de eius morte. Non tincta veneno Pocula mortifero fumis, quo se qua tulerunt Pœuum facta ducem. ¶ Afrubal dux in tertio bello punico a Scipione Aemiliano victus, in medias vrbs flammæ sese cum filiis gessit. Author Liius. Sed quoniam multi eius nominis fuerūt, vide, vt de quo loquaris intelligas.

¶ Aristarchus grammaticus Alexandrinus, homo doctissimus, quum hydropisi laboraret, seipsum cibi abstinētia interfecit, annos natus. 72. Hic ille est Aristarchus, qui sub Ptolemæo Philometore floruit, Olympiade. 156. cuius & filium erudit. Scripsit cōmētarios supra mille. Discipulus fuit Aristophanis Grammatici. Fuit autē cēsuræ adeo critica, seueræque iudicio, vt prouerbio locum g. ne fecerit. Eos enim vocamus Aristarchos, qui nihil non examinant, & omnia diligenter expendunt. Duos habuit filios Aristarchum & Aristagoram degeneres, & patri omnino dissimiles. Fuit alter eiusdē nominis Tegeates poeta Euripidis cœtaneus, quem Aesculapius morbo liberauit, Quod ego adieci, vt intelligeret lector, vter fuerit, qui mortem sibi conscuerit. Suidas apud Volateranum.

**C** Alanus Indus vnus ex Bragmanibus (quo nomīe dicebantur Indorum philosophi) ex ipsa India ad Persidem vsque Alexandrum secutus, vltro & nullo cogente in rogam se coniecit. Quod videns Alexander, percōtari cœpit, vellet ne aliquid mandare moriens. Tum ille, nihil inquit, Propediem te videbo. Nec multis post diebus Alexandro veneno interiit. Cicero Lib. 2. Quæst. Tuscul. Calanus Indus (inquit) indoctus ac barbarus, in radicibus Caucaasi natus, sua voluntate viuus combustus est. Idem Lib. 1. de Diuinatione. Ad mortem proficiscens Calanus Indus, quum incederet in rogam ardentem, O preclarum discessum inquit, e vita, quum (vt Herculi contigit) mortali corpore cremato / in lucem animus excefferit. Quūque Alexander eum rogaret, si quid vellet, vt diceret, Optime inquit, propediem te videbo. Quod ita contigit. Nam Babylonie paucis post diebus Alexander est mortuus. Testes etiā Valerius de miraculis & Plutarchus in Alexandro.

**C** Leomenes dux Lacædemoniorum ab Antigono victus, ad Ptolomæum se recepit, a quo benigne primum exceptus postmodum a Nicagora proditiōnis accusatus, in carcerem detrusus est. Vbi quum aliquot alijs voluntariam oppetijt mortem. Mortuum rex pelle nudauit, & affixit cruci. Author Plutarcho. Herodotus ait Cleomenem a furis insipientem / se detruncasse, carneque e tibijs ad femora / e femoribus ad coxarum vertebrae proscidisse, atque in rescindeodo vtero expirasse. Hoc confirmat idem Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis.

¶ Dinocrates Messenius victo primum Philopomene Acæorum duce, ab ipsis postremo Achæis superatus, mortem sibi intulit, ne in eorum veniret potestatem. Author Plutarchus in philopomene.

¶ Demosthenes Atheniensis dum Antipatri (qui Alexandro successit) odiū incurrisset, de ceteraque Demades, vt capite plecteretur, aufugit in calabriam Aegæi maris insulam. Vbi ab Archia Tyrio Comædiographo & Antipatri satellitibus deprehensus, sumpto calamo / quasi prius epistolam ad Antipatrum daturus, venenū illic inclusum ebibit. Plutarchus. Habuit Demosthenes patrem eiusdem nominis admodum pauperē, vt qui cultellos facitaret. Hic quum non esset apta satis pronuntiatio, multitudinemque & tumultum expatisceret / prope litoris

61  
Annibal.62  
Afrubal63  
Aristarchus.64  
Calanus  
Indus.65  
Cleomenes66  
Dinocrates.67  
Demosthenes

prope littoris marini sonitum dicere assuescebat, Literam R. difficile enunciabat, quam cal-  
culis in os coniectis, proferre conabatur. Nunquam dicebat, nisi premeditatus, propterea de  
eo Pytheas predicabat, Demosthenis Enthymemata lucernam olere. Non ignoro hoc ple-  
risque visum iri superuacaneū. Dabitur tamen venia, Opera enim dedita excerpto, quæ ad  
doctrinam, conferre video.

68 Eratosthenes Cyrenæus Callimachi poetæ discipulus, & præfectus bibliothecæ Ptolemei,  
quum diuturno quoque morbo torqueretur neque remedium inueniret, cibum sibi frustra  
xit, & inedia se peremit, anno sue ætatis. 70.

69 Menippus Phœnix philosophus Cynicus, quum esset ex eorum numero, qui auri cupidi-  
tate pruriunt, & inexplebili rerum libidine torrentur, amissis diuitijs laqueo vitam finiuit.  
Author Diogenes Laertius

70 Mithridates Junior, qui annis, 56. bellum cum Romanis varia gessit victoria, post oc-  
cupatam Asiam Q. Oppium, & Aquileium in vincula coniectos, Rhodum oppu-  
gnatam, Athenas per Archelaum præfectum occupatas, a Lucullo primum, demum  
a Pompeio superatus, postremo a Pharnace filio adolescente ingratiſſimo (qui a patre ad Pō-  
peium defecerat) bello petitus & obsessus, venenum hausit. Quo nihil ad mortem propter  
sumptum Antidotum proficiens, auxilio Galli cuiusdam militis Vitigis nomine se interfe-  
cit. Eutropius & Gellius capite decimo sexto libri. 17. De eius morte sic inquit florus. Per  
defectionem ciuium, Pharnacisque filij scelere præuentus, male tentatum veneno spiritum  
ferro expulit.

71 Monyma Mileſia & Veronica Chia duæ Mitridatis vxores, audita eiusdē miserabili for-  
tuna, per Bochidem Eunuchum, ambæ vitam sponte reliquerunt. Nam Monyma primum  
se suspendit. Sed quum corporis grauitate confractus esset laqueus. O execrandum inquit  
Djadema, quo neque in tam tristi ministerio vtī possum. Bochidī postmodum se dedit iugu-  
landam. Veronica vero calicem veneni hausit, quo per venas serpente, quum durius tor-  
queretur & langueret, Bochidis quoque auxilio accelerauit sibi mortem. Plutarchus in vita  
Luculli.

72 Statyra Roxana S Tatyra quoque & Roxana Mithridatis sorores, quæ annos fere. 40. virginitatem ser-  
uauerant, hausto veneno fratrem mortem comitaturæ sunt. Potest tamen dubitari an  
seo perierint, quoniam Plutarchus scribit Roxanam a Statyra in puteum demersam, ni-  
si fortasse hoc ad alias eius nominis sit referendum.

73 Critolaus Critolaus dux Acheorum victus a Q. Cæcilio Metello apud Thermopylas, veneno sibi  
mortem consciiuit. Author Liuius Lib. 52.

74 Nicias Nicias dux Atheniensis Imperator contra Syracusanos cum Demosthene missus, rebus  
infeliciter gestis, captus est cum collega, amboque in carcerem detrusi, sibi manus intulere,  
ne hostibus essent ludibrio, Plutarchus.

75 Homerus Homerum poetarum omnium facile principē ferunt, quum iam senio confectus ad quos-  
dam nautas diuertisset, propositumque ab eis enigma nequisset dissoluere, pudore motum  
se suffocasse laqueo auctores Plutarchus, & Valerius. Quod ego plane iudico fabulosum.  
Neque enim credibile est, virum illum philosophiæ peritissimum, tanta rerum experientia  
præditum, tam leui tamque nullo argumento vitam relinquere voluisse. Nam quæ fuerat  
ignominia inanē & friuolam remigum quæstionem ignorare! Immo vero prudentiæ maio-  
ri tribuitur nihil abiectus & semitarijs hoc genus homunculis respondere, quum vulgo dici  
soleat, alinum plura posse percontari, quam respondere philosophum. Quare neque hoc  
probo, neque cum probantibus, pedariam se. o lententiam.

76 Othryades Athenienses & Lacedæmonij quū de Tyreatium agro inter se contēderent, tandē ita pepige-  
runt, vt trecētis militibus summam rei cōmitterent, qui sua pugna omnium litē dirimerent.  
Vbi omnes interfecti sunt, præter vnum Othryadē Lacedæmonium, qui ne solus in castra  
rediret, seipsum inter hostilia cadauera gladio confixit. Author Vale. Max. de fortitudine.

77 Pontius Pilatus Erunt Pontium Pylatum patria Lugdunensem, nefariæ in Christum sententiæ meri-  
tas dedisse pœnas, sibi que mortem intulisse. Author est Gregorius Turonensis. De  
eius morte Paulus Orosius. Pilatus (inquit) præses qui sententiam damnationis in  
Christum dixerat, postquam plurimas seditiones in Hierosolymis expleuit & fecit, tantis ir-  
rogante Caio Caligula angoribus coartatus est, vt sua se transfuerberans manu, malorum  
compendium mortis celeritate quæsiuerit.

Tam tibi sit mitis Ponti Pilate Megæra,  
Tamque turæ moueant lachrymæ Plutona ferocem,  
Quam merito perijs fato te iudice Christus,

**T**hemistocles Atheniensis Nicochis filius, inuidia ciuium relegatus, ad Artaxerxem cō fugit. A quo dum in patriam pugnare cogeret, vitam cum morte volens commuta uit, hausto sanguine taurino, quem ideo pestiferum potu scribit Caelius, q̄ celerrime coeat, atque obdurecat. Porro sanguis taurinus recens, anhelitus difficultatem, ac prefocātionem infert cum spasmo p̄ualido. Authores Plutarchus in eius vita, & Cicero de clari Oratoribus.

78  
Themis-  
stocles

Plutarchus quoque scribit Mydam contracta ex somniorū diritate, animi egritudine, quā formidabilis affectio indies augetur, nec occurreret remedium mali, tauri sanguine copiosius hausto, concessisse ab humanis.

79  
Mydas

**P**. Terentius amissis, 108. Fabulis (quas e Græcis latinas fecerat, & conuerterat ex Menandro) se submergit. Quod quamuis plerique falsum opinentur, credibile est tamen. Si enim permulti amisso thesauro ad mortem properauerint, quanta mentis egritudine videntur tibi laborare, qui momento perdunt, & in noctu oculi, quod irobro labore, diuturnis vigilijs, magna olei impensa, longo ante seculo fabricauerunt, demū accuratiore studio incudi reddiderunt, & ad vltimam reuocarūt limam. Est (si periculum non fecisti lector) infania, & rabies maior, quam vt fidem possit capere.

80  
Terentius

Theoxena mulier a Philippi Macedonum Regis militibus in mari septa, quum nullū salutis effugiū videret, in mare se detecit, maritū (qui prius eadē morte perierat) secuta. Idque ne in regis potestate veniret. Vide Bononiensem commentatorem in Suetonium, & Titum Liuium, libro quadagesimo.

81  
Theoxe-  
na,  
82

Democles puer, dubium maiore pudicitia an forma pulchriore, quum a Demetrio Poliorcete ad stuprum traheretur, neque vim tyranni posset effugere, se in proximum aque feruentis lebetem coniecit, atque ibidem enecat. Pulchrum dii boni facinus, omniumque facundiarum magniloquentia dignum. Plutarchus.

Democ-  
cles

Hipponax poeta lambographus & amarulentus, grauius ferens & indignanter se a Bubalo p̄ctore, deformi facie p̄ctum, ad propellendam iniuriam, tam grauius in eum scripsit & inuectus est, vt laqueo vitam finire coegerit. Vnde Horatius in Epodo. Qualis Lycambe spretus infido gener, Aut acer hostis Bubalo. Et Hipponactæum p̄conium pro infami nota posuit Cicero in Epistolis familiaribus ita scribens. Eumque addictum iam tum puto esse Calui Licini Hipponactæo p̄conio.

83  
Bubalus

Cleanthes Philosophus cognita animarum immortalitate / vitam sponte reliquit, & voluntariam oppetit mortem. Lactantius. Multi (inquit) ex his (qui æternas esse animas suspicantur) tanquā in cœlum migraturi essent, sibi ipsis manus intulerūt, vt Cleanthes & Chrysippus, vt Zeno & Empedocles.

84  
Cleanthes  
Chrysi-  
pus

Cābyles & Zari Dianæ sacerdotes & magi, missi ad infinuandam Taurino Episcopo Idoloratriam, quum operam iussissent, ac nihil profecissent, gladijs suis se confoderunt.

Zeno  
85  
Cābyles  
Zari

Sefostris Aegyptiorum rex, seu senio, seu morbo, siue alia fortuna, oculis captus seipsum interfecit. Volaterranus.

86  
Sefostris

Decebalus rex Dacorum a Traiano secundum victus, ne i Romanorū potestate veniret, sua manu vsus interiit, mortuique caput Romam perlatum est. Author Dion Cassius.

87  
Deceba-  
lus

**A** Naxagoras philosophus ab Atheniensibus in carcerem coniectus q̄ Solem (quem illi pro deo habebant) ignitum dixisset lapidem, venenum hausit. Author Hermippus apud Diogenem.

88  
Anaxago-  
ras

**E** Celinus tyrannus post infinita prope flagitia & crudelitatis exempla, tandem in bello (quod contra Martinum Turianum Mediolani p̄cipem suscepit) vulnerat⁹ morte frēdentis beluę vulnus discerpit, eoque miseram euomuit vitam. Sabellicus.

89  
Eccelinus.

**V** Olaterranus scribit Petrum de Vineis ex Capua iurisperitum fuisse, qui dolēs se ob suspicionem coniurationis a Federico secundo (cui prius erat charissimus) relegatus capite parieti illiso, mortem sibi intulerit, composito prius de consolatione libello.

90  
Petrus de  
vineis

Luba rex Mauritanie a Cesare superatus, sibi quoque mortem cōsciuit. Cuius filius puer Romam in triumphum ductus est. Authore Volaterra. Appianus lib. 2. bellorum ciuiliū ait Lubam & Petreium quum nec fugam aut salutem vterius sperare possent, inedia vulneribusque tandem seinuicem confecisse.

91  
Luba

**C**irca Celenum Phrygie oppidum quum hiatus terre, & ingens vorago multos abforberet, essetque responsum ab oraculo voraginem ipsam non prius clausum iri quam ad pacanda numina aliquis eo se demitteret, Anchurus Mydæ regis filius, datis genitorū & Cimothee vxori complexibus, equū ascendit, & intro se demisit. Author Plutarchus in Parallelis. Qui de Curtio adolescente Romano idem commemorat.

92  
Anchurus  
Curtius

Cyane puella

- 93  
Cyane **C**yane puella a patre Cyanippo incognito per vim stuprata, vbi tãdem authorem sceleris agnouit, illum prius/demum seipsam interfecit. Author idem Plutarchus testẽ aduocans Dositheum Lib.3. rerum Sicularum.
- 94  
Aemilius **V**xor Aemilij adolescentis Zelotypiẽ morbo affecta, dum suspicaretur maritum alterius puellẽ rapĩ desiderio, in siluas profectum secuta est. Vbi quum ad explorandam rei veritatem, in dumis & vepribus delitesceret, a canibus feram esse opinantibus lanãta est. Recogñita Aemilius se ipsum interfecit. Author idem Plutarchus, qui apud Sypharim Italiẽ opuspidum hoc commemorat factum.
- 95  
Callirhoe **C**allirhoe filia Lyci hominis sanguinarij & hospites immolantis, relicta a Diomede (quem Troia redeuntẽ benignẽ susceperat, & a paternis liberauerat infidijs) laqueo se suspendit. Author apud eundem Plutarchum lib.3. rerum Africanarum.
- 96  
Byfaltia **B**yfaltia quoq; puella a Calphurnio Crasso (quem proditionis patris victorem fecerat) relicta, sibi ferro iugulum transfuerberauit. Author apud eundem Plutarchum Helianax Lib.3. rerum Libycarum.
- 97  
Gidica **G**idica Pomminij Laurentini vxor, dum Comminium priuignum maxime deperiret, neque tamen ad concubitum posset inducere, suspẽdio spiritum interceptit. Author
- 98  
Dositheus apud Plutarchum.
- 99  
Anius **A**nius rex Thulcorum dum filiam Saliam a Catho adolescente raptam non posset comprehendere, in fluium se demisit, quem a suo nomine fecit appellari Anionem. Idem Plutarchus in Parallelis
- 100  
Democri. **L**actantius ait Democritum sua sponte caput obtulisse morti.
- 101  
Democrates. **S**uperatis ab Alexandro Magno Atheniensibus, Democrates Atheniensis (qui Macedonũ opibus semper obstiterat) venia desperata, gladio se transfixit. Author Curtius. Lib.5.
- 102  
Dioxippus **D**ioxippus Atheniensis surrepti inter epulas aurei poculi falso accusatus, dum oculorum coniectum & iniuriam ferre non posset, gladio se interemit. Accusabatur autem non sine inuidia. Nam egreferebant Macedones Horratam Macedonem armatum ab eo inermi, spectante rege, duello victum & resupinatum. Author Curtius Lib.8.
- 103  
Boudicea **E**dem Curtius ait Boudiceam Britannorum reginam, & Pcenium Posthumum eius presertim a Romanis duce Suetonio superato, mortẽ sibi intulisse, hunc gladio, illam veneno.
- 104  
Posthu. **P**lutarchus apud Gellium Lib.13. ait Milesias virgines repente, sine vlla euidenti causa, voluntatem cepisse obeundẽ mortis, ac deinde plurimas vitam suspẽdio amisisse. Cui malo vt mederetur Milesij, decreuerunt, vt quæ corporibus suspẽdis demortuæ forent, nudæ cum eodem laqueo efferrentur. Quo factõ ait virgines pudore tam inhonesti funeris deterritas, voluntariam amplius non petiuisse mortem. Vide Plutarchum de virtutibus mulierum.
- 105  
Scedafus **H**ippo & Miletia Scedasi Boeoti filie/a iuuenibus Spartanis stupratæ, & in puteum coniectæ sunt/occultandi sceleris causa. Quod vbi rescituit pater, ad filiarum tumulos seipsam confecit. Author Cælius, & ante Cælium Plutarchus in Pelopida, necnon in narrationibus amatorijs, vbi copiosissime hæc habetur historia.
- 106  
Cambles **X**anthus apud eundem Cælium author est Cambleta Lydorũ regem, eo voracitatis progressum, vt nocte quadam vxorem quoque absumperit. Quumq; lummo mane illius manum in ore comperisset, semet iugulasse.
- 107  
Meles **P**imagoras quum Meletem Atheniensem, liberali forma adolescentem deperiret, eiusdem iussu se dedit in præceps, vt qui in omnibus putro vellet obsecutum. Cuius rei poenitentia ductus Meles, eandem quoque subiit mortem. Author idem Cælius.
- 108  
Timãthel **P**imantes Cleongus Athleta quum & viribus senio defectis, & defuetudine ingentem arcum non posset intendere, quem iuuenis lunabat, & flestebat furori adeo indullit, vt eam tantum ob rem gladio se perforauerit. Author Cælius.
- 109  
Tereus. **E**dem ait Tereum perpetrato in Philomelam scelere ac Ityn, sibi mortem conscituisse, mortuoque sacra instituta anniuersaria, in quibus ordeo loco, calculis vtcebatur.
- 110  
Decreto **D**ecreto Semiramidis mater, dum filiam ex adulterio conceptam in desertis exposuisset, tandẽ facti, & sceleris poenitentia in lacum se præcipitem dedit. Author Idem Cælius.
- 111  
Laurentianus **L** Laurentianus Florentinus citra vllum corporis incommodum, citraque euidentem, morbi causam in puteum se coniecit, Authore Cælio & Crinito, qui ait se auditorem eius aliquãdo fuisse. Qua etiam morte se extinxit Petrus Leonius vir in philosophia excellens, & insigni prudentia, teste eodem Crinito.
- 112  
Næara **N**æara quoque virgo in Salentinis/egreferens se ab eo repudiatam, cui pro coniuge pacta erat, eodem mortis genere vitam finiuit. Author Pontanus de fortitudine.

**M**ithridates a Pompeo superatus, filiam nomine Direptim Menophilo Eunuchō feruandam commisit in castello quodam/Sinhonio nomine. Quod quum Manli<sup>9</sup> Pri<sup>9</sup>feus obsedisset, defensoresque deditōnem parantes Menophilus sentiret, gladium in viscera sua compegit, veritus, ne captiua puella rapere<sup>t</sup>, et violaretur. Author Ammianus Marcellinus lib. 16.

**¶** Argobastes quum valentinianum iuniorem apud Viennam dolo strangulasset/ vt eide in imperio succederet, a Theodosio mortem vlciscēte superatus, sua se manu percussit. Author Paulus Diaconus.

**A**smundo rege Danorum in pugna occiso, Gunnilda eiusdem vxor spiritum sibi ferro furripuit, virumque fato insecuta est. Author Saxo grammaticus lib. 1. historia<sup>rum</sup> danicarum.

**¶** Hadingus rex Danorum suspendio se vulgo spectante suffocauit pre dolore quem ex Hadingi Suerium regis conceperat. Author idem Saxo.

**¶** Ruluo quoque Danorum Rex exprobratē sibi turpitudinis dolore voluntaria morte se consumpsit. Idem Author.

**¶** Starcaterus itidem Rex Danorum poenitentia ductus, q<sup>o</sup> Lennun quendam per nefas occidisset, eius filio Hathero se prae<sup>b</sup>uit occidendum. Idem Saxo lib. 8.

**¶** Galeatius Mantuanus Papię quum hibernaret, puella (quam vnice amabat) per iocum imperante se in fluuium deiecit, auctore Pontano De fortitudine bell.

**¶** Socrates Athenis capitis damnatus, volens haufit venenum. Vnde Ouidius in Ibin. Sollicito que bibas, veluti doctissimus olim Imperturbato quod bibit ore reus, Persius Saty. 4. Barbatum hoc crede magistrum dicere, sorbitio tollit quem dira cicute.

**¶** Adrastus Gorgij filius dum Athym Croeli filium suę fidei creditum in venatione apri loco percussisset, se super eiusdem tumulum confodit. Author Herodotus.

**¶** Sargapiles Thomyris filius a Cyro rege Persarum captus, dum manicas et brachiorum vincula eximi sibi impetrasset, se ipsum interfecit. Author Herodotus.

**¶** Idem ait Praxaspem virum inter Persas opibus et dignitate pollentem, et turri precipitem se dedisse.

**¶** Boges Perla amicus Xerxis, ab Atheniensibus et Cimone Milciadis filio obsessus, licet accepta fide posset egredi, abnuuit tamen, et ad extremum perstitit. Inde vbi in mœnibus nihil comneatus fuit reliquum, accenso rogo/ liberos/ coniugem/ concubinas/ familiam interemit, eosque omnes in pyram coniecit. Deinde omne aurum vrbis atque argentum e muris disperlit in Strymonem, ac postremo se in rogam coniecit. Author Herodotus. Hunc Plutarchus butem nominat in vita Cimonis.

**¶** Petus Trafeas Patauinus vir Catoniana disciplina et seueritate, propter suspicionem a seccate libertatis a Nerone damnatus, sibi venas soluit. Volaterranus.

**¶** Quis ambigit diuina factum vltione, vt Herodes rex Iudeę Antipatri filius, post interfectos Alexandrum Aristobolum, et Antipatrum filios, trucidatos item innocentes ad interceptiendum sacrum virginis partum, vermibus ad extremum toto corpore scatentibus mortem sibi conscuerit. Gregorius Turonensis.

**¶** Pyramus adolescens et Tysbe puella incredibili amore flagrantes, quum impediēte parentum suspitione suis votis satisfacere nequirent, pepigerunt, vt certo die in remotum locum se reciperent. Quo quum prior venisset Tysbe, metu legna<sup>rum</sup> ibidem repertę profugit in latebras relicto capitis tegumento. Quod arripie<sup>n</sup>s legna venienti post Pyramo coniecturam prae<sup>b</sup>uit et argumentum deuoratę amasie, mortemque sibi propterea conscieuit. Tysbe paulo post reuerfa, vbi mortuum amantem conspicata est, longioris vitę pertesa, suo se gladio confodit. Ouidius libro quarto Metamor. de vtroque meminit. Sic primum de Pyramo.

Vtq; dedit notę lachrymas, dedit ofcula vesti,  
Accipe nunc inquit nostri quoq; sanguinis haufitus.

Quoq; erat accinctus, demisit in ilia ferrum.

**¶** De Tysbe vero sic. Apato peccus mucrone sub intum Incubuit ferro, quod adhuc a ce de tepebat. Item Stroza pater libro. 1. Eroticum, Pyramus exemplum prae<sup>b</sup>et, miseranda que Tysbe, Quos rapuit simili mors violenta modo. Item Calenius in Epigrammatis, Pyramus et Tysbe miseri sine crimine amarunt.

Occidit hic propria saeuus uterq; manu,  
Et quos vnus amor tetigit, nox vna peremit,  
Ensis et vnus, et haec contegit vna duos.

QVI SE OCCIDERUNT

Item Architrenius Lib.4. Ibi ferum Pyramus ense vindicat egressum, Tysbe lugubria fati Pondera morte leuat, tua nec formidat ad umbras Pyrame fata sequi, sequiturque dolore dolore. Et gemitu gemitum producit, fune funus.

129  
Erisichthō

¶ Erisichthonem poetę fabulantur ob neglecta Cereris sacra, in tantam famę redactum, vt propria membra deuorauerit, seque ipsum corroserit, Addūt & filiam eius Netram nomine, in varias formas Neptuni beneficio mutari solitam, Vnde natum adagium. Mutabilis or Metra Erisichthonis. Ouidi<sup>9</sup> Lib. 8. Meta. Ipse suos artus lacero diuellerē mortu Cępit, & infelix minuendo corpus alebat, Idem in Ibin. Vtq; pater folite varias mutare figuras, Plenus inextincta cōficiare fame. Item Pamphilus Saxus in Eleg. Talis erat ieiuna fames, Erisichthona quondam Impleuit miserum quum fera peste sua.

129  
Dędalion

**L**ychione Dędalionis filia, Diane (cui se p̄ferebat) sagittis confossa est. Cuius dum celebrarentur exequię, pater in puellę rogam sese coniecit. Poetę fingunt eum ab amicis (ne in ignem desiliret) impeditum fuisse mutatum in volucrum. Vnde Ouidius Lib. 11. Vt vero ardentem vidit, quater impetus illi In medios fuit ire rogos, quater inde repulsus, Concitat membra fugę mandat.

130  
Dido

**D**Idonem suo gladio incubuisse pro comperto est, sed non omnes eandem mortis causam afferunt. Scribit Aufonius (et ita se habet rei veritas) hoc ab ea factum, vt mortuo marito Sicheo castitate seruaret vidualē, et furias larbę Getulorum regis declinaret, Verba eius sunt hæc. Sed furias fugiens atq; arma precacis larbę, Scruaui fateor morte pudicitiam. Aufonium secutus Marullus Didonę sic inducit loquentē, Nec mihi Phrix nocuit, nec enim Phryga nouimus vllum. Cura sed antiqui casta tenaxque tori. Quamne coniugio Lybici violare tyranni Cogerer, hæc cecidi fortiter vsa manu. Vtrique succinit Rhennius, seu (vt alijs placet) Priscian<sup>9</sup> in Geographia Dionysij de situ orbis dicēs, Qua regnans felix Dido per secula viuūt, Atque pudicitiam non perdit carmine f. cto. Aufonio succinit Trogus, et Boccacius de mulieribus claris. Contra vero Virgili<sup>9</sup> hæc ipsum ascribit impatientię doloris, quem ex Aeneę fuga conceperat. Quod tamen fabulosum est. Virgilium plerique omnes poetę Latini secuti sunt, Ouidius imprimis lib. 3. Fastorum, et in Epistolis sic ait. Præbuit Aeneas et causam mortis / et ense m. Ipsa sua Dido cōcidit vsa manu. Idem. 14. Metamor.

Excipit Aeneas illic animoque domoque,

Non bene dissidium Phrygię latura mariti.

Sidonis, inque pyra sacri sub imagine facta

Incubuit ferro, deceptaq; decipit omnes.

Item Syluius lib. 2. Ipsa pyrā super ingentē stans faucia Dido. Mandabat Tyrīsvltricia bella futuris, Ardentemque rogam media spectabat ab vnda Dardanus, et magnis pandebat carbaia fatis. Idem lib. 8. Iliaco postquam deserta est hospite Dido, Et spes abrupta e medio in penetralibus atram Festinat furibunda pyram, tunc corripit ensē Certa necis, profugi donum exitiale mariti. Item Angelus Politianus in Manto.

At Phœnissā rogam saeuo furiosa dolore

Incendet meritura, trucesque in vota vocabit

Eumenidas, mox et Phrygiū (proh tristia dona)

Ah nūcum per pectus: get miserabilis ensē.

131  
Anna.

**A**nna Beli Regis filia post mortem fororis suę Didonis, Carthaginem ab Iarba occupatam relinquens, ad Eatum Melitę insulę regem nauigauit. Quo demum relicto, mare ingressa in Laurentum litus delata est, ibique ab Aenea cognita, & hospitio suscepta, non sine mutui cum eo amoris suspitione, adeo vt in odium Launię veniret. Cuius insidias vt declinaret, se in Numycum fluuium p̄cipitauit. Vnde Ouidius libro 4. Eastorū. Corniger hęc tumidis rapuisse Numycius vndis Creditur, et stagnis oculiuis se suis. Itē alibi. Placidi sum Nympha Numyci, Amne perēne latēs, Anna perēna vocor.

132  
Euadne.

**E**vadne Martis filia in rogam mariti sui Capanei apud Thebas mortui (dum celebrarentur exequię) se coniecit. Vnde Ouidius lib. 5. Tristitum, Cernis vt Admeti cantetur et Hęc toris vxor: Aufaque in accensis Iphias ire rogos: Idem lib. 3. de arte. Accipe me Capaneu, cineres miscebimus inquit Iphias, in medios desiluitque rogos. Item Martia, lib. 4. Epigrā. Arferit Euadne flammis iniecta mariti. Item Statius libro. 12. Turbine quo sese charis infrauerit audax Ignibus Euadne, fulmenque ī pectore magno Quęsierit. Item Propertius libro. 1. Coniugis Euadne miseros elata per ignes Occidit, Argiurę fama pudicitia. Ouidius lib. 3. de ponto. Iphias ante oculos tibi erit ponenda volenti Corpus in accensos mittere forte rogos.

Holonome

¶ Hylonome femina Centaura & biformis mortuo marito Cyllaro gladio suo incubuit, 133  
Ouidius Lib. 12. Vt videt extictū, dictis quæ clamor ad aures Arcuit ire meas? telo quod  
inheferat illi Incubuit, moriensq; suum complexa maritum est. Hylono-  
me.

¶ Biblis Miletī filia ex Cyane, quum fratrem Caunum misere deperiret, neq; eius concu- 134  
bitum posset assequi, vrgentibus furijs se occidit, & in fontem postea Nayadum benefi-  
cio mutata est. Ouidius Lib. 1. de arte, Biblida quid referam? vetito quæ fratris amore Ar-  
fit, et est laqueo fortiter vltā nephas?

¶ Hercules induta tunica Nessi Centauri cruore tincta, in tantas furias raptus est, vt præ 135  
impatientia doloris sese in Oetha monte combufferit, Ouidius ad Liuiam. Qualis in Her-  
culæ colluxit collibus Oethæ, Quum sunt imposto membra cremata deo. Item Claudias  
nus in tertium conf. Honorij. Iuga deseris Oethes Herculeo damnata rogo. Item Statius  
Lib. 12. Thebaidos. Letus in accensa iacuit Tyrrinthius Oetha.

¶ Theseo in Cretam ad Minotaurum nauiganti, Aegeus pater Athenarum rex præcepe- 136  
rat, vt si confecto monstro incolumis rediret, ad leticiæ argumentum albis vteretur velis,  
vt prospectantibus e portu amicis, superstitis vitæ fidem præstaret. Theseum tamen ces-  
pit obliuio mandati. Propterea quum isdem (quibus venerat) remigraret velis, fecit vt pa-  
ter nihil de filio sibi promittens, e scopulo in mare se deturbauerit, & aquis nouum impos-  
itum prosequitur filo. Eius autem verba de morte Aegei sunt hæc.

At pater vt summa prospectum ex arce petebat,

Anxia in assiduos contollens lumina fletus,

Quum primum inflati conspexit linthea veli,

Præcipitem sese scopulorum e vertice iecit,

Amisum credens immiti Thesea fato.

Sic funesta domus ingressus tecta paternæ

Morte ferox Theseus, qualem Minoidi luctum

Obtulerat mente immemori, talem ipse recepit.

¶ Calentius quoq; Lib. 1. Elegiarum sic inquit.

Dum tenet in gremio raptam Minoida Theseus,

Vela ferunt quæ iam vela tulere rates.

Ast vbi nigra dari prospexit linthea vento

Rex pater, in fluctus hoc caput inquit eat.

Præcipitemq; senex specula se iecit ab alta,

Quem Venus esse deum fluctibus alma dedit.

¶ Item Ouidius in Ibin.

Vt qui Theseæ fallacia vela carinæ

Vidit, & Iliaca missus ab arce puer. Huius rei etiã meminit Cælius Lib. 10. Lectionū  
antiquarum. Capite. 2. §.

¶ Hæmon Thebanus iuuenis quum amore incredibili Antigone Oedipi & Iocastæ fi- 137  
liam deperiret, ad eius tumulū mortē sibi consciiuit. Fuerat autem Antigone iussu Creōs-  
tis (qui vterat Græcorum cadauera inhumari) iugulata, q; Polynicem fratrem mortuum  
noctū sepelire voluisset. De huius adolescentis morte Propertius, Lib. 2. sic inquit.

Quid, non Antigones tumulo Bœotius Hæmon

Corruit ipse luo saucius ense latus?

Et sua cum misera permiscuit ossa puella,

Qua sine Thebanam noluit ire domum.

138  
Sapho.

¶ Sapho puella ex Lesbo insula, e Leucade Epyri promōtorio se precipitauit, quod a Phao-  
ne liberali forma adolescente (quem supra fidem hominum deperibat) mutuo non redas  
maretur. Statius Lib. 5. Sylvarum. Saltusque ingressa viriles. Non formidata temeraria  
Leucade Sapho. Vbi Domitius pro Leucade putat legendum Chalcide, quod aggressa  
sit carmen Elegiacum instar Euphorionis poetæ Chalcidici. Cuius opinio non admodum  
mihi ridet. Neque enim video, cur temerariam vocet, nisi ob illatam sibi imprudēter mor-  
tem. Suffragatur mihi Aufonius dicens. Præcipitem pelago vel Leucados elige rupem.  
Pamphilus quoque in Elegijs dicens. Memet vt equoreas veluti iā Lesbis in vndas Tor-  
querem, multis Lesbis amica sacris. Et Politianus in nutricia. Sed tãdem Ambracias teme-  
raria saltat in vndas. Item Politianus in Eleg. Mascula quæ que suos cantat moritura calor-  
res, Leucadij Sapho crimen honorque freti. Vide Volaterranum.

b ij

¶ Græcis

139  
Menece  
us.

¶ Grecis Thebas obsidentibus, quum Tyresias vates prædixisset Thebanos expugnaturū iri, nisi eorū qui (serpentinis dentibus prognati fuerant) aliquis se morti deuoueret, Meneceus vt patriæ saluti consuleret, in ipsis Thebarum mœnibus gladio se confodit, consossium ad hostes deturbauit, Quo viso protinus abierunt Greci, Statius lib. 10. Theb.

140  
Iocasta

Sic ait, insignemq; animam mucrone corusco Dedignantē artus pridem, mœstāq; teneri Arripit, atq; vno quæsitā vulnere rūpit. Sanguine tunc spargit tures & mœnia lustrat, Seq; super medias acies nōdū ense remisso, Iecit, & in fæuos cadere est conatus Achiuos, Iocasta filia Creontis, & vxor Laij vidēs filios suos Ethoclē & Polynicē mutuis vneribus interfectos, horrore tanti facinoris mortem sibi intulit, Statius Libro, 11. Theb. Regina extulerat notum penetralibus ensē,  
Ensem, scæptriferi spoliū lacrymabile Laij,  
Multaque cum superis & diro quæsta cubili,  
Et nati furijs & primi coniugis vmbri  
Luctata est dextra, & prono vix pectore ferrum  
Intrauit tandem, & venas prorupit aniles  
Vulnus, & infelix lustratur sanguine pectus.

141  
Mopsus.

¶ Anibale Sagunthum urbem Hispaniæ Romanis amicam obsidente, Mopsus Cretenſis fauens Sagunthinis, vbi filios vidit interfectos, temperare sibi non potuit, quin si præcipitaret e turri, & filijs comitem daret, Vnde Syllius lib. 2.

Atque pater gemino natorum funere Mopsus Correptos arcuster mœsta mouit ab ira,  
Ter cecidit dextra, notas dolor abstulit artes. Pœnitet heu sero dulces liquisse penates,  
Arreptoq; auide quo cōcidis Icare faxo, Postquā æuū senior, percussaq; pectora frustra  
Sentit, & vt tantos compeſcat morte dolores Nil opis in dextra, vase qe culmine turris  
Præcipitē iecit, moribundos explicat artus Dum cadit, extremo Gortynius aduena bello.

142  
Phædra.

¶ Hædrā Hippolyti nouercam furia Veneris vsque adeo torruerunt, vt laqueo spiritum sibi interceperit, q priuigni (cuius amore est uabat impatiētē, & pruriebat) cōcubitum non possēt exorare, Moriens tamen scelerata mulier, literas reliquit, quibus Hippolytum stupri arguebat, suæque mortis vocabat authorē, Aufonius. Suali quod potui, tu alios modo consule, Dic quos? Phædra & Elifā tibi dent laqueum aut gladium, Item, Respiciat abiectas desperans Phædra tabellas, Hæc laqueum gerit.

143  
Ino  
melicerta

¶ Athamas Rex Thebarum furijs agitatus, Learchum filium dedit morti. Propterea Ino Cadmi & Hermiones filia & eius vxor sibi timens, cum altero filio Melicerta se in mare præcipitem dedit, Quos in deorum indignamenta poetæ retulerunt, Cyprianus, Mecicerres & Leucothea præcipitantur in maia, & fiunt postmodum maris numina, Pamphilus in Eleg. Cur sumis nequeo falebris Athamatis vt vxor, Triste sub Aeolia mergere corp⁹ aqua? Ouidius in Ibin, Vt teneri r utrix eadem matertera Bacchi, Val. Fl. Lib. 8. Attonito qualis pede profilit Ino In freta, nec parui meminit conterrita nati, Aegidius Maserius homo egregie doctus cum Zenodoto ait Athamanta Euricliam filiam primum / inde Learchum interfecisse, subtefugiente Ino vxore cum Melicerta, Ouidius lib. 4. Meta. Seque super pontum nullo tar data timore Mitrit, onusque suum.

144  
Phyllis

¶ Phyllis Lycurgi Thracum regis filia ægreferens se relictam & spretam a Demophonte Thesei filio, quem vnice deperibat, & ab expeditione Troiana redeuntem hospitio exceperat, vitam laqueo præfocauit, in Amygdalum postea (vt fabulatur poetæ) conuersa, Pamphilus Saxus, Exemplum tribuit mortis mihi nobile Philis, Pendebat longa corpus inane trabe, Pontanus lib. 3. de Stellis, Ac misera ante diem zona crudeliter vsa Phyllis ab inuiso pendet Rhodopeia trunco, Cremutius apud Plyniū author est nunquam virere arborem, ex qua Phyllis se suspenderit, Mantuanus ad Helisam, Phyllida fecit amor vitam finire dolendo.

145  
Ajax.

¶ Ajax Telamonis filius ægreferens mortui Achillis arma (quæ supramodum appetebat) Vlyſſi data fuisse, inuidia motus, & in rabiem conuersus mortem sibi intulit, Ouidius lib. decimotertio, Meta. Hæctora qui solus, qui ferrum, ignesque, Iouemque Sustinuit toties, vnam non sustinet iram,  
Inuictumque virum vicit dolor, arripit ensē,  
Et meus hic certe est, An & hunc sibi poscit Vlyſſes?  
Hoc ait vtendum est in me mihi, qui que cruore  
Sæpe Phrygum maduuit, domini nunc cæde madebit,  
Ne quisquam Aiace[m] possit superare, nisi Ajax,

Dixit, & in pectus



- Dixit, & in pectus tū demum vulnera passum, Qua patuit ferro, Icthalem cōdidit ensem.
- I**phis puer liberali facie, quū Anaxaretē puellā incredibili amore psequeret, neq; tamē readamaret ab ea, laqueo se suffocauit, atq; on<sup>9</sup> ifelix elisa fauce pepedit, ingt Oui. li. 14. 146  
Iphis  
Anaxarete.
- Demū quū celebrarent exege, puella mortui miserta se quoq; interfecit. Pōta. de Stel. lib. 3. Substrinxit laqueo collū, atq; ad linē amare Iphis Anaxaretis imania fata peregit. 147  
Auctolia
- A**uctolia Vlissis mater quum falso nuncio audiuisset filium apud Troiam occubuisse, laqueo vitam finiuit 148  
Amphio
- A**mphion Iouis fili<sup>9</sup> interfectis ab Apolline quatuordecī liberis, seipsū gladio iteremit. Ouidi<sup>9</sup> in Ibin. Addidit vt fidicen miseris sua funera natis. Sic tibi sint vitę tēdia iusta tuę. 149  
Althea
- A**lthea Thestij filia, & Oenei Aetolię regis vxor quū audiuisset Meleagrū filiū suis fra- tribus intulisse mortem, se pręcipitauit, combusto prius fatali stipite, quo cremato Melea- grum ex fato periturum audiuerat, Boccatius in genealogia. 150  
Britona
- B**ritona nympha Cretensis quū esset formosa, perpetuoq; virginitatis voto, venationi vacaret, ad vim & stuprum Minois regis declinandum, se in aquas dedit pręcipitem. 151  
Brotheus
- B**rotheus Vulcani filius propter oris, deformitatem illusus, in rogum desiluit, ibique vi- tam incendio finiuit. Ouidius in Ibin. Quodque ferunt Brotheum fecisse cupidine mor- tis, Des tua succensę membra cremanda pyra. 152  
Canace.
- C**anace Aeolus Rex ventorū audito Canaces filię cum Machareo fratre incestu, ad eam gladiū misit, vt scelus voluntaria morte dilueret, & vlceretur. Quod illa fecit, Plutar. in Paral. 153  
Alcyone
- A**lcyone Ceyx Alcyones maritus, ad oraculū nauigās naufragiū fecit & obrutus est aq;. Quod indignāter ferēs Alcyone, mortem mariti secuta, in mare se deturbauit, & in autem sui no- minis mutata est. Ouidius in Ibin. Nec tibi sit tumidis melior Neptunus in vndis. Quam cui sunt visę frater & vxor aues. 154  
Deianyra
- D**eianyra Herculis vxor, audita mariti morte, superesse noluit, ac propterea dolore anis- mi se peremit. Ouidi<sup>9</sup>. Impia quid dubitas Deianyra mori? 155  
Aefacus
- A**efacus Helperie nympha Aefacum Priami filium (a quo adamabatur) persequentem fugiens, morfu colubri in herba latētis interfecta / fecit, vt Aefacus ipse vitā sibi acerbā putauerit, & aq; se obruerit. Ouidi<sup>9</sup>. Dixit, & e scopulo (quē rauca subederat nuda) Decidit in pōtū. 156  
Erigone
- E**rigone audita patris Icarī morte, laqueo se suspendit. Ouidius in Ibin. Quodq; do- lore necis patrię pia filia fecit, Vincula per laquei fac quoque guttur eat, Statius Lib. 5. Syluarum. Nec enim Maratonia virgo Parcicus extinctum sa uorum crimine agrestum Fleuerat Icarium. 157  
Euenus
- E**uenus agrefereus Marpissam filiam ab Ida filio Aphareī in certamine curuli superatā ac, ppterea ex pacto nuptiis copulatā, se in Lycormā Aetolię fluuiū demisit, cui & iposuit nomē. Author Domitius Calderin<sup>9</sup>. Vnde Ouidius in Ibin. Vtq; vel Euenus torrētū flu- mine merfus, Noīa des rapide, vel Tyberin<sup>9</sup> aque. Ad hūc fere modū Plutar. Euen<sup>9</sup> (inqt) Martis & Steropeę filius, ex Alcippa Oenomai filia Marpissā suscepit filiā. Quā ab Apha- reto in Chorea rapta insequēs, dū cōprehēdere nō posset, i Lycormā fluuiū se pręcipitauit. 158  
Iuturna
- I**uturna Dauni filia post interfectum ab Aenea Turnum fratrem suum, męroris impa- tiens, se dedit in aquas pręcipitem. 159  
Illice
- I**llice Ibyci Lydię filia, dum amores Martis contemneret, deo fastum vlciscente in furorē versa, e scopulo se demisit. Ouidius in Ibin. Lydia se scopulis vt virgo misit ab altis, Dixe- rat inuito quę mala verba deo. 160  
Macaria.
- M**acaria Athenienses dum mortui Herculis tutarentur liberos, quos infectabatur Euristheus, ab oraculo acceperunt se ab Euristheci liberatum iri incurfatione, si quis e liberis Herculis se- met inferis deuoueret. Quo audito Macaria eiusdē filia sese spontaneę morti obtulit. Cę- lius & Erasmus in Chiliadibus. 161  
Alcestis
- A**lcestis Harondas Tyrius quum legem tulisset, ne quis armatus veniret in concionem, & tamen ipse rure veniens, pręter spem aliter fecisset, monitus legis ab eo, qui proxī- me sedebat, vitam sponte reliquit, & gladio suo incubuit, quū tamen culpam dissim- ulare potuisset aut defendere. Valerius de Iusticia. 162  
Tyro
- T**yro mulier Thefsala mortuo marito, sponte oppetiit mortē. Baptista Pius Lib. 2. Eleg. Carmine conspicua est Tyro Pagasę puella, Quę voluit proprii fata subire viri. 163  
Iole
- I**ole Hercules ab Iole cōnubio reiectus, Oechaliam puellę patriā diripuit, Dolore facti Iole, se pręcipitem e muro dedit. Author Plutarchus. 164  
Charondas
- C**harondas Amata Latinię matre / quo modo & quamobrem spiritum sibi laqueo interceperit, b iij vide in eorum 165  
Amata

PARRICIDAE

- 166 **Herēni?** **Q**um L. Opimius Consul C. Graccus Agrarias leges contra auctoritatem senatus ferre molientem sustulisset, Herennius Siculus (quo & aruspice & amico vsus semper fuerat Graccus) comprehensus, dum in carcerē traheretur, capite postea ceris illi spiritum depofuit. Author Val. Max.
- 167 **Coma** **¶** Coma latro frater Diogenis latronum ducis ad P. Rutilium ductus, dum interrogaretur de genere belli a feruis & latronibus moti, capite in crura demisso, sibi ipsi spiritum intertulit. Author Val. Max.
- 168 **Lycurg?** **¶** Lycurgus legū lator seipsū delphis iterem, vt suę leges a Lacedæmonijs seruarenē iuio late. Promiserāt ei lacedæmonijs se nihil ex illis immutatuos priusq̄ rediisset delphis. Plu.
- 169 **Petroni?** **¶** Petronius Granius vnus e partibus Cæsarianis in Africā questor designatus, quum in Scipionis potestātē venisset, & ceteris interfectis quæstori Scipio incolumitatem polliceretur. Respondit Cæsarianos alijs incolumitatem dare non accipere consueuisse, quo dicto se gladio transuerberauit. Plutarchus in Cæsare.
- 170 **Cābyfes** **¶** Cambyfes Perfarum rex quum Apim (quem Aegyptij pro deo colebant) violasset, vlcis scēte numine lapsus est in furias, quibus agitatus vniuersam prope familiā deleuit, postremo furere victus seipsum interemit. Herodotus.
- 171 **Mela** **¶** Plinius Cap. sex. lib. 19. scribit Melam equestris ordinis reum ex procuracione a Tiberio principe accersitum, in summa desperatione succo porri ad trium denariorum argenteorum pondus hausto, confestim expirasse sine cruciatu.

¶ Parentes liberorum interfectores.

1	<b>I</b> Domeneus	17	Artaxerxes	33	Herodes
2	Darius	18	Cambyfes	34	Hippomenes
3	Epaminundas	19	Cōstantinus magn?	35	Embarus
4	Manlius Torquatus	20	Dioscorus	36	Orchamus
5	Brutus	21	Euristhenis mater	37	Lenogildus
6	Cassius	22	Ptolemæus	38	Lyfimachus
7	Agefilaus	23	Ptolemæus auletes	39	Aulus posthumius
8	Medea	24	Deuteria		Trogo
9	Athamas	25	Apteras	40	Arpiages
10	Tantalus	26	Erechtheus	41	Ethearchus
11	Leus Athenienſis	27	Marius	42	Pontia Romana
12	Agauē	28	Boges	43	Catilina
13	Progne	29	Deiotarus	44	Aulus Vitellius
14	Hippodamas	30	Mithridates	45	Pontius Aufidianus
15	Althea	31	Antonius caracalla	46	Machus
16	Aidona	32	Virginius		

EXPLANATIO:

- 1 **Idomene?** **I** Domeneus Deucalionis filius, & Cretensiu rex, quū vouisset se immolaturū cum quī primus Troia redeunti occureret, filiam forte fortuna repertam immolauit. Volater.
- 2 **Darius** **¶** Darius rex Perfarum Ariobarhanem filium interfecit, q̄ is Alexandro promississet, se patri insidiaturum, & mortem intentaturum. Plutar. in Paral.
- 3 **Epaminūdas** **¶** Stesibrotus ab Epaminūda p̄re Thebanorū duce interfectus est, q̄ cōtra mādatū patris manū cū hostibus Lacedæmonijs cōseruisset, quīs parta victoria. Idem Plutar. ibidem.
- 4 **Manlius Torquat?** **M** Anlius Torquatus itidē filiū securi percussit, q̄ in Samnites cōtra edictū pugnaſset, quīs hoste profligato ad suos victoriā retulisset. Liuius lib. 8. Vnde Virg. lib. 6 Sæuumq̄ securi Aspice Torquatum, & referentem signa Camillum.
- 5 **Brutus** **¶** Brutum a Romanis expulsum quum filius prodere voluisset, paterna cecidit manu. Author Aristides Milesius apud Plutarchum.
- 6 **Cassius** **¶** Romanis in Latinos certantibus, Cassius signifer Crassum Brutum filium occidit, q̄ is patrem prodere, & hostibus portas aperire voluisset. Author Plutarchus.
- 7 **Agefila?** **¶** Persis Græciam infestantibus, Pausanias Lacedæmoniorum dux. 50. auri talenta (vt Spartam proderet) a Xerxe accepit. Quod vbi rescituit Agefilaus pater, filium in templo Palladis inclusum inedia consumpsit. Idem Author.
- 8 **Medea** **¶** Medea ab Iafone (quem hospitio susceperat, & modum rapiendi velleris docuerat) reiecta, filios ex eo susceptos Dyndimum & Theſſandrum interfecit. Virgilius Aegloga octaua. Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus. Idem in Culice. Quum cernam Colchida matrem Anxia sollicitis meditantē vulnere natis. Mætuanus in Elegia

ruanus in Elegia cōtra amorē, Phasias hospitibus dedit aurea vellera Graijs, Et secuit dura pignora parua manu. Heu facinus crudele, parens in sanguine nati Tingitur, in fobolem carnificata suam. Idem. Quum medea patrem fugiens tulit aurea secum Vellera, & occisi discepsit viscera nati. Ouidius lib. 7. Meta. Vtroq; sanguine natorum perfunditur impius enfis. Idem lib. 2. Eleg. Colchida resperlam puerorum sanguine culpant. Idē lib. 2. de arte. Coniugis admissum / violatq; iura mariti, Barbara per natos Phasias vltā suos. Propertius lib. 3. Nam quid Medea referā / quo tēpore matris Iram natorum caede piavit amor. Stroza pater lib. 1. Eroticon. Læsaq; natorum maculata est sanguine Colchis, Sabellicus. Hanc fama est fraterna caede cruentam Magnanimum Aesonidem Colchis cum patre relicti Per varios casus, per deua regna secutam, Horatius in Arte. Ne pueros coram populo Medea trucidet.

**A**thamas rex Thebarū furore correptus, Learchū & Eurycleam liberos pro leonibus occidit. Ouidius Lib. 4. Meta. Deq; sinu matris ridentem & parua Learchum Brachia rēdentē rapit, & bis terq; per auras More rotat funde, rigidoq; infantia ferro Discutit ora ferox. Idem lib. 6. Pastorū. Hinc agitur furijs Athamas sub imagine falsa, Tuque cadis patria parue Learchē manu. Statius lib. 2. Syluarū. Toruus adhuc Athamas infanos flecteret arcus. Idē lib. 1. Theb. Cui sumperit arcus infelix Athamas. Claudianus lib. 1. in Ruffinū. Hæc Athamantæ dixerit spicula dextræ. Bap. Pius Lib. 2. Eleg. Qualis ad absumptum per tela paterna Learchum, Desiluit lachrymis faucia facta parēs, Plynius quoque lib. 34. Cap. 14. de hoc nō nihil meminit.

**T**antalus (qui in Phrygia regnavit) deis hospitio susceptis / Pelopem filium coctum mēbratim comedēdū appoluit, vt eorū diuinitatē experiretur. Seneca in Thyeste. Exceptus gladio paruulus impio, Dū currit patriū natus ad osculū, Immaturo focus victima cōcidit, Diuisusq; tua est Tātale dextera, Mensas vt strueres hospitibus deis. Itē Mātrianus lib. 1. De Cala. Temporum. Prætereo concisa sui qui corpora nati Dijs epulanda dedit.

**L**eus Atheniensis ab oraculo monitus, Athenas ipsas perituras, nisi tres filias immolaret, maluit oraculo parere, quam suis parcere. Volaterranus Author.

**A**gaue Thebana mulier Pentheum filiū Bacchanalia despicientem, cum cæteris Mænadibus interfecit. Virgilius in Culice. Quo quondam victa furore, Venit Nyctileū fugiens Cadmeis Agaue, Infandas scelerata manus, & cede cruēta. Ouidius lib. 3. Meta. Prima suū millo violauit Penthea Thyrsō Mater. Statius lib. 11. Theb. Pētheia qualis Mater ad infani scandeat culmina mōtis, Promissum seuo caput allatura Lygo. Sidonius. Ipsa autē nato occiso Penthea mater, Amplius vt furiat, nūquid vesana futura est: Vbi furiat, p verbo neutro vsus est. Seneca i Thebaide. Egrotantes mī, & gaudēs malo Vibrāte thyrsō p̄tulit fixū caput. Idē in Oedipode. Qualis attonita & furēs, Cadmea mī abstulit nato caput.

**P**rogne pādionis filia egregerēs sororē suam Philomelā a Tereo marito fuisse stupratā, Itym filiū eidē comedēdū appofuit. Ouidius lib. 6. Meta. Tendentēq; lanus & tā sua fata videntē Et mater mater clamantē, & colla petētē, Ense ferit Progne, lateri qua pectus adhe ret. Idē Lib. 2. Eleg. Atq; sua casum matre queruntur Itym. Idē lib. 1. de Remedio. Nec dolor armasset contra sua viscera matrē, Quę loci dāno sanguinis vltā virū est, Sidonius siue prandia quis refert Thyeste Discerptum aut puerum / cibumque factum.

**P**erimele puella vim & stuprum ab Acheloo passa, ab Hippodamante patre detestante facinus precipitata est. Ouidius Lib. 8. Meta. Quod pater Hippodamas egre tulit, inque profundum, Protulit e scopulo peritura corpora natæ.

**A**lthea egregerens fratres suos a Meleagro filio interfectos, fatalem combussit stipitē, de quo Parçē prædixerant Meleagrū non prius periturū, quam stipites ipse igni fuisset absumptus. Hoc itaque modo natum emori fecit. Ouidius lib. 1. Tristiū. Vtq; cremasse suum fertur sub stipite natū Testias, & melior matre fuisse soror.

**A**idona vxor Zeti, Ithilum noctu imprudens occidit, dum vnum ex filijs Amphionis (cuius vxori inuidebat) interficere vellet.

**A**rtaxerxes Mnemon cognomento, Persarū rex, Darium cum quinquaginta alijs filijs fecit, q; ab eis insidijs peteretur, Trogus lib. decimo & Cælius testes.

**C**ambyfes Cyri filius Persarum rex, filiū sagitta occidisse fertur, furore correptus, quo prius fratrem & grauidam sororem dederat morti. Sabellicus.

**C**onstantinus magnus Crispum filiū cum Licinio sororis suæ marito incerta causa morti dedit. Sextus Aurelius prodit hoc eum fecisse suafu Faustę coniugis.

**D**ioscorus pater Beatæ Barbare filiam multis prius tormentis affectam / ad extremum supplicio capitis affecti, q; ad Idolatriam flecti non posset.

9  
Athamas10  
Tantalus

11

Leus

12

Agaue

13

Progne

14

Hippodamas

15

Althea

16

Aidona

17

Artaxer.

18

Cābyfes

19

Cōstātin⁹

20

Dioscor⁹;

- 21 **Euristhenes** quum male in bello pugnasset, ac propterea domus suae ignominiam peperisset, inedia consumptus est a matre. Ouidius in Ibin. Obstrictusque necem patiaris limine tecti, Vt legem poene cui dedit ipsa parens.
- 22 **Ptolemæus** Evergetes a suis ob crudelitatem regno pulsus, filium quem ex Cleopatra forore susceperat, in Cypro occidit, eiusque caput & pedes matri pro munere natalitio remisit. Liuius libro. 59.
- 23 **Ptolemæus** Auletes **Ptolemæus** Auletes regno suo redonatus (quo ob flagicia fuerat eiectus) Cleopatram filiam & Archelaum eius maritum (quos Aegyptij in regnum ascuerant) occidit. Strabo lib. 17.
- 24 **Deuteria** mulier timens ne filia sua (quam nubilem & formosam habebat) a Theodeberto rege corrumpetur, eam in flumen præcipitavit apud Viridunum civitatem. Author Gregorius Turonensis.
- 25 **Apteras** **Apteras** vetustissimus Græcorum Saturnus patrem castravit, filios interemit, fratribus bella & ferrum intulit. Annius in Berolum.
- 26 **Erechtheus** bellum cum Eumolpo gerens, quum ab oraculo accepisset futuram sibi victoriam, si filiam dijs immolaret, paruit, & consensu Praxithæ vxoris puellam cecidit. Euripides apud Plutarchum.
- 27 **Marius** **Marius** quoque Cymbrico bello profligatus, quum intellexisset se fore victorem, si Calphurniam filiam dijs daret victimam, dedit, vt patriæ consulere. Dorotheus apud eundem Plutarchum.
- 28 **Boges** **Boges** Perfa ab Atheniensibus obsessus, vbi nihil habuit commeatus in castris, liberos cum vxore primum, demum seipsum interfecit. Author Herodotus. Lib. 7.
- 29 **Deiotarus** **Deiotarus** cum multos suscepisset liberos, omnes excepto tantum vno iugulauit, vt qui susperfuturus erat, potentior fieret, & maiestatis augustioris. Author Cælius.
- 30 **Mithridates** **Mithridates** sanguinolentus ac crudelis in omnes fuit. Nam matrem / fratrem / ac filios tres impuberes / ac totidem filias interfecit. Author idem Cælius.
- 31 **Antonius** **Antonius** Caracalla Imperator Iuliam nouercam in vxorem duxit, cuius filium Getam nomine paulopost interfecit. Author Aelius Spartianus.
- 32 **Virginius** **Virginius** filiam Virginiam Icilio desponsatam, spectante populo & palam interfecit vt Appium Decemuirum (qui eam stuprare velut seruam tentauerat) in odium & inuidiam populi traheret. Quod & factum est, Namque vt propter illatum Lucretiæ stuprum Romani reges deserunt, ita quoque immoderata Appij libido finem fecit Decemuirorum magistratui. Author Liuius, Syllius lib. 13. Virginia iuxta Crine cruentato vulnus sub pectore seruat, Tristitia defensi ferro monumenta pudoris.
- 33 **Herodes** **Herodes** rex Iudææ præter innocentium eadem, tres quoque ex liberis sibi suspectos / Alexandrum / Aristobolum & Antipatrum morti dedit. Volaterranus. Macrobius Libro secundo Satur. de Iocis Augusti Cæsaris loquens. Quum audisset (inquit) inter pueros quos in Syria Herodes rex Iudæorum intra bimatum iussit interfici, filium quoque eius occisum, ait. Melius est Herodis porcum esse quam filium.
- 34 **Hippomenes** **Hippomenes** Atheniensium princeps, filiam Limonem in adulterio deprehensam, vna cum equo feroci conclusit, nec huic / nec illi cibum præbens. Equus igitur fame in rabiem actus, puellam deuorauit. Hinc ortum Adagium a Diogeniano positum magis impius Hippomene. Ouidius in Ibin. Solaque Limone poenam ne senserit illam, Et tua dente ferox viscera carpat equus.
- 35 **Embarus** **Embarus** Pyreus insula quum maxima laboraret peste, propter interfectum ibidem ab Atheniensibus aprum Dianæ sacrum, consultum oraculum respondit, finem mali futurum, si quis filiam immolasset numini. Vnus autem repertus est Embarus, qui filiam solenni ritu ornata sacrificauerit. Erasmus in Chliadibus.
- 36 **Orchamus** **Orchamus** Leucotheam filiam ab Apolline stupratam, viam defodit. Author Domitius in Ibin. Ouidius item Lib. 4. Metamor. Ille ferox / immanis etusque precantem / Tendentemque manus ad limina solis, & ille Vim tulit inuitæ dicentem, defodit alta Crudus humo, tumulumque super grauis addit arenæ.
- 37 **Lenogildus** **Lenogildus** rex Hispaniæ filium Hermogildum, quia secta parentum abhorreret, ac Childeberti Francorum regis orthodoxi filiam duxisset in vxorem, morte affectus. Volaterranus.
- 38 **Lysimachus** **Lysimachus** rex Pergami Agathoclem filium fortissimum (cuius præcipua opera multa bella feliciter gesserat) nouerca Arfinoe Ptolemæi forore instigante, veneno iustulit, Authore Trogo.
- 39 **Aul. Posthumus** **Aulus posthumus** Tiburtus filium securi percussit, quia occasione rei bene gerendæ iniustus pugnam tentasset. Author Valerius de disciplina militari. Liuius tamen libro quarto maullit hoc

mauit hoc credere de manlio Torquato, quam de Posthumio. 40  
**¶** Arpiages filium comedit. Ouidius in Ibin. Vt puer Arpiage / referas exēpla Thyestæ, Arpiages  
 Inque tui cæsus viscera patris eas. 41  
**¶** Etearchus rex Cretæ iusu secunda vxoris / Phronymam filiam per negotatorē quē- Etearch⁹.  
 dam nomine Themisonem / submergi fecit. Author Herodotus.  
**¶** Pontia Romana mulier duos filios veneno suffocauit. Vnde Iuuenalis saty. sexta. Sed 42  
 clamat Pontia, feci, Confiteor, puerisque meis aconita parauit. Martialis Libro secundo. PōtiaRo.  
 O mater, qua nec Pontia deterior. Item Iuuenalis ipse. Tu ne duos, vna sæuissima vipera 43  
 cœna, Tu ne duos: septem si septem forte fuissent.  
**¶** Catilina filium interemisse dicitur, quum Aurelia Orestilla, cuius amore tenebatur, illi Catilina  
 nubere dubitaret timens priuigium. Sallustius, & Valerius de luxuria. 44  
**¶** Eadem impietate filium nomine Petronium interfecit Aulus Vitellius, susceptū ex Pe- Aulus  
 tronā vxore sua & viri consularis filia. Suetonius. Vitellius.  
**¶** Pontius Aufidianus postquam comperit filiaē suæ virginitatem a pædagogo proditam 45  
 faunio Saturnio, non contentus sceleratum seruum affecisse supplicio, cædem filiaē etiā Pontius  
 adiecit. Valerius de pudicitia. Aufidia.  
**¶** Machæus Pœnorum dux a suis in exilium actus q̄ sinistre pugnasset in Sicilia, Cartalos 46  
 nem filium, Herculus sacerdotē (q̄ velut insultans ad eum profectus esset ornatus purpu- Machæus  
 ra & infulis sacerdotij) in ipsiſ patriæ oculis cum ornatu suo in altissimā crucem iussit affi-  
 gi. Author Trogus, lib. 19.

**¶ Liberi parentum interfectores.**

1	<b>A</b> Lemæon	11	Mithridates	21	Syroches
2	Carnabas	12	Ioannes maria	22	Heraclius
3	Orestes	13	Agyrtes	23	Oedipus
4	Nero	14	Telegonus	24	Cyane
5	Albanus	15	Oxias		Medulina
6	Antipater	16	Euander	25	Filia Pelia
7	Ninus Iunior	17	Polydice	26	L. Ostius
8	Ptolemans		Nyfa	27	Iulius mansuetus
	Philopator	18	Friscus	28	Manfredus
9	Ptolemæus philo.	19	Guillermus	29	Nicomedes
10	P. Malleolus	20	Phraates	30	Fabricianus.

**EXPLANATIO.**



**L C M A E O N** Eryphilem matrē interfecit, q̄ illa Amphiar- 1  
 raum patrem (qui in bello Thebano terræ hiatu absorptus est) Po- Alcmeon  
 lynici prodidisset, accepto monili aureo. Virgilius lib. 1. Ixto. Aen. 2  
 Mœstamque Eryphilem Crudelis nati monstrantem vulnera cer- Carnaba.  
 nit. Seruius & Diodorus. lib. 5. 3  
**¶** Perrheborum rex Troipas dum tyrannice nimis imperaret, a Orestes  
 Carnaba filio tātæ feritatis impatiēte / occisus est. Author Cælius.

**¶** Orestes Clytemnestram matrem interfecit, in vltionem patris 4  
 Agamemnonis, quem a Troia redeuntem illa cum Aegystho adul- Nero  
 tero interfecerat. Ouidius lib. 1. Eleg. Et vindex in matre, patris malus vltor Orestes, Aus-  
 fus in arcanas poscere tela deas. Horatius lib. 2. Sermonum. Nec ferro, vt demens genitris  
 cem occidit Orestes. Sidonius. Vel furibunda manus, raperet quum Taurica sacra Matris  
 cida pius. Val. Fl. lib. 7. Argon. Turbidus vt pœnis, cæcisque pauoribus ensem Corripit  
 & sæua ferit agmina matris Orestes. Iuuenalis Saty. 8. Quippe ille deis authoribus vltor  
 Patris erat teli media inter pocula.

**¶** Nero quum Agrippinam matrem facta sua exquirentem acerbis / & corrigentē gra- 5  
 uaretur, eam varijs modis tentauit perdere. Primo veneno. Sed quum sentiret eam Anti- Albanus.  
 dotis præmunitam, solutū nauem (cuius vel naufragio / vel camere ruina periret) cōmē-  
 tus est, simulataque amicitia Baias euocauit. Quam nando euasisse vt comperit, inops cō-  
 filij eam interfici iussit, quam prius stupro contaminauerat. Suetonius, & Tacitus.

**¶** Albanus martyr Maguntinus patrē habuit, cui frequens erat cum filia incestus, ex quo & ipse genitus

PARRICIDAE

& ipse genitus fuerat. Vbi adultus originem suam probrosam didicit, parentes monuit, vt ab antiquo abstinerent flagitio. Quod quum non facerent, ambos nocte quadam in concubitu interfecit. Vide Catalogum sanctorum.

- 6 Antipat ¶ Trogus scribit Thessalonice[m] ab Antipatro filio interfectam, quum tamen vitam per vbera materna deprecaretur. Idq; q[ui] Alexandro fratri magis / quam sibi faueret.
- 7 Ninus Iu. ¶ Semiramidem a Nino filio intereptam produunt, q[ui] eius concubitu[m] & congressum optaf- set, quæ prius equi amore conflagrauerat. Cælius cap. 37. duodecimi, & Iustinus lib. 1.
- 8 Ptoleme[us] ¶ Ptolemeus Euergetes a Ptolemeo filio interfectus est, cui ex facinoris crimine (inquit Iu- stinus) cognomento Philopator ex contratio fuit.
- 9 Pto. Phil. ¶ Ptolemeus filius Epiphanis matrem Cleopatram dedit morti. Vnde & Philometor eae dem ratione dictus est, qua præcedens Philopator.
- 10 P. malleo. ¶ P. Malleolus teste Liuiio matre interempta / primus omnium infuto culeo in mare præci- pitatus est.
- 11 Mithrida. ¶ Mithridates Authore Cælio, tantę fuit impietatis, vt matrem, fratrem, filios tres, ac totis dem filias interfecerit.
- 12 Ioannes ¶ Ioannes maria Ioannis Galeati filius, dux Mediolani Catharinā matrem facta sua acera- bius obiurgantem, in turri conclusit, & ibidem emori fecit. Volaterranus.
- 13 Agyrtes ¶ Ouidius Lib. 5. Meta. ait Agyrtem fuisse quendam, qui patrem interfecerit. Regisque Thoactes Armiger. et cæso genitore infamis Agyrtes.
- 14 Telegon[us] ¶ Redeuntem Troia Vlysses Telegonus filius, vt ignotum occidit. Horatius lib. 3. Car. Decliu[m] contempleris aruum, & Telegoni iuga parricidæ.
- 15 Ozias ¶ Ozias Amos prophetam patrem suum vete[m] per tempora transfixit, q[ui] contra mandatū Hieroboam regis, verbum domini prædicaret.
- 16 Euander ¶ Ab Euandro quoque occisum fuisse patrem quidam prodiderunt, vt scribit Cælius li- bro. 6. lectionum Antiquarum.
- 17 Polydice ¶ Polydice Pterelam patrem Thebarum regem Creonti prodidit, & occidi fecit, vt Nysus a Minoe obfessus proditione Scyllæ filia / crinem amisit fatalem, atque ita interfectus est. Authore Seruio.
- 18 Friscus ¶ Friscus Actium Ferrariæ principem patrem suum in carcerem coniecit, atque ibidē se- cit emori, quum ob inductam nouercam, tum libidine dominandi. Volater.
- 19 Guiller. ¶ Guillelmus Iacobini Carrariēsis filius patrē occidit, q[ui] ab eo spurius fuisset appellatus.
- 20 Phraates ¶ Orodes rex Parthorum amisso filio Pacoro, qui in bello contra Ventidium occubuerat, in furorem prope versus, ab altero filio Phraate occisus est. Volater. in geog.
- 21 Syroches ¶ Cosroes rex Perfarū senio cōfectus, dum Medorsem filium regni hæredem instituisset, ab altero Siroche natu maiore interfectus est. Idem Volater.
- 22 Heraclius ¶ Heraclius Imp. Phocam patrem multis prius contumelijs affectum, postremo interfecit, dominandi (vt credibile est) libidine. Volaterra.
- 23 Oedipus ¶ Oedipus cum Laio patre ignoto apud Phocidem congressus, ipsum nescius interemit.
- 24 Cyane ¶ Ouidius in Ibin. Nec plus aspicias, quam quem sua filia rexit, Expertus, scelus est cuius vterque parens. Seneca in Thebaide. Genitorem adortus impia strauit nece.
- ¶ Cyane puella Patrem Cyanippum ( q[ui] ab eo per vim stuprata fuisset ) gladio confodit, Medullina quoque ab Aruntio patre ebrius violata, eidem mortem intulit. Plutarchus in Parallellis.
- 25 Filie pelie ¶ Peliam senio cōfectum dum filia a Medea persuasæ vellent ad iuuentutem reuocare, lebeti feruenti impositum occiderunt. Erasmus in Chiliadibus.
- 26 L. Ostius ¶ Post Annibalis bellum L. Ostius fertur primus patrem occidisse. Author Plutarchus in vita Romuli.
- 27 Iulius mā ¶ Iulius Manuetus ex Hispania rapaci legioni additus, impuberē filium domi reliquerat, Is mox inter septimanos a Galba conscriptus, oblatum forte patrem & vulnere stratu[m] dū semianimem scrutatur, agnitus cognoscensque & exanguem amplexus, voce flebili præ- cabatur placatos patris manes, ne se vt parricidam insectarentur. Cor. Tacitus.
- 28 Māfred[us] ¶ Fredericus Impe. Panormum profectus Māfredi filij dolo interfectus est, quum annos 32. rebus præfuisset. Bap. Egnatius.
- 29 Nicome. ¶ Nicomedes Prusiam patrem Bithyniæ regem dominandi libidine vita spoliavit.
- 30 Fabricias ¶ Fabricianus matrem Fabiam interfecit, q[ui] illa Fabium Fabricianum maritum suum occi- didisset, vt liberius adulterium cum Petronio adolefcēte committeret. Author Dositheus apud Plutarchum.

¶ Interfectores

## ¶ Interfectores fratrum &amp; Sororum.

1	<b>E</b> Theocles	19	Pinus Ordelaphus	36	Henricus clericus
	Polynices	20	Ptolemæus phila.	37	Orodes
2	Medea	21	Ptolemæus philo.	38	Ioram
3	Tydeus	22	Fr. Gonzaga	39	Ioannes pont.
4	Polytes		Lud. Gonzaga	40	Iugurtha
5	Athila	23	Boleslaus	41	Aurelius
6	Antiochus magnus	24	Ardieus	42	Oxiloachus
7	Aristobolus	25	Mithridates	43	Sifapho
8	Romulus	26	Alexius	44	Antiphus
9	Theodericus	27	Haldanus		Crimenus
10	Fernandus	28	Feugo	45	Rhefus
11	Helenus	29	Starcatherus	46	Caduidus
12	Cayn	30	Herminefredus	47	Commodus
13	Mempricus	31	Dardanus	48	Maximianus
14	Cunedagius	32	Bela rex	49	Critolaus
15	Antonius	33	Learchus	50	Horatius
16	Cambyles	34	Typhon	51	Cambyles
17	Canis grandis	35	Isis	52	Polyphontes
18	Henricus				

## EXPLANATIO.



**E**DIPVS Rex Thebarum moriens, filijs suis Etheocli & Polynici regnum alternis annis dimisit regendum. Verum quum Etheocles maior natu peracto anno fratri cedere noluisse, moto propterea bello, contractisque vtriusque copijs ambo mutuis se vulneribus interfecerunt. Virgilius in Culice. Ac discordantes Cadmæo sanguine fratres, iam truculenta ferunt infestaque lumina, corpus Alter in alterius iamque aduersatus vterque Impia germani manat pro sanguine dextra.

1  
Etheocles  
Polynices

¶ Medea cum Iafone fugiēs, Aegyaleum fratrem membratim discerpit, discerptum per agros passim proiecit, vt Aegem patrem se persequentem in collibus generis filij ossibus remoraretur. Ouidius in Ibin. Et tua sic latic spargantur membra per agros, Tanquam que patrias detinere vias. Idem lib. 3. Tristium. Dum quid agat querit, dum versat in omnia vultus, Ad fratrem casu lumina flexa tulit. Cuius vt oblata est presentia, Vicimus inquit. Hic mihi morte sua / causa salutis erit. Protinus ignari / nec quicquam tale timentis. Innocuū rigido perforat ense latus. Atque ita diuellit, diuulsaque membra per agros dissipat, in multis inuenienda locis. Ne pater ignoret, scopulo proponit in alto Pallentesque manus / sanguineumque caput. Idem in Epistola Hypsipheles ad Iasonem. Spargere que fratris potuit lacerata per agros Corpora, pignoribus parceret illa meis. Sidonius. Sic torua, Pelasgū Colchis in Aplustri steterat trepidante marito, Absyrtum sparsura patri, facturaque cæsi Germani plus morte nephas, dum funere pugnat, Et fratrem sibi tela facit. Sabellicus. Hanc fama est fraterna cæde cruentam Magnanimum Aesonidem Colchis cum patre relicta, Per varios casus, per deuia regna secutam.

2  
Medea

¶ Menalippus Onei filius dum in syluis aprū Calydonium venaretur, a Tydeo fratre imprudente occisus est. Statius Lib. 2. Theb. Pollutus placuit fraterno sanguine Tydeus.

3  
Tydeus

¶ Polytes quoque fuit quispiam, qui fratrem peremit. Statius lib. 7. Theb. Cæsoque infamis fratre Polytes.

4  
Polytes

¶ Athila rex Pannoniæ reuersus e Gallia, Budam fratrem (qui regnū occupauerat) de medio sustulit. Volaterranus.

5  
Athila

¶ Antiochus magnus Seleuci filius, mortuo patre fratrem vita exiuit, vt solus principaretur, & regno frueretur.

6  
Antioc.

¶ Aristobolus rex Iudææ, Antigonum fratrem (quem prius regni consortem fecerat) falso postea in simulum interfecit iussit. Volater.

7  
Aristobo.

¶ Romulus quū ad extruendos vrbis muros, vallū aratro duxisset, vetuissetque, ne quis illud trāsiret, Remus in ludibriū fratris, ausus est trāsire. Quod iniquo ferēs animo Romulus, eidem

8  
Romulus

PARRICIDAE

- lus, eidē eripuit vitā, Livi⁹. vnde Lucan⁹. Fraterno primi maduerūt sanguīe muri. Ouidi⁹  
 in Ibin, Vtq; Remo muros aulus tranfire recentes, Noxia sint capiti rustica tela tuo.
- 9 Theode. ¶ Theodebertus Chilperici filius Francorum rex, a Theoderico fratre bello petitus, & ad  
 extremum interfectus est. Volaterra.
- 10 Fernand⁹ ¶ Fernandus rex Castellæ Sanctij filius, Garfiam fratrem regem Navarre peremit, vt Na  
 uarram ipsam suo adijceret regno. Vsq; adeo libido principandi nō prescribit sibi modū.
- 11 Helenus ¶ Helenus Priami filius dum venaretur, nescio qua fortuna, Chaonem fratrem (a cuius  
 nomine Chaonia dicta est) imprudens peremit, Seruius in tertium Aeneidos.
- 12 Cayn ¶ Inuidia (quæ alienam prosperitatem oculo irretorto nescit prospicere) fuit in causa, cur  
 Cayn fratrem Abelem (cuius victimas domino videbat gratas) nefarie interfecerit.
- 13 Mēpricuf ¶ Mempricus filius Maddam/ rex Britannię, Malym fratrem exiuit vita, vt eo mortuo prin  
 ciparetur. Cunedagius quoque non alia ratione fratrem Morganum occidit, quo tempo  
 re Roma condita est, vt supputat Volaterranus.
- 14 Antoniu⁹ ¶ Canfignorus Veronenfium princeps moriens/ Antonium & Bartholomæum filios re  
 liquit hæredes. Quorum Antonius Bartholomeum fratrem de medio sustulit, quē in prin  
 cipatu confortem aut parem ferre non poterat. Volaterranus.
- 15 Cābyfes ¶ Cambyfi Perfarum regi visus est per quietem nuncius adesse, dicens Mergidem fratrem  
 folio federe regio. Qua ille visione consternatus, Prexaspem Perfam ad eum interimens  
 dum misit. Authores Trogus & Herod. Cui flagitio, fororis quoque mortem adiecit.
- 16 Canis gran. ¶ Canis grandis Veronenfium princeps, fratrem Eriganum (qui dum abesset, Veronam  
 inuaserat) foris reuersus, obsedit, obsessum vicit, victum dedit morti.
- 17 Henricus ¶ Henricus Alphonfi vndecimi filius/ Petrum fratrem multis homicidijs famosum/ tandē  
 interfecit magno omnium plausu. Volaterranus.
- 18 Perinus ¶ Perinus Fregofus Genuensium princeps, Nicolaum fratrem doctrina/ moribusque in  
 signem, ob suspicionem affectati principatus interfecit.
- 19 Pinus ¶ Pinus Ordelaphus Foroliuensis, vt solus regnaret, Frāciscum fratrem trucidauit, eius  
 liberis in exilium missis. Author Volaterranus.
- 20 Pto. Phil. ¶ Ptolemæus Philadelphus Argeū fratrem (a quo insidias parari sibi intellexerat) interfe  
 cit & alteri fratri Magei nomine (qui Cyrenis imperabat) bellum intulit. Pausanias apud  
 Volaterranus.
- 21 Ptoleme⁹ ¶ Ptolemæo Philopatori non satis fuit patrem interficere, nisi in fratrem quoque & amie  
 cos gladio sceleret.
- 22 Fr. Gon. ¶ Franciscus & Ludouicus Gonzagæ Vgolinū fratrem simulata amicitia ad cœnam in  
 uitatum adorti sunt, & interfecerunt sola ad facinus inuidia moti, q; Guido Gonzaga pa  
 ter Mantuanorum dux, ei soli principatum reliquisset. Volaterranus
- 23 Boleflaus ¶ Boleslaus Vratillai Bohemorum regis filius, fratrem Vvencellaum æquitatis & relis  
 gionis obseruantissimum, & Abeli iusto per similem, interfecit, Draomitia matre sceleris  
 conscia. Idem Volaterranus.
- 24 Ardieus ¶ Ardieus Pamphylię tyrannus patrem senio confectum, & fratrem natu maiorem interfe  
 cit. Author Plato. Lib. 10. de rep.
- 25 Mithrid. ¶ Clam diximus tantam in Mithridat: rege Ponti fuisse feritatem, vt matrem, fratrem, &  
 sex liberos interfecerit. Author Cælius lib. 16. lectionum Antiquarum.
- 26 Alexius ¶ Isacius Angelus Impe. ab Alexio fratre (quem a Turcis captum redemerat) per summū  
 scelus, oculis/ imperio/ & vita priuatus est.
- 27 Haldan⁹ ¶ Frotho Danorum rex tres habuit liberos Haldanum, Roem, & Scatonem, Quibus mor  
 tuo patre æqua incessit regnandi cupiditas. Quo factum est, vt Haldanus natu maximus  
 duos iuniores interfecerit, & regnum parricidio suscepit. Author Saxo Grammati.
- 28 Fengo ¶ Fengo quoque Horruendilium Danorum regem frarem suum insidijs circumuenit, atq;  
 que vbi parricidio datus est locus, cruenta manu funestam mentis libidinem satiauit, vt eo  
 mortuo regnaret. Idem Saxo lib. 3.
- 29 Starchat. ¶ Idem Saxo lib. 6. historię Danicę/ meminit cuiusdam Starcatheri, quem inuitata forti  
 tudine, viribusque prodigijs ait fuisse, vt qui nouem fratres Athletas simul pugnantes  
 interfecerit, decem & septem vulneribus acceptis, amissaque maiori viscerum parte.
- 30 Hermi. ¶ Herminefredus Bertarium fratrem vi oppressit, vt soli sibi tranquillius & securius apud  
 Thoringos liceret regnare. Author Gregorius Turonensis.
- 31 Dardan⁹ ¶ Orta inter Dardanum & Iasium contentione, Dardanus superior fratrem peremit, adeo  
 confortem nescit potestas, adeo rara est in necessarios charitas, vbi illa dominandi libido  
 mentes hominum titillat. Annius in Berofum.

¶ Bella rex Pannoniæ,



- ¶ Bela rex Pannoniæ, Polonorum copijs instructus, Andream fratrem bello aggressus est, partaque victoriæ interfecit victum. 32 Bela
- ¶ Learchus Arcefilium fratrem Cyrenæorum regem ægrotantem veneno potauit, & eo modo stragulauit. Learchus demum ab Erixo Arcefilai vxore, lege Talionis interfecit est. Author Herodotus in Melpomene. 33 Learchus
- ¶ Typhon Aegyptius fratrem suum Oliridem peremit, inuidia accensus. Authores Berolus & Seneca de lacris Aegyptiorum. Diodorus itē. Compertum est (inquit) Oliridē Aegyptio iuste regnantem a Typhone fratre impio ac nefario interemptum. Quem in sex & viginti partes dissectum, cuiuslibet eorum, qui tanti sceleris participes fuerant, partem dedit vt ipsos defensores custodesque regnifidos haberet. 34 Typhon
- ¶ Illis demum Oliridis fratris mortem vltā, Typhonem alterum fratrem auxilio filij (qui Oros dicebatur) occidit. Annus in Berolus. 35 Illis
- ¶ Henricus cognomento clericus Anglorum rex, Robertum fratrem hostem habuit, quē in bello captum, oculis primum auullis / in carcerem detrufit, ac demum pædore & inedia ibidem emori fecit. Volaterranus. 36 Henricus clericus.
- ¶ Oroses Phraatis filius, Parthorum rex, Mithridatem secundum fratrem suum Babylo-niæ obsedit, factaque deditione, in conspectu omniū quamuis supplicem / interfecit. Deus te perdat Ambitio. Quæ fratres armas in fratrum viscera, quæque securum a nato non finis esse patrem. 37 Oroses
- ¶ Ioram rex Iudææ suafu Athaliæ vxoris, fratres interfecit, & nullum sceleris genus omisit, a nullo abstinuit flagicio. 38 Ioram
- ¶ Ioannes Iudææ pontificis filius, quintus Hebræorum pontifex / fratrem Iesum nomine (quem affectatæ dignitatis habebat suspectum) morti dedit. 39 Ioannes
- ¶ Iugurta Manastabalis filius nothus, fratres suos Adherbalem & Hiempalem Micipsæ patru sui filios, interfecit, vt solus Numydis imperaret. Author Salusti. 40 Iugurta
- ¶ Friola Alphonfi Catholici filius, rex Hispaniæ, ab Aurelio fratre interfecit est, quum annos duodecim regnasset. Volaterranus 41 Aurelius
- ¶ Leucon ob Oxilocho fratre / rege Ponti interfecit est, q̄ cum eius vxore adulterij & incestus consuetudinē haberet. Ouidius in Ibin. Aut pia te caelo dicatur adultera, sicut Quæ cecidit Leucon vindice dicta pia est. 42 Oxilocho
- ¶ Mamertes quum Sisaphonis Corinthij fratris sui filios regnandi libidine peremisset, ab ipso Sisaphone membratim laceratus est. Ouidius in Ibin. Trunca geras læuo mutilatis partibus ense, Qualia Mamertis membra fuisse ferunt. 43 Sisapho
- ¶ Hesiodus poeta Ascræus noctu iugulatus est ab Antipho & Crimeno fratribus, non tamen opera dedita, sed per errorem, dum illi sororis suæ interfecitorem esse putarent. 44 Antipho
- ¶ Rhelus Maximi & Ameriæ filius, fratrem Simulum in venatione volens interfecit, ac propterea ei paterna demo interdictum est. Author Aristides apud Plutarchum. 45 Rhelus
- ¶ Anacharsis philosophus Sytha genere, dum Atheniensium leges, apud suos introducere conaretur, vt patriæ consulere, a Caduido fratre eius loci rege per liuorem sagitta confossus est. Author Laertius. 46 Caduido
- ¶ Lucilla M. Antonij & Faustæ filia, a Commodi fratre, in quem coniurauerat, deprehensa, ab eodem interfecit est. Author Herodianus. 47 Commodus
- ¶ Maximianus Diocletiani filius / Artemiam fororem gladio percussit, q̄ relicta Idololatriæ Hæresi, ad fidem se conuertisset. 48 maximia.
- ¶ Critolaus Tegeates fororem interfecit, q̄ sibi e victoriæ redeuntī non gratularetur, quū tamen cæteri omnes ei applauderent. Author Demarathus apud Plutarchum. 49 Critolaus
- ¶ Primus apud Romanos Horatius ob sororē interfecit / perduellionis reus factus est, dein absolutus Author Liuius. 50 Horatius
- ¶ Cambyfes fororem interfecit, q̄ illa Smerdis fratris sui a patre occisi mortem lugeret velut inultam. Author Herodotus. 51 Cābyfes
- ¶ Polyphontes rex fratrem interfecit, q̄ ab eo infidias & mortem parari sibi intellexisset, Author Gellius libro quarto, Cap. 3. 52 Polyphō,

¶ Mulieres quæ maritos occiderunt,


Clytemnestra

PARRICIDAE

1	Clytemnestra	6	Antiochus	11	Semiramis
2	Belides	7	Lucilla	12	Ioanna
3	Albina	8	Cyrce	13	Fabia
4	Thebe	9	Vxor Gandul.	14	Agrippina
5	Rosimunda	10	Vxor Galeoti	15	Vxor Ipitamenis

EXPLANATIO.

1 Clytēne.



Edeuntem ab expeditione Troiana Agamēnonem, Clytemnestra vxor interfecit, auxiliante Aegyſtho, quo cum stupri conſuetudinem habebat, Virgilius Libro. II. Aen. Ipſe Mycinæus magnorum ductor Achium Coniugis (infandum) prima intra limina, dextra Oppetit, deuicta Aſia ſubſedit adulter. Seneca in Agamennone, Rex ille regum, ductor Agamennon ducum, Cuius ſecutæ mille vexillum rates, Iliaca velis maria texerunt ſuis, Poſt dena Phœbi luſtra, deuictio Ilio, Adeſt daturus cōiugi iugulum ſuæ. Idem alibi, Adeſt cruenta coniugis viſtrix ſui, Iuuenalis ſaty. 6. Mane Clytēneſtram nullus non vicus habebit.

2 Belides

**D**Anaus Beli filius quinquaginta habuit filias, quæ totidem Aegyſthi filiis nuptæ runt, factaque ſimul coniuratione omnes maritos nocte vna interfecerunt præter Hypermeſtrā, quæ Lynceo viro pepercit. Seneca in Hercule furente, Nunc nunc cruentæ regis Aegyſthi nurus Adeſte, multo ſanguine infectæ manus. Ouidius Lib. I. de Arte. Quæque patrare necem miſeris patruclibus auſæ Belides. Hora. Lib. 3. Car. Impiæ ſponſos potuere duro Perdere ferro, Pamphilus. Et nunquam captas captabunt Belides vndas, Turba maritali pernicioſa nece. Iuuenalis ſaty. 6. Occurrent multæ tibi Belides, at quæ Eryphila.

3 Albina

**S**cribit Volaterranus Albinam quandam Syriæ regis filias duas & triginta habuiſſe ſorores, quæ totidē maritos interfecerunt, expulſasque propterea a patre/ veniſſe in Britanniam, et a nomine Albinae/ in ſulam vocaſſe Albionem.

4 Thebe

**A**lexander Pheræus Theſſaliæ tyrannus / quum vxorem Theben cuidam barbaro nudam plerumque offendiſſet, ab eadem factum ægreferente, dormiens iugulatus eſt. Authores Cicero. 2. officiū. & Valerius de cupiditate vitæ. vnde Ouidius in Ibin. Inque tuo thalamo iuguleris more Pheræi, Qui datus eſt Lætho coniugis enſe ſuæ. Alij dicunt Theben perſelam crudelitatis eius conſpiraliſſe cum tribus fratribus Tiſiphono, Pitholao & Lycophone de inferēda ei morte. Itaque quum mero ſepultus noctu quieſceret, mulier gladijs armatos in cubiculum tacite intromiſit ſublato prius eidem enſe, quæ habebat ſub puluino. Dum autem conſcenderent, mulier ſcalas ne concreparent, lana ſtrauit. Introduciti adoleſcentes tyrannum multis plagis confoderunt. Plutarchus in Pelopida.

5 Rosimū.

**A**lboinus rex Longobardorum Cuminundo Gepidorum rege interfecto, eius filiam nomine Roſimundam ſibi copulauit, Cui quum aliquando inter pocula, patris Caluaria per iocum propinaſſet, irata puella non prius machinari deſtitit quā eum curauerit interficiendum. Quo mortuo alium maritum Helmigē nomine ſibi copulauit, quem poſtea veneno ſuffocauit. Saxo gram.

9 Antioch<sup>9</sup>

**A**ntiochus deus cognomēto rex Syriæ/ ab vxore Laodice veneno interfectus eſt, ob inductam alteram Berenicem Ptolemæi ſororem. Valerius de ſimilitudine formæ.

7 Lucilla

**A**ntonius verus imperator periit veneno a Lucilla vxore propinato, ob Fabiæ conſuetudinem, ad quam frequenter itabat. Volaterranus.

8 Cyrce

**C**irce venetica mulier Sarmatarum regem (cui nupſerat) veneno itidem fertur occidiſſe arreptoque regno ſubditos multum oppreſſiſſe, Sabellicus.

9 Vxor gā.

**G**andulphus (qui in Burgundia pro fide martyrium paſſus eſt) dum vxorem adulteriſi inſimularet eiufdem opera ab adultero interfectus eſt.

10 Vxor ga.

**G**aleotus Foroliuſij princeps Ioannis Bentiuoli filiam duxit in vxorē. A quo dum ſperneretur puella, ſimulata egritudine ſicarios ſubornauit medicos, qui eum adorti in cubiculo confoderunt. Volaterranus.

11 Semiramis.

**S**emiramis quum a marito Nino impetraſſet, vt diem modovnū in regio federet tribuſus, obiretque regum munus iuri dicundo, ſanciendoque viderentur, exploratis ſatellitum animis/ Ninum ipſum apprehendi iuſſit, & in vincula conijci, ac poſtremo interimi. Author Cælius.

12 Ioanna

**A**ndreas filius Caroli Pannoniæ regis a Ioanna vxore regina Siciliæ interfectus eſt, q̄ ignauus &

ignauus & regno inutilis videretur. Volaterranus.

¶ Fabia mulier Fabium Fabricianum interfecit, vt liberius posset lasciuire cum Petronio Valentino liberali forma adolefcentulo, quo cum adulterij consuetudinem habebat. Plus rarchus in Parall.

¶ Agrippina Tiberium Claudium principē maritum suum v veneno sustulit. Author Plynius. Lib. 32. Cap. 23.

¶ Curtius libro septimo ait Barbarum quendam Spitamenem somno & vino sepulumi, ab vxore in castris Alexandri fuisse interfectum.

Agrippina  
15  
Vxor spi  
tamenis

¶ Viri vxorum intefectores.

1	Cephalus	4	Constantinus	7	Calphurnius bestia
2	Nero	5	Mithridates	8	Periander
3	Chilpericus	6	Egnatius	9	Dacianus.

¶ EXPLANATIO.



Rocris mulier existimans Cephalum maritum alteram deperire puellam, eundē in syluas profectum secuta est, vt obseruaret, quid faceret. Quum ergo in dumis deliteret, ac vepres concuteret, Cephalus opinatus esse ferā, sagittis eā cōfodit, Ouidius lib. 7. Meta.

¶ Fronde leuem rursus strepitum faciente caduca/  
Sum ratus esse feram, telumque volatile misi.  
Procris erat, medioque tenens in pectore vulnus  
Hei mihi conclamat. Vox est vbi cognita fidæ  
Coniugis, ad vocem præceps/amensque cucurri.

1  
Cephalus

Semianimem / & sparsas fœdantem sanguine vestes,

Et sua (me miserum) de vulnere dona trahentem.

Inuenio, &c. Adagium est apud Erasinum, Procridis telum, De certis iaculatoribus / aut icū ex sententia iacto.

¶ Nero Sabinam Poppeam vxorem calcis icū, quæuis prægnantem interfecit, nulla impelle lente causa, sed sola bile & iracundia motus. Author Cor. Tacitus lib. 16.

¶ Chilpericus Clotharij filius / Glosindam vxorem Athanagildi Gotorum regis filiam / suafu Fredegundæ pellicis noctu iugulauit. Volaterranus.

¶ Constantinus imperator Constantij & Helenæ filius / vxorē suam Faustam (cuius suafu Crispum filium prius interfecerat) in balneas ardētes coniectam interemit. Author Sex. Aurelius.

¶ Mithridates rex Pōti vxorem Laodicem (qua mortua Hipsicrateam duxit) cum sorore / matre / fratribus / ac liberis interfecit. Author Herodotus.

¶ Plynius lib. 14. Scribit Egnatij Metētini vxorem, q̄ vinum bibisset e dolio, interfecit / fuste a marito, eumque cædis a Romulo absolutum.

¶ M. Cæcilius apud eundem Plynium lib. 27. accusat Calphurnium Bestiam, q̄ dormien / tes vxores veneno peremerit.

¶ Miratur Sabellicus, nec sane mirum / q̄ miretur, Periandrū Corinthium inter eos nume / ratum, quos Græcia sapientes appellauit, qui Lysidem vxorem (aliij Melisfam scribunt) in / pellicis gratiam intefecerit, sciens volensque cum Cratea matre concubuerit, filiū relega / uerit, & Coreyrensiū natos Haliarti execādos, præbuerit, vt docēt Herodotus, & Laertius.

¶ Dacianus præfes Alexandriam vxorem a beato Georgio ad fidem conuersam suspendi / fecit & interfici.

2  
Nero  
3  
Chilperi.  
4  
Constan  
tinus  
5  
Mithrida  
tes  
6  
Egnatius  
7  
M. Cæci.  
8  
Periader.  
9  
Dacian?

¶ Alij Parricide.

1	Amulius	7	Aurelianus	13	Eduardus
2	Artabanus	8	Moses	14	Nuceria
3	Childebertus	9	Atreus	15	Martina
4	Sigisbertus	10	Pygmalion	16	Hippodamia
5	Egebertus	11	Childebertus	17	Pto. Auletes
6	Mamertes	12	Constantin <sup>9</sup> magn <sup>9</sup>	18	Val. Bestius

Polymnestor

PARRICIDAE

19	Polyneſtor	22	Draomitia	25	Icānes alberti nepos
20	Aegyſthus	32	Io. Galeatius	26	Domitianus
21	Perleus	24	Caligula	27	Tydeus.

EXPLANATIO.

1 Amulius



Roca rex Albanorum duos habuit filios Amulium & Numitorē, quibus regnum alternis annis dimisit regendum. Quum autem prior Amulius regnasset, peracto anno fratri cedere noluit, Quin etiam Laufum eius filium interemit, & Iliam eius sororē (ne qua inde manaret proles, quae facinus vlcisceretur) inter Vestales inclusit. Plynius de viris illustribus, vnde Ouidius lib. 4. Fastorū. Quē sequitur duri Numitor Germanus Amuli, Iliā cum Lauso de Numitore sati. Ense cadit patruī Laufus, placet Iliā Marti.

Artaba.

Xerxes ob res infeliciter in Græcia gestas, adeo inter suos euiluit, vt Artabanus spem nactus occupandi regni, eum in regia interfecerit. Author Trogus.

3 Childeb.

Childebertus Clodouci primi filius / fratris sui Clodomiri filios pupillos & clientes suos ad se venire iussos interfecit, vt eorum patrimonio potiretur. Volaterranus. Gaguinus

4 Sigisber.

tamen ait parricidium hoc a Clothario commissum, cuius Childebertus eius frater author fuerat.

5 Egebert<sup>9</sup>

Sigisbertus Clotharij filius / bellū cū Chilperico gessit, in quo Theodebertum eius filiū post alia multa crudelitatis exempla interfecit. Gaguinus.

6 Mamert.

Egebertus Sycoberti filius rex Anglorum, fratris filios (quos patre mortuo educabat) impuberes occidit. Volaterranus.

7 Aurelia.

Mamertes Corinthius filios fratris sui Sisaphonis regnandi libidine interfecit, maximo suo malo. Nā vbi Sisapho factū reliquit, eū mēbratim discerpfit. Author Ouidius in Ibin.

8 Mofes

Dextus Aurelius scribit Aurelianum imperatorem scruum fuisse & sanguinarium, vt qui sororis suæ filium interfecerit.

9 Atreus

Orchanes Turcarum rex Celapini filius, a Mose patruo (cuius fidei se pupillum commiserat) interfecit, & regno spohatus. Volaterranus.

**T**hyestes Pelopis & Hippodamiae filius / Europe seu Aeropen fratris sui Atrei vxorem stuprauit, & ex ea duos suscepit liberos, Tantalum & Plysthenē, quos Atreus ipse interfecit, interfectos fratri comedendos apposuit. Seneca. Tantalus prima hostia est. Tunc ille ad aras Plysthenem scruus trahit, Adicitque fratri, colla percussa amputat. Item apud eundem Atreus sic loquitur. Ferro vulnera impresso dedi, Cecidi ad ara, cede votiua focos Placui, & artus corpora ex anima amputans / In parua carpsi frustra, & hæc feruentibus Demerſi ahenis, illa lentis ignibus Stillare iussi, membra neruosque abscidi Viuentibus, gracilique traiccto veru Mugire fibras vidi.

10 Pygmal.

Pygmalion rex Tyri & frater Didonis, quum esset auri cupidissimus, Sichæum fororis suæ maritum, agri inter Phœnicas ditissimum / interfecit, vt mortui diuitias arriperet. Virg. Lib. 1. Aen. Ille Sichæum impius ante aras, atque auri cæcus amore Clam ferro, incautum superat, securus amorum Germanæ.

11 Childeb.

Childebertus Clodouci filius in Amalricum Gothorum regem sororis suæ Clotildis maritum bellum mouit, ac victum victor obruncauit, q. Clotildem ipsam iurgis & verberibus propter cultum Orthodoxæ fidei quotidie incesleret. Volaterranus.

12 Constan.

Constantinus magnus Licinium fororis suæ maritum, pugna sepius oppressum, & tandem apud Nicomediam victum interfici iussit. Eutropius.

13 Alfrida

Eduardus secundus rex Anglorum / venatu rediens / ab Alfrida nouerca venenato poculo interfecit. Volebat enim scelerata mulier Eceldredum filium suum septennem principari. Volaterranus.

14 Nuceria

Nuceria vxor Hebij, quum Firmum priuignum maligno psequeretur odio, filios suos ad inferendam ei mortem incendebat. Quod quum illi facere per pietatem abnuerent, dormientem gladio adorta est. Auther Dositheus apud Plutarchum.

15 Martina

Constantinus Heraclij filius / quum annum vnum imperasset, Martinæ nouercæ laborantis filium imperare, veneno interfecit. E. Bap. Egnatius.

16 Hippoda

Pelops Tantali filius ex Hippadamia, duos suscepit liberos. Atreum & Thyestem. Ex Danaide puella Chrysippum patri cæteris chariorem. Quem quum nouerca Hippodamia odio prosequeretur, eius cruore manus impias contaminauit. Dositheus apud Plutarchum testis.

mia

Ptolemæus

**P**tolemæus Auletes a Romanis regno Aegypti redonatus, quo propter flagitia eius cæsus fuerat, Archelai Capadociae regis filium filiae suae Cleopatras maritum (quem Aegyptij regem sibi delegerant) una cum filia interfecit. Strabo Libro Decimo septimo.

17  
Ptoleme<sup>9</sup>  
Auletes

¶ Spoliante campanos Annibale, L. Imbricus filium Ruscium cum magno auri pondere Valerio Bestio genero suo seruandum commisit. Quem tamen Valerius auaricia stimulante, obruncauit, vt auro potiretur. Plutarchus in Parall.

18  
Valerius  
Bestius

**E**Adem causa Polymnestor rex Thracie Polydorum Priami foceris sui filium iugulauit. Mantuanus libro primo de Cala. Temporum. Hæc priami natum (cui longa peccerata ira Martis) & a patria procul obsidione latentem Thraicio iuvene in innocuum mucrone peremit. Ah scelus, ah dirum facinus, multoque piandum sanguine, Priamæuæ imberbem sub flore iuente, Ignarumque doli puerum, nil tale verentem Perfidus obruncat. Virgilius libro tertio Aeneidos. Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno Infelix Priamus furtum mandarat alendum Thraicio regi. Demum subiungit. Fas omne abruptit, Polydorum obruncat, & auro Vi potitur.

19  
Polymne  
stor

¶ Aegythus Thyestæ filius Atreum patrum suum adultus interfecit, mortemque Plysthenis & Tantalii fratrum suorum ab ipso Atreo interfectorum vltus est.

20  
ægyth<sup>9</sup>,  
21  
Perseus

¶ Acrisius Abatis filius quæ ab oraculo accepisset se eius manu periturum, qui ex Danae filia nasceretur, natum postea ex ea Perseum iussit exponi & submergi. Compertus tamē in litore Perseus a piscatore quodam nutritus est. Inde vbi adoleuit, suamque rescuiuit originem, Acrisium ipsum interfecit. Volaterranus.

22  
Draomi  
tia

¶ Draomitia Bohemorum regina Ludimillam focrum Religionis obseruantissimam interficere iussit. Cuius suafu Boleslaus filius Venceslaum fratrem iam interfecerat. Au- thor Volaterranus.

23  
Io, Galea,  
24  
Caligula,

¶ Io. Galeatus Barnabam focrum Mediolani ducem per proditionem cepit, coniectumque in carcerem mori coegit, vt eo mortuo principatum arriperet.

25  
Ioannes al-  
berti

¶ Tiberius Nero Caligulae nepotis imperandi libidine cõflagrantis, astu & dolo periit, anno etatis. 78. Imperij vero. 23. Egnatius.

26  
Domiti<sup>9</sup>,

¶ Albertus Imp. dux Austriae, & filius Rodulphi imperatoris (dum suafu Bonifacij Pont. exercitum pararet in Gallos, a Ioanne fratris sui filio interfectus est. Egnatius.

27  
Tydeus,

¶ Domitianus authore Tranquillo Flauium Clementem patruellæ suum (cuius filios etiã paruulos successores palam destinauerat) interfecit.

¶ Tydeus Oenei filius Alcatum & Lycothæum nepotes apud Calydonem interfecit, ac demum Argos aufugit.

¶ Submersi aquis.

1	Hylas				
2	Orontes	16	Iulianus presbyter	31	Sfortia Attendulus,
3	Leucaspis		Eupolis	32	Federicus Aenoba,
4	Palinurus	17	Cl. Marcellus	33	Lycas
5	Aefacus	18	Milo	34	Iordanes Mona,
6	Tyberinus	19	Menander	35	Phronima
7	Anna	20	Mifenus	36	P. Malleolus
8	Helle	21	Myrtilus		Galeatius
9	Icarus	22	Terentius		Euenus
10	Læander	23	Aeneas	37	Marullus
11	Cærelia	24	Decius	38	Pæetus
12	Aegeus	25	Argyropilus	39	Arginus
	Sappho	26	Edimundus	40	Quintianus
13	Pharao	27	Astorgius	41	Martyres nonnulli
14	Ino	28	Britona	42	Roxana
	Melicerta	29	Cæyx	43	Phæton
15	Cæsarius Apher	30	Alcione	44	Maxentius
			Sigismundus		

¶ EXPLANATIO.

c Hylas

1  
Hylas

ylas Thyodamantis filius cum Hercule (cuius erat amafius) reliquisque Argonautis Colchos nauigans, dum aquam veller haurire, vrnæ pondere submersus est, multisque clamoribus ab ipso Hercule, sed frustra acclamatus. Virgil. Aegloga. 6. His adiungit Hylam, nautæ quo fonte relictum Clamassent, quum litus Hyla Hyla omne sonaret. Iuue. Et multum quæsitus Hylas, vrnamque secutus. Item Mantuanus de fortuna Gonzage. Quid frustra Alcides, puerum per litora & vndas Quæris Hylam, dum te infano clamore fatigas. Ille inter dulces vitreo sub gurgite nymphas Dormit, & affectus ridet mens libera nostros. Fabulantur poete eum a Nymphis ob formam excellentem raptum. Propertius libro secundo.

Tandem haurire parat demissis flumina palmis/

Innixus dextro plena trahens humero.

Cuius vt accensæ Driades candore puellæ,

Mirate solitos desistit choras,

Prolapsum leuiter facili traxere liquore.

Tum sonitum rapto corpore fecit Hylas,

Cui procul Alcides iterat responsa, sed illi

Nomen ab extremis fontibus aura refert.

Aspice quam blandæ necis ambitione fruatur/

Læthifera experiens gaudia pulcher Hylas,

Oscula & infestos inter moriturus amores

Ancipites patitur Nayadas Eumenidas.

Non tantum geminatus Hylas Tyrinthius, vrnam

Tynniacis quondam forte secutus aquis.

Anfonius.

Bap. Pi. lib. 1. Eleg.

2  
Orontes

Orontes Troia diruta cum Aenea in Italia nauigans, naufragium fecit. Virg. li. 1. Aeneidos. Vnam, quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem. Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus In puppim ferit, excutitur, Pronusque magister Voluitur in caput. Ast illa ter fluctus ibidem Torquet agens circum, & rapidus vorat equore vortex.

3  
Leucaspis

Leucaspis quoque eadem procella obrutus est, eodem Virgilio teste, qui libro sexto Aeneidos. inquit. Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Orontem. Quos simul a Troia ventosa per æquora vectos Obruat Aufster aqua, inuoluens nauemque virosque.

4  
Palinurus

Palinurus gubernator nauis Aeneæ, dum obrepente somno dormitaret, incautus decidit in mare. Neque tamen tunc primū submersus est. Sed quum portui (qui Velinus postea dictus est) adnaret, ab incolis pro belua marina obrutus est. Virgilius in fine quinti Aeneidos. O nimium cœlo & pelago confise fereno, Nudus in ignota Palinure iacebis arena. Idem in sexto. Ecce gubernator sese Palinurus agebat, Qui Lybico nuper cursu (dum sydera feruat) Exciderat puppi medijs effusus in vndis. Ouidius in Ibin.

5  
Aefacus.

Aefacus Priami filius ægreferens Hesperiem puellam (quam fugientem insequabatur) morsu colubri in herba latētis fuisse interfectā, in aquas se demisit, mutatus postea in Mercurum, vt poetæ fabulantur. Ouidius libro. 12. Meta. Dixit, & scopulo (quem rauca subderat vnda) Decidit in pontum.

6  
Tyberinus

Tam diximus Tyberinū regem se in Tyberim præcipitasse, & fluuiio (qui prius Albuladicebatur) nomen ipso fuisse. Ouidius in Ibin. Vtque vel Euenus Torrenti flumine merfus/ Nomina des rapida/ vel Tyberinus aquæ. Idem libro. 14. Sed Capys ante fuit, Regnum Tyberinus ab illis Cepit, & in Tusci demersus fluminis vndis. Nomina fecit aquæ. Idem libro quarto Fastorum. Accipimus regnum, post hunc Tyberinus ab illo. Dicitur in Tusca gurgite merfus aquæ. Tyberinus (inquit Lactantius) vel Tyberis anni merfus est.

7  
Anna

Anna soror Didonis se in Numicium fluuium demisit. Causam mortis vide in eorū Historia qui se occiderunt. Ouidius libro tertio Fastorum.

8  
Helle

Helle filia Athamantis regis Thebarum, insidias nouerçæ cū Phrixo fratre fugiens, arietem aurei velleris conscendit, vt eo modo Colchos veheretur. Quos quū per mare ferret aries, cōtigat, vt Helle puella perterrita in pōtū caderet, & Hellepōto imponeret nomē.

Ouidius lib. 4.

Ouidius lib. 4. Fast. Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra Fœmina, quum de se nomina fecit aquæ. Pene simul perijt, quum vult succurrere lapsæ Frater, & extentas porrigit vsq; manus. Idem in Epistolis Heroidum. Forfitan ad pontum mater pia venerit Helles/ Mera faque turbatis nata fleatur aquis. Aut mare ab iniufo priuignæ nomine dictum Vexat in æquoream versa nouerca deam. Item. Hac Helle perijt, hac ego lædor aqua. Val. Flaccus lib. 1. Argo. Quis tibi Phrixæ dolor, rapido quum concitus estu Respiceres miseræ clamantia virginis ora, Extremasque manus, spariosque per æquora crines? Seneca in Troade. Questus est Hellem cecidisse Phrixus, Quum gregis ductor radiante villo Aureo fratrem, simul & sororem Sustulit tergo, medioque iactum Fecit in ponto. Propertius lib. 2. Qualæ purpureis agitaram fluctibus Hellem, Aurca quam molli tergoe vexit ouis. Mantuanus. Faucis augustæ mare vorticosum Exules quodam soror atque frater, Heu nimis tristis fecere cursu Phrixus & Helle.

¶ Icarus Dædali filius a Creta cum patre fugiens, fretus alarum (quas fecerat pater) fiducia, dum altius in auras euolaret, liquefactis a Sole pennis cæreis, in mare cecidit, quod ab eius ruina Icarium cœpit dici. Seneca in Hercule Oethæo. Sed dum volucres vincere veras Icarus audet, patriasque puer despicit alas. Phœboq; volat proximus ipsi. Dedit ignoto nomina ponto. Ouidius Lib. 1. Tristium. Dum petit infirmis nimium sublimia pennis Icarus. Icareis nomina fecit aquis. Idem Libro. 8. Meta. Oraque cærulea patrium clamantia nomen Excipiuntur aqua, quæ nomen traxit ab illo. Mantuanus. Dædaleos contra motus puer Icarus auras Dum fecat, & leuibus dum tendit in æra pennis, Non tulit hoc Titan, ceras ardore liquentes Soluit, & amissis perijt labor irritus alis.

¶ Læander speciosus puer ex Abydo, quum in Seston urbem non multum remotam nauigare ad amasiam suam Ero nomine, tempestate suborta periclitatus est. Ouidius libro tertio Tristium. Si tibi tale fretum quodam Læandre fuisset, Non foret angustæ mors tua crimen aquæ. Stroza pater libro primo Eroticon. Iamque procellosa positurus in æquore vitam. Hei mihi cœgeminat, Sesta puella Vale. Sesta puella vale/ clamabat, & ecce loquens tam Præruptus vasa supprimit ager aquæ. Mantuanus ad Helisam. Quis natat inflatum piccis aquilonibus æquor, Naufragus iratis inter Delphinas in vndis: Est Læander. Amor iuuenem sic ire coegit. Martialis libro primo. Quum peteret dulces audax Læandrus amores. Et fessus tumidis iam præmeretur aquis, Sic miser instans affatus dicitur vndas. Parcite dum propero, mergite dum redeo. Pontanus libro primo de amore coniugali. Casus Abydenis iuuenem demersit in vndis, Quum petit amplexus Sesta puella tuos.

¶ Cærelia mulier dum Baiax nauigaret, aquis obrupta est. Martialis lib. 1. Dū petit a Baulis mater Cærelia Baiax Occidit insani crimine merfa freti

**A**egæus Thesei pater se submersit. Causam vide in præcedenti capite. Sappho quoque e Leucade Epyri promontorio se præcipitauit. Statius lib. 5. Syl. Sal tusq; ingressa viriles/ Non formidata temeraria Leucade Sappho.

¶ Pharaon rex Aegypti dum Israelitas persequeretur, mare rubrū virga Moysis diuisum ingressus, cum toto exercitu perijt & submersus est. Politianus in Nutricia. Vt rubras sicco pede transijt vndas Demerito insignem eccinit Pharaone triumphum.

¶ Ino vxor Athamantis se cum Melicerta filio demersit. Ratio iam posita. Val. Flac. lib. 8. Argon. Attonito qualis pede prosilit Ino In freta. nec parui meminit cœterrita nati. De Melicerta seu Palemone. Statius libro secūdo Syl. Talis in Isthmicos ploratus ab æquo re portus Naufragus imposta iacuit sub matre Palemon.

¶ Cæsaricus Apher genere, & Iulianus presbyter apud Terracinam sub Claudio in mare præcipitati sunt Calendis Nouembris.

¶ Eupolis Atheniensis poeta Comœdiographus, nauigans in Hellepontum, quo tempore Lacedæmones opprimebantur bello naufragio perijt.

¶ Claudius Marcellus missus ad Masanissam in Africā, perijt naufragio paulo ante tertium bellum Punicum. Author Lilius. Cicero in oratione ad Pisonem. Marcus Marcellus inquit, qui ter fuit consul, summa virtute, pierate, gloria militari, perijt in mari.

¶ Milo Tyrannus Pifæ quum subditos multis afficeret tormentis & cruciatibus, ab eisdem in mare demersus est. Ouidius in Ibin. Vtque Milo, sub quo cruciata est Pifæ Tyrāno, Viuus in occultas præcipiteris aquas.

¶ Menander Græcus poeta Comœdiographus, dum in exiguo nataret fluuio, ibidem submersus est. Ouidius in Ibin. Comicus vt liquidis perijt (dum nabat in vndis, Et tua sic Stygius strangulet ora liquor.

9

Icarus

10

Læander

11

Cærelia

12

Aegæus

Sappho

13

Pharaon

14

Ino

Melicerta

15

Cæsaricus

Apher

Iulianus.

16

Eupolis

17

Clau. M.

18

Milo

19

Menander

PARRICIDAE

- 20 Mifenus. ¶ Mifenus Aeneæ tubicen, dum Tritonem deum marinum ad Tubæ certamen irritasset, ab eodem in mare deturbatus est. Virgilius Lib. 6. Aene. Qui tum forte caua dum perfo-  
nat æquora concha. Aemulus exceptum Triton (si credere dignum est) Inter faxa virum  
spumosa immerferat vnda.
- 21 Myrtilus. ¶ O Enomaus ab oraculo monitus se tunc periturum, cum Hippodamia nuberet, pro-  
cis eam petentibus certamen proposuit, vt cū puella cursu contenderent, quæ pro-  
pter Harpynnæ & Pfyllæ equorum celeritatem videbatur insuperabilis. Conue-  
nerat autem, vt victi interficerentur, victores eam sibi haberent. Quum ergo Pelops puel-  
lam deperiret, eius aurigam Myrtilum largitione corruptit. Quem propterea Oenomaus  
in mare (quod ab eo Myrtoum dictum est) demersit. Alij volunt Myrtilum ab ipso Pelope  
præcipitatum, dum suæ proditiōnis mercedem peteret. Ouidius in Ibin. Proditor vt sacui  
perijtque auriga tyranni, Qui noua Myrtōe nomina fecit aque. Seneca in Thyeste. Prodi-  
tus occidit Deceptor domine Myrtilus, & fide Vectus qua tulerat, nobile reddidit. Mutas  
to pelagus nomine.
- 22 Terētius. ¶ De publico Terentio poeta Comœdiographo, & Theoxena muliere, vide Historiam  
præcedentem.
- 23 Aeneas. ¶ Licet Virgilius dicat Turnum ab Aenea interfectum, sunt tamen argumenta, quæ  
insufficiantur, immo vtro Aeneam a Turno adactū ad mortem inferunt, submersum  
que in Numicio fluuio, dum insequentem Turnum fugeret. Quod & apud Virgi-  
lium fateri videtur Venus pro Aescanio louem orans / desperato iam Aenea, vbi ait. Aes-  
neas sane ignotis iactetur in vndis. Et quamcunque viam dederit fortuna, sequatur. Inco-  
lumen Aescanium liceat superesse nepotem. Quem mortem prius Dido ei imprecata fura-  
rat, vbi ait. At bello audacis populiv exatus / & armis. Finibus extorris, complexu auullus  
Iuli Auxilium impleret, videatque indigna suorum Funera, nec quum se sub leges pacis  
iniquæ Tradiderit regno, aut optata luce fruatur, Sed cadat ante diem, mediaque inhu-  
mus arena. Item Iuuenalis de Romulo fulminato / & Aenea submerso loquens. Alter aquis /  
alter flammis ad sydera missus. Ouidius quoque in Meta. sic ait. Litus adit Laurens, vbi tes-  
tus arundine serpit In freta flumineis vicina Numicius vndis. Hunc iubet Aeneæ quæ-  
cunque obnoxia morti Abluere, & tacito deferre sub æquora cursu. Corniger exequitur  
Veneris mādara, suisque, Quicquid in Aenea fuerat mortale, repurgat. Itē Tibullus lib. 2.  
Illic sanctus eris, quum te veneranda Numici Vnda / deum cœlo miserit indigetem.
- 24 Decius. ¶ Decius Imperator a Gothis cum toto exercitu profligatus fugam arripit / paludis vo-  
ragine absorptus est, nec postea inuentus. Author Sextus Aurelius.
- 25 Argyro. ¶ Argyropilus imperator Zoë vxoris & Michaelis Paphlagonis eius adulteri dolo, inter  
Balneas aquis immerfus obiit. Bap. Egnatius.
- 26 Edimūd<sup>9</sup>. ¶ Atelstanus Edimundum adolescentem Anglorum regem in nauigio sine remige flucti-  
bus perdendum exposuit, vno tantum comite. Volaterranus.
- 27 Astorgi<sup>9</sup>. ¶ Astorgius filius Galeoti Foroliuensis principis, quum longam obsidionem Cæsaris  
ab Alexandro pontifice patre missi sustinuisset, ad extremum victus, & Romam ductus,  
in Tyberim noctu præcipitatus est. Idem Volaterranus.
- 28 Britona. ¶ Britona filia Martis, se in mare deiecit, vt stuprum Minois regis posset effugere.
- 29 Ceyx. ¶ Ceyx maritus Alciones ad oraculum nauigans, naufragium fecit, in auem postea muta-  
tus, vt fabulantur poetæ. Ouidius in Ibin. Nec tibi fit tumidis melior Neptunus in vndis,  
Alcyone. Quam cui sunt vilæ frater / & vxor aues. Seneca in Agamennone. Licet Alcyones Cæy-  
ca suum fluctu leniter plangente sonent. Eo mortuo / Alcyone quoque se submersit.
- 30 Sigismū-  
dus. ¶ Clodomirus Francorum rex Gundebaldo Burgundiæ rege superato / Sigismundum  
eius filium vna cum sorore in puteum demersit.
- 31 Sfortia. ¶ Sfortia Attendulus dum vni e ministris in Aterno fluuio periclitanti vellet succurrere,  
cum eo naufragium fecit. Fuit is pater Francisci Sfortiæ.
- 32 Federic<sup>9</sup>. ¶ Federicus Aenobarbus imperator ad expeditionem Hierosolymitanam profectus, quū  
aliquot Armeniæ oppida iam cepisset, in amnis transitu periit.
- 33 Lycas. ¶ Lycas cum venenatam Herculi tunicam atulisset, ab eo in mare Euboicum deiect<sup>9</sup> est.  
Ouidius in Ibin. Quam qui dona tulit Nessō tincta veneno, Euboicasque suo sanguine  
tinxit aquas.
- 34 Iordanes. ¶ Iordanes monachus Theologus Parisiensis dum sepulchrum domini viseret, tempesta-  
te suborta / aquis obrutus est. Volaterranus.
- 35 Phrony. ¶ Phronyma puella ab Etearcho patre rege Crete / suafu nouerç, in aquas præcipitata est,  
Themifone quodam sceleris ministro. Author Herodotus.



De P. Malleolo matricida, Galeatio Mantuano, Eueno patre Marpiffē (qui omnes submersi sunt) iam fumus locuti in precedente Historia.

Marullus poeta Pontani discipulus (qui a Politiano amulo & hoste suo, Mabilius dicitur, & quem ipse Ecnomus vocat) in anne Cecina submersus est. Crinitus in poematis.

Propertius lib. 3. scribit Pœtum quendam in Aegyptum causa pecuniæ comparantem nauigantem, fluctibus obrutum fuisse. Sic enim pecuniā alloquens ait. Tu Pœtum ad Pharios tendentem linthea portus, Obruis infano, terque quaterq; mari. Idē. Positaque in gurgite vita / Pœtum sponte tua vilis arena tegas. Idem. Huic fluctus viuo radicatus abstulit vngues, Et miser inuisam traxit hiatus aquam, Hunc paruo ferri inuidit nox improba ligno / Pœtus vt occideret, tot coiere mala.

Argynus puer formosus (quem Agamennon habebat in delicijs) itidem submersus est. Idem Propertius libro tertio. Sunt Agamennonias testantia litora curas. Qua notat Argyni poena minantis aquæ.

Quintianus præfes (sub quo passa est beata Agatha) dum flumen cū equis transferebat, ab eorum vno excussus, & in aquas proiectus, miseram exhalauit animam.

Multi quoque ex martyribus eodem mortis genere extincti sunt, vt Ascla / Anastasius Aquileiensis / Florianus / Hefichius sub Diocletiano, Theogenes sub Licinio, Claudius Tribunus sub Numeriano, Calixtus papa sub Alexandro imperatore, Simphorosa sub Adriano. Item Apolonius / Philemon / Bassus / Antoninus / Protoliscus apud Alexandriam, Calixtus & Carifius apud Corinthum / locundianus apud Africam, Palatinus & Maxima virgo, & infiniti alij ac morte cœlestem meruerunt lauream.

Roxana & Statyra Darij filia duæ fuerunt Alexandri vxores seu concubinae, Quartum alteram Roxanam pregnantem Statyra in puteum demersit solo ducta liuore, quod Macedones præcipuis honoribus eam cumularent. Author Plutarchus in Alexandro.

Pheton celo deturbatus, decidit in Eridanū, vbi & submersus est. Ouidius lib. 2. Meta. Quem procul a patria diuerso maximus orbe Excipit Eridanus, fumantiaque abluit ora. De hoc Phatontis casu meminit Plynius lib. 3. Cap. 15.

Maxentius imperator dum aduersus Constantinum congregaretur, paulo superius a ponte Miluio, in pontem nauigijs compositum ab latere ingredi festinans, Lapfu equi in profundum demersus est. Sextus Aurelius.

Qui suis casibus aut naufragio nomina aquis imposuerunt.

- |   |  |
|---|--|
| Aegeus Atheniensium rex / mari Aegeo.                       | Pontanus libro primo amorum. Testis qui falsi propter periuriam nati Indidit Aegeo nomina vana mari. |
| Eriethra rex / mari Eriethro seu rubro.                     |  |
| Helle soror Pryxi / Helleponte,                             |  |
| Icarus Dedali filius / Icareo                               |  |
| Myrtilus auriga Oenomaï / Myrtoo.                           |  |
| Hesperides puellae / Hesperio.                              |  |
| Tyrrhenus rex Lydorum, Thyrrheno.                           |  |
| Tyberinus Rex / Tyberi fluuio Thufcorum                     |  |
| Euenus Eueno.   |  |
| Marfya tibicen / Marfya.                                    |  |
| Anius rex Thufcorum, Anioni, qui & Anienus & Anien dicitur. |  |
| Abfyrto frater Medæ, Abfyrto Colchorum,                     |  |

Occisi a diuersis animantibus.

Occisi & Discerpti ab Equis.

- |                 |               |                       |
|-----------------|---------------|-----------------------|
| 1 Hippolytus    | 6 Neocles     | 11 Licinius Imperator |
| 2 S. Hippolytus | 7 Brunchildis | 12 Pyrrhemes          |
| 3 Glaucus       | 8 Comminius   | 13 Abderus            |
| 4 Metius        | 9 Taraxippus  |                       |
| 5 Diomedes      | 10 Limone     |                       |

EXPLANATIO.

c iij Hippolytus

1  
Hippolytus



Hippolytus falso accusatus & suspectus stupri Phœdra nouerçe illa-  
ti, dum patris Thelei furorem fugeret, arrepta fuga ab equis discer-  
ptus est. Plutarchus in Parall. Ouidius libro. 15. Metæ.

Executior curru, lorisque tenentibus artus/  
Viscera viua trahi, neruosque in stirpe teneri,  
Membra rapi partim/partimque repressa relinqui,  
Ossa grauem dare fracta sonum/felsamq; videres.  
Exhalare animam, nullasque in corpore partes  
Noscere quas posses, vnumque erat omnia vulnus.

Idem libro .3. Fastrorum.

Hic latet Hippolytus loris discerptus equorum,

Vnde nemo nullis illud aditur equis.

Hippolyte infelix, velles coluisse Dionem.

Dum consternatis diriperis equis.

Exciderat curru, lorisque morantibus artus.

Hippolytus lacero corpore raptus erat. Idē in Ibin. Veltua (ne pœnæ genus hoc cog-  
nouerit vnus) Viscera diuersis icissa trahantur equis. Sabinus in Epistola De mophoon-  
tis ad Phyllidem. Non fratrem Hippolytum: cecidit miserabilis ille Præceps attonitus per  
freta raptus equis. Seneca in Hippolyto. Late cruentat arua, & illisum caput scopulis res-  
sultat, Auferunt dum comas, Et ora durus pulchra populatur lapis, Peritque multo vul-  
nere infelix decor, Moribunda celeres membra peruoluunt rotæ.

Fuit alter Hippolytus martyr Romanus, qui pro Christi nomine sub Decio principe,  
indomitis idem equis alligatus & discerptus/spiritum deo reddidit. Volaterranus. De hoc  
Mantuanus in trophæis Gonzagæ. Hippolyti genus vt fama est, qui Casare quondã Sub  
Decio fertur cursu laceratus equorum.

2  
Hippolytus

3  
Glaucus

Glaucus filius Sisyphi, qui apud Potniam regnauit) dum equas humana carne ale-  
ret ab eisdem postremo deuoratus est. Virgi. lib. 3. Geor. Scilicet ante omnes furor  
est insignis equarum. Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci Potniades  
malis membra absumpsere quadrigæ.

4  
Metius  
Suffetius

Metius Suffetius dux Albanorum quoniam in bello Fidenatum pactum & fœdus so-  
cietatis cum populo Romano perfide ruperat, captus post modũ viuus quadrigis in di-  
uersa nitentibus laceratus est iussu Tulli Hostilij. Author Liuius, & post Liuium Gellius  
Lib. 20. Cap. 1. Vnde Virg. lib. 8. Aene. Haud procul inde citæ Metum in diuersa quadri-  
ge/ Distulerant. At tu dictis Albane maneres. Raptabatque viri mendacis viscera Tuls-  
lus Per filuas, sparso rorabant sanguine vepres. Claudianus de bello Gildonico. Exemplũ  
sequeret Tulli, Laniandaque dumis Impia diuersis aptarem membra quadrigis.

5  
Diomedes

Diomedes rex Thraciæ, dum equos suos humana carne aleret, ab Hercule illac iter  
præsepia regis Fecerunt dapibus sanguinolenta suis. Seneca. Suisque regem pa-  
bulum armentis datum. Claudianus. Diraque sanguinei vertit præsepia regis. Et Diome-  
dæos gramine pauit equos.

6  
Neocles

Neocles Themistoclis filius equi morfu interiit. Author Plutarchus in Themistocle.  
Runchildis francorum regina, post multa flagitia spectante Clotario, indomi-  
tis equis alligata, & membratim discerpta est. Hoc scribitur in historia Adonis  
Viennenfis.

7  
Brunchildis

8  
Comminius

Comminius a Gidica nouerca stupri falso accusatus, metu Comminij patris curram  
conscendit, & in fuga more Hippolyti ab equis raptim distractus est. Dositheus  
apud Plutarchum.

9  
Taraxippus

Cælius libro vndecimo Læctionum antiquarum scribit Taraxippum quendam fuisse in  
Isthmo/ab equis interemptum.

10  
Limone

Limone puella adulterij comperta, ab Hippomene patre data est equo famelico deuorã-  
da. Ouidius in Ibin. Solaque Limone pœnam ne fenserit illam, Et tua dente ferox viscera  
carpat equus. Idem in eodem opere. Vtque nouum passa est genus, Hippomeneia pœnæ,  
Tractus in Acœta fertur adulter humo. Sic vbi vita tuos inuisa reliquerit artus, Vitores  
rapiant turpe cadauer equi.

11  
Licinius

Licinius imperator quum Herinam virginem filiam suam (quod Christiana esset) equis  
dedisset conculcandam, ab eorum vno/morsu interfectus est.

12  
Pyrrechus

Hercules regem Euboia Pyrrchemem Bœotij bellum inferentem, victũ equis discer-  
pendum

Idem libro quinto.

Idem libro sexto.

pendum expofuit/apud Heraclium fluuium, Author Plutarchus in Parall.  
 ¶ Abderus vnus fuit eorum, qui ab equis Diomedis Thraciae regis interfecū sunt & de  
 uoratis, Author Aegidius Abderus Mafcrius in Valenij Argonautica.

¶ Mortui equorum lapfu.

1	Nipheus	3	Thymætes	7	Bellorophon
2	Leucagus		Amycus	8	Seleucus
	Ligeris	4	Antonius vicus	9	Philippus rex
	Clonius	5	Agenor	10	Fulco.
	Remulus	6	Bela		

¶ EXPLANATIO.



Ipheus, Virgili, lib. 10. Quin Ecce Niphei Quadrijuges in equos, <sup>1</sup> Nipheus  
 aduerfaque pectora tendit, Atque illi longe gradiem & dira frez  
 mentem Vt videre, metu verli retroq; ruentes Effunduntque du  
 cem, rapiuntque ad litora currus.

¶ Leucagus, Virg. Excussus curru moribundus voluitur aruis, <sup>2</sup> Leucag<sup>9</sup>,  
 Ligeris

¶ Ligeris frater Leucagi eodem quoque modo excussus est. Idem  
 Virgilius ibidem, Frater tendebat inermes Infelix palmas, curru  
 delapsus eodem.

¶ Clonius, Ibidē. Illū infrenis equi lapsu tellure iacētē Obtrūcat, <sup>3</sup> Clonius  
 Remul<sup>9</sup>.

¶ Remulus, Idem lib. 11. Orsilochus Remuli (quando ipsum horrebat adire) Hastam in  
 torfit equo, ferrumque sub aure reliquit, Quo sonipes ictu furit arduus, altaq; iaciat Vul  
 neris impatiens arrecto pectore crura, Voluitur ille excussus humi.

¶ Thymætes quoque equo suo excussus in bello interfecus est. Idem Virgilius libro, 12. <sup>3</sup> Thimæ;  
 Et sternacis equi lapsum ceruice Thimætem, Amycus, Idem Virgilius in eodem, Turnus  
 equo deiecū Amycum/fratremque Diorem Congressus pedes/hunc venientem cusp  
 de longa/Hunc mucrone ferit.

¶ Antonius Vicus, Pamphilus Saxus. Non equus Antoni saeva te morte peremit Vice, <sup>4</sup> Antoni<sup>9</sup>,  
 licet corpus prefferit ille tuum, Frena trahens / sed tu mortis tibi causa fuisti, Non poteras  
 fato candidiore mori.

¶ Agenor lapsu equi inserta ori manu extictus est, Ouidius in Ibin, Vtq; loquax in equo <sup>5</sup> Agenor  
 est elisus gutture Agenor, Sic tibi claudatur pollice vocis iter.

¶ Bela rex Pannoniorum, frater Andreae, & filius Vazulis regum / decessit lapsus equo / <sup>6</sup> Bela  
 membris luxatis & dilocatis, anno regni sui tertio.

¶ Stenobæa Præti vxor quā Bellorophontē ad coitū non posset inducere, eū corā marito <sup>7</sup> Belloro  
 stupri postulauit, Stenobæa verbis fidē adhibēs Prætus Bellorophontē periculis obicit,  
 ac primū ad superandā Chimeram misit, Quā quū vicisset, elatus victoria in cœlum Pe  
 gaso equo alato voluit conscendere, Sed vlciscente Nemesei decidit, Ouidius in Ibin, Qui  
 que ab equo præceps alienis decidit aruis, Exitio facies cui sua pene fuit.

¶ Seleucus Calinicus Antiochi cognomento dei filius, & Syriæ rex ex equo lapsus excel  
 sit, Iustinus Lib. 27. <sup>8</sup> Seleucus

¶ Lego in historijs Gallorum philippū Ludouici Crassi filium, equi lapsu itidē perijsse, <sup>9</sup> Philipp<sup>9</sup>

¶ Fulco Andegauenfium cōnēs, quintus rex Hierosolymarum, equo in caput verso oc  
 cubuit, quum regnasset annis vndecim, Volaterranus. <sup>10</sup> Fulco

¶ Occisi a serpentibus.

1	Laocoon	6	Tillo	11	Orestes
2	Eurydice	7	Canopus	12	Idmon
3	Hesperie	8	Ampycides	13	Cleopatra
4	Orion	9	Demetrius phal.		
5	Opheltes	10	Euryalus		

¶ EXPLANATIO.

c iiii Laocoon

1  
Laocoon

Aeocon Troianus percussa ī vterum fatali machina, pœnam luiffe dicitur, duobus filijs a serpētibus occisis. Quibus dum p̄fidio esse vellet, eadē periit morte. V̄rg. lib. 2. Aene. Illi agmine certo Laocoon ta petunt, & primum parua duorum Corpora natorum serpens amplexus vterq; Implicat, & miseris morfu depascitur artus. Post ipsum auxilio subeuntem & tela ferentem Corripiunt/spirisque ligant ingētibus, Et iam Bis medium amplexi, bis collo squamea circum terga dati, superant capite & ceruicibus altis. Ille simul manibus tendit diuellere nodos, Perfusus sanie vittas, atroque veneno, suspecti robora fixit equi.

2  
Euridice.

¶ Euridice Orphei vxor Aristeum (a quo adamabatur fugiens morfu colubri in herba tentis interfecta est. Orpheus apud Ouid. lib. 10. Causa viæ est coniunx, in quā calcata, venenum Vipera diffudit, crescentesque abstulit annos. Idem occidit in talum serpentis dente recepto. Idem in Ibin. Ne ve venenato leuius feriaris ab angue, Quam fenis Oeagri/Calliopesque nurus. Pontanus lib. 3. de Stellis. Si quæ ras forte Euridicen, per gramina læra Errantem, atque anguis de vulnere multa gemente m, Paulatimq; vdo claudentem lumina somno. Idem Pontanus lib. 1. de amore coniugali. Casus Threicio consortem sustulit Orpheo, Errat dum nudo prata per vda pede. Item Quintianus in Cleopoli. Hic iacet Euridice calcato extincta colubro.

3  
Hesperie

¶ Hesperie puella Aefacum Priami filium (a quo itidem adama batur) fugiens serpentis morfu periit. Ouidius lib. 11. Meta. Ecce latens herba coluber, fugientis adunco Dente pedem strinxit, vulnusq; in corpore liquit.

4  
Orion

¶ Orion cum se factisset, nullum a terra monstrum produci posse, quod non cōficeret, terra ipsa peperit/scorpionem a quo interfectus est. Ouidius libro. 9. Quis fata putaret Scorpion aut vires maturæ mortis habere: Ille minax nodis, & tetro verbere sæuus/ Teste tulit celo victi decus Orionis.

5  
Opheltes

¶ Opheltes (qui alio nomine Archemorus dicitur) filius Lycurgi regis Nemeæ, dum negliger ab Hypsiphile nutrice custodiretur, serpētis morfu extinctus est. Ouidius in Ibin. Staius lib. 2. Sylvarum. Sic & in anguiferæ ludentem gramine Lernæ, Præcisum squamis avidus bibit anguis Opheltrē. Idem lib. 5. Theba. Occidis extreme districtus verbere caudæ Ignaro serpente puer.

6  
Tillo

¶ Xanthus Historiarum author, tradit apud Plynium lib. 25. Tilonem a drachone interfectum, ac demum herba (quam Balim dicunt) restitutum saluti.

7  
Canopus

¶ Sulpitius in Lucanum ait Canopum Gubernatorē nauis Menelai, Aspidis morfu apud Canopum Aegypti urbem occisum.

8  
Ampyci.

¶ Politianus in nutricia scribit Ampycidem in Lybia serpentis morfu interfectū, vbi ait, Ampycidemq; pium, Lybicis quā strauit arenis Vipera, fatifero fauces accensa veneno.

9  
Demetr.

¶ Demetrius Phalereus auditor Theophrasti, & præfectus Bibliothecæ Ptolemæi Soteris excessit ex morfu Aspidis. Laertius, & Cicero in oratione pro Rabirio.

10  
Eurialus.

¶ Ouidius in Ibin scribit Euryalum quendam fuisse, qui a serpentibus sit comestus, vbi ait. Aut velut Euryali, qui scœptrum cepit ab illo, Sint artus avidis anguibus esca tui.

11  
Orestes

¶ Orestes furore liberatus/ quum Thisamenem filium imperio Micenarū suffecisset, serpentis itidem morfu periit. Ouidius in Ibin. Vtque Agamennonio vulnus dedit anguis Orestis. Tu quoq; de morfu virus habente cadas.

12  
Idmon

¶ Seneca in medea scribit Idmona a serpēte in Lybia cæsū, ibiq; sepultum, vbi ait. Idmonem (quamuis bene fata nosset) Conscidit serpens Libicis arenis. Ouidius tamē scribit ab apro interfectum, vt postea docebimus.

13  
Cleopat.

¶ Nam diximus Cleopatram ab Augusto separatam, mordendum Aspidi porrexisse brachium ne in triumphum duceretur, Propertius lib. 3. Brachia spectauit sacris admorsa colubris, Et trahere occultum membra foporis iter.

## ¶ Occisi ab Apris.

1 Adonis  
2 Dedalus3 Idmon  
4 Anceus,

5 Bruthes

## ¶ EXPLANATIO.

Adonis



Donis Cynaræ ex Myrrha filius, Veneri ob formam charissimus / dum venaretur, ab apro interfectus est. Ouidius lib. 10. Meta. Fixe rat obliquo iuuenis Cynareius ictu, Protinus excussit pando vena bula rostro / Sanguine tincta suo, trepidumq; et tuta petentē Trux aper insequitur, totosq; sub inguine dentes Abdidit, et fulua mori bundum strauit arena. Propertius lib. 1. Testis qui niuenum quondam percussit Adonim. Venantem Idalio vertice durus aper, Pamphilus. Quem ferox fyluis aper in iugosis Dente peremit. Idē, Nō quem seuuus aper crudeli dente peremit / Venantem Paphiæ vulne ra læua deæ. Aufonius. Cædis Adonæ mala gloria fulmineus fus.

<sup>1</sup> Adonis

¶ Martialis lib. 1. ait Dædalum quendam feris obiectum / ab apro laniatum fuisse, Dedale Lucano quum sic lacereris ab apro, Quam cuperes pennas nunc habuisse tuas.

<sup>2</sup> Dædalus

¶ Idmonem vatem licet Seneca dicat a serpente interfectum. Ouidius tamē in Ibin, & Politianus in Nutricia, ab apro occisum volunt. Ouidius sic. Quiq; Lycurgidem laniavit ab arbore nactum / Idmonaq; audacem, te quoque rumpat aper. Sic Politianus. Quidve loz quar te Glauce fenex. Plenumque parente Idmona / fulminei prostratum dentibus apri.

<sup>3</sup> Idmon

¶ Anceus filius Astypaleæ Phœnicis & Neptuni filiæ, rex Sami / dū vellet occidere aprū agros suos vastantem, ab eodem est interf. ctus. Volaterranus.

<sup>4</sup> Anceus

¶ Brutem Lycurgi filium ex arbore detractum aper laniavit. Ouidi<sup>9</sup> in Ibin. Quique Lycurgidem laniavit ab arbore nactum, Idmonaque audacem, te quoque rumpat aper. Volaterranus tamen facit Anceum Lycurgi filium, Domitius vero Calderinus hoc ad Brutem refert.

<sup>5</sup> Brutes

¶ Occisi a leonibus,

- |                       |              |          |
|-----------------------|--------------|----------|
| <sup>1</sup> Hyas     |              | Perpetua |
| <sup>2</sup> Paphages | <sup>4</sup> | Ignatius |
| <sup>3</sup> Satyrus  |              |          |

¶ EXPLANATIO.



Hyas Atlantis ex Aethra filius, dū venaretur, a leona interfectus est. Ouidius lib. 5. Fast. Dumq; petit latebras scæte catulosque Lege, Ipse fuit Lybicę præda cruenta leę. Mater Hyan, & Hyan mœstæ fleuere sorores, Ceruicemq; polo suppositurus Atlas.

<sup>1</sup> Hyas

¶ Paphages rex Ambracię, dum occurrisset Leænæ catulis suis stipatę, ab eadem interfectus est. Ouidius in Ibin. Fœta tibi occurrat patris popularis in aruo. Sitq; Paphagæ causa Leęna necis.

<sup>2</sup> paphages

¶ Satyrus et perpetua martyres, quum nullis tormentis / nullisque comminationibus ab Orthodoxæ fidei cultu diuertere possent / Leonibus deuoti sunt, & ab eis deuorati, Valeriani et Galeni temporibus / sub præside Tarnutio. Volaterranus.

<sup>3</sup> Satyrus

Perpetua

¶ Ignatius Episcopus Antiochenus, quum neglectis tormentis constans in fide persisteret, iussu Traiani imperatoris Leonibus destinatus est, et ab eisdem præfocatus.

<sup>4</sup> Ignatius

¶ Occisi a canibus.

- |                        |                         |                            |
|------------------------|-------------------------|----------------------------|
| <sup>1</sup> Linus     | <sup>5</sup> Consyngis  | <sup>9</sup> Lucianus      |
| <sup>2</sup> Neanthus  | <sup>6</sup> Diogenes   | <sup>10</sup> Vxor Aemylj. |
| <sup>3</sup> Euripides | <sup>7</sup> Heracletus | <sup>11</sup> Heracletus.  |
| <sup>4</sup> Thraus.   | <sup>8</sup> Actęon     |                            |

¶ EXPLANATIO.

Linus filius Apollinis ex Pſamata Crotopij Argiuorum regis filiæ, a matre apud Ne meum fluium expositus, ibidem a canibus laniatus est. Ouidius in Ibin. Quique verecundę speculā tem membra Dianæ. Quique Crotopiadem diripere Linum. Staius lib. 1. Theb. Viridis nam cespīte tenę Proiectum temere / et patulo cœlum ore trahentem. Dira canum rabies morſu depasta cruento Dissecat.

<sup>1</sup> Linus

Neanthus

- 2 Neāthus ¶ Neanthus propter chelyn Apollinis temere affectatam deo vindice, a canibus discerptus est. Politianus in Nutricia. Improbis hanc stulte chelyn affectare Neanthus Aufus, Apollinea pendente sustulit aede, Quem tamen indocto ferientem pollice chordas, Vnde dice discerptur nocturna canum vis.
- 3 Euripides ¶ Euripides poeta noctu rediens a coena Archelai regis Macedoniae canibus a Promero quodam amulo immixtus, extinctus est. Politianus in Nutricia. Quemque tegit rabidis lacertum pia Pella molossis, Ouidius in Ibin, Utque cothurnatum vatem tutela Dianae/Dilaniet vigilum te quoque turba canum. De eius morte vide Gellium lib. 15. Cap. 20.
- 4 Thralus ¶ Thralus puer Delius Dianae charissimus, a canibus itidem interfectus est. Ouidius in Ibin Praedatque sis illis, quibus est Latonia Delos Ante diem rapti non adeunda Thralo.
- 5 Confynge ¶ Scribit Plinius lib. 7. Confynge reginam propter liberioem cum marito Nicomede rege Bithyniae ac lasciuioem iocum, fuisse interfectam a regis cane.
- 6 Diogenes ¶ Diogenes philosophus decessit ex morfu canis eodem die, quo Alexander Macedo in Babylone mortuus est. Volaterranus.
- 7 Heraclerus ¶ Heraclerus philosophus quum esset hydropicus, ad remedium/sereno bubulo se vnxit, atque soli siccandum prebuisset, Sepultus itaque somno/a canibus laniatus est. Suidas apud Volaterranum.
- 8 Acteon ¶ Acteon filius Autonoes, dum inter venandum Dianam in fonte nudam conspexisset, dea ulciscente in Ceruum mutatus est, & a canibus suis laceratus, Ouidius in Ibin, Quicque verecunde speculantem membra Dianae, Quicque Crotopiadem diripere Linum. Idem lib. 3. Meta. Vndique circumstant, mersisque in corpore rostris. Dilacerant falsi dominum sub imagine cerui. Seneca in Thebaide. Qua peragrati celer, Per faxa montis iacuit Acteon suis Noua praeda canibus, Claudianus in Ruffinum. Aut subito mutatum Acteona cornu Traderet in finis Latonia virgo molossis.
- 9 Lucianus ¶ Lucianus Sophista Samosatenus, qui Traiani temporibus floruit/a canibus laniatus est, non sine diuinae vltionis suspitione. Nam quum primum esset Christianus, a Catholica fide postea deficiens, religionem insectari coepit, Volaterra.
- 10 Vxor Acmyli ¶ Vxor Acmylii adolecentis zelotypiae morbo affecta dum suspicaretur maritum alterius rapide desiderio, in sylvas profectum secuta est. Vbi quum ad explorandam rei veritatem in dumis & vepribus delitesceret, a canibus feram esse opinantibus laniata est. Plutarchus in Parral. Eodem mortis genere perijt vxor Cyanippi Thessali.
- 11 Heraclerus ¶ Heraclerus Ephelius philosophus quum Hydropicus esset, medicorum tamen opera nunquam vti voluit, efficacis fati opinatus quod sibi parabat remedium, sed suo ipse perijt medicamento. Nam quum sereno bubulo se aliquando inunxisset, ac dormiens apricansque, soli prebuisset exsiccandum, canum fato nescio quo superuenientium morfu laniatus est. Suidas.

¶ Occisi ab alijs feris

1	Reuocatus	6	Hatto	10	Flocellus
	Felicitas	7	Euphemia	11	Germanicus
2	Milo	8	Sylvanus praeful	12	Pyrene
3	Saturninus	9	Priscus	13	Gatis
4	Crathis		Malcus		
5	Basilus		Alexander		

¶ EXPLANATIO.



- 1 Reuocatus  
2 Milo  
3 Saturninus

Reuocatus et Felicitas martyres, a Leopardis comesti sunt, imperantibus apud Romanos Valeriano & Galeno, sub Tarnutio praeside.

Milo, Crotoniatis, dum nimia roboris confidentia, arborem in geminas partes vellet diducere, manibus in medio conatu districtus ibidem retentus est, et a feris comestus. Authores Gellius, et Valerius de mortibus non vulgaribus. Pausanias apud Celium/ait a lupis fuisse deuoratum. Ouidius in Ibin, Utque Milo robur diducere fissile tetes. Nec possis captas inde referre manus. Iuuenalis saty. 10. Viribus ille confusus perijt admirandisque lacertis.

Saturninus Episcopus Tolosanus, dum acerrime pro christiana fide pugnaret, ferocis tauri cornibus alligatus/membris confractis et illi cerebro domino spiritum reddidit.

Legimus

¶ Legimus apud Sybarim pastorem fuisse Crathim, qui quum in libidinem esset procliuor, capellam omnium formosissimam deperire cepit. Quumque Veneris incendio acris tiffillaretur, eam frequenter inibat, ac vti amicam grate amplexabatur, non sine multa suauitate. Quinetiam munuscula ei offerebat, pabulum videlicet lactius ameniussq;. Mollis quoq; subternebat accubitus, quibus velut Nympha decumberet, et mollius quiesceret. Quod contemptus dux gregis Hircus, Oestro Zelotipiæ agitatus dormientem adoratus est, eique sinciput allisit. Hoc ex historijs Græcis aduocant Volaterranus et Cælius.

¶ Basilius Macedo imperator, quum annis yiginti imperasset, a ceruo in venatione percussus cornu, interijt. Bap. Egnatius.

¶ Hatto Archiepiscopus Maguntinus, a muribus in Rheno fluuio deuoratus fertur, non sine maxima diuine vindictæ suspitione, quod multitudinem pauperum (quibus elemosynam daturum simulabar) tempore famis in horreo fecisset concremari.

¶ Euphemia virgo Philophronis senatoris filia, sub Proconsule Priscovris et leonibus obiecta, ab eisdem interfecta est.

¶ Syluanus Tyri præsul, sub Diocletiano imperatore, amore Chrystianæ pietatis non grauatius est feris exponi. Volaterranus.

¶ Priscus/Malcus/Alexander martyres apud Cæsaream Palestinæ passi sunt, sub Valeriani persecutione, et pro Christi nomine a bestijs deuorati.

¶ Flocellus martyr/ temporibus Antonij Imperatoris passus est apud Augustudunum, et iussu Valeriani prædis feris expositus, a quibus deuoratus est.

¶ Germanicus sub M. Antonio, et L. Aurelio Smyrne passus est, ac post infinita ppe tormenta, bestijs obiectus, a quibus fractim comminutus/vitam cum morte mutauit.

¶ Pyrene puella Bebrycis filia, in Pyreneo monte ab Hercule compressa, atque a feris ibidem laniata est et sepulta. A cuius nomine monti quoque impositum nomen.

¶ Gatis regina Syriæ (quæ postea Atergatis vocata est) piscibus data et deuorata dicitur. Author Antipater Tarlensis apud Volaterranum.

4  
Crathis

5  
Basilius

6  
Hatto

7  
Euphemia

8  
Syluanus

9  
Priscus

10  
Flocellus

11  
Germanicus

12  
Pyrene

13  
Gatis

¶ Fulminati seu fulmine percussî.

1	Enceladus	9	Autolemus	16	Zoroastres
2	Typhœus	10	Salmoneus	17	Adimanthus
3	Gygantes	11	Anastafius	18	Afopus
4	Aiax	12	Menius	19	Aurelius Carus
5	Phæton	13	Martia	20	Chore
6	Remulus		M. Herennius	21	Prefter
7	Semele	14	Tul. Hostilius		Atrax
8	Capaneus	15	Aesculapius	22	Porphyrio
				23	Lycurgus

¶ EXPLANATIO.



Enceladus gygas terræ filius/a Ioue fulminatus est cum cæteris 1  
fratribus/quod Iouem ipsum cælo detrudere voluisset, Author 2  
Aethne, Gurgite Trinacrio morientem Iuppiter Aetna Obruit  
Enceladum, vasti quoque pondere montis Aestuat, & petulans  
expirat faucibus ignes. Virg. Fama est Enceladi semustum sul-  
mine corpus Vrgeri mole hac, ingentemque insuper Aetnâ Im-  
positam. Seneca in Hercule Oethæo. Scindetque latus montis a-  
perti Nondum Enceladus fulmine victus.

¶ De Typhœo Gygante. Ouidius lib. 3. Meta. Nec quo Centi-  
manum deiecerat igne Typhœa. Nunc armatur eo. Lucanus. Vndat apex Campana fres-  
mens/cui saxa vaporat Conditus Inarimes æterna mole Typhœus. Idem Ouidius lib. 5.  
Meta. Vasta gyganteis iniecta est insula mēbris Trinacris, et magnis subiectum molibus  
vrget Aethereas aufum sperare Typhœa sedes.

¶ De cæteris Gygantibus Virg. lib. 6. Aen. Hic genus antiquum terræ Titania pubes Ful-  
mine deiecti fundo voluntur in imo, Seneca in Agamennone. Quale canebas, quum Ti-  
tanus/fulmine misso fregere dei.

¶ Aiax Oileus ab expeditione Troiana rediens/a Pallade fulminatus est quod in eius tem-  
plo Cassandrâ virginē stuprasset, Vir. lib. 1. Aene. Ipsa Iouis rapidū iaculata e nubib' ignē  
Disiecitque

1  
Enceladus

2  
Typhœus

3  
Gygantes

4  
Aiax

Disiecitque rates/euertitque equora ventis. Illum expirantem transfixo pectore flamans Turbine corripuit, scopuloq; infixit acuto. Syllius lib. 14. Qualis Oilides fulmen iaculante Minerua. Surgentes domuit fluctus ardentibus vlnis. Valeri. Flaccus lib. 1. Argon. Et torum non a loue fulmen Oilius. Ouidius in Ibin. Utque ferox perijt, & fulmine & aequore raptor, Sic te merfuras adiuuet ignis aquas. Politianus in Ambra. Disiectalq; rates. patris unque a Pallade missum Fulmen, Oilidemque ignes & sulphura fixo Pectore Proflans tem. Seneca in Medea. Fulmine & ponto moriens Oilius.

5  
Phaeton

**P**haeton Solis & Climenes filius, dum currum patris temere regendum suscepisset, equis insolitum aurigam non audientibus, fecit vt totus conflagraret mundus. Ac propterea fulmine percussus, in Padum cecidit, qui ab eo Phaetonteus dicitur. Luccretius lib. 5. Ignis enim superauit, & ambiens multa percussit, Auija quum Phaetonta rapaxvis Solis equorum Aethere raptauit toto, terrasq; per omnes. At pater omnipotes iratum percitus acri, Magnanimum Phaetonta tepenti fulminis ictu Deturbauit equis in terram. Claudianus in quartum Cons. Honorij. Sequiretq; dies, terramq; et stagna propinqui Haurirent radij. Idem Claudianus in. 6. consulatum eiusdem honorij. Nec te mens improbe saltem Terruit exemplo Phaeton, qui fulmina preceps In nostris efflauit aquis, du flamma mea caeli Flectere terrenis meditatur frena lacertis. Nortaliq; diem sperat diffundere vultu. Mantuanus. Occidit infelix Phaeton, dum Lora gubernat Mortali diuina manu, vidi se paternum limen, & illustrem Phoebi tetigisse quadrigam Debit esse satis, nisi mes illecta fuisset, Auricom splendere patris, curruq; nitenti Tutus erat.

Plynius lib. 7. Padus a Grecis dicitur Eridantis, ac poena Phaetontis illustratus. Idem lib. 37. Phaetontis fulmine ictu/forores mutatas in arbores populos poete dixere. Ouidius in Ibin. Ut foror Autoones, vt cui matertera Maia est, vt temere optatos q male rexit equos. Idem lib. 2. Meta. In tonat & dextra libratum fulmen ab aure, Misit in aurigam, pariterq; animaque rotisque Exiit, & sauis compescuit ignibus ignes. Varro apud Fabium lib. 1. Quum te flagranti deiectum fulmine Phaeton, Vbi Phaeto posuit dissyllabum nobis non imitandum.

6  
Remulus

**R**emulus filius Tyberini regis/fulmine percussus est. Ouidius lib. 14. Remulus maturior annis. Fulmineo perijt imitator fulminis ictu.

7  
Semele

**S**emele Bacchi mater Iouiali fulmine tacta est. q. Iouem ipsum orasset/vt secum tantus, quantus cum Iunone iaceret. Propertius lib. 3. Eleg. Dicam ego maternos Iouiali fulmine partus. Ouidius lib. 3. Eleg. Tor meruere peti. Semele miserabilis arsit. Idem in Ibin. Ut foror Autoones, vt cui matertera Maia est. Per sororem Autoones Semelem intelligit.

8  
Capaneus

**C**apaneus maritus Euadnes in bello Thebano fulmine percussus dicitur. Quod ideo fingunt poetae, quoniam quum scalis ad motis muros vellet descendere, iactu lapidu ab inimicis oppressus est. Ouidius lib. 4. Tristitium. Quum cecidit Capaneus subito temerari ictu. Idem lib. 3. de Ponto. Notior est factus Capaneus fulminis ictu. Idem ad Liriam. Hoc fuit Euadne, tunc quum ferienda coruscis Fulminibus Capaneus impauida ora dedit. Propertius lib. 2. Aut Capanei summo grata ruina Ioui. Pontanus lib. 3. de Stellis. Capaneus vt turribus altis. Igne Iouis ruit, atque vstus descendit ad vmbas.

9  
Autolemus

**M**arullus in Epigram. mortem Autolemi fulmine percussus sic describit. Dixerat Autolemo flammis consultus aruspex Die cauendas postero. Credidit, et rerum dubius, de mane sub annis Detulit Etruscis vadis. Sed neque sic fatum effugit. Nam du innatat Arno Ictus crematur fulmine.

10  
Salmoneus

**S**almoneus rex Elidis quum Iouis fulmen in aere mentiretur, vt propterea crederetur deus, ab ipso Ioue fulminatus est. Virg. lib. 6. Aene. Vidi & crudeles datem Salmonea poenas. Dum flammis Iouis, & sonitus imitatur Olympi. Quattuor hic inuectus equis & lapada quassans. Per Graium populos/medicq; per Elidis urbem Ibat ouans, diuumque sibi poscebat honores/Demens, qui nymbos et non imitabile fulmen Aere/& cornipedu cursu simularat equorum. At pater omnipotens densa inter nebula telum Contorlit, precipite mque immani turbine ad egit. Val. Flac. lib. 1. Argon. Salmoneus nondum ille fures, quum fingeret alti Quadridra trabe, tela Iouis. Mantuanus lib. 1. de Cala. Sic quoq; delusus curru Iouis aemulus alto, Flammi feru mque rotans Alpheia per oppida fulmen Occidit, et casu Eleam perterritu urbem.

11  
Anastafius

**A**nastafius imperator quum iam septimum et vigesimum imperij annu ageret ictu fulminis percussus interiit. Paul. Diaconus. Pomponius Letus ait hunc malo actum genio precepisse, in diuinis non trinitatem sed quaternitatem adorandam esse, ob hanc causam sensisse coelestem iram.

Menius Lycaonis



¶ Menius Lycaonis filius, quum patre in lupum verso, et domo confligente Iouem detestaretur, ab eodem fulmine percussus est. Ouidius in Ibin. Vt ferus Acolides/vt sanguine natus eodem/ Quo genita est/ liquidis quæ caret Arctos aquis

12  
Menius  
13  
Martia  
M. Heret.

¶ Plinius lib. 2. ait Martiam grauidam partu fulmine exanimato superuixisse/citravillum corporis incommodum, Idem scribit M. Herennium decurionem, sereno die, fulmine ictu fuisse.

¶ L. Pifo apud eundem Plynium Author est Tul. Hostilium fulmine itidem suffocatum, quod quædam parum rite fecisset, et sacrificio Iouem ipsum celo deuocare voluisset. Au-  
thor etiam Plutarchus in Numa Pompilio.

14  
Tul. host.

**A** Esculapius Apollinis ex Coronide filius, Iouiali fulmine percussus est q̄ Hippolytum mortuum ad vitam reuocasset, vt ait Plinius lib. 29. Cap. 1. Vnde & Virg. lib. 7. Aene. Tum pater omnipotens aliquem indignatus ab umbris Mortalem infernis ad limina surgere vitæ, Ipse repertorem medicinæ talis & artis/Eulmine Phœbigenam Stygias destruxit ad umbras.

15  
Aescula.

¶ Zoroastres rex Bactrianorum, Oromasi filius, et artis magicæ repertor, igne quoq; cœlesti absumptus creditur. Volaterranus.

16  
Zoroast.

¶ Adimanthus rex Philefiorum, quum Iouem suis indignum sacrificijs iudicaret, ab eodẽ fulmine percussus est. Ouidius in Ibin. Quæque in Adimanthum Philefia regna tenentẽ A Ioue venerunt, te quoque tela petant.

17  
Adiman.

¶ Asopus Oceani filius, dum propter Aeginam filiam a Ioue stupratam bellum suis vñdis in astra vellet gerere, ab ipso Ioue fulminatus dicitur. Statius. Donec vi tonitru sumus motus et igne trifulco Cessit, adhuc ripis animosus gurgis anhelis, Fulmineum cinerem magnæque insignia pœne Gaudet, et Aetneus in cœlum afflare vapores.

18  
Asopus

¶ Aurelius Carus quum biennio imperasset, in castris supra fluuium Tygridẽ exanimatus fulmine occubuit. Author Fl. Vopiscus.

19  
Aurelius

¶ Chore filius Isauri cognatus Moysi/ex leuitarum tribu natus, quum de sacerdotio cum Aaron contenderet, igne cœlesti periit, Sabellicus.

20  
Chore

¶ Prester filius Hippomenis quum deos derestaretur, itidem fulminatus est.

21  
Prester

¶ Atrax quum Dositheom violatã a Ioue prodidisset, deo vlciscente ictus est fulmine. De vtroque meminit Ouidius in Ibin. Aut Iouis infesto telo feriare trifulco, Vt fatus Hippomene, Dositheosq; pater.

22  
Atrax

¶ Porphyrio filius Sisyphi paternam in deos imitatus impietatem, itidem cœlesti suffocatus est igne, Ouidius in Ibin. Vt ferus Acolides, vt sanguine natus eodem, Quo genita est, liquidis quæ caret Arctos aquis.

23  
Porphy.

¶ Dum Lycurgi apud Delphos mortui reliquie domum veherentur, sepulchrum eius fulmine attacktũ est. Quod etiã accidit Euripidi et mortuo et condito in macedonia secus arethufam. Plutarchus.

23  
Lycurg.

¶ Mortui suspensio & cruce.

1	<b>C</b> hristus	16	Symeon	31	Iulia
2	Disinas	17	Zoe		Nemefins
3	Athæus	18	Petrus Aulanus		Nestor
4	Glumerus	19	Bomilchar	32	Enguerranus
5	Histiæus	20	Hanno	33	Lymcibes
6	Artayctes	21	Val. Bestius		Biblis
7	Amata	22	Polycrates		Phyllis
8	Arachne	23	Sataspes		Monyma
9	Martya	24	Leonides		Calluce
10	Ambrosius	25	Symon puer		Anaxarete
11	Capronia	26	Daphitas		Auctolia
12	Helena	27	Sindualdus		Bubalus
13	Glaucus	28	Alexander		Silanus
14	S. Andreas		Epipodius		Iudas
	S. Petrus	29	Claudius		Erigone
15	Dorotheus		Alterius	34	Annibal senior
	Gorgonius		Menon	35	Agis
			S. Agricola		

¶ EXPLANATIO.

¶ Omnium qui

1  
Christus

Mnium qui cruce perierunt, nemo maiore ludibrio affectus est, nemo pluribus tormentis afflictus, nemo frequentioribus plagis mutilatus, quam intemeratae virginis innocens filius. Nulla in eo peccati scintilla reperta est, nihil deliquit vñquam mūdus ex mūda matre natus est. Munde vixit, iusticiam & æquitatē verbo femper & opere docuit. Neque tamen puduit verpos illos & recutitos canes/liuore & inuidia tabefcentes causam machinari, qua eū morti traderent. Quam licet nullam reperissent, agnum tamē priimum flagellis vbique membrorum mutilauerunt, frontem coroz na spinea perforauerunt, faciem immundis deformauerunt sputis/colaphis immanib⁹ totum caput contuderunt, latronis more vñxerunt, vinctum ad maiorem ignominiam traxerunt compitatum, & ad extremum inter latrones veluti latronem suspenderunt. Quod quum ad mortem non putarent sufficere, manus & pedes clavis, latus lancea confoderūt. Illum ego de Lybica natum iurabo læna,

Arcadiasque inter deliruisse lupas,  
Cui tua crux lachrymas non monerit o bone Christe,  
Ille erit et ferro durior et chalybe.

2  
Dismas

**D**ismas Aegyptius natione, vnus fuit eorum latronum, qui cum Christo patibulati sunt. Huic autem dominus in cruce pepercit, et statim post mortem sua clementia ad cœlum euocauit.

3  
Acheus

**A**cheus rex Lydię, quum noua tributa a populo vellet extorquere, in factione populari suspensus est, pedibus sursum versum erectis, et capite in aquas Pactoli demisso, Ouidius in Ibin. More vel inter eas capti suspensus Achei. Qui miser aurifera teste pepēdit aqua.

4

Glumerus

**G**ladingus rex Danorum regressus e bello Suetico, vbi ætariū pecunia spolijsque bellis cis furto violatum comperit, custodem eius Glumerum suspendio affectit. Author Saxo Grammaticus.

5  
Histieus

**D**ario in Gręcos bellante Histieus Milesius ab Harpago Darij tribuno captus & cruci affixus est. Author Herodorus.

6  
artayctes

**A**rtayctes vir Persa Sesti p̄fectus ab Atheniensibus Xantippo Antiphronis filio duce captus/stipiti suffixus est. Author idem Herodorus.

7  
Amata

**A**mata Lauinia mater ægreferens filiam Aeneę copulatam, quam cōtra votum patris, Turno nuptam dari volebat, seipsam suspendit, & vitā laqueo finiuit. Amabat enim Turnum, adeo/vt cum existimaret eum mortuum ad mortem ipsa cucurrerit. Virg. lib. 12.

Infelix pugnat iuuenem in certamine credit,  
Extinctum, & subito mentem turbata dolore  
Se causam clamat, crimenque, caputque malorum,  
Multaque per mōstum demens effata furorem/  
Purpureos moritura manu discindit amictus.

Et nodum informis læthi trabe necit ab alta, Sages quoque Turnum apud eundem sic alloquitur. Præterea regina tui fidissima, dextra occidit ipsa sua/lucēq; exterrita fugit.

8  
Arachne

**A**rachne Lydia puella lanificij peritissima, ægreferens opus suum a Pallade (qua cum cer tamen susceperat) contractum, laqueo iugulum p̄focauit. Ouidius lib. 6. Meta. Non tulit infelix, laqueoque animosa ligauit Guttura/pendentem Pallas miserata leuauit.

Atque ita vince quidem, pede tamen improba/dixit.

9  
Marfya

**M**arfya tibicen ab Apolline victus, pependit laqueo. Quod innuit Ply. lib. 16. Cap. 45. Ibi inquit Platanus ostenditur, ex qua pependit Marfya victus ab Apolline.

10  
Ambrosius

**A**rnulphus septimus Gallorum imperator, Bergame capta/Ambrosium eius loci principem suspendio enecauit. Sabellicus.

11  
Capronia

**C**apronia virgo v̄ctalis stupri comperta, suspendio affecta est. Oportebat enim eas in virginitate persistere/que ministerio Vestæ allegabantur.

12  
Helena

**H**elena post mortē Menelai a Megapentho et Nicostirato filijs Orestis fugata. In Rhodum ad Polyzo vxorem Tlipoleni peruenit, Cui quum suspēcta esset obvirū Zelotrypiam eiusdem mandato arbori suspensa est. Author Paulanus apud Volaterranum.

13  
Glaucus

**A**lexander Macedo mortuo Ephestione (quem vnice diligebat) Medicum eius Glaucū cruci suffixit. Author Plutarchus in Alexandro.

14  
S. Andre.  
S. Petrus.

**B**eatus Andreas & Petrus pro Christi nomine arboribus suffixi sunt. Hic sub Nerone, ille sub Aegea proconsule. Hic capite deorsum versum demisso, ille sursum versus erecto. De vtroque Ioannes Fran. Mirandula sic scribit in hymnis. Extenditq; alacer,

alacer, figendaque brachia letus Porrigit Andreas, verfaque sub arbore pendet. Et caput in terram simili sub stipite, Petrus præbuit, atq; lubens protendit in aera plantas.

¶ Dorotheus & Gorgonius martyres pro Christiana pietate vitam suspendio finiuerunt sub Diocletiano imperatore, mortuorumque corpora famelicis canibus obiecta sunt, quæ illefa remanserunt.

¶ Symeon filius Cleophæ, post Iacobum fratrem domini Hierosolymarum episcopus sub Traiano imperatore, crucis patibulo spiritum emisit.

¶ Zoe Nicolatri martyris vxor in furcam erecta, ibidem cum morte vitam mutauit, partim crucis tormento/partim fumo (quem carnifices ad arboris radicem posuerant) suffocata. Volaterranus.

¶ Petrus Aulanus tempore Diocletiani et Maximiani imperatorum, supplicio crucis vitæ finiuit, Sub Scuro præfide.

¶ Bomilchar Amilcharis filius Pœnorum dux, veniens in suspicionem Carthaginensium, cum Agathocle conspici rasse, in medio foro patibulatus est. Ferunt autem eum cruci iâ affixum magnis clamoribus/multisque conuicijs, subditorum ingratitudinem obiurgasse, & inter clamores spiritum emisisse. Iustinus lib. 22.

¶ Hanno Carthaginensis (qui Philippi regis Macedonum floruit ætate) quum ob potentiam/tyrannum vellet induere, captus a ciuibus/virgis primum cæsus est, deinde effossis oculis, fractisque cruribus et manibus, cruci affixus. Author Trogus.

¶ Val. Bestius a L. Imbrico affixus est cruci, quod Ruscium ipsius Imbrici filiū, suæ fidei commissum interfecisset, vt eius auro potiretur. Author Aristides apud Plutarchum

¶ Polycrates tyrannus Samiorum, & frater Silofontis, quum tota vita felicissimus fuisset, ad extremum ab Oroete Persa comprehensus, & in furcam erectus, docuit cū Solone nihil omni ex parte beatum. Author Herodotus in Thalia, & Strabo lib. 14. Mātuanus de fortuna Gonzagæ.

Inuenies vnum (toto qui vix erit æuo Liber ab aduersis) Samiæ telluris alunnum, Ac dominum, tanquam illius, fortuna fuisset lumen. At vitæ supremo, in margine, totum Accepit/plenoque hausit cratere venenum, Insidijs tandem captum/crudelis Oroetes, Iussit in excelso lapidosi vertice montis Attingi, prædamque feris, auibusq; relinqui.

¶ Satalpes Persa Teaspis filius/a Xerxe rege cruci affixus est, quod Zopiri filij Megabyfi filiam virginem vicisset, quodque etiam totam Africam nō peragrasset, quod se fecisse ad diluendum stuprum dixerat. Author Herodo.

¶ Idem Xerxes Leonidem Spartanorum regem ac principem/bellica virtute clarum iussit abscisso capite/in crucem tolli. Author Idem Herodotus.

¶ Symon puer Tridentinus sedente Sixto quarto Pont. die Veneris (quo Christus pro nobis in cruce immolatus est) a iudeis clam comprehensus, omnibusque tormentis prius affectus/demum cruci affixus est. Sabell, & Volaterranus.

¶ Daphitas Grammaticus quum reges conuicijs aspergeret, & probris notaret, cōprehensus/in Thorace monte itidem erectus est in crucem. Vnde est adagium. Cauere Thoracē. Strabo libro. 14.

¶ Narfes rex Italiæ Sindualdum Brentorum regem prius victum, donatumque venia/quū iterum rebellasset, captum; in trabe suspendit. Author Paulus Diaconus libro. 2. de gestis Longobardorum.

¶ Alexander & Epipodius martyres passi sunt apud Lugdunum sub Antonio Vero, & Christi nomine patibulo crucis affixi.

¶ Claudius quoque, Asterius, & Menon, dum Christianam profiterentur religionem et gentilem infectarentur heresim, post multa suppliciorum genera, tandem in crucem erecti sunt, eaque morte spiritum domino reddiderunt.

¶ S. Agricola Vitalis magister, itidem pro fide Orthodoxa, suffixus est patibulo, temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum. Sabellicus.

¶ Iulia virgo Carthaginensis, dum idola & simulachra deorum contemneret, Christianam que profiteretur religionem, eodem mortis genere animam efflauit. Nemesius martyr sententia Aemyliani iudicis apud Aegyptum inter latrones patibulatus est. Nestor episcopus eandem subiit mortem sub Decio imperatore, et Pöllione præfide.

Ludouicus

15  
Dorotheus.

26  
Symeon

17  
Zoe

18  
P. Aulanus

19  
Bomilchar

20  
Hanno.

21  
Val. Bestius

22  
Polycrates

23  
Satalpes.

24  
Leonides

25  
Symon

puer

26  
Daphitas

27  
Sindualdus

28  
Alexander

29  
Claudius

Asterius

Menon

30  
S. Agricola.

31  
Iulia

Nemesius  
Nestor

32  
Enguer-  
ran.33  
Alij34  
Annibal.35  
Agis

Clodovicus Hutinus Philippi Pulchri filius rex Gallorum, Enguerrannum quendam inter Gallos autoritate & opibus pollentem crucifigi fecit. Volaterranus.

**P**erique alij vitam suspendio & furca clauerunt, vt Lycambes/Biblis/Phyllis/Mo-  
nyna Mithridatis vxor/Calluce/Anaxarete/Auctolia/Bubalus/Silanus. T. Mā-  
lij filius/Iudas/Erigone. De quibus quoniam iam sumus locuti, nihil hic repetemus.

Annibal senior Carthaginensium dux primo bello punico dum cum Romanis infeliciter pugnasset prelio nauali, a suis mox comprehensus & in crucem sublatus est. Polybius, Paulus Orosius tamen ait illum orta in eius exercitu seditione, a suis lapidibus obrutum.

Agis vltimus Lacedæmoniorum rex infidijs comprehensus, ac ab Ephoris condemnatus, nexili laqueo vitam finiuit. Plutarchus.

## Mortui siti &amp; fame.

1	Erisicton	8	Chærilus	Felix	
2	Paufanias	9	Ricardus secundus	Silinus	
3	Sisigambis	10	Cleantes	14	Murita
4	Euristhenes	11	Pomponius	15	Thales
5	Vgolinus	12	Gabinus	16	Benedictus sextus
6	Neocles	13	Orator	17	Bonifacius
7	Aristo		Fortunatus		

## EXPLANATIO.

1  
Erisicton  
2  
Paufanias  
3  
Sisigambis



4  
Euristhe  
5  
Vgolinus  
6  
Neocles  
7  
Aristo.

8  
Chærilus

9  
Ricardus  
Secundus  
10  
Cleantes

11  
Pomponius  
Atticus

Erisicton, vt iam diximus, propter neglecta Veneris sacra ad tantam famam adactus est, vt propria membra corroserit. Ouidius lib. 8. Sic epulas omnes Erisictonis ora profani Accipiunt, poscuntque simul. Cibus omnis in illo causa cibi est, semperque locus sit inanis edendo.

Paufanias ab Agefilao patre inedia consumptus est, quod pecuniam a Xerxe accepisset, vt Spartam proderet. Au thor Chryfermus apud Plutarchum.

Sisigambis Darij Perfaru regis mater inedia extincta est, qui cibo aliquandiu abstinisset. Curtius lib. 4. de gestis Alexandri: ait eam itinere continuata bore; animique agritudine fatigatam, inter manus filiarum cecidisse: Demum lib. 9. die qui to extinctam, quo mori statuerat, cibo & luce: dedita opera sibi frustra.

Euristhenes a matre inedia interfectus est, quod male in bello pugnasset. Ouidius in Ibin. Obstrictusque famem patiaris limine tecti. Vt legem pœne cui dedit ipsa parens.

Vgolinus Pisanorum comes: quum a suis expulsus: patriam bello oppressisset, tandem captus per prodicionem, vna cum liberis fame assumptus est. Volaterranus.

Neocles Sicyonioru tyrannus: a suis ob crudelitatem fame et frigore extinctus est. Ouidius in Ibin. Aut v tolli uifera quondam Sicyone profecto. Sit frigus mortis causa, famesque tuæ. Aristo poeta ab Atheniensibus fame extinctus est, quod suis carminibus eorum laudes fuisset infestatus. Ouidius in Ibin. Vt ve parum stabili qui carmine legit Athenas, Inuisus pereas deficiente cibo.

Solent luculenti scriptores his multum glorie comparare, quos suis dignantur monumentis. Contra vero inepti: qui suis modulis se non metiuntur, et multa supra vires audent, tantum probri et ignominie afferunt, quantum illi honoris & fame. Propterea non verito crimini Alexandro, quod insulsum versificatorem Chærilum (quem preconem suorum dedignabatur facinorum) inedia suffocauerit, dicente eodem Ouidio. Inclususque necem cautea patiaris, vt ille Non profecturae conditor historiae.

Ricardus secundus Eduardi filius, puer admodum ab Anglis fame extinctus est, quod inuitis regno videretur. O duræ ceruicis populum, cui semper fuit moris secundum aut tertium quemque regum crudeliter enecare. Volaterranus

Cleantes philosophus Zenonis discipulus: dum cibum sibi sustraheret, vt cuidam morbo (quo laborabat) mederetur, nimia inedia se peremit. Laertius. Lactatius tamen ait illum desiderio alterius vite, manum sibi intulisse.

Pomponius Atticus Ciceronis amicus, morbo quodam in senectute correptus, seipsium abstinentia cibi itidem suffocauit. Cor. Nepos.

Gabinus

¶ **Gabinus** presbyter ciuis Romanus/iussu Diocletiani imperatoris in carcerem cōiectus est, ibique fame extinctus, quod Christianam profiteretur religionem.  
 ¶ **Orator, Fortunatus Felix, et Silinus** martyres apud Alexandriam pro Christi nomine fame et inedia interfecti sunt.  
 ¶ **Murita** martyr ab Elpidephoro quodam Arriano in exilium missus, ibidem fame et frigore extinctus/vitam cum morte mutauit.  
 ¶ **Volaterranus** ait Thaleta philosophum (dum Gymnicum certamē prospiceret) æstu & siti absumptum fuisse.  
 ¶ **Benedictus Sextus** pontifex/a Cincio ciue Romano in carcerem detrusus, ibidem fame extinctus est, vel vt alij volunt/strangulatus.  
 ¶ **Bonifacius Octauus** dum inimicitias cum Philippo Gallorum rege exerceret, rex Sciarum Columniensem in eum misit, qui captum pontificem in carcere fame extinxit, Authorem Volaterranus.

12  
Gabinus  
13  
Orator  
14  
Murita  
15  
Thals  
16  
Benedictus.  
17  
Bonifaci⁹

¶ **Combusti.**

1	Perillus	12	Almericus		Dido
2	Macedon	13	Crominus		Euradne
3	Auiola	14	Creusa		Hercules
4	Cæsius Bassus	15	Frotho		Sardanapalus
5	Eustathius	16	Phalaris		Catulus Lucatius
	Theophita	17	Nicias		Asdrubal
6	Plynius secundus	18	Pythagoras		Portia
7	Polycarpus	19	Nigrinus		Dedalion
8	Valens	20	Laurentius		Brotheus
9	Ioanna puella'		Tybertius	23	Pleriq; martyres
10	Alexander Milesius	21	Emerita		
11	Alcibiades	22	Empedocles		

¶ **EXPLANATIO.**



Perillus rogatus a Phalaride tyranno Agrigentino, vt nouum tormenti genus ad plectendos reos comminisceretur, taurum æneum excogitauit, quo inclusi flammis suppositis perirent, et boum mugitus imitarentur. Quam pœnam primus expertus est. P. ut tarchus in Parall. et Plynius Cap. 8. lib. 34. Ouidius in Ibin. Aere Perillæo veros imittere iuencos. Ad formam tauri conueniente sono. Idem lib. 5. Tristium. Ipse Perillæo Phalaris permisit in aere Edere mugitus, et bouis ore queri. Perlius Saty. 3. An ne magis siculi gemuerunt ara iuueni.

1  
Perillus

¶ **Macedon** mulier (a cuius nomine Macedonia dicta est) igne cœlesti vna cum marito absumpta est. Ouidius in Ibin. Vt Macedon icta est rapidis cum coniuge flammis, Sic precor atheri vindicis igne cadas.

2  
Macedon

¶ **Auiola** scribit Plynius libro septimo Natu. Histo. Auiolam consularem in rogo reuixisse. Sed quoniam subueniri non poterat, præualente flamma viuum fuisse crematum.

3  
Auiola

¶ **Cæsius Bassus** fama est poetam lyricum in suis prædijs ardente Vesæuo/lateque vasantibus flammis, cum villa sua conflagrasset.

4  
Cæsi⁹ bas.

¶ **Eustathius Traiani** aulicus, dum ceruum in venatione sectaretur, viso inter eius cornua/cucis simulachro/auditaque hac voce, Cur me persequeris, statim cōuersus est vna cum Theophita vxore. Quod vbi postea rescituit Traianus, ambos in tauro æneo comburificet, Volaterranus.

5  
Eustathi.

¶ **Plynius secundus** quum nihil in maiore negotio haberet, quam rerum naturalium causas scrutari, perijt in Vesæui montis incendio/dum rationem vellet inquirere. Plynius iunior in Epistolis.

6  
Theophi.

¶ **Polycarpus** Ioannis apostoli discipulus et Smyrnæ præsul, pro Christiana pietate palam et spectante populo in Amphitheatro combustus est, Volaterranus.

7  
Plynius

¶ **Valens** Imperator frater Valentiniani, prælio superatus a Gothis, in tugurio (quo spe factus lutis confugerat

8  
Secundus

9  
Polycarp⁹

10  
Valens

d lutis confugerat

9  
Ioanna  
puella

lutis confugerat (ab eisdem crematus est. Sex. Aurelius.

**C** Arolo septimo Gallis principante/dum barbara Anglorum natio bonam Gal-  
lie partem furibunda peruagaretur. post aliquot calamitates, sui tandem populi  
misertus dominus, puellam ad subsidium milit, tanto spiritu puellam tantaq; vir-  
tute, vt instar Amazonis armata /et copiarum ducitrix, inimicos parta elatos vir-  
etoria, et iam nihil sibi non promittentes inuaserit, repressoque supercilio, potenter expus-  
gnauerit, factum quidem primis inauditum seculis. Quod licet diuina contigerit volunta-  
te, neque tamen erubuit Ioannes Lucemburgus, vilissimum ingratitudeis mancipium/  
eam inimicis prodere, neque illi flammis impie deuouere. Quod vt sine odij nota /et liuo-  
ris suspitione, seruata equitate viderentur fecisse, magicę artis foeminam postlauerunt,  
subornaueruntque, qui testimonijs et iuramento veneficam et sortilegam esse contende-  
rent /et palam faterentur. Sed haud dubie non est mirum gētem illam seuisse in externos,  
que suorum quoque vitam nonquam pluris quā porcorum aestimauit. Quid torpetis Gal-  
lorum ingenia? Quid Epimēdis somnum vestre indormitis ignauitæ? Non repēditis be-  
neficiū puellæ, quæ magno capitis sui periculo regni vestri salutem procurauit, quę tā-  
dem se flammis exposuit, vt vos ab hostili redimeret incendio? Hanc ei notam permissis  
tis iniuri: Eius nomen a mortalitate non vindicabitis: Carnificum iniquitatem nō infecta  
bimini: Sepultā relinquetis puellę innocentiam? Nonne tantum laudis apud vos meruit,  
quantum apud Romanos Chœlia? Hęc vim Porfene fugit, illa furias anglorū fugauit.  
Vtram maiore præconio dignam putatis: Erimus nimirum somnolentiores gliribus, si tā-  
tum facinus, tantam virginis virtutem in obliuionem cadere permiserimus. Habeo tibi  
gratiam Valerande Varanie vir doctissime, tuumque nomen nudo semper capite /et mul-  
ta honoris præfatione reuerbor, quod primus omnium puellę patrocinium desumpseris,  
eiusque manes ab eorum rabie /qui mortuos allatrant, et cum laruis luctantur, conseruaris  
potentissime. Non poteris regno vtilius /et aptius tuis musis moliri negocium. Alexāder  
Milesius / Polihistor cognominatus / lib. rtus Cor. Lentuli grammaticus, apud Laurentes  
ex incendio crematus est Syllæ temporibus. Author Suidas apud Volaterranum.

10  
Alexāder  
Milesius

**¶** Alcibiades Clycię filius, dum in Phrygia ab Atheniensibus exularet, percussorum (qui  
immisi fuerant) decreto / viuis in cubiculo crematus est. Iustinus lib. 5. Ouidius in Ibin,  
Clyciadæque mūdo circumdatus ignibus atris. Membra feras Stygię femicremata neci.

11  
Alcibia

**¶** Innocentius tertius iussit Almericum hereticum (qui dicebat Ideas in mēte diuina crea-  
re, et creari) apud Luteciam comburi. Volaterranus.

12  
Almeric

**¶** Clotarius rex Gallorum, cum Bonabro Critonum duce bellum gessit, victumque inter  
fecit / et Crominum eius filium nothum, vna cum vxore ac liberis cremauit.

13  
Cromin<sup>9</sup>

**M** Edeæ ægreferens se ab Iafone relictam, sibi que Creusam seu Glaucam Creontis fi-  
liam superinductam fuisse, nouę nuptæ dona quedam misit nuptialia, quæ eidem  
et toti domui incendium attulerunt. Propertius lib. 2. Aspice quid donis Eriphyla  
14  
Creusa  
inuenit amaris, Arserit et quantis nupta Creusa malis. Nigidius tamen apud Maferiū ait  
Corinthi fontem esse Glaucem nomine, in quem se illa præcipitauit, quum aduersus Me-  
deę veneficia ignesque id sibi speraret profuturum.

15  
Frotho

**¶** Saxo lib. 7. historiarum Danicarum ait Frothonem regem incendio cōsumptum fuisse,  
et in antro (quo confugerat) flamma et fumo fuisse suffocatum.

16  
Phalaris

**P** Halaris tyrannus Agrigentinus, dum ciues suos multis torqueret supplicijs, a pos-  
pulo vna cum liberis et coniuge crematus est, et in eodem tauro (quo reos punies-  
bat) lege talionis suffocatus. Ouidius in Ibin. Vtque ferox Phalaris lingua pri<sup>9</sup> en-  
se resecta. More bouis Paphio clausus in ære gemas.

17  
Nicias

**¶** Nicias fuit inter venatores quispiam venandi ardore concitior, dum feras immisiss ca-  
nibus ardentius infectaretur, in carbonariam præceps decidit fornacem, vbi canibus cir-  
cumgannientibus, et rapta veste dominum conātibus educere, crematus est. Author Cę-  
lius Cap. 59. duodecimi.

18  
Pytago.

**¶** Plutarchus scribit Pythagoram philosophum viuum fuisse a Cylonij exustum. Laerti-  
us ait hoc factum fuisse in Nicoclis Crotoniatę domo, a quodam, quem in disciplinam ad-  
mittere nolisset

19  
Nigrinus

**¶** Nigrinum quendam Ammianus Marcellinus fuisse scribit, qui propter excitatum bel-  
lum viuis sit exustus.

20  
Tyburti<sup>9</sup>  
Laurēt<sup>9</sup>

**L** Aurentius et Tyburtius martyres pro Christi nomine incendium volentes pertu-  
lerunt. Io. Fr. Mirandula lib. 2. Hymno um. lucūda incendia Laurens suscipit, Em-  
pyrea multum irroratus abvnda. Atque per ardētes prunas illæsus abibat, Maio-  
res in corde

res in corde ferens Tyburtius ignes.

Emerita Lucij Anglorum regis soror, pro Christiana itidem pietate flammis extincta spiritum domino reddidit.

Verunt et alij permulti, qui incendio finiuerunt vitam, vt Empedocles, Dido, Euadne, Hercules, Sardanapalus, Catulus, Lucretius, Asdrubal, Portia, Dædalius, Brothe, Quorum mortem reperies in eorum Historia, qui se occiderunt.

Artyrum quoque plurimi hoc mortis genere vitam reliquerunt, vt cælestem sibi comparerent Laurcam, vt Tymeon episcopus, Christa, Calixta, Claudius Caij pater, Chionia Anastasiæ ancilla, Thedulus, Alexander, Arsenius, Anastasia, Armonius, Aram Thare filius, Apollonia, Agathon Bassiani socius, Agape, Antonia virgo, Amantius, Getulius, Cerealis, Aphra meretrix, Barnabas discipulus, Crescētianus, Speusippus, Seuerianus, Symphronius, Sosthenes, Victor, Dioscorus, Eulogius, Fructuosus, Aemylus; Petrus Diocletiani cubicularius, Pulio, Potamienavirgo, Peleus, Fausta Faustianus, Fidentius, Hero, Heleusippus, Hyreus, Hylaria Aphræ mater, Nicetius, Nilus, Marcarius Lybicus, Meleusippus, Mosceus, Mardonius, Mufon, Macedonius presbyter, Modestia, Machabæi, Marcellianus, Marcus, et alij plus sexcenti.

21 Emerita  
22 Empedo  
23 Martyres

Præcipitati.

1	Astyanax	5	Lycas	9	Theombrotus
2	M. Manlius	6	Lycurgus		Sappho
3	Thestalus	7	Aefopus		Timagoras
4	Tarpeia	8	Nauplius		Meles

EXPLANATIO



Roia diruta, Troianisque proffigatis, ne quid superesset reliquiarum, quod in posterum, vrbis & populi ruinam vlceretur. Vlyses Astyanactem Hectoris filium in præceps dedit, mira quidē immanitate. Ouidius li. 13. Met. Mittitur Astyanax illis de turribus, vnde Pugnantem pro se, proauitq; regna tuentem Sepe videre patrem monstratum a matre solebat. Idem in Ibin. Vt qui Thestæ fallacia vela carinæ Vidit, & Iliaca missus ab arce puer. Idem. Et vi deas quod (iam quum flammæ cuncta tenerent) Hectoris patria vidit ab arce puer. Seneca in Troade, Præceps vt altis cecidit e muris puer. Fleuit Achium turba, quod fecit nefas.

1 Astyanax

M. Manlius (q Gallos in obsidione Capitoli obrepentes per ardua depulerat) cōuictus de regno occupando cōsiliū inisse, dānatus e saxo Tarpeio præceps datus est. Author apud Gel. M. Varro & Liuius lib. 6. Cor. Nepos scriptum reliquit, eum verberando fuisse necatum.

2 M. Man.

Thestelus (a quo Thestalia nomen sumpsit) Hæmonis filius, ab Euryalo quodam aduenā ex Ossa monte præcipitatus est. Ouidius in Ibin. Vtque dedit saltus e summo Thestalus Ossa. Tu quoque saxoso præcipitare iugo.

3 Thestalus

4 Tarpeia

Sabinis Romam obsidentibus/quum Tarpeia virgo Capitolium perdidisset, armillarum et anulorum (quos illi gerebant) pactione/vbi in arcem introducti sunt, obsequij immemores, puellam præcipitauerunt. Plutarchus & Liuius testes.

Lycas ab Hercule præcipitatus est/q ei tunicam cruore Nessi tinctam, & veneno imbutam attulisset. Sabellicus. Vnde Ouidius in Ibin. Quam qui dona tulit Nessæo tincta veneno, Euboicæq; suo sanguine tinxit aquas.

5 Lycas

6 Lycurgus

Lycurgus Thracum rex, (teste Lactantio) a suis in mare præcipitatus est, q primus mero aquam miscuisset.

7 Aefopus

Aefopus fabulator Phrygius quum venisset Delphos/ibidem furti ab æmulis falso accusatus (falem enim argenteam inter eius sarcinulas clam posuerant, de rupe insons præcipitatus est. Plutarchus de fera numinis vindicta.

8 Nauplius

Nauplius Palamedis pater quum intellexisset Dyomedem et Vlysem naufragio liberatos; quibus tamen hoc malum per insidias machinabatur/seipsum præcipitauit. Seneca. Igne fallaci moriturus Argis Nauplios præceps cedit in profundum.

9 Theob.

De Theombroto/Sappho puella/Timagora/et Melete, vide in eorum historia/qui mortem sibi conscuerunt.

d ij Mortui

M O R T V I

¶ Mortui scalarum ruina.

- 1 Elpenor                      2 Philostratus                      3 Asclepiades

1 Elpenor **E**lpenor focus Vlyffis/ebrius apud Circem factus/scalarum casu periit. Martialis lib.11. Pene imitatus obit facis Elpenora fatis. Præceps per longos dum ruit vsque gradus. Ouidius lib.3. de Tristibus. At miser Elpenor tecto delapsus ab alto / Oes currit regi flebilis vmbra suo. Idē in Ibin. Ne ve' gradus adeas Elpenore cautius altos / Vin que feras vini/quo tulit ille modo.

2 Philostratus ¶ Martialis ait Philostratum, quū in balneis Sinuessanis esset, nimio haustu vini in ebrietatem lapsus/scalarum casu, non tunc primum/sed paulo post extinctum.

3 Asclepiades ¶ Plynius lib.7. Ait Asclepiadem medicum Prusientem suprema in senectā scalarū lapsu fuisse exanimatum. Sic qui ægrotis mederi consueuerat, qui e funere retulerat mortuum/fati insidias vitare non potuit.

¶ Abforpti terra.

- 1 Amphiarus                      3 Val. Torquatus                      Abyron  
2 Curtius                      4 Chore                      Dathan  
Anchurus

¶ EXPLANATIO.

1 Amphia.



Amphiarus vates dum apud Thebas præliaretur, terræ hiatu cū curru (cui infidebat) absorptus est. Plutarchus in Parall. Propertius lib.2. Non Amphiaræ profunt tibi fata quadrigæ. Idem lib.3. Tu quoque vt auratos gereres Eriphyla lacertos, Delapsis nunq̄ est Amphiarus equis. Ouidius libro.3. de ponto. Notus humo meris Amphiarus equis. Politianus in Nutricia. Quid quem impia prodidit vxor, Hosticaque haulit humus? Sabellicus de Inuentoribus rerum. Ignibus Oicides visis ventura canebat. Coniugis impulfus fatales visere Thebas Proditione suæ, proh tristia fata, ruentem Curribus et bigis hauserunt Tartara vatem.

2 Curtius Anchur⁹

¶ Quum ingens vorago Romæ paulatim excrefecret et terram absumeret, respōsum est ab oraculo, hiatum non posse desinere/nisi quis intro se demitteret. Quo audito/ Curtius equo infidens illuc desilijt. Livius lib.7. Vnde Mantuanus lib.1. de Cala. Sicut Adraſtæis quum vatem absorbit agris Canipus, et armato percussit tartara curru, Seu quando infemi caua guttura Curtius antri Clausit, et Elifios tremefecit pondere campos. Vel quando electe primo sub iudice genti Terra choren sociosq̄ altam demersit in aluum. Idē Mantuanus. Ipsius auspicijs saliens sub inane baratrū Curtius eterne meruit compendia fame. Propertius lib.3. Curtius expletis statuit monumenta Lacunis. Ouidius in Ibin. Atque eques in medijs mergare voragine cœni Dum modo sint facti nomina nulla tui. Idem fecit Anchurus Myde regis filius, vt iam diximus in eorum historia, qui se occiderunt.

3 Val. Torquatus.

¶ Paulo Aemylio in Pyrrum Epyrotarum regem rebellante, quum ab oraculo responsum fuisset Romanos fore victores, si quis eorum in voraginem se demitteret, Val. Torquatus sponte se obtulit. Author Critholauus apud Plutarchum.

4 Chore Dathas Abyrus

¶ Chore/Dathas/et Abyrus quum insurrexissent in Moysen et Aaronem, excitassentque populum ad auferendum huic sacerdotium, illi principatum, protinus (vt scribitur Numeri Cap.16) dirupta est terra sub pedibus eorum/et aperiens os suum deuorauit illos cū tabernaculis suis et vniuersa substantia eorum/descenderuntque viui in infernum; operati humo, et perierunt de medio multitudinis.

¶ Mortui et extincti veneno.

- 1 Claudius Cæsar                      4 Constantinus                      8 Britannicus  
2 Lotharius                      5 Zimisces                      9 Diocletianus  
Ludouicus                      6 Carolus                      10 Ludouicus balbus  
3 Mahometes                      7 Henricus Lucēbur,                      11 Socrates

Biliotus



12	Bliotus	21	Antharis
13	Lucullus	22	Coffinus
14	Annibal	23	Demosthenes
15	Aratus	24	Philopœmen
16	Theramenes	25	Seneca
17	Alexander	26	Victor
18	Ladillaus	27	L. Tubulus
19	L. Vectius	28	Guiller. Veronenfis
20	Rofimunda	29	Anaxagoras
	Helmiges	30	Aristobolus

31	Conradus
32	Clemens tertius
33	Carolus octauus
34	Antiochus
35	Themistocles
	Lucretius
36	Cleopatra
	Boudicca
37	Phila

EXPLANATIO



Onuenit Casarem Claudium imperatorem veneno ab Agrippina vxore occisum. Vbi autē & per quam dato/difcrepat. Alij Claudius ab Haloto spadone præminiftratū/aliq domestico p ipsam Agrippinam conuiuio, quē Boletum medicatum eidem talium ciborum auido obtulerat. Quod cōfirmare videtur Martialis libro 1. Epigrā. dicens. Boletum qualem Claudius edit, edas. Et Aufonius. Claudius ambiguo concludit fata veneno. Et Iuuenalis saty. 5. Vilibus ancipites fungi ponentur amicis, Boletus domino, sed quales Claudius edit. Ante illum vxoris, postquam nil amplius edit. Idem Saty. 6. Minus ergo nocens erit Agrippinæ Boletus, siquidem vnus præcordia pressit Ille senis, tremulumque caput descendere iussit In cœlum. Item Plinius de Boletis loquens. Optimus inquit est is cibus, sed inuenso exemplo in crimen adductus, veneno Tiberio principi per hanc occasionem ab Agrippina coniuge dato. Quo facto illa terris venenum alterum, sibique ante omnes Neronē suum dedit. Cor. Tacitus lib. 12. ait infusum delectabili cibo boletorum venenum, nec vim medicaminis statim intellectā.

Lotharius rex Gallorum Ludouici quarti filius decessit ex veneno, ab vxore adultera (vt fertur) præminiftrato. Eius quoque filius Ludouicus quintus Blanchæ coniugis opera eodem fato periit. Volaterranus.

Mahometes ex Arabia ortus/vastata Syria/expugnataque Damasco eius regionis capite/quum Scarnitas & Arabas suæ adiecisset ditioni, anno vitæ. 40. veneno a domesticis dato periit. Bap. Egnatius.

Constantinus imperator Heraclij filius, quum annum vnicum rebus præfuisset, Martine nouere dolo & insidijs venenum hausit, quo suffocatus est.

Cloannes Zimifces imperator post Nicephorum Phocam Constantinopolim profectus, eidem post annum imperij sextum, et sex menses potionatus decessit.

Carolus Caluus imperator & Gallorum rex veneno a Sedechia medico Iudaici sanguinis dato interiit, quum Mantuæ in valetudinem incidisset.

Henricus ex Lucelburgo imperator post Albertum a Clemēte Pōtifice designatus, dū superata Hetruria. Florentinis salutem iam desperantibus immineret/veneno in Eucharistia et preciofo Christi sanguine dato periit, anno imperij quinto. Illud autem venenum datum est opera Roberti Siciliae regis. Idem Egnatius.

Vilius Pollio tribunus, & venefica nomine locusta, Britannico/iussu Neronis fratris venenum dederunt bibendum. Quod ita cunctos eius artus perualit, vt pariter & spiritus eius raperetur. Author Cor. Tacitus lib. 13.

Ferunt Diocletianum e Damaltia oriundum, post annum. 20. imperij sui veneno extinctum. Cuius rutem opera, non constāt. Volaterranus.

Ludouicus Baldus dum biēnio cum Carolo Crasso fratre suo imperasset, veneno sublatu est relictis Carolo simplice, et Carolomano liberis.

Socrates ab Atheniensibus iniusta de causa morti deuotus/tritum in calice venenū hausit. Cuius vis dū in præcordia & venas serperet, iacuit resupinus. Cice. lib. 1. quæst. Thuse, Ouidius in Ibin. Sollicitoq; bibas/veluti doctissimus olim, Imperturbato quod bibit ore reus. Sidonius. Quid non piger hausit Lumina condemnans/Anyto pallente venenum. Fau. in Paneg. Quem carcere tetio Sorbitio gelide rapuit porrecta cicute. Iunena. saty. 13. Dulciq; senex vicin? hymetto, Qui ptē acceptę, seque iter vicia cicute, Accusatori nollet dare. Lipp? Collēsis. Rustice Læthiferā moneo vitare cicutā, Suffulit actēū dira cicute senē.

d ij Marullus

- 12 **M**arullus in Epigrammatis scribit Biliotum Astrologum asperis veneno boletis instar Claudij perijisse, vbi ait. Dum cauet astrologus perituris sydera nautis, Dum sibi boletis non cauet, ipse perit.
- 13 **L**ucullum imperatorem clarissimum amatorio poculo perijisse, testis est Plynius, libro 25. Cap. 3.
- 14 **A**nnibal Amilcharis filius post multas clades Romanis illatas, tandem victus, quū de Prusiæ regis Bithiniæ (ad quem confugerat) fide dubitaret, venenū hausit, quod in anulo gerebat. Liuius lib. 39. et Plutarc.
- 15 **A**ratius dux Sicyonijs, quum multos tyrannos sua virtute sustulisset, Philippo iuniori Macedoniæ regi cœpit esse formidolosus, Propterea veneno lēto ac sensim dato ab eo pōtionatus est. Plutarchus.
- 16 **T**heramenes Atheniensis philosophus, iussu triginta tyrannorum instar Socratis in carcerem detrusus / ibidem venenum hausit. Quo hausto, propino (inquit) Critiæ, quoniam is erat, cuius insidijs moriebatur. Cicero libro primo Quæst. Tuscul. & Valerius de Fortitudine.
- 17 **A**lexander Macedo ab Iola prægustatore Antipatri ad regnū aspirantis filio, veneno potus est. Vis autem veneni, quod in Macedonia gignitur, tanta est vt ferrum quoque exurat, Curtius testis est venenum illud per Cassandram allatum fuisse, traditumque fratri Iola. Conuenit inter scriptores Aristotelis infamia et maxima nota excogitatum. Vt ait Plynus Cap. 6. lib. 30. Ouidius in Ibin. Nec tibi fida magis misceri pocula possint. Quā qui cornigero de Ioue natus erat. Lucanus lib. 10. Illic Pellæi proles vefana, Philippi. Felix prædo iacet terrarum vindice fato raptus.
- 18 **L**adislaus rex Appuliæ dum Florentinos bello aggredi, suæ que ditioni submittere constituisset, eorum opera & insidijs veneno suffocatus est.
- 19 **L.** Vercius a Cæsare subornatus (& premijs inductus, vt se de inferenda Pompeio nece, a Bibulo Curione, Catone, Lucullo, et Cicerone (quos oderat) sollicitatum profiteretur, quum vnum atque alterum non sine fraudis suspitione nominasset, desperato consilij cū tu, ab ipso Cæsare interceptus veneno creditur. Author Suetonius, et Appianus lib. 2. Bellorum Ciuiliū.
- 20 **R**osimunda Cunimundi Gepidarum regis filia, interfecto primo marito Alboino rege Longobardorum / secundum quoque Helmigem nomine / Rauennæ principem veneno præsentantico perdere conata est. Cuius partem quum hausisset, vbi sensit contagium per venas serpere, euaginato gladio eam coegit reliquā populi partem bibere. Quo factoambo suffocati sunt. Paulus Diaconus.
- 21 **A**ntharicus Longobardorum rex / Theolindæ maritus, quum sex regnasset annos, insidijs domefticorum apud Ticinum extinctus est venenato poculo, Nonis septembris. Author Paulus Diaconus lib. 4. de gestis Longobardorum.
- 22 **C**ossinus eques Romanus amicitia Neronis notus / quum Lichene laboraret, vocatus Aegypto medicus, vt eius morbo mederetur, quum Cantharidum potum præparasset, interemit. Plynius lib. 29. Cap. 4.
- 23 **S**cribit Eratosthenes apud Cælium Demosthenem præsidio vltimorū casuum cōsueffe venenum gestare inclusum, quod etiam intrepide hausit, ne quid indignum sua virtute, a Macedonibus peteretur. Nam quum in Antipatri (qui Alexandro successit) odium venisset, sanxerat Demades, vt capite plecteretur. Testes etiam Plutarchus et Plynius lib. 33.
- 24 **Philopœmen** seu philopœmenes, magnus Græciæ imperator / quum apud Messenios in domicilium subterraneum neq; auras neq; lucem exterius excipiens, fuisset impactus, hausto ibidem veneno perijt. Venenum autem porrexit Dinocrates Messeniorum dux, parta de illo victoria. Plutarchus in eius vita.
- 25 **Seneca** a Nerone præceptore coactus, vt quod vellet genus mortis eligeret, venas medico præbuit, veneno demum in balneo hausto perijt. Suetonius.
- 26 **Victor** tertius Pont. Max. quum vnicum annum sedisset / mortuus est non sine maxima suspitione dati ab Henrico veneni in calice, dum sacrificaret. Volaterranus.
- 27 **L. Tubulus** sacrilegus ab exilio (quo propter multa flagicia missus fuerat) reuocatus, ne in carcere necaretur, venenum hausit. Author Asconius Pedianus.
- 28 **Guillermus** dux Veronensium nocte quadam cum Florentinis veronam ingressus, a Carrariensibus captus / et veneno sublatu est. Volaterranus.
- 29 **Anaxagoras** philosophus / quum annis 72. vixisset, ab Atheniensibus in carcerem coniectus quod

iectus, quod Solem (quem illi reuerabantur) ignitum lapidem vocasset. ibidem epoto veneno interijt. Hermippus apud Diogenem. Plutarchus tamen in vita Perichlis author est Anaxagorem destitutum omni cura decrepita iam etate, spote mortē sibi fame cōsciuisse. ¶ Aristobolus rex Iudę captus a Gabinio et Romam ductus, in carcere porre. cum haurit venenum. 30  
 ¶ Cōradus imperator Frederici filius perijt veneno, quod medici a Manfredo (qui imperio successit) pecunia corrupti dederunt. Volaterranus. 31  
 ¶ Clementē secundum, quia Henrici secundi impera. opera, & nō populi suffragio pontifex creatus esset, Romani occulta in eum via grassati nono mense posteaquam sedisset in pontificatu, veneno sustul. re. Sabellicus. 32  
 ¶ Conflans fama est, atque etiam Volaterranus scribit Carolum octauum Gallorum regē veneno suffocatum. Quod a veritate non abhorret, quum in Spheristerio præter spem, ac nihil sibi timens, exanimatus prope concidisse, ac paulo post expirasse dicatur. 33  
 ¶ Laodice regina Syriæ Antiochum Deum cognomento/maritum suum veneno extinxit/ob superinductam sibi Ptolemęi fororem Berenicem. 34  
 ¶ Themistocles quum annum ætatis quintum & sexagesimum absoluisset, spectantibus amicis epoto sanguine taurino vitam finiuit. Author Plutarchus in eius vita, Quod cum fecisse dicunt, ne in patriam/qua tamen pulsus fuerat) pugnare ab Artaxerxe cogereur. 35  
 ¶ De Cleopatra/Lucretio/Boudicea Britannorum regina/& quibusdam alijs veneno itidem prefocatis iam fumus locuti. 36  
 ¶ Demetrius Antigoni Macedonię regis filius, quū audisset Macedones diuturno bello defatigatos, veritus fuorū proditiōnē, salutē sibi fugā quęsiuit. Id vbi Phila eius vxor reseruit, desperatis rebus omnibus, veneno sibi mortē intulit. Plutarchus in Demetrio. 37

¶ Mortui morte subita.

1	Vo Cæsares	14	Iulius medicus	27	Alphonfus
2	Q. Eabius	15	Man. Torqua.	28	Andebuntus
3	M. Orclius	16	Dutius	29	Aegeas
4	Vulcatius Gurges	17	Saufeius	30	Nicanor
5	Q. Aemyli <sup>9</sup> Lepid <sup>9</sup>	18	Q. Scapula	31	Andragoras
6	C. Aufidius	19	D. Saufeius	32	Cleobis
7	Legatus Rhodiorū	20	Ofilius		Bithon
8	Cn. Bebius	21	Caninius	33	Agamedes
9	A. Pompeius	22	Gn. Carbo		Trophonius
10	Iuuenius Thalus	23	Sertorius	34	Gulmerius
11	Seruilus Panfa	34	Mithridates	35	Petrus et Calceonus
12	Bebius iudex	25	Gandericus		
13	Terentius Corax	26	Alaricus		

¶ EXPLANATIO.



Vmane calamitatis argumentū satis afferunt tā varij tāq̃ incerti hoim casus. At imprimis miraculo sunt mores repētiq̃, quas (si de futura aīę salute cōstaret (nō omnino dolēdas/immo vero matre appetēdas/& oīm optimas cū Plynio iudicārē. Verū quoniā memini nostrū cōpertū est, quo post mortē sit pfecturus/vbiani ma locum habitura, & alicubi tamē habitura, deū frequēte voto multisq̃ sacrificijs debem<sup>9</sup> auertere, ne tā ī sperato mortis genere nos incautos perimat, priusq̃ domui nostrę cōsuluerimus, habitaq̃ scelerū pēnitētia/quantulāq̃ veniam exorauerimus. Quid enim de his sperandū, qui peccatis obruti/momēto & in oculi nictu vita spoliātur? Nūqd iacta videtur alea? lacta hercule non minus quam de his/qui nūq̃ reuisuri portū, in Carybdim & Syrtēs nescij impēgerunt. Sed ad historiam, quoniam quamuis dolore pascantur lachrymæ, nullus tamen hic polyslogię locus relinquitur. Eos primum loco speculi nobis proponamus/quos Ply. lib. 7. Cap. 53. seriatim nominat. Nullis (inquit) euidētibz causis obiēre (dum calceantur matutino) duo Cæsares, prætor et prætura populi Romani functus dictatoris Cæsaris pater, Hic Pisis exanimatus, ille Romæ.

- 2 ¶ Q. Fabius maximus in consulatu suo pridie Calendas Ianuarij.  
 3 ¶ In cuius locum M. Orellius paucissimarum horarum consulatum petijt.  
 4 ¶ Item Volcatius Gurges senator, oēs adeo sani atq; tēpestiui, vt de p̄grediēdo cogitarēt,  
 5 ¶ Q. Aemilius Lepidus, in cussu pollice limini cubiculi.  
 6 ¶ C. Aufidius quum egressus in senatum iret/offenso pede in Comitio.  
 7 ¶ Legatus quoq; qui Rhodiorum causam ī senatu magna cum admiratione orauerat) in  
 8 limine Curiae protinus expirauit progredi volens.  
 9 ¶ Cn. Bebius Pamphilus, quum a puero quēfisset horas.  
 10 ¶ A. Pompeius in Capitolio, quum deos salutasset.  
 11 ¶ M. Iuuenius Thalia consul, quum sacrificaret.  
 12 ¶ Seruilius Pansa, quum staret in foro ad tabernam hora diei secunda in P. Pansam fra-  
 13 trem innixus.  
 14 ¶ Bebius iudex, dum vadimonium differri iubet  
 15 ¶ T. Terentius Corax, dum tabellas in foro scribit.  
 16 ¶ C. Iulius medicus, dum inungit specillum per oculum trahens.  
 17 ¶ A. Manlius Torquatus consularis, quum in cœna placentem appeteret.  
 18 ¶ L. Dutius Medicus, Valla/dum mulsi potionem haurit.  
 19 ¶ Ap. Saufeius, quum a balneo reuersus, mulsum bibisset/ouumque forberet.  
 20 ¶ P. Quintius Scapula, quum apud Aquilium Gallum cœnaret.  
 21 ¶ Decimus Saufeius scriba, quum domi suæ pranderet.  
 22 ¶ M. Ofilius hilarus histrio, sumpta post cœnam calida potione, Haftenus ex Plinio,  
 23 ¶ Caninius quoque primo die sui consulatus interiit. Vnde exijt Ciceronis Locus.  
 24 ¶ Vigilantem habuimus Caninium consulem, qui somnum in suo consulatu non vidit, Ma-  
 25 crobius & Cicero lib. 7. Epistolarum Famil.  
 26 ¶ Fuit et Gn. Carbonis mors multum insperata/qui dum ventrem exoneraret, in latrina  
 27 occisus est. Plutarchus in vita Pompeij.  
 28 ¶ Sertorium inter epulas incautum iugulauit Perpenna. Idem Plutarchus;  
 29 ¶ Mithridates quoque senior rex Ponti, morte repentina interceptus est.  
 30 ¶ Gandaricus rex andalorum dum capta Hispali Beticę vrbe templum vellet profanare,  
 31 motruus repente concidit. Volaterranus.  
 32 ¶ Alaricus imperator apud Consentiam morte subita defunctus est. Paulus Diaconus.  
 33 ¶ Alphonfus septimus rex Hispaniæ in itinere sub arbore quadam repente excessit.  
 34 ¶ Andebuntus rex Anglorum, in cœna nimio vini haustu cecidit extinctus.  
 35 ¶ Aegeas proconsul post affectum martyrio Andreæ, a malo spiritu correptus/momē-  
 36 to expirauit.  
 37 ¶ Nicanorem Permenionis filium subita correptum morte scribit Curtius libro quinto de  
 38 gestis Alexandri.  
 39 ¶ Perijt et subita morte Andragoras/ Authore Martiale, qui libro sexto sic inquit. Lotus  
 40 nobiscum est hilaris/cœnauit et idem, Inuentus mane est mortuus Andragoras.  
 41 ¶ Argia sacerdos a Cleobi et Bithone filijs ad Dianę templum in curru vecta, quum des-  
 42 am orasset, vt illis præmium daret pro pietate, et quod homini videretur optimum, mors  
 43 tuos ī lecto mane repperit. Quod fuit argumento matura morte nihil esse melius. Author  
 44 Cicero libro primo Quest. Tusculanarum, et Plutarchus in Solone.  
 45 ¶ Trophonius quoque et Agamedes dum ædificato apud Delphos Apollini templo/ des-  
 46 um mercedem laboris postulassent, quodque homini esset vtilissimum, paulopost itidem  
 47 mortui inuenti sunt, idem Cicero ibidem.  
 48 ¶ Ioannes Guilmerius Corbinicus (Corbinum oppidum est in finibus Eduorum) vir pos-  
 49 tens opibus, augusta maiestate/et Catoniana prope grauitate/dum in templo ad sacrifici-  
 50 um et orationem se reclinarēt, incerta causa et inexplorato mortis argumento, repente ex-  
 51 pirauit, iam plenus annis.  
 52 ¶ Petrus Calceonus vnus eorum, qui Ioannam puellam gallicam Anglorū expultricē  
 53 flammis deuouerunt, quo radendam tonsori barbam committeret, in ipsa Tonsoris  
 54 na, repente decessit. Valerandus Varanius, sic & Calceonus (qui sensuit esse cremē  
 55 dam) Pendula dum tonsor fecat excrementa capilli, Expirans cadit/ & gelida tellure cada-  
 56 uer Decubat, Vltrices sic pendent crimina pœnas.

¶ Mortui gaudio & risu,

Chilo

1	Chilo	4	Philippides	8	Polycrata
2	Sophocles	5	Philistion	9	Iuuenius Talua
	Dionysius	6	Diagoras		
3	Mulier Romana	7	Philemon		

EXPLANATIO.



Mmodica perijt laticia Lacedæmonius Chilo, quū filium in com 1  
plexibus teneret Olympiæ coronatum. Plynius. Cap. 32. lib. 7.

☐ Sophocles & Dionysius Siciliæ tyrannus / vterque accepto Tra 2  
gicæ victoriæ nuncio. Idem Plynius Cap. 53. eiusdem libri.

☐ Lucianus & Sotades apud Crinitum contra Plynij sententiam  
dicunt Sophoclem acino vūe perijisse. Valerius Maximus tamē &  
Volaterranus fouēt partes Plynij. Quorū vexillum sequitur Pos  
litianus in Nutricia scribens. Quemque senem meritæ rapuerūt  
gaudia palmæ. Nisi fortasse de Philippide intelligi malis.

☐ Mulier Romana filio post Cladem Cannarum incolumi viso, post falsum nuncium. 3

☐ Philippides Comœdiographus, quum in certamine poetarum præter spem vicisset ac 4  
propterea lætissime gauderet / inter illud gaudium repente mortuus est. Gellius.

☐ Philistion Nicæus poeta Comicus (qui Socratis ætate floruit) nimio quoq; risu mortuus 5  
est. Politianus in Nutricia. Implicitusque Sophron / risuque Philistio tandem Perditus.

**D**lagoras Rhodius / quum tres filios Athletas eodem die vincere / & victores coros 6  
nari vidisset, populusque gratulabundus flores vndiq; in eum iacerent, in stadio  
spectante populo in oculis & manibus filiorum, animam efflauit præ læticia. Aus  
thores Cicero libro primo Quest. Tus. & Gellius libro tertio noctium Atticarum, quibus  
in hac re idem est consensus, præterquam quod Cicero duos tantum filios Diagore coros  
natos, tres Gellius dicit.

☐ Philemon poeta videns asinum ficus mensæ paratas comedentem, tanto diffuxit gau 7  
dio, vt eo expirauerit. Author Valerius Maximus.

☐ Aristoteles apud Gellium est Author Polycratam nobilem fœminam e Naxo / infula co 8  
gnito repente inspirato gaudio animam expirasse. Vide Plutarchum de claris mulierib⁹.

☐ M. Iuuenius Talua Consul, dum sacra dijs exhiberet in Corsica (quam suis auspicijs 9  
subegerat) acceptis literis decretas ei a senatu supplicationes nunciantibus, dum intento  
illas animo legeret, ante focum præ gaudio collapsus, mortuus humi iacuit. Author Vale  
rius Maximus de mortibus non vulgaribus.

Mortui in actu Venereo.

1	Cor. Gallus	4	Speusippus	8	Ioannes. 12.
	Q. Heterius	5	Tigillinus	9	Lud. Gonzaga
2	Alcibiades	6	Beltrandus		
3	Phaon	7	Rodoaldus		

EXPLANATIO.



Or. Gallus & Q. Heterius eques Romanus in Venere obiere. Au 1  
thor Plynius libro septimo. Quorum autem (inquit Valerius) at  
tinet eorum cauillari fata, quos non libido sua, sed fragilitatis hu  
manæ ratio abstulit.

☐ Alcibiades Atheniensis cum Timandra meretrice a Lyfandro 2  
interfectus est in actu Venereo / vt credibile est. incertum tamen  
Plutarchus & Valerius.

☐ Phaon quum esset hominum pulcherrimus / a Mytilenōrū mu 3  
lieribus ardentè appetebatur. Vnde factum, vt in adulterio des  
prehensus iugularetur. Author Celsus.

☐ Tertullianus in Apologetico contra gentiles ait Speusippū philosophum de Platonis 4  
scola in adulterio perijisse.

☐ Cornelius Tacitus ait Tilliginum præfectum vigiliū & prætorij inter supra concubi 5  
narum & oscula /


MORTVI

- narum & oscula/sectis nouacula facibus inhonestam clausisse vitam.
- 6 ¶ Iouianus Pontanus in opusculo de obedientia ait Beltrandum cognomine Ferrerium, Barcelong (vrbs est Hispanie) in venere expirasse.
- 7 ¶ Rodoaldus Longobardorum rex, in libidine deprahēsus/cum matrona interfectus est. Paul, Diaconus.
- 8 ¶ Ioannes, 12. pontifex in adulterio comprahēsus, itidem interfectus est. Cuius mors eorruptior est/quo sanctiorem eum esse oportet, qui dignitate ceteros antecellit. Platina.
- 9 ¶ Ludouicus Gonzaga Guidonis Gonsage filius & Mantue princeps, in adulterio deprahēsus, a Mantuanis obruncatus est. Volaterranus.

¶ Mortui nimio cibo aut potu.

1	Archefilaus	4	Valentinianus	7	Childericus
2	Domitianus	5	Iouinianus	8	Anacreon
3	Septimius	6	Andebuntus		

EXPLANATIO.



- 1 Archefilaus pytanaus immodico hauſtu vini periſt, anno ſuæ etatis. 75. Hermippus apud Diogenem.
- 2 ¶ Eusebius ſcribit Domitium Aphrum, cibi ſuperfluitate redundantem in cœna periſſe.
- 3 ¶ Septimius Seuerus Imperator/dum membrorum omnium, maxime pedum dolorem pati nequiret, loco veneni/cibum plurimæ carnis incoctæ auidius deuorauit. Quem dum cõcoquere non poſſet, cruditate paſſus/expirauit. Author Sextus Aurelius.
- 4 ¶ Valentinianus Imperator Quadorũ legationi reſpondens, voce impetu ſanguinis amiſſa, ſenſu integer expirauit. Quod ex intemperantia cibi & ſaturitate/qua artus diſſuderat, accidiffe multi detulere. Idem Author.
- 5 ¶ Ferunt & Iouinianum Imperatorem ciborum in ſtomacho incoctorum cruditate periſſe. Teſtis Baſtiff. Egnatius. Variæ opiniones de eius morte recenſentur ab Eutropio, & Marcellino.
- 6 ¶ Iam diximus Anglorum regem Andebuntum in cœna quandoque tantum vini ſumpſiſſe, vt eo ſuffocatus, repente exceſſerit.
- 7 ¶ Gregorius Turonenſis ait Childericum Saxonem quum aliquando ad ambas vſq; aures cibo ſe ingurgitaſſet, eo ſuffocatum fuiſſe, & repertum in lecto mortuum.
- 8 ¶ Anacreon Teius poeta, dum aliquando liberius Baccho indulgeret, acino vix paſſæ ſtrangulatus eſt. Valerius, vnde Politianus in Nutricia. Tandem acino paſſæ cadis interceptus ab vix.

¶ Lapidibus obrupti aut murorum ruina.

1	C Ebrion		Candida	20	Ioannes Pont.
2	Cycnus	10	Polydamas	21	Clemens. ſ.
3	Pyrande	11	M. Poſthumus	22	Athenæus
4	Cynna	12	Vatinius	23	Siluius
5	Mardonius	13	Coes		Falconius
6	Neocles	14	Lycidas	24	Alidice
	Demopolis	15	S. Stephanus		Lycorides
7	Chryfantus	16	Elphegus	25	Theatri ruina
	Daria	17	Martyres nonnulli	26	Icadius
8	Eusebius	18	Pyrrhus		
9	Paulina	19	Henricus rex		

EXPLANATIO.

- 1 C Ebrion Priami filius a patroclo i bello Troiano Saxo obrutus est. Author Home.
- 2 C Cycnus Neptuni filius quum a patre habuisset, vt ferro inuulnerabilis effect, ab Achille

Achille apud Troiam lapide extinctus est.

¶ Atheniensibus in Eumolpum bellantibus dū immineret fames, Pyrauder quæstor a populo Saxis obrutus est, quod triticum parce suppeditaret. Author Calisthenes apud Plu.

¶ Romanis in Gallos bellum gerentibus dum Annonæ caritas inualeceret, Cynna tritici largitionem furripuens/regnum affectasse creditus est, ac propterea faxis obrutus. Aristides apud Plutarchum testis.

¶ Ardonius Perfa (quem Xerxes apud Salaminem victus cum exercitu reliquit, ut belli reliquias confoueret) ab Arimnesto spartata saxo obrutus est. Quo fato præmonuerat eum periturum Amphiaras, Author Plutarchus in Arifide.

¶ Neocles & Demopolis Themistoclis filij, quum Atheniensium memoriam refricuisent super legibus, quæ aduerfus exules fuerant sancitæ, a paternis inimicis lapidibus obrupti sunt. Cælius Cap. 12, libri octaui.

¶ Chryfantus Alexandrinus vna cum Daria vxore sub Numeriano imperatore pro Catholica pietate faxis obruptus est. Volaterranus.

¶ Eusebius Sardus præful vercellensis a Constantino principe factus, ab Arrianis lapidibus oppressus est.

¶ Paulina virgo Romana Artemij præfecti filia faxis obrupta est sub Diocletiano quum Candida matre, idque pro Christi nomine. Idem Volaterranus.

¶ Polydamas Herculanæ roboris Athleta/dum sub saxo ruina minante cum aliquot conuiniis cœnaret, omnesque sibi timentes diffugerent, solus virium confidentia remansit, forte sperans, vt cadentem molem manibus sustineret, qua tamen oppressus est. Author Paulianus apud Volaterranum, & Valerium

¶ M. Posthumus Regilensis in Equos Italiæ populos bellum mouens, dum militibus vrbis prædam spoondidisset, ac postea vrbe capta eisdem elusisset, certatim ab omnibus faxis obruptus est. Author Linius.

¶ Macrobius author est, Vatiniū in ludis gladiatorijs fuisse lapidatum a populo.

¶ Scribit Herodotus Coem vnum ex Alexandri ducibus a Mytilençis comprehensum & lapidibus interemptum.

¶ Lycidas senator Atheniensis a suis interfectus est, q̄ pecuniam a Mardonio Perfa Athenarum inimico, accepisse crederetur. Author Herodotus, libro nono.

¶ S. Stephanus martyrū primus pro Christi nomine lapidibus oppressus est. Io. Fr. Miscrandula. Et lapides Stephano dulces, torrentis amari Mancipijs scelerum.

¶ Elphegus Cātuariensis archiepiscopus, pro Christiana pietate eandem subiit mortem.

¶ Vitalis quoque Mediolanensis/Onesimus/Metranus/Mammes, Magnus & Cyriacus martyres, eodem oppressi sunt tormento.

¶ Pyrrhus Epyrota dum aduersus Antigonū Argos obsideret, tegula/vel (vt mauult Trogius) saxo a vetula iacto interfectus est. Ouidius in Ibin. Aut vt Achillidem cognato nomine clarum, Opprimat hostili tegula iacta manu. Author Plutarchus in eius vita, Mantuanus. Non anus Argiuo fregit tibi tempora saxo.

¶ Henricus Alphonfi octaui regis Castellæ filius, dum vna cum pueris lusitaret, tegule casu perijt apud Palantiam urbem.

¶ Ioannes, 21. Pont. ruina cameræ (quam edificabat) oppressus est.

¶ Clemente quinto pontifice/Lugduni solenne sacrificium celebrante, tantus agminatim confluxit populus, vt Ioannes Britannicæ dux cū multis alijs muri ruina occubuerit. Vola.

¶ Athenæus philisophus, quum Romam venisset, ruina domus (quam habitabat) oppressus est. Strabo libro. 14.

¶ Siluinus & Falconius famuli Quintiani Siciliæ præfecti eadem morte perierunt.

¶ Alidice Alebæ Larissæ filia vna cum viro Lycoride ruina domus extincta est. Ouidius in Ibin. Lapfuramq; domū subeas/vt sanguis Alebæ. Stella Lycoride cui fuit aqua viro.

¶ Tranquillus ait Fidenis Theatri ruina duo & viginti hominum milia perijisse.

¶ Cædicius fæuissimus prædo, quum se in quandam speluncā recepisset, saxo de rupe excidente extinctus est. Cicero de Fato.

¶ Iugulati & strangulati

1 Galba  
2 Gandulphus  
3 Commodus

4 Lucilla  
5 Cethegus  
Statilius

Gabinus  
Ceparius  
Lentulus

Galfonda

Cyrenus

Pyrauder

Cynna

Mardonius

Neocles

Chryfantus

Eusebius

Paulina

Polydamas

Posthumus

Vatinius

Coes

Lycidas

S. Steph.

Elphegus

Martyres

Pyrrhus

Henricus

Ioannes

Clemens

Athenegus

Silvius

Alidice

Theatri

ruina

Cædicius

MORTVI

6	Galfonda	10	Cor.Lentulus	14	Albanus
7	Antiftius	11	Amalafuntha	15	Valentinianus
8	Dinarchus	12	Gerontius		
9	Caudemus	13	Apries		

EXPLANATIO.

- 1 Galba
- 2 Gandul.
- 3 Cōmod<sup>9</sup>
- 4 Lucilla
- 5 Cetheg<sup>9</sup>.
- 6 Galfōda.
- 7 Antiftius
- 8 Dinarch<sup>9</sup>
- 9 caudem<sup>9</sup>
- 10 Cor.Lēt.
- 11 Amalafū
- 12 Gerōtius
- 13 Apries
- 14 Albanus
- 15 Valenti.



Ergius Galba quum Pisonem in conflate inuidie remedium adosptallet, in medio foro ab Othone iugulatus est.  
 ¶ Gandulphus martyr suafu vxoris adulteræ ( cum qua diuortiu fecerat) noctu ab adultero iugulatus est.  
 ¶ Commodus post tertium decimum imperij annum / strangulatus est Lato Authore & Martia concubina. Sextus Aurelius ait Martiam prius tentasse, vt cum veneno perderet  
 ¶ Lucilla Nemesij tribuni filia, Romæ in via Appia sub perfecutione Valeriani iugulata est.  
 ¶ Cethegus / Statilius / Gabinius & Ceparius Catilinarij, in carcere iussu Senatus strangulati sunt, Sallustius.  
 ¶ Galfonda Athanagildi Gothorum regis filia a Chilperico marito noctu iugulata est, suafu Fredegundæ pellicis, Volaterranus.  
 ¶ Antiftius authore Plutarcho, in senatu iugulatus est / quod ob Pompeium Syllanam sequi factionem videretur.  
 ¶ Dinarchus Corynthius iussu Polypercontis iugulatus est. Plutarchus Author.  
 ¶ Darius Caudemum Atheniensem (quem de apparatu sui exercitus percontatus fuerat) recta monentem iugulari fecit, Curtius libro tertio de gestis Alexandri.  
 ¶ P. Cor. Lētulus prætor vrbis cōprehensus in coniuratione Catilina / iussu Ciceronis iugulatus est in carcere, Sallustius.  
 ¶ Amalafuntha Gothorum regina, Atalarici mater, a Theodato (quem mortuo filio regni locum ascuerat) in balneo iugulata est, Paulus diaconus.  
 ¶ Gerontius Comes a militibus suis iugulatus est, quod Constantem Constantini filium fecisset perimi, Idem Author.  
 ¶ Apries ab Amasi superatus, datus est Aegyptijs iugulandus, Author Herodotus.  
 ¶ Albanus martyr a latronibus hoc mortis genere suffocatus est.  
 ¶ Valentinianus iunior quum in Gallias transisset, ibique tranquille rempublicam administraret, Argobastis comitis sui dolo, strangulatus est apud Viennam, quæ etiam is vt voluntariam mortem sibi consciuisse putaretur, suspendit laqueo, Paulus Diaconus.

¶ Sagittis confossi.

1	Achilles	4	Anacharsis	7	Sebastianus
2	Lycophron	5	Hyrene	8	Procris
3	Acron	6	Christina		

EXPLANATIO.

- 1 Achilles
- 2 Lycophr.
- 3 Acron
- 4 Anacharsis



Chillem poetæ fabulantur nullibi membrorum præterquam in talo fuisse vulnerabilem / quod eam partem mater Thetis non abluisset Stygijis vndis, vt ceteras. Huc ergo iaculatus Paris, euerforem Troia peremit, Virgilius libro sexto Aenei, Dardana qui Paridis direxiti tela manusq; Corpus in Acacide magnas obeuntia terras, Ouidius libro, 12. Meta. Dixit, & ostendens perdetem Troica ferro Corpora Pelidem, arcus obuertit in illum, Certa q; loethifera direxit specula dextra.  
 ¶ Lycophron poeta iambographus a quodam æmulo traictus est; Qui, i. ibin, Vtq; cothurnatū perijisse Lycophrona narrat, Hæreat i fibris fixa sagitta tuis.  
 ¶ Acron rex Ceninensium, a Romulo victus & sagitta confossus est. Vide Tortell.  
 ¶ Anacharsis Scythia a Sauleo rege eodem modo extinctus est, q; alienæ gentis sacrificia imitaretur, Author Herodotus, Sunt tamen qui a fratre interfectum velint,

Hyrene



- Hyrene virgo a Sifinnio pro Christi nomine hanc oppetit mortem.
- Christina virgo sub Iuliano/hoc modo passa est.
- Beatus quoque Sebastianus cuius Mediolanensis/sub imperatore Diocletiano,
- De procrude sagitta a Cephalo confossa, iam fumus locuti in parricidis.

5  
6  
7  
8

¶ Mortui morbo pediculari.

1	Honorificus	6	Alcman	10	Plato
2	Arnulphus	7	Acastus	11	Maximianus
3	Speusippus	8	Calisthenes	12	Herodes
4	Sylla		Munius	13	Pheretima
5	Pherecydes	9	Eunus	14	Antiochus

¶ EXPANATIO.



Honorificus Vandalorum rex cum octo annis Christianam religionem infectatus fuisset, morbo pediculari misere periit. Vola. Arnulphus imperator post Carolum Crassum, quum ad rapinas & templorum spoliationes animum conuertisset, iusta numerum ira/paulopost pediculari morbo interiit. Bar. Egnatius, Speusippum Eurymedontis filium / Atheniensem philosophum sunt qui dicant mortem sibi intulisse. Plutarchus tamen efferenscentibus toto corpore pediculis interiisse.

1  
2  
3  
4  
5

Honorif.  
arnulphus  
Speusipp.  
Sylla  
Pherecydes

Plynius libro septimo Natura, Histo. scribit Syllam erodente se ipso corpore, & supplicia sibi gignente interfectum. Plutarchus scribit contractam carnis corruptionem in pediculos fuisse conuersam, adeo vt tunice omnes / therme / lauachra, da pes illius exundantis fordibus impleretur, tanta vis epullulabat. Quocirca per singulos dies ingrediebatur aqua, sed nulla erat utilitas. Celeriter enim inualefcebat permutatio, & pedoris magnitudo omnia purgamenta superabat.

Pherecydes quoque rerum diuinarum scriptor, eodem periit morbo, Pherecydes Syrus (inquit Plynius) copia serpentum ex corpore eius erumpente expirauit. De hoc extat Q. Sereni carmen. Sed quis non paueat Pherecydis fata Tragædi: Qui nimio sudore fluens / animalia tetra Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt.

6  
7

Alcman vnus ex clarissimis Græciæ poetis hac etiam foeditate periit. Authoribus Plynio libro vndecimo. Et Plutarcho in Sylla / scribente. Ex posterioribus autem, Alcmanem (qui mirificus componendis cantilenis artifex fuit) hoc morbo periisse fuerunt, Politianus in Nutricia. Ipsi etiam patria pressi breuitate Lacones / Ascitum largo tamen ore Alcmana recensent. Quem tulit auriferos ostentans Lydia fontes, Nunc gemit heu tincis artus & tabe perasum

8  
9  
10  
11

Alcman  
Acastus  
Calisthe.  
Munius  
Eunus  
Plato

Erunt ex antiquissimis Acastum Pelia filium hoc morbi genere (quem Phtiriasim appellant) interiisse. Author Plutarchus.

Calisthenes quoque Olinthius dum carceris custodia teneretur, Preterea & Munius iurisconsultus eadem tabe passim membrorum corrosi sunt. Idem Author in Sylla,

Traditum est (inquit idem Plutarchus) eum qui in Sicilia belli feruulis auctor fuit. Eunum nomine, captum Romanque perductum / ex Phtiriasi mortem obiisse.

Platonem philosophorum haud dubie principem, sunt qui dicant in celebrandis amicis nuptiis, quum quietus decumberet, animam de repente exhalasse. Nonnulli in morbum incidisse / quem a corruptione pediculorum Phtiriasim vocant. Inquit idem Author.

Maximianus imperator vlcere inguinibus innato / quum deessent remedia, nec medici ob hominis immanitatem opem ferre auderent, vermibus vndique erumpentibus obiit.

12  
13  
14

Maximi.  
Herodes  
Phereti.  
Anthiochus

Herodes rex Iudeæ post trucidatos innocentes / quum in apostolos domini sequeret, ad exitrem tantæ feritatis luit pœnas. Eruperunt siquidem in toto corpore vermes, qui dum vniuersum passim corpus eroderent, tyrannum coegerunt, vt desperato remedio gladium arriperet, eoque finiret vitam.

Herodotus in Melpomene scribit Pheretimâ Barceorū reginā immani crudelitate foeminam deorum vltione, totam vermibus putruisse, eoq; morbo miserā euomuisse animā.

Sunt qui dicant Antiochum Epiphancm Syriæ regem, quū Hierosolymas peteret / cursum de lapsum, in hanc sordem incidisse, vermibusque fuisse absumptum.

Mortui in carceribus

## MORTVI

### ¶ Mortui in carceribus.

1	Iugurtha	5	Aristonicus	9	Ioannes primus
2	Aldegisius	6	Henricus tertius	10	Ioannes, 14.
3	Celestinus quintus	7	Agatha	11	Q. Pleminius
4.	Syphax	8	Romanus	12	C. Vatienus

### ¶ EXPLANATIO.

- 1  Vgurtha Manafabalis filius nothus Micipse regis Numydarum nepos/propter Adherbalem & Hyempfalem fratres regni confor tes occisos, a Mario, bello petitus / victus & in triumphum ductus postremo in carcerem coniectus est, vbi expirauit. Plutarchus in Mario. Claudianus. Ipse Iugurthinam subiturus carcere poenam Preberet fera colla iugo, vi raprus & aruis.
- 2 ¶ Aldegisius Desiderij Longobardorum regis filius a Carolo ma gnovictus, & in carcerem coniectus est, vbi & clausit vitā. Vola.
- 3 ¶ Celestinus quintus quum sommo pōtificatu se abdicasset, a Bo nifacio octauo (cui rei summam commiserat) successore, in carcerem detrusus, & ibidem extinctus est
- 4 ¶ Syphax rex Numidarum quum a Romanis ad Carthaginenses defecisset, victus a Scipione / & in triumphum ductus, Tyburi in custodia mortuus est.
- 5 ¶ Aristonicus ab Aquilio consule in triumphum ductus, & in carcere suffocatus est.
- 6 ¶ Henricus tertius imperator ab Henrico filio captus, & Leodij custoditus / pādore carceris miseram exhalauit animam. Bap. Egnatius.
- 7 ¶ Agatha virgo Catanensis sub Quintiano consule in carcere extincta est.
- 8 ¶ Romanus martyr sub Aselepiade p̄fecto in carcere p̄focatus est.
- 9 ¶ Ioānes prim⁹ pōtifex a Iustino ī carcerē cōiectus, ibidē p̄dore emarcuit, & extinct⁹ est.
- 10 ¶ Ioannes, 14. a Romanis inedia & pādore, in carcere itidem interfectus est.
- 11 ¶ Q. Pleminius Locris Romanorum legatus quum ibi multa crudelitatis exempla edidisset, Scipienis iussu vincitus, & Romam perductus, in vinculis mortuus est priusquam populi iudicium de eo perficeretur. Lilius libro, 29.
- 12 ¶ C. Vatienuum qui sinistrę manus digitos ne bello Italico militaret, sibi amputauerat. senatus publicatis eius bonis perpetuis vinculis puniendum censuit, effecitque vt quem hone ste spiritū in acie pfundere noluerat, turpiter in cathenis cōsumeret. Vale, de Deueritate.

### ¶ Mortui aut occisi in latrinis.

1	Heliogabalus	3	Felicula	4	Ireneus
2	Cn. Carbo		Abundius		

- 1 **I** Ampridius ait Heliogabalum nature portentum / fato a tali monstro poenas repos scente / in Latrina occisum fuisse, dum ventrem exoneraret.
- 2 ¶ Cn. Carbo dum in Sicilia ventris onus poneret, iussu Pompeij in latrina itidem occisus est. Plutarchus.
- 3 ¶ Felicula virgo quum nullis tormentis aut pollicitationibus a Christiana religione di uerti posset, iussu Flacci comitis in latrinam detrusa est, & ibidem mori coacta.
- 4 ¶ Valerianus Ireneum & Abundium martyres in cloacam detrudi, & ibidem emori fecit, quod sanctę Concordię corpus inde extraxissent.

### ¶ Excoriati.

1	Marfyas	2	Manes	3	Bartholomeus
---	---------	---	-------	---	--------------

- 1 **M**arfyas ab Apolline (quem ad tibię certamen prouocauerat) victus & excoriatus est. Ouidius in Ibin. Mens quoque sic furijs vecors agitur, vt illi Vnum qui toꝝ to corpore vulnus habet. Idē. Nuda ve direpta pateant tua viscera pelle, vt Phrygij, cuius nomina flumen habet. Claudianus libro secūdo in Eutropium. Hic & apollinea victus testudine

vicus testudine pastor Suspensa memores illustrat pelle Celenas.

¶ Manes hereticus (qui diuinam solum in Christo naturam ponebat) a rege Perfarum cum te direpta interfectus est, quod eius filium morbo laborantem interfecisset, quem tamen fa naturum se promiserat. Author Suidas apud Volaterranum.

¶ Bartholomæus apostolus regis Syriae filius iussu Astyagis excoriatus est. Vnde Mirandula in Hymnis, Hinc etiam pellem Ptolemæi filius ardens Deposuit.

¶ Suffocati vaporibus aut fumo.

1	Minos rex	3	Zoe	5	Iouinianus
2	Lucatius	4	Thurinus		

**M**Inos rex Cretæ quum Dædalum ad Siciliam vsque persequeretur, a Cocalo eius loci rege (quem Dædalus multis obsequijs sibi demeruerat) per proditionē captus, & in thermis suffocatus est. Ouidius in Ibin, Vel tua maturet, sicut Minoia fata, per caput infusa feruidus humor aquæ.

¶ Lucatius Catulus orator, collega Marij in cōsulatu/ ab ipso Mario mori iussus / in cubiculo in cubiculo cadentium carbonum vapore suffocatus est. Vale. Maximus.

¶ Zoe Nicostrati martyris vxor a beato Stephano ad Catholicam inducta pietatem, crinibus suspensa/ fumo subter suffocante periit.

¶ Thurinum fumi venditorē fumo necatum fuisse scribit Erasmus in filius ad agij explanatione, Termeria mala.

¶ Iouinianus imperator qui Iuliano successit, quum per Galatiam iter faceret, noctu in cubiculo quodam nouo, calore prunarum & nidore parietum nuper calce siltorum suffocatus est, octauo mense postquam imperare cepisset. Paulus Orosius libro septimo.

¶ Mulieres mortuæ partus dolore.

1	Tulliola,	2	Athena	3	Iulia	4	Iunia Claudilla
---	-----------	---	--------	---	-------	---	-----------------

**T**ulliola Ciceronis filia Dolobelle primū locata est, demū Pisoni Crassipedi, sub quo in partu diem obiit. Volaterranus.

¶ Author Catalogi sanctorum scribit Athenam Cataldi episcopi matrem in partu expirasse/ & infantem natum sine alicuius auxilio se erexisse, suoque amplexu suscitasse mortuam.

¶ Iulia Caesaris filia & Pompeij vxor quum intuita esset vestem coniugis humano cruore respersam, atque ex ijs comitijs, quibus Pompeius & Crassus magna ciuium contentione consulatum obtinuerunt, domum tenere delatam, grauius aliquid viro accidisse rata, subito partus dolore concidit. Valerius de amore coniugali.

¶ Iunia Claudilla Caes. Caligule imperatoris vxor, & M. Syllani nobilissimi viri filia, itidē in partu diem obiit, Suetonius.

¶ Decollati.

1	Alebas	6	Margarita	11	Didius Iulianus
2	Cantharus	7	Sp. Melius	12	Macrinus
3	Philippus Maria	8	Theodora	13	Patricius
4	Sp. Cassius	9	Timagoras	14	Martyres
5	Iulia	10	Victor		

**A**lebas rex Larissæ vrbis Thessaliae, a suis satellitibus ob crudelitatem obruncatus est. Ouidius in Ibin, Quosque putas fidos, vt Larissæus Alebas, Vulnere non fidos experiare tuo.

¶ Cantharus fuit quispiam Atheniensis caupo/ quem Athenienses ipsi ob maleficia & iniurias posturas supplicio capitis affecerunt. Author Zenodotus apud Erasmus.

¶ Philippus Maria dux Mediolanensis Italianum foroliuensem vnum ex suis ducibus securi percussit, quod quum Florentinis (in quos bellum gerebat) diceretur clam consentire. Volaterranus.

Sp. Cassius

MORTVI

- 4 ¶ Sp. Cassius affectata dominationis suspectus, supplicio capitali affectus est, domo eius diruta. Liius libro secundo, & Valerius de Seueritate.
- 5 ¶ Julia com'is Eulalia sub praeside Daciano capite truncata est. Volaterranus.
- 6 ¶ Margarita virgo Antiochena sub Olybrio / eadem morte affecta est.
- 7 ¶ Sp. Melius ordinis equestris, largitione frumēti ex Ethruria aduecti in plebem facta, ad regnum aspirare creditus est / ac propterea a Seruilio Hala obruncatus. Liius lib. 4.
- 8 ¶ Theodora virgo Antiochena sub Diocletiano hac extincta est morte.
- 9 ¶ Timagoras Atheniensis capitali supplicio affectus est, q. Darium (ad quem legatus missus fuerat) more Persarum adorasset, vel ob regiam largitionem vt vult Plutarchus.
- 10 ¶ Victor praesul Carteiae vrbis Hispaniae sub Maximiano non procul Mediolanum hoc supplicio vitam finiuit. Liquto plumbo prius respersus. Sabellicus.
- 11 ¶ Didius Iulianus imperator a Septimio Seuero successore suo in abditas palatii balneas ductus, extenta damnatorum modo ceruice, decollatus est. Author Sextus Aurelius.
- 12 ¶ Opilius Macrinus ab Heliogabalo victus, quinquagenario maior obruncatus est.
- 13 ¶ Patricius Senensis in factione vrbis Romae securi percussus est.
- 14 ¶ **P**lerique martyrum hoc supplicio vitam finiuerunt, vt Anfanus / Agathon / Abundus. Annonaria, Argeus, Audiface, Anastasius monachus, Apronianus, Aquilinus, Asterius, Apollonius Pergamenus, Anrius Eleutherij mater, Apollonius tenator, Adelbertus episcopus, Antymus, Andeolus subdiaconus, Antonius, Archileus, Anolinus, Anastasius miles, Abdon, Antonius custos Agathi, Admetus, Antidius episcopus Turonensis, Antiochus, Andulphus, Apuleus, Andronicus Ephesius, Asclepiades episcopus, Amaranthus, Barbara, Crispina, Basilius episcopus, Barbarus, Basilides, Bonus, Tardon, Theodora virgo, Tiburtius, Valerianus, Tertulinus, Timotheus presbyter, Terentianus, Theonistus, Porphyrius, Pelagius, Calanicus Citon, Columba, Concordius, Clerus diaconus, Cātius Cantianus, Cantianilla, Cyrinus, Cyrillus, Christophorus, Cucuphas, Carpophorus, Cornelius papa, Caprasius, Crispinus, Crispinianus, Chrylogonus, Cerberus Adriani praefectus, Saturninus, Sifinnius, Satyrus, Sabianus, Serenus monachus, Sulpitius, Symon archiepiscopus, Simplicius, Sufanna, Sixtus, Secundus, Secundianus, Symphorianus, Sabina, Seraphia, Darfosa, Desiderius episcopus, Donatus, Dionysius, Donianus, Eulalia, Eugenia, Emitterius, Eleutherius, Epipodius, Prisca, Patroclus, Phylleas, Phyloronius, Parmenias, Primus, Pancratius, Pontius episcopus, Procopius, Piaton, Plato, Prothus, Hiacynthus, Fuscianus, Felix presbyter, Felix episcopus, Fabianus papa, Faustina, Fandilla, Flora, Flaccus, Firminus, Fides virgo, Felicianus, Felicitas, Faustina regina, Georgius, Gordianus, Genesius, Gurius, Vincētius, Valentinus episcopus, Hermolaus presbyter, Hermes, Hiacynthus, Eunuchus, Iulianus, Iuliana virgo, Iulius, Ianuarius, Iacobus minor, Iosias, Iustus, Nereus, Nazarius, Lucianus, Longinus, Lucilla, Leodegarius, Leonides pater Origenis, Marinus, Martina, Narcissus, Marius, Martha, Marinus miles, Marcianus, Martianus, Marcellinus, Mutius, Martianus, Margareta, Marcellianus, Rufinus, Romanus, Reparata virgo, Quirianus, Largus, Crescentianus imperator, Iuliana, Euthyanus, Diomedes, Chariton, Philadelphus, Agapes & alij prope infiniti.

¶ Mortui diuersis morbis.

1	Antipater Sidonius	Ennius	Paralitus
	Antonius monachus	4 ¶ Heraclius impera.	Xantippus
	Guido petramala	Michael Paphlago	Io. Andreas
	Columbanus	Crantor	Lucius pont.
	Serena	5 ¶ Domitius Calderi.	Hermolaus
	Tacitus imperator	Fatius	6 ¶ Valentianus
	T. Vespasianus	Zoe	Paulus Pont.
	Ant. Pius	Constantinus	L. Annius
	Leo	S. Ludouicus	Fr. Petrarcha
	Gotfredus rex	Alphonsius	Caspar
	Alexander pont.	M. Antoninus impe.	Rhiglus
2	¶ Traianus	Michael maurocenus	7 ¶ Grimoaldus
	Henricus imperator.	Furius camillus	Alexander impera.
3	¶ Septimius impera.	Oppianus poeta	Attila
	Iustinus imperator	Hoftilianus	8 ¶ Lycon
			Tyrannion

Tyrannion  
 9 ¶ Albertus dux  
 Theophilus impera,

Michael Balbus  
 Sanfon  
 Austrigildis.  
 ¶ Mortui febre.

10 ¶ L. Crassus  
 Bonifacius

**A** Ntipater Sidonius die suo natali semper febre laborabat, eoque morbo periit vlti-  
 ma lenectute, Valerius de miraculis.

¶ Antonius monachus febre itidē corrept<sup>9</sup> quieuit ī domō, a tate beati Gregorij.  
 ¶ Guido petramala Vbertinorum princeps, apud Nigrum montem hoc itidem morbo ex-  
 pirauit. Volaterranus.

¶ Columbanus monachus cœnobij Luxouienfis itidem.

¶ Serena Diocletiani vxor dolore martyrum a marito interfectorum, in febrem incidit,  
 qua extincta est.

¶ Tacitus imperator apud Tarsum febrī itidem absumptus est, Author Sextus Aurelius.

¶ Titus Vespasianus in agro Sabino,

¶ Antonius pius, 12. milibus passuum ab vrbe, apud Loricis in villa sua, Idem Aurelius.

¶ Leo Constantini Capronymi filius eodem periit morbo.

¶ Godfredus primus rex Hierosolymæ, anno post ipsam vrbe[m] captam.

¶ Alexander ludæorum pontifex quartana,

Ventris profluuiō.

¶ Traianus dum rediret ex Perside apud Seleuciam Isauriæ, ex profluuiō decessit, anno 2  
 imperij, 20. Eutropius.

¶ Henricus septimus imperator, itidem.

Morbo articulari.

¶ Septimius Seuerus imperator decessit morbo articulari, septuagenario maior.

¶ Iulianus iunior graui pedum pedum dolore, anno imperij sui vndecimo.

¶ Enni<sup>9</sup> quoq[ue] periit morbo articulari ex nimia vinolētia cōtracto. Crini. vnde Q. Seren<sup>9</sup>.  
 Ennius ipse pater dum pocula siccat iniqua, Hoc vitio fertur tales meruisse dolores.

Morbo intercutis.

¶ Heraclius imperator periit intercutis morbo, anno imperij trigesimo secundo. Volater. 4

¶ Michael Paphlago eo morbo laborans Michaelē Calaphatem hæredem instituit.

¶ Crantor Solensis Xenocratis auditor, eadem periit morte, Laertius.

Mortui peste.

¶ Domitius Calderinus patria Veronenfis, natus annos. 30. decessit ex pestilentia. Vola. 5

¶ Fatus quoque Pisanorum comes vir iustissimus, eodem periit morbo.

¶ Zoe imperatrix & Constantinus Monomachus, eius maritus eodem fere tempore pes-  
 tilentia interierunt.

¶ Volaterranus ait beatum Ludouicum a secunda expeditione in Sarracenos redeun-  
 tem pestilentia passim castra occupante vna cum Ioanne filio periisse.

¶ Alphōsus. 11. rex Hispaniæ dum Saraut & Zitabar oppida obsideret, eodē periit morbo.

¶ M. Anroninus imperator decessit pestilentia, sexta quam agrotasset die.

¶ Michael Maurocenus dux Venetorum eodem periit modo. Hæc ex Volaterrano

¶ Furius Camillus octogenarius, pestilentia Romæ interiit. Plutarchus.

¶ Oppianus poeta ( qui de piscibus scripsit ) Roma in Ciliciam patriam reuersus ibidem  
 ingruente pestilentia suffocatus est, anno ætatis trigesimo.

¶ Hostilianus perpenna paulopost assumptum imperium, eodem periit fato. Aurelius.

¶ Cælius scribit Paralium & Xantippum Periclis filios eodem affocatos exitio. De his  
 meminit etiam Plutarchus.

¶ Ioannes Andreas Ioannis Calderini præceptor decessit Bonomiæ ex peste.

¶ Lucius secundus fummus pont. anno sui pontificatus vndecimo, peste consumptus est.

¶ Hermolaus Barbarus, eodem modo Romæ expirauit, & in fata concessit. Crinitus Cap.  
 septimo libri primi.

Mortui Apoplexia.

¶ Valentinianus imperator contra Sarmatas ( qui Pannoniam occupauerant ) profectus, 6  
 voce aliquandiu amissa. Apoplexia mortuus est. Paulus Diaconus.

¶ Paulus secundus pontifex, dum post cœnam cum Architecto Aristotele sermonem hæ-  
 beret, obruente crapula, repente ex Apoplexia mortuus est.

¶ L. Annius verus a M. Antonio ad imperij partem accitus, dum inter Altinum atque  
 Concordiam

Perilla  
 Xantippe  
 In. A. An-  
 Lucius pon-  
 Hermolaus  
 Valentinianus  
 Paulus Pon-  
 L. An-  
 F. An-  
 Cæ-  
 Nig-  
 Crinitus  
 Crinitus  
 Crinitus

Concordiam iter faceret, Apoplexia itidem extinctus est. Author Sextus Aurelius.

¶ Fr. Petrarcha in agro Patavino, Apoplecticus itidem mortuus est.

¶ Caspar Theologus, trium Cesarum cancellarius, mortuus est in Boemia ex Apoplexia.

¶ Rhigus pancreaticus inuitatus ad balneum a Tito Vespasiano, abiit, simulque lauit, quicquam semel dicitur bibisset, correptus apoplexia, subito extinctus est. Plu. de bona valitudine tuenda, Mortui sanguinis fluxu.

7 ¶ Grimoaldus Longobardorum rex, dum nono die post Phlebotomiam in brachio factam, sagittam in columbam direxisset, eius brachii vena dirupta est, e cuius vulnere quod continuo sanguis erumperet, expirauit. Diaconus de gestis Longobardorum.

¶ Alexander imperator Basilij erumpente naribus sanguine.

¶ Attila rex Pannoniae multo vino potus, dum quiesceret, eruptione sanguinis ( qui ei de naribus solitus erat effluere ) suffocatus est. Author Paulus Diaconus.

Podagra

8 ¶ Lycon seu Glycon philosophus Socraticus perijt podagrea morbo annos natus. 74. Laertius.

¶ Tyrannion Grammaticus ( qui tria librorum milia fertur habuisse ) decessit iam senex morbo podagrea. Volaterranus.

Dysenteria.

9 ¶ Albertus Austriae dux, Pannoniae & Boemiae rex, dum a Turcis in Austriam rediret, Dysenteriae morbo decessit, postquam biennio imperasset, Egnatius.

¶ Theophilus imperator post Michaelis Balbum, Dysenteria itidem perijt anno. 12. imperij sui, Egnatius.

¶ Eodem quoque modo perijt eius pater Michael Balbus, seu Thraulus.

¶ Sanfonem Chilperici regis filium Dysenteria expirasse testis est Gregorius Turonensis.

¶ Idem scribit Austrigildem reginam eodem modo perijisse.

Dolore laterum.

10 ¶ L. Crassus orator, quaestor interijt ex dolore laterum, quum in senatu contra Philippum confulens acerrime declamasset, Cicero libro tertio de Oratore.

¶ Bonifacius nonus anno. 14. & mense. 9. sui pontificatus, eodem perijt fato.

Mortui diuersis alijs casibus

1	Aeschylus	12	Amos	23	Attilius Regulus
2	Arrius	13	Anatholia	24	Arcadius
3	Constantinus	14	Gregorius pontifex	25	Andronicus
4	Orpheus	15	Leucippas	26	Bassius
5	Pius. 3. pontifex	16	Ioannes Scotus	27	Corona
6	Diodorus	17	Pfammenitus	28	Minutia
7	Eupolis	18	Carolus magnus	29	Oppia
8	Lacydes	19	Ibycus poeta	30	Hely
9	Pericles	20	Ioanna regina	31	Adrianus
10	Procopius	21	Alexander	32	Drufus
11	Timagenes	22	Dirce		

1 Aeschylus poeta in Sicilia moenibus vrbis (in qua morabatur) egressus, aprico in loco refedit. Super quem aquila testudinem ferens, elusa splendor e capitis) quod erat capillis vacuum) eandem perinde ac lapidi illisit, vt fractae testudinis carne vesceretur. Quo ictu mortuus est poeta. Author Valerius Maximus & Politianus in Nutricia. Aeschylus aerea casu testudinis ictu. Mantuanus in libello consolationis super morte Collae.

¶ Aeschylus euadens hominum confortia, solis Errabat campis, non illi regna, nec vrbes, Nil a sorte datum quod perdere posset, habebat. Carmen opes, & poma cibus, tectum fuit aether. Ocia securo inuidit tam dulcia vati, Et tandem incautum meditans qua falleret arte, Inuenit fortuna viam, Testudine lata Quam modo piscosa raptam de valle ferebat Aera per vacuum clauo Iouis armiger vngue.

Percussum

Percussum caput in partes, heu, quattuor actum est.

Et sacrum in gelida sparsum est tellure cerebrum.

¶ Arius Alexandrinus Armodij filius dū suā heresim (qua filiū ab aeterna patris substantia conabatur abducere) passim disseminasset, acriusq; serperet, & eūdo vires acquireret ip̄m cōtagiū, suā tādē impietatis poenas luit. Etenim dū Cōstātinopoli secessum peteret, v̄tris exonerādi causa, fluētibus in foricā intestinis, miserā euomuit vitā, eius postea iudiciū exp̄pturus, de quo perperam fenserat, Volaterranus & Sabellicus.

¶ Constantinus Capronymus perijt Elephantias, quum annos. 35. imperasset.

¶ Orphe<sup>9</sup> Calliopes & Apollinis filius, quū ppter liberalē formā a mulierib<sup>9</sup> adamaref, ac nihilomin<sup>9</sup> amore sui captas auerfaref, vel q̄ esset castissim<sup>9</sup> aut (vt aliqb<sup>9</sup> placet) p̄cliuo re i mares libidine, a Menadib<sup>9</sup> inter Bacchi sacrificia, occisus est. Quicq; saxa & arbores cā tu duxerat, & leones exarmauerat, duras mulierū ceruices emollire nō potuit. Oui. lib. 11. Inde cruētatis vertūtū i Orpheā dextris, Cōiūctū thyrsos nō hec i munera factos, He gle bas, ille direptos arbore ramos, Pars torquēt filices. De hui<sup>9</sup> morte meminit Celi<sup>9</sup>, lib. 10.

¶ Pius tertius ponti. Maxi, vlcere cruris (quo diu laborauerat) ad extremum perijt.

¶ Diodorus Cronus sapientiae dialecticā professor pudore expirauit, iustoria quāstione non protinus ad interrogationem Stilbonis dissoluta. Author Ply. lib. 7.

¶ Eupolis poeta Nicia Atheniensis filius primo die nuptiarum ruina lecti vna cum vxore interfecit. Ouidius in Ibin. Sit tibi coniugij, nox prima nouissima vite, Eupolis hoc perijt, & noua nupta modo.

¶ Lacydes philosophus Cyrenęus excessit ex paralyfi circa Olympiadem. 134. Diogenes.

¶ Pericles Athenicēsis Thucydidis emul<sup>9</sup> i administrāda rep. excessit morbo lēto. Plutarc.

¶ Procopius tyrannus infurgens contra Valentem principem, apud Natoliam Phrygiā ciuitatem victus reflexis per vim arborum truncis alligatus & discerptus est, Eusebius.

¶ Timagenes Alexandrinus sub Pōpeio captiuus Romam ductus, perijt ex vomitu post cenam. Volaterranus.

¶ Amos propheta ab Ozia filio veete per corpus transfixus est.

¶ Anatholia virgo iussu Faustianiani praesidis gladio per latera transfuerberata est.

¶ Gregorius vndecimus Pontifex Maxi, dum annis octo sedisset, intolerabili v̄licā dolo re concessit in fata. Platina.

¶ Caelius scribit Minyā cuiusdam filias eo furore percitas, vt humanis carnibus vescerēt, immo etiā filios ad eam rem fortirentur, ac Leucippam Hippasum filium (quem perierat fors) laniandum exhibuisse.

¶ Ioannem Scotum Christianā Theologie disciplina prestantem (dum erudiendis in Britannia pueris operam daret) facta conspiratione discipuli surgraphijs occiderunt. Crinit<sup>9</sup>.

¶ Scribit Herodotus Pflamentum Aegypti regem potu sanguine Taurino suffocatum.

¶ Carolus magnus Aquisgranū (vbi templum S. Martini extruxerat) decessit pleuresi.

¶ Ibycus poeta a latronibus correptus spe prede, dum cultros iugulo vidit instare, praeteruolantes grues obtestatus est. Aliquanto post tempore dum homicidę federēt in foro, rursumque grues superuolarent, per iocum inter se susurrabant in aurem. Adfunt Ibyci vltiores. Quo sermone audita, homicidij suspectos habuerunt, qui audiuerant, correptosq; tormentis ad verum coegerunt, & ex eo quāstionem exercuerunt. Atq; re comperta scelus vlti sunt. Aufonius. Ibycus vt perijt, vindex fuit alti uolans grus. Plutarchus apud Eras.

¶ Carolus paruus Roberti Siciliae regis filius, Ioannam fratris sui Andreae vxorem puluili ori iniecto enecauit, quod illa maritum suum interfecisset. Volaterranus.

¶ Alexander Macedo Bestium Baetrianorum ducem bello victum curuatis per vim arboribus alligauit, quas demum tanto impetu concitatas remisit, vt laniata passim membra discicerint. Author Plutarchus.

¶ Dirce mulier dolens maritum suum Lyctum Antiopae amore captum Antiopam ipsam tauri cornibus alligauit, ad cuius vociferationem protinus accesserunt Zethus & Amphion eiusdem filij, qui ad vlciscendam iniuriam matri factam, tauro indomito Dircem alligauerunt, eaque morte extinxerunt. Propertius libro tertio. Tu reddis pueris matrem, puerique trahendam Vinxerunt Dircem sub trucidis ora botis.

¶ Attilius Regulus Xatippi ducis Lacedem moniorū infidijs ab Afrubale captus, missusq; ad populum Romanum legatus, vt exle vno & sene Carthaginensium captiuū penfaretur, dato in contrarium consilio, ad inimicos iuxta prestitam fidem redijt. A quibus in arcā ligneam coniectus clauis intorsum adactus. efferatam Barbarae gentis saeuitiam expertus est. Denum palpebris oculorum inferne & sursum versum confutis. Soli expositus, alijsq; postmodum

O F F I C I N A

- postmodum multis tormentis lento peremptus fato. Claudianus. Prorogat æternam feritas tibi Punica palmam Regule. Cicero libro tertio officiorum, Gellius Cap. 4. libro sexto, & Valerius de crudelitate.
- 24 ¶ Arcadio martyri manus primum, demum pedes, eoque modo cætera membra seriatim amputata sunt.
- 25 ¶ Andronicum martyrem Maximus præses circa ventrem papyris inflammatis fecit exuri, incensos clauos eius digitis apponi, ignitum ferrum in os immitti, dentes excuti, confractis maxillis linguam abscindi, ad extremum capite puniri.
- 26 ¶ Bassius episcopus a Perennio præfide in eculeo primum suspensus, demum laminis ardentibus circa latera appositis excruciat, fustibus & scorpionibus cæsus, in ignem missus, duobus postremo veribus a talo ad verticem capitis confixus, spiritum deo reddidit.
- 27 ¶ Corona mulier sub Antonio imperatore arboris ramis per vim reflexis alligata, eisdem in aera remissis discerpta est.
- 28 ¶ Minutia Vestalis suspecta libidinis propter elegãtem corporis cultum, viua defossa est, Liius libro octauo.
- 29 ¶ Oppia quoque vestalis comperta stupri, obruta est terra. Liius.
- 30 ¶ Hely sacerdos quum in filiorum Ophni & Phinees delictis conuinceret, eosque relinqueret impunitos, de sella cadens, fracta ceruice expirauit, domino dissimulationem vlciscen te. Voluntate numinis folio excussus, mortem obiit, quum octauum & nonagesimum vitæ annum ageret, inquit Sabellicus.
- 31 ¶ Adrianus quoque martyr extinctus est crurifragio, sub Maximiano imperatore.
- 32 ¶ Drusus Pompeius Claudij Cæsaris ex Herculausilla filius adhuc pubes, piro per lulum sublime iactato, & hiatu oris excepto, strangulatus est. Suctonius in Claudio.

¶ Mortui qui reuixerunt.

1	Auiola	5	Gabienus	9	Athena
2	L. Lamia	6	Glaucus	10	Aesculapius
3	Cælius Tubero	7	Aesopus	11	Minos
4	Corfidius	8	Palici		

- 1 **A** Viola vir consularis, auctore Plynio, in rogo reuixit. Et quoniam subueniri non poterat, præualente flamma viuis crematus est. Testis etiam Valerius de miraculis.
- 2 ¶ Idem de L. Lamia traditur.
- 3 ¶ Cælium Tuberonem functum præfectura a rogo relatum, idẽ ait ex testimonio Messalæ.
- 4 ¶ Ait & Corfidium funere locato reuixisse, & locatorem funeris ab eo clatum.
- 5 ¶ Gabienus fortissimus classium Cæsaris a Sex. Pompeio captus, eiuſdẽ iussu incisa ceruice iacuit in litore tora die. Deinde quum aduersperauisset, petijt, vt Pompeius ad se veniret, testatus se ab inferis remissum, habere, quod nunciaret. Hæc Plynius Cap. 52. lib. 7.
- 6 ¶ Ferunt Glaucum quempiam mortuum præter omnium expectationem gustato mellito pharmaco reualuisse. Alij multis accurrentibus medicis, herba (quam draconem vocant) vitæ restitutum dicunt. Author Erasmus in explanatione illius adagij. Glaucus potu melle reuixit.
- 7 ¶ Aesopum ex Phrygia fabulatorem, Tyndareum quoque & Herculem reuixisse. Testis est Cælius libro octauo lectionum antiquarum.
- 8 ¶ Aeschylus apud Volaterranum scribit Palicos Iouis & Thaliæ filios, mortuos vel iterum reuixisse. Vide Macrobius libro quinto.
- 9 ¶ Athena Cataldi (qui postea fuit episcopus) mater in partu mortua, ab ipso Cataldo primum nato ad vitam solo amplexu reuocata est. Quod si verum est, mirum in eo futurę sanitatis fuit ostentum.
- 10 ¶ Aesculapius medicis herbis Hippolytum distractum equis reuocauit ad vitam Dianæ beneficio. Claudianus. Vt iuuenem sprete laniatum fraude nouerca, Non sine Circeis la tonia reddidit herbis.
- 11 ¶ Minos rex Cretæ iam tumulatus, fracto sepulchro surrexisset ad vitam dicitur. Vnde Claudianus de victoria Stiliconis contra Alaricum. Cretaque (si verax narratur fabula) vidit Minoum rupto puerum prodire sepulchro, nisi hoc intelligitur de quodam Minois filio aut alio Cretensi.

¶ Qui in mortuos sæuierunt,

Septimius



- |   |                                      |    |                                  |
|---|--------------------------------------|----|----------------------------------|
| 1 | Septimius Seuerus in Clodium Albinum | 8  | Parthi in Craffum                |
| 2 | Achilles in Hectorem                 | 9  | Tullia in Seruium Tullium patrem |
| 3 | C. Rabirius in Apuleium Saturninum   | 10 | Antonius & Fulvia in Ciceronem   |
| 4 | Thomyris in Cyrum                    | 11 | Sylla in Marium                  |
| 5 | Cambyfes in Amasim                   | 12 | Ptolemaeus in Cleomenem          |
| 6 | Cambyfes in Syfamenem                | 13 | Andebuntus in Aroldum fratrem    |
| 7 | Amathufijs in Onesilum               |    |                                  |

EXPLANATIO.



Eptimius Seuerus Clodio Albino (quē Cēfarem dixerat) tumultuanti caput abscidit, reliquumque eius cadauer equo refugienti dedit conculcandum, Spartianus, & Capitolinus authores.

¶ Achilles Hectorem Patrocli sibi charissimi interfectorem occidit, occisum ter circum Troiæ muros raptauit curru. Quumque instar frendentis beluæ immanitatem expleuisset, Priamo patri venale cadauer exposuit, Cicero libro primo Quest. Thulc. vnde de Propertius libro secundo. At postquam sera captiua est reddita pœna, Fortem illum Hemonijs Hectora traxit equis. Virgilius;

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. Et alibi. Raptatus bigis vt quondam aterque cruento Puluere, perque pedes traiectus lora tumentes.

¶ Apuleius Saturninus Tribunus plebis, quum Graccorum leges Agrarias vellet afferere, a C. Mario, & L. Valerio consulibus in Capitolio obsessus, deditionem tandem facere coactus est. Captus autem, fustibus & saxis coopertus ibidem expirauit. Mortui caput C. Rabirius senator per conuiuia in ludibrium circumtulit. Vide Suetonium & eius commētatorem Bononiensem, necnon & Plynium de viris illustri.

Cyrus rex Persarum, quum Sargapifem Thomyris Scytharum reginæ filium bello captum ad mortem impulisset, irata mulier non prius finem fecit furori, quam mortuum vltā fit. Contractis itaque copijs ita conflixit, vt maximam inimicorum partem cum ipso etiamnum rege occiderit. Nec tamen hoc euentu propterea emollita est animi rabies. Mortui enim caput in vtrem humano cruore plenum demisit, his verbis insultans, Filij mei sanguinem hausisti, & meum situisti Cyre. At ego te cruore saturabo. Author Herodotus libro secundo. In qua victoria (inquit Trogus) etiam illud memorabile fuit quod neque nuntius tanta cladis superfuit. Caput Cyri amputatum in vtrem humano sanguine plenum conuici regina iubet, eū hac exprobratione crudelitatis. Satia te sanguine, inquit quem situisti, cuiusque infatiabilis semper fuisti.

¶ Cambyfes rex Persarum mortuo Psammenito Aegypti rege (quem victum ad haustu crūbris Taurini coegerat) e Memphi in urbem Sain abijt, ibique Amasis cadauer e conditorio reuelli, reuulsim verberibus cædi & vellicari, stimulis denique pungi, & contumelia infestari, ac postremo comburi iussit. Herodotus author.

¶ Idem Cambyfes Sisamenem iudicem (quod iniuste pecunia corruptus iudicasset) interemit, interempto corium detraxit, detractum in lora concidit, eoque tribunal (in quo perperam & inique indicauerat) operuit. Atque Otanem eius filium ibidem sedere iussit, & periculo patris, ab iniquo iudicio cauere. Idem author.

¶ Onesilus Gorgij Salaminiorum regis frater, quoniam Cyprios induxerat, vt Dario se submitterent, compræhensus ab Amathufijs (quibus id volebat persuadere) obruncatus est. Eiusque caput supra vrbis portas suspenderunt. Author Herodotus.

¶ M. Craffus facile docet inexplabilem hominum auaritatem nullis auri cumulis, nulla bonorum myrmecia aut drachmæ grandine expleri, sed crescere semper & augeri copia. Nam quum esset ditissimus Romanorum, haberetque tantum agri, quantum nec miluus oberret, sibi tamen modum præscribere, aut temperare non potuit, quin Parthos (quorum opes sitiebat) aggredederetur. A quibus cum toto exercitu fufus, immodicæ libidinis dedit pœnas. Non solum enim a Pomaxarte occisus est, verum mortuo quoque insultarunt inimici. Causam siquidem agnoscentes, qua bellum susceperat, in caput interfecti aurum liquauerunt, hisque irriserunt verbis. Aurum situisti Craffe, Aurum ad saturitatem bibe. L. Florus, & Sex. Ruffus.

¶ Tarquinius superbus Seruium Tullium sextum Romanorum regem (vt regno successerit) e iij deret) morti

deret) morti dedit, cuius filiam nomine Tulliam in vxorem prius duxerat. Scelerata mulier eadem regnandi libidine qua maritus, pruriens, vbi intellexit patrem interfectum, ve hiculo, se prope ferri iussit, vt interfectori gratularetur. Quñ autem inter eundem, comperito cadauere, equi & auriga constitissent, erubescerentque mortuum conculcare, mulier nefaria currum super faciem mortui parentis duci iussit. Litius & Valerius. Vnde Seneca in Octauia. Dedit infandi Sceleris pœnas cum Tarquinio Tullia coniunx, quæ per cæsi membra parentis, Egit se uos impia curus, laceroque feni violenta rogos nata negauit. Ouidius in Ibin. Infamemque locum sceleris quæ nomine fecit, Prællit & inductis membra paterna rotis.

- 10 ¶ Odió Ciceronis vsque adeo exarsit Antonius, vt mortui caput in mensa apponi voluerit, perque diem illud aspexerit, quousque tali spectaculo animum exsatiasset. Author Appianus Alexandrinus libro quarto bellorum ciuilium. Antonij quoque vxor Fulua caput ipsum maledictis primum, ac diris execrata est. Deinceps inspiciens, gremio suo apposuit, acriusque despiciens, linguam illi faucibus extraxit, eamque acicula plerumq; confixit. Vnde Quintianus in Cleopoli. Latiam foderet nec Fulua linguam. Vide etiam Crinitum Capite octauo libri primi.
- 11 ¶ Sylla rerum potitus corpus Marij iam defuncti reuellit, atque difiecit. Quapropter talionem formidans, corpora cremari instituit. Authores Plynius & Cicero libro secundo de Legibus.
- 12 ¶ Cleomenes dux Spartanorum fugatus ab Antigono, ad Ptolemæum se recepit. A quo benigne primum exceptus, mox Nicagoræ cuiusdam calumnia, insidiarum suspectus, se interfecit. Interfectum rex pelle nudauit, crucique affixit. Plutarchus.
- 13 ¶ Aroldus rex Anglorum Cuntonis filius nothus patri successit. Quod ægreferens Andebunthus (qui erat legitimus) mortuum Aroldum refodi iussit, refoffum in mare proijci. Volaterranus.

¶ De vario inhumandi ritu.

**I**nexpiabile quondam scelus creditum est sepulchra violasse, adeo, vt lex sacrum esse locum iusserit, vbi corpus hominis demortui iaceret, dicereturque minxisse in patrios cineres, cui omnia sinistra cadebant & inauspicata. Apud nos quoque, Christianis dānatur carimonijs, qui aut lotium in sepulchretis gesserit, aut aliquid aliud ibidem fecerit immundum. Neque hoc ipsum apud nos solum religiosum est. Nam nulla prope tam effe-rata gens est, quæ non fenserit habendam sepulchrorum rationem, præter paucos Barbaros, qui quum beluino prope ritu inter se degant, nihil mirum, si aliorum vestigijs nequæquam insistant. Nunc de vtrisque loquendum, his scilicet, quibus nulla est funerum cura, & illis, quibus maxima.

¶ Lothophagi suos in mare defunctos abijciunt, assuerantes parū interesse, humo ne, an aqua, aut igne absumantur. Cælius Cap. 43. libri noni.

¶ Albani olim nefas putabant curam mortuorum agere. Idem Cælius.

¶ Sabæi corpora defunctorum eodem quo sterc<sup>o</sup> modo, ducebant. Quinetiam reges reijciebant inter sterquilinia. Idem Cælius ibidem.

¶ Trogloditæ mortui ceruicem pedibus alligabant, & raptim cum iocis & risu efferebant, nullaq; habita loci ratione, mandabant terræ.

¶ Scytarum vero mos longe melior, qui mortuos inter epulas vorare causa honoris consueuerant.

¶ Hyrcani non ad aliū vsum nutriebant canes, q̄ vt eis functos vita vorandos obijcerent. Author Cicero libro primo Quest. Thusc. Vnde Syllius Italicus libro. 13. Regia quum lu cem posuerunt membra probatum est Hyrcanos adhibere canes.

¶ Atheniensibus tanta fuit sepulchrorum cura, vt si quis dux bello peremptos, sepulchro honestare neglexisset, capite plecteretur.

¶ Macedonibus nullum fuit tam solenne militiæ munus, quam suos sepelire.

¶ Apud Hebræos cautum fuit lege, ne insepultum hostem relinquere. Hęc Cælius libro nono. Cap. 43.

¶ Antiquitus nemini licebat in vrbe Roma sepeliri, nisi is tantum, qui optime de Rep. meruisset, quod Val. Publicolæ, C. Fabritio & Posthumio Tiburto cōcessum est, authorib<sup>9</sup> Cicerone. 2. de legibus & crinito Cap. 12. libri. 21. Propterea ferunt Adrianum imperato rem, aureorum quadraginta pœnam statuisse in eos, qui in ciuitate sepulchrum fecissent.

Aegyptij

Ægyptij in domorum ædificatione negligentes, miro sumptu, superbaque magnificentia conſtituere ſepulchra conſueuerant, opere que prodigioſæ Pyramides, quod exiſtimas rent deſunctorum in domos ſempiternas, Viuorum vero domicilia, eſſe velut vitæ momento tranſeuntis diuerſoria. Idem mortuos condiunt, & eos domi ſeruant. Author Cicero libro. I. Queſt. Thule. & Cælius Cap. 44. libri noni.

Perſæ cæra circumlitos itidem condiunt, vt magis diuturna ſint cadauera. Author Cicero ibidem.

Mos erat Magorum, non humare corpora ſuorum, niſi prius a feris laniata. Auth. Cice.

Pleraque Aſtyriorum corpora in locis paluſtribus fuiſſe condita ſeruntur. Cælius.

Apud Gerros Scytharum populos quum rex fato conceſſit, corporis auferunt in teſtina, politisque inibi aromaticis herbis ventrem demum conſuunt. Cælius. Cap. 45. noni.

Perſarū in luſtu mos eſt detondere in lugubri veſte cōiuges ac liberos. Idē Cælius ibidē.

Indi pulchrum putant diem fati præuenire, immo vero ſe vitos cremari iubent. Corona tique deorum laudes concinnūt. Nullus honos ſolutis ſenectute corporis exhibetur. Idem Cælius.

Solebant plerique Ethnici diebus nouem mortuos flere, vnde Nouendialium ſacrorum manauit conſuetudo, eodem Cælio authore.

Apud Tauros, quum rex moritur, chariſſimi quique ſponte ſimul commoriuntur. Volaterranus in Philologia.

Sindi tot piſces in ſepulchra mortuorum mittunt, quot hoſtes interfecerunt.

Phryges marmoribus pro ſepulchro ſuspendunt.

Maſſagetæ eos qui morbo pereunt, tanquam impios canibus dant in prædam. Bello vero interfectos, honore maximo proſequuntur.

Mos fuit plerisque populis, mulieres conducticias (præſicę vocabantur) comparare, que in eorum morte lugerent, quibus deeſſent parentes. Hæc idem Volaterranus.

Mortuo apud Græcos vel principe, aut quouis alio magne authoritatis viro, duodecim hoſtes velut victima occidebantur, quemadmodum quosdam Troianorum Patroclo cōtumulauit Achilles.

Athenienſium ſinguli ſingula habebant ſepulchra, mortuosque conuertebant ad occidentem. Contra vero Megarenſes in ſepeliendo mortuos ad orientem conuertebant, & multos, ſi exigeret neceſſitas, ſimul inhumabant. Sabellicus in exemplis.

Apud Lacedæmonios humani munus optime Lycurgus inſtituit. Primum namque ſublata omni ſuperſtitione permiſit cadauera in vrbe ſepeliri, atque etiam proxima templis eſſe monumenta. Plutarchus in vita Lycurgi.

Longiſſimum lugendi mortuos tempus Numa Pompilius decem meſes conſtituit, tan toque tempore Martij Coriolani mortem deſleuerunt matronæ Romanæ. Plutarchus in Coriolano. Litius tamen libro ſecundo ait matronas Romanas Brutum, vt parentem animum luxiſſe, quod tam acer vltor violatę pudicitie fuiſſet.

Apud pleraſque gentes mors fuit in funere virorum illuſtrium habere funebres orationes. Vnde & Fabius Maximus in morte filij Panegyricam ad populum orationem fertur habuiſſe, & Cæſar imperator Luſiam amitam, vxoremque Corneliam deſunctas laudaſſe pro roſtris. Plutarchus teſtis in Fabio & Cæſare.

Litius ſcribit deſunctum Drufum laudatum fuiſſe a Cæſare Auguſto victrico, & M. Marcellum conſulem interfectum, a Marcello filio.

Idem ſcribit Iunium Brutum quia pudicitiam in Lucretia violatam fortiter vltus eſſet Tarquinijſ vrbe eiectis, matronas totum annum eum luxiſſe, cumque Quiritium primū in funere a Valerio collega laudatum.

Syllius Italicus lib. 13. varios funerandi ritus deſcribit his verſibus.

Tumuli & cinerum ſententia diſcors.

Tellure (vt perhibent) is mos antiquus Ibera,

Exanima obſcœnus conſumit corpora vultur.

Regia quum lucem poſuerunt membra, probatum eſt

Hircanis adhibere canes. Aegyptia tellus

Claudit odorato poſt funus ſtantia ſaxo

Corpora, & a menſis exanguem haud ſeparat vmbra,

Exhauſto inſtituit Pontus vacuare cerebro

Ora virum, & longum myrrhatha reponit in æuum.

Quid, qui recluſa nudos Garamantes arena.

” ” ” ” ” ”

Infodiunt: Quid, qui saxio sepelire profundo,

Exanimis mandant Lybicis Nafamones in oris:

At Celta: vacui capitis circundare gaudent

Ossa (nefas) auro, & mensis ea pocula seruant,

Cecropidæ ob patriam Mauortis forte peremptos,

Decreuerunt simul communibus vtere flammis,

At gente in Scythica suffixa cadauera truncis

Lenta dies sepelitur putri liquentia tabo.

¶ Porro lege fuit olim sancitum, ne quis sepulchrum faceret operosius, quam quod decem homines triduo possent absoluerunt. Cicero, 2. de legibus.

¶ Demetrius lege sanxit, vt mortui ante lucem afferrentur. Idem Cicero ibidem.

¶ Funerare in bello corpora primus docuit Hercules.

¶ In exequijs cupressifores ornare fuit moris, quod hæc arbor sit Plutoni sacra. Blondus Flavius libro secundo Romæ triumphantis.

¶ Solon mortem suam lugeri iussit, contra vero Ennius vetuit.

¶ Cyrus apud Xenophontem inhihet, ne corpus suum auro aut argento includatur, sed terræ mandetur protinus, & ita locatum ac situm quasi operimento matris obducatur. Cicero secundo de legibus.

¶ Thobias sepeliendis mortuis vacabat.

¶ Machabæus inimicorum interfectorum cadauera sepeliri iussit.

¶ Alexander Darij interfecti corpus matri tumulandum præbuit. Plutarchus.

¶ Pauli Aemilij & M. Marcelli cadauera Annibal hostis sepeliuit honorificentissime. Plutarchus & Valerius de gratis,

¶ Bruta aliaque animalia honorata sepulchris aut statuis.

**A**lexander equum habuit Bucephalum nomine, qui regio instratus ornatu/ nullum alium ab Alexandro fessorem admisit, alios passim reiiciens. Propterea rex defuncto duxit exequias, vrbemque muro circumdedit nomine eius.

¶ Cæsaris quoque dictatoris equus neminem alium dorso recepit. Idem hominis fimiles pedes habuisse fertur, hac effigie locatus ante Veneris genitricis eodem. Author Plinius. Statuam eius graphice describit Statius libro primo Sylvarum.

¶ Equus Augusti Cæsaris mortuus, tumulo honoratus est.

¶ Agrigenti complurium equorum tumulis superpositæ sunt Pyramides. Plinius.

¶ Cimon Atheniësis equabus (quibus in Olympico certamine tertium vicerat) sepulchra erigi prope suum monumentum iussit. Author Plutarchus in Catone Censorio.

¶ Romæ fuit Coruus qui humano sermone assuesfactus, omnibus matutinis euolans in rostra, Tyberium, Germanicum, & Drusum Cæsares nominatim, mox transeuntem popululum salutabat. Quem quum postea nescio quis ira percitus occidisset, a populo factum ægreferente faxis obruptus est, Funusque aliti innumeris celebratum exequijs. Plinius Cap. 43. Libri decimi.

¶ Xantippus dux Lacedæmoniorum canes familiares ac domesticos curauit humandos. Vnum præcipue in arce, cui loco Cynotaphium extitit cognomentum. Author Plutarchus in Catone Censorio.

¶ Saxo libro quinto Danicarum historiarum scribit Arfuitum Bionnonis regis filiū cum canē & equo fuisse humatum.

¶ Ceruus Syluiæ (qui vulnere violatus, causa fuit belli inter Troianos & Latinos) rosas & tumulo ornari meruit.

¶ Herodotus libro secundo scribit Feles mortuas magno luctu defleri ab Aegyptijs, deum ad sacra tecta deferri, vbi falsæ sepeliuntur in vrbe Bubasti. Canes quosque in sua quisque vrbe tumulant sacratis in loculis. Vrsos qui sacri sunt, & lupos non multo vulpibus grandiores eo sepeliunt loco, vbi iacentes inueniunt. Crocodilum (vbi mortem obijto) sale conditum sacris in vrnis sepeliunt. Viuenti gemmas & inaures appendunt.

¶ Lethargus Hippammonis canis mortuus cum mortuo domino inhumatus est.

¶ Aurem Atalanta canem, quum Calydonia fus peremisset, bruto ab indigenis sepulchrum erectum est.

¶ Geryonis canis Gargitios, Cerberi, frater ab Hercule cæsus, in Iberia monumentum habuit.

¶ Marthes rex Aegypti cornicem habuit impendio mitem, adeoque cicurem, vt quocumque fuisset imperatum/litieras deferret, sciens quo transuolandum, vbi fidēdum quiescēdum ve foret. Propter quod obsequium adeo mite/ nulliusque stipendiū indigum, rex dignam putauit, cui erigeretur tumulus. Quod quoniam apud auditores egre capit fidem, si cui videor hoc finxisse, videat Caelium lib. 13, Cap. 58, qui ex Græcorum monumentis hoc ipsum aduocat.

¶ Apud Persas equi/apud Molossos canes sepulchra et exequias meruerunt, Vnde Statius lib. 2, Sylvarum, Gemit inter bella peremptum Parthus equum, fidosque canes fleure Molossi, Et volucres habuere rogum, ceruusque Maronis, Item Stroza filius, Suos de more Molossa vetusto Condit terra canes/cineres nec lædit opertos.

¶ Calpijs morem fuisse tradunt, in bellum canum aciem ductare, eosque vita functos cum hominibus sepelire, Val. Flaccus lib. 6, Argo, Clausurisque p̄fusi Calpiadę, quis turba canum non segnius acres Exilit ad lituos pugnasque capessit heriles, Inde etiam par mortis honos, tumulisque recepti inter auos.

**I**ngrati qui Columbarum instar, parentes rostris impetunt, et pabulo spolianti quicquid more viperarum pro vita rependunt mortem, hac historia speculum sibi faciant, discantque Ciconias imitari, quæ parentibus senio confectis, victum ministrant insigni pietate Proponant suis oculis antiquitatem, quæ nullum obsequij genus incompensatum ac sine mercede reliquit, nec ipsis quidem brutis animalibus suū vectigal derogās. Et sane crudelis est animi, eū nō agnoscere, cuius opera tibi fuerit emolumento, Propterea porcius Cato vir alioqui laudatissimus, magno crimini se fecit obnoxium, multumque macula in tota posteritate sibi contraxit, quod seruos ætate & senio confectos ablegauerit protinus, Quasi vero bobus emeritis/pabulo sit interdicendum, Aut nulla prorsus corū sit habenda ratio, quos fixis ad Herculis postem armis iam donatos Rude, inualida ætas et vires iam defectæ cogunt quiescere, Aut quasi sublata ab hominibus utilitate, nihil amplius humanitatis tribuendum sit, Atheniensis populus publica alimenta constituit multis, quorū opera vsus fuerat in edificio publico, solutosque vinculis per pascua libere errare permisit, velut libertate donatos, Quinetiam maximo datum est probro, si quis bouem aratro iam senij causa inutilem, vel reiecitset vel exposuisset venalem, Et nos non pudebit deorū imitatio mortalium obliuisci, quibus tamen corpus ipsamque adeo vitam et animam debemus: Pro nihilo habemus parentes aspernari, qui & nos genuerunt, quibus/vagitibus nostris/dum in cunis essemus/totiens aures obtudimus, totiens interpellauim⁹ somnum, quosque tam frequenter a cibo/alijscq; delicijs auertimus, et ad congregandas nobis diuitias ante Auroram surgere/vesperinos lectum petere/corpus ventis/vitam periculis exponere/ fraudare genium/ac totos desiderio habendi prurire & inestuarie fecimus, Quid autē de preceptoribus: quos licet extremo memorem loco, meritis tamen eorum responderi posse nō puto, Cur autem non puto: Qui erudiendi munus aliquando professi sunt, non inquirunt causam, At rerum imprudentes & imperiti, rem putant esse leuissimam, neque preceptorum vigilias aut labores æstimant plures, quam edentulas obfetrices, Qui tamen si aures veritati non occluderent & sano iudicio, in tota mortalium vita nullam reperirent professionem pluribus vigilijs, et maiore animi tedio laborantem, Videbor comminisci fabulas, nisi verbis amplioribus me verum & velut ex Tripode loqui probauero, Primum omnium, vt et maiora taceam, & de leuissimis tantum loquar, quot inter legendum scrupuli et in explicabiles nodi passim occurrunt, qui non semitarios modo ludimagistros, sed etiā præcipiendi peritos, rarissime que notæ præceptores, suspensos diem perpetuum remorantur: In quibus si nulla pateat sensus coniectura, tunc eos rationem oportet comminisci, quæ coram nasutis auditoribus/ si quos habeant tales/ suam dissimulent ignorantiam, vt neque reperisse nodum, neque salebram offendisse videantur, Sed vt sint plane docti preceptores, Credis propterea nullas habere furias, aut semper esse pectore curis expedito: Immo vero iamiam cæteris grauiorem sustinent, Nam quo excellentiore sunt ingenio, hoc animo in bilem procliuiore, Hoc autem maiorem contrahunt bilem, quo certius exploratam habent discipulorum inscitiam, Hoc demum certius habent exploratam, quo eminentioribus florent literis, Præterea rabiem medullis induunt, dum vident ignaros priore loco haberi, et tum ea pene emoriuntur, dum ab ignaris, sibi vident imperari, Nec ego in expertus dico, Vidi enim plerosque plane inulsos/agrestes/ illepidos, gementibus Musis & inuita Minerva natos, qui nec Aesopum quidem triuerant, qui tamē (quod auribus Gymnasiarcharum probe seruiebant, ac de eorundem crumena videbantur foliciti) alijs egregie literatis/Seriaque doctrina hominibus, sed caput domini confricare nescientibus, habebatur chariores

tur chariores, ac amplioribus cumulabantur obsequijs. Neque tamen huiusmodi imperiti Didascalas suas non habent furias. Nam præterquam quod nihil sciunt (quod est tormenti genus inauditum) multo magis torquentur in explicandis nodis, quam qui sunt claro ingenio, doctrinaque non vulgari. Mandunt, remandunt, ruminant, adhuc tamen erudum inueniunt, quicquid stomacho inculcant. Vide quomodo concoquent rudes adhuc pulli, quæ asini iam prouecti nequeunt. Sunt insuper tyrannis similes, qui ut potentissimos urbium semper habent suspectos. Ita quoque in doctis hoc genus magistrelli apprimè sunt suspecti, quibus in schola amplior est ingenij vel doctrinæ thesaurus. Metuunt enim si quando aliquod verbum congrue loqui velint, ne tertio quoque, sollicitissimi ac barbarissimi comperiuntur, et accusentur. Et quoniam suæ ignorantia sunt intus sibi consci, neminem esse putant qui de hoc non somniet, nedum fabuletur. Adeo suam ipsi mentem reformidant, furiasque vltro sibi parturiunt. Nec minus cruciantur animi, dum in media eruditorum turba soli coguntur mussare, soli nihil dicere, ne suam barbariam amplius euentilent. Sed quod vtrisque, doctis scilicet et indoctis commune est malum, non minorem parit crucem. Imprimis furor rem affert et mortem Crambe bis repetita. Lectiones tot verborum cumulis explanatae, nec dum discipulis intellectæ torquent plus culeo et furca. His accedit varius pædagogorum gustus, quorum alius vult alumno suo Virgilium, hic Horatiū, Iuuenalē ille in schola prælegi. Omnibus satisfieri non potest. Acquiescas vni, impinges in edium alteri. Des breuem infirmioribus ingenijs lectionem, reclamabitur a præclaris. Primis rudimentis in nitere, adderunt protinus, qui non sine conuicijs dolebunt tandiu liberos suos humi ferre pere. Sequaræ semper ardua, non deerunt, qui calumniantur implumes adhuc pullos, puo cari ad volatum. Quid in tanta rerum ambiguitate facias? Qua vero fronte ferendæ sunt parentum querimoniarum quorum et clamores in finem diuertim tédunt. Perique patrum volunt acri censura in suos animaduerti. Matres lachrymis et adulationibus hoc deprecantur, quarum tamen liberi ea forte sunt natura, vt sine stimulo nihil omnino possint proficere. Demum quum toto triennio nihil aut parum promouerunt. Hic præceptoris furor, atque vtriusque parentis. Hinc oritur dura grauior querimonia furca. Accidit item se penumero, vt si primoribus digytis ictum (quo nec pereat mulca) puero inculseris, accedat protinus mater, dicatque te in filij caput colaphis grandinasse, aut pedibus conculcasse ad mortem. Hæc tamen auribus surdis bibēda sunt. Neque alia tuis laboribus aderit merces. Quæ omnia mihi stomachum non mouerēt, nisi discipulos erudire, sordidum plane, et velut mendicitatis quædem species videretur, adeo vt liberales quædam matronæ & proserpinæ vitam præceptoris sibi deberi putent, si vilissimo hospitis Calabri munere eū doauerint. Abite in malam crucem edentule / v enenataeque Aspides, Abite cum vestris obolis et quadrantibus. Existimatis perpetuū totius anni laborem vestris pefari xeniolis, aut nullum propterea liberis vestris non deberi studium, quū vnica fortasse lecti palestra matris præmium iuenculæ acceperitis, quæ ad annuam liberorum culturam erogetis: Oppianus poeta scripto de piscibus opere, tot ab Antonio Seueri filio accepit nummos aureos, quot illic erant carmina. Vendidit Isocrates orationem talentis viginti. Pamphilus pictor neminem minoris talento docuit. At vos tum egregie et magnifice vobis videmini fecisse, si vel caprinum caseolum, aut mellitam dederitis placētam. Mihi tamen propter hoc ipsum non displicet erudiendi conditio. Doleo tantum nullam haberi laboribus gratiam, Neque aliquid præter Cymices & pediculos ibidem comparari. Præceptores assiduo clamore exhauriunt pulmonem, et ad Rauim vsque vociferantur, fusosque Parcarum improbo quandoque labore sibi accelerant, et vitā faciunt breuiorem. Apud discipulos tamen interrim statim gratia. Absit autem, vt hæc mihi inuratur macula / tantæque in famiæ carbone, tanta immundicia nigrescat meum nomen. Ferreus sim et emoriar, et (vt cum Horatio loquar) merdis caput inquina albis Coruorum, si quis vnquam huius sceleris me conuincat. Si ab eorum recordatione vlnquem latum recessero, quæ incipsum doctrina excoluerūt. Nec deus tantum loquor, qui ætate iam prouectum docuerunt. Illos etiam includo, sub quibus ipsa didici elementa, quicque primis rudimentis (quæ si spreuissem, non fuisset maioribus locus) me more nutricis pauerunt. Ante omnes / quæ diu vitam, habeo et reuerbor loconuminis, puericiæ meæ doctissimum Anrigum et impotentendum præceptorem HVGONEM VITVRELLVM, cui quicquid est in me frugis, refero acceptum. Fuit enim artifex fundamentorū meorū in prima ætate, quo tempore Corbini (id est oppidū non pcul Augustuduno) degebam cū Guillermo Laterano hospite meo viro honestissimo et amatissimo literarū. Docebat me quanta maxima poterat diligentia, neque patiebatur in schola mihi somnū obrepere. Negligentiam meam quandoque puniebat ferula, Cuius quoniam

Hugo Vi  
turellus.

niam videbat

niam videbat me timidissimum, animaduvertebat modice, idque cum risu, Verbisque frequentius terrebat quam verberare. Et quod omnium probo maxime, non solum mihi proderat eius doctrina, sed inculpati quoque mores, honestissimæ vitæ speculū proponeret et exemplum. Nullum vnquam verbum ex eius ore prodibat impudicum. Quomodo autem prodisset, quum quid esset impudicitia, nūquam periculum fecisset: Quod ego posito in vadimonium capite, affirmare ausim. Nec loquor vt eius seruitiam a turibus, sed quoniam ita se habet veritas. Nam multis annis (quos erudiēdis iuuenibus impendit hæc eruditus) nunquam eius macule fuit suspectus. Nec ipse suspicionis male præstitit occasionem. Ne mo vnquam scintillam Veneris potuit in eo augurari, quamuis nec vxorem duxerit, nec facris sit initiatus. Inculpata eius vita nullo melius argumento cognoscitur, quam quod profensa in deterius hominum iudicia, et linguæ in mendacia proliuis, nihil vnquam in eo sordidum et inhonestum potuerint comminisci, nedum reperire. Nec porro suspicandum est eum in alijs moribus, esse deteriorē. Quoquo te verteris, nihil nisi mūdum reperies. Est imprimis honesta in discipulos grauitate, modesto in omnes colloquio, præcipua in facris locis religione. Temperate viuūt. Parce in conuiujs loquitur, nec nisi de virtute. Parcissimus est lomni et epularum, Messe tenus viuūt, & suo se pede meritur. Et quum nemini detrahat, detractores odio prosequitur Vatiniano. Ceterum quoniā auctore Plynio, nihil est in rerum natura, quod exemplo dierum ac noctium aliquas feriarum vices non possulet, fatigatum studijs et labore spiritum, quandoq; refouet ludo, gaudetque venandi studio & sagittandi. Quod mea lententia non est damnādum, quum pleriq; grauissimi et multa laude præsignes viri, ludis vel etiam puerilibus quandoq; indulserint. Ferūt Iouis & Alcemenæ filium Herculem, puerulis interdum colluisse. Sed et ab Alcibiade quandoq; deprehensus est Socrates cum Lamprocle infante iocans. Magnus Agesilaus cum infantulis nonnūquam in arundine longa equitabat. Quare nec vertedum est crimini, si ille seria, et que visum decet, recreatione interim oblectetur, et se sibi reddat, quum hi nuces etiam repetuerint. Vt semel finiam, quotienscunq; Hugonis mei reminiscor, videre videor tetricum illū cum sua maiestate Quintilianum, virtutis et eloquentiæ præcepta dictantē, discipulosque moribus pascentem, non minus quam doctrina. Reminiscar tui Hugo doctissime, tibi que assurgam vt parenti, Dum memor ipse mei, dum spiritus hunc reget artus. Et si quando fortuna melior Copiæ cornu mihi suppeditauerit, & me vtraque mamma lactauerit, tu amababus (quod aiunt) manibus, plenisque calathis ex meo granario (velut Alcemon ex arario Cræsi) hauries et demetiere. Quod dico, vt intelligas me non esse ex eorum numero, qui non agnoscunt beneficia, quique vbi primum nidum reliquerunt, euanescente statim gratia, præceptoribus faciunt, quod calceis et vasis solet, quæ vbi vsu fracta sunt et atrita, abijciuntur protinus. Non erat animus huc digredi, nisi tulissem egre/operas brutorū melius olim fuisse compensatas, quam nunc studia literarum.

¶ Pestilentiæ memorabiles.

¶ Leone Isauro imperante, tanta in vrbe Constantinopoli sæuitum est clade, vt tercēta & 1 amplius ciuiū milia peste & fame consumpta sint. Volaterra, et Egnatius.

¶ Anno virginis partu /1400/ Florentiæ pestis triginta hominum milia absumpsit, Porro 2 scribit Plynius Locris et Crotone pestilentiam nunquam fuisse.

¶ Damnatī Supplicij apud Inferos, secundum poetas,

1	Tantalus	5	Belides
2	Sisyphus	6	Prometheus
3	Ixion	7	Theſeus
4	Tityus		

F Abulantur poetæ Tantalum dijs hospitio susceptis/Pelopem filium appouisse co- 1 medendum, vt eorum experiretur diuinitatem, Ac propterea ad inferos perpetua siti ac fame torqueri, aquis et pomis ori imminentibus, quæ non possit arripere. Diodorus libro quinto.

¶ Sisyphus Aeoli filius/quoniam ex hospitibus alios saxo perimebat, alios calce in aquas præcipitabat, hanc apud inferos luit poenam, vt relabentem semper scopulum ad verticē 2 montis cogatur voluere.

¶ Ixionem Theſſalum rota perpetua volui dicunt, quod se Iunoni gloriaretur concubuisse. 3 Diodorus libro quinto.

Tityus Iouis

4 ¶ Tityus Iouis filius propter tentatam stupri Latonam/ab Appolline sagittis cōfossus est. Hoc autem supplicio nunc torqueri dicitur, vt renascētes eius fibras iecurque vultur fem per dilaniet. Claudianus in Gigant. Quid dicam Tityon, cuius sub vulture fæuo Viscera nascuntur grauibz certantia pœnis. Mantuanus. Aeternum Tityo Iecur est, æterna volucri Rosfra, et in æternas semper redeuntia pœnas.

¶ Filia Danai (quæ ab auo bello dicuntur Belides) propter maritos noctu excepto Lino in

5 terfectos/perforatis vrnis, aquas apud inferos æternum hauriunt.

6 ¶ Prometheus lapeti filius propter ignem Ioui surreptum, formatumque luto hominem a vulturibus roditur sub Caucaſo. Claudianus in Gigantomachia. Hic volucrum vino sub pectore pascit. Infelix Scythica fixus cōuale Prometheus. Martialis lib. 1. Qualiter in Scythica relegatus rupe Prometheus, Assiduam nimio gutture pauit auctm. Mantua. Nam neque Caucaſe recubans in monte Prometheus Cœlesti vt prohibent. Læsit sua sæcula furto. Vide præterea verba ipsius Promethei ex Aeschyllo apud Ciceronem libro. 2. quæst. Thufcul.

7 ¶ Theseus Aegæi filius perpetuo damnatur ocio, q̄ cum Pirithoo Proserpinam rapere vo luisset. Virgilius libro sexto. Sedet, æternumq; sedebit Infelix Theseus.

8 ¶ Superest vt omnia testimonijs poetarum confirmemus. Ouidius libro quarto Metamor phoseos inquit.

Ouidius  
Viscera præbebat Tityus lanienda, nouemque  
Iugeribus distractus erat. Tibi Tantale nullę  
Deprenduntur aquę, quę que imminet/effugit arbor.  
Aut petis aut vr̄ges rediturum Sisyphæ saxum.  
Voluitur Ixion/et se sequiturque fugitque,  
Molirique suis læthum patruelibus aufæ  
Assidue repetunt, quas perdunt Belides v̄ndas.

Idem lib. 1. de Ponto.

Sic consumptum Tityi/semperque renascens,  
Non perit, vt possit sæpe perire iecur.

Idem in Ibin.

Sisyphus est illic/saxum voluensque petensque,  
Quique agitur rapidę vinctus ab orbe rotæ.  
Quæque gerunt humeris perituras Belides v̄ndas,  
Exulis Aegypti turba cruenta nurus.  
Poma pater Pelopis præsentia quærit, et idem  
Semper eget liquidis, semper abundat aquis.  
Iugeribusque nouem qui summus distat ab imo,  
Visceraque assidue debita præbet aui.

Tibullus libro primo.

Tibullus  
Illic Iunonem/tentare Ixionis aui  
Versantur celeri noxia membra rota.  
Porrectusque nouem Tityus per iugera terræ,  
Assiduas atro viscere pascit aues.  
Tantalus est illic et circum stagna, sed acrem  
Iam iam poturi deferit v̄nda sitim,  
Et Danai proles/Veneris quę numina læsit)  
In caua Lethæas dolia portat aquas.

Propertius lib. 2.

Propertius  
¶ Hoc si quis vicium potuit mihi demere solus,  
Tantaleę poterit tradere poma manu.  
Dolia virgineis idem ille repleuerit vrnis,  
Ne tenera assidua colla grauentur aqua.  
Idem Caucaſea soluet de rupe Promethei  
Brachia, et a medio pectore pellet aurem.

Idem Propertius lib. 4.

Sisyphæ mole vaces, Taceant Ixionis orbes,  
Fallax Tanteo corripere liquor.

Horatius in Epodo.

Horatius ¶ Optat quietem pelopis infidus pater,



Egens benignæ Tantalus semper dapis.  
Optat Prometheus obligatus aliti,  
Optat superno collocare Sisyphus  
In monte saxum, sed vetant leges Iouis.

Seneca in Hercule furente.

Seneca

¶ Rapitur volucris tortus Ixion rota,  
Cerule grande saxum Sisyphia feder,  
In amne medio faucibus siccis senex  
Sectatur vndas, abluuit mentum latex,  
Fidemque quum iam sæpe decepto dedit,  
Perit vnda in ore, poma destituunt famem,  
Præbet volucris Tityus æternas dapes,  
Vinasq; frustra Danaides plenas ferunt.

Idē in Thyeste.

¶ Stat lufus vacuo gutture Tantalus,  
Etpendet capiti plurima noxiò  
Phineis auibus præda fugacior.

Idem in Hippolyto.

His repositū degrauet fessas manus  
Saxum, senis perennis Aeolij labor.  
Me ludat amnis ora vicina abluens,  
Vultur relicto transuolet Tityo ferus.  
Meumque pœnæ semper accrescat iecur.  
Et tu mei requiesce Pirithoi pater.  
Hæc incitatis membra turbinibus ferat  
Nunquam resistens orbe reuoluto rota.  
Dehilce tellus/recipe me dirum chaos.

Idem in Medea.

¶ Rota resistat membra torquens/Tangat Ixion humum,  
Tantalus securus vndas hauriat Pyrenidas,  
Grauior pœna fedeat coniugis focero mei,  
Lubricus per faxa retro Sisyphum voluat lapis,  
Vosque vrnis quas foratis ludit irritus labor,  
Danaides abite.

Idem in Agamennone.

¶ Vbi ille celeri corpus euinctus rote  
In se refertur. Vbi per aduersum irritus  
Redeunte toties luditur saxo labor.  
Vbi tondet ales auida fecundum iecur.  
Et inter vndas feruida exustus siti,  
Aguas fugaces ore decepto appetit.  
Pœnas daturus cœlitum dapibus graues

Idem in Octauia.

¶ Tantalus vincat sitim  
Ixionisque membra rapientem rotam.

¶ Qui suis inuentis perierunt.

1	Thrasius	5	Diomedes
2	Perillus	6	Scyron
3	Phalaris	7	Icarus
4	Pygmalion	8	Aruncius Paterculus

**T**hrasius seu Thrasillus quæ ad exorandas a Ioue pluuias/Busyrin docuisset ho-  
spites immolare, interfectus est omnium primus. Ouidius in Ibin. Ut qui post an-  
nos sacri mōstrator iniqui, Elicuit pluuias victima cæsus aquas. Idē lib. i. de arte.  
Dicitur Aegyptus caruisse iuuantibus arua  
Imbribus, atque annos sicca fuisse nouem.  
Quum Thrasius Busyrin adit, monstratque piari

Hospitis effuso

Hospitis effuso sanguine posse louem.

Illi Bulyris, fies Iouis hostia primus,

Inquit, et Aegypto tu dabis hospes aquam.

Item Claudianus lib. 1. in Eutropium.

Sic multos fluuio vates arente per annos,  
Hospite qui caeso monuit placare tonantem,  
Inuentas primus Bulyridis imbuit aras.  
Et cecidit laeui (quod dixerat) hostia sacri.

**P** Erillus quoque in tauro aeneo (quem ad reos torquendos excogitauerat) a Phalaris de cōbustus est, Plinius Cap. 10. lib. 34. Ouidius in Ibin. Aere perillæo veros imitate iuuenos. Ad formam tauri conueniente tono. Idem lib. 4. De arte amandi. Et Phalaris tauro violenti membra Perilli Torruit, infelix imbuit author opus. Idem in tristicibus Perillum primo deinde Phalarim sic inducit loquentes. Vt munus muneris pefes, Da precor ingenio muncera digna meo. Dixerat, & Phalaris pœnæ mirande repertor, Ipse tuū presens imbue dixit opus. Claudianus libro primo in Eutropium. Sic opifex tauri/tormentorūque repertor, Qui funesta nouo fabricauerat æra dolori. Primus in expertum Siculo cogente tyranno Sensit opus, docuitque suum mugire iuuenicum.

**3** Phalaris quoque tyrannus eodem postea tauro inclusus et crematus est. quo alios prius suffocauerat. Ouidius in Ibin. Vt que ferox Phalaris lingua prius ense resecta. More bovis Paphio clausus in ære gemas.

**4** Pygmalion frater Anthei quum immolationem hospitem docuisset, deorum aras suo sanguine instar cæterorum imbuit. Ouidius in Ibin. Frater vt Anthei quo sanguine debuit, aras Tinxit, et exemplis occidit ipse suis.

Diomedes ab Hercule datus est in pabulum suis equis, quos humano prius sanguine ipse paauerat. Ouidius in Ibin. Vt qui terribiles pro gramen habentibus herbis, Impius humano viscere pauit equos.

**6** Cyron latro in Attica a Theseo in mare præcipitatus est, quo prius hospites ipse deturbabat. Cuius ossa mutata dicuntur in scopulos, Plutarchus in Theseo.

**7** Icarus pater Erigones, quum Atticos vsum vini docuisset, ab eis in ebrietatem lapsus interfectus est. Ouidius in Ibin. Muneribusque tuis læderis, vt Icarus, in quæ Intulit armatas ebria turba manus.

**8** A Egesta Siciliae fuit oppidum, in quo principatus est Aemilius Cenforinus, qui noui tormenti inuentores muneribus cumulabat. Cui quum Aruncius Paterculus, equum ex ere factum ad fontes perimendos excogitasset, eiusdem iussu primus eo coniectus est, et ibidem enecatus. Author Aristides Milesius apud Plutarchum. Vtinã etate nostra pari lege in eos animaduertetur, qui nouorum scelerum sunt rimatores. Nullū est mihi frequentius votum, quam vt latrones illos pecunie publicæ quæstores, nouerante aliquando Fortuna, et vlciscente Nemesei suis inuentis perire videam, culeoque et furca luere, aut mutato prosperitatis Fauonio bonis omnibus spoliari, manum ad stipem porrigere, et hostiatim vicium emedicare, qui credulis et imperitis rerum principibus rodende plebecule, exigendorumque nouorum semper vlcigalium artem demonstrent. Quos ita hætenus edocuerunt, vt exhaustis ingenijs, vltro peregredi non possint, nec si imponatur nouum stipendij nomen, populus sit soluendo. Quod enim extorquendi eris commentū dari queat, quo regum aures non calleant, quod non teneant tanquam suos vngues, fecerantissimo horum latronum consilio, quibus non est horrore ciuus vrbium, et ruris incolas quouis modo ad cutem vsque radere, et ad medullas exfuggere, vt priuate studeat crumene, domesticumque thesaurum semper adaugeant. Putas ne eos in opum viduarū, aut pupillarum rationem habere, quos vident laceros/nudos ita quam ex matre, siti & inedia macros, humectari pluuia/frigore totos tremere, et nullas non sentire miscrias, nullo non languere tormento: Vident rapacissimi hoc genus vultures quanta sit agricolarū paupertas, quam flebilis vita, quam modica facultas. Sunt enim quorum integer thesaurus est casa straminea/siculis hydria/Abacus longo vsu tineis foraminatus/duo aut tres vrcoli, fagnus Cantharus, bini que nec amplius porculi. In quos sequitur non minus, quam in eos, qui drachmæ gradine operi sunt, et bonorum habent spaciosum mare. Qui si non habeant, vnde soluant, prægnantibus etiam vxoribus auferetur culcitra lecti. Videret hoc Cicero, et non exclamaret in tyrannidem regum: Viderent Gracci, et ad afferendam libertatē non excitarent populum: Videret Lycurgus, et immoderatum hoc rapinæ genus lege non cōprimeret: Nihilominus oportet pati, neque est qui præ metu hiscere aut mouere linguam audeat.

audeat. Et quo liberius hominum furor ac libido sibi indulgeret, veritati omnibus locis atque etiam theatris et templis interdictum est. Nemo est qui potentiorum rapinas & adulteria audeat obiurgare. Nemo qui spoliatae ecclesiae patrocinari, Nemo qui de populi paupertate verba facere. Nemo qui exultantem cleri nutricem Leoni eripere. Et iam Theologorum nostri, quorum refert ad raium vsq; verbis fulminare, mussant, relictoque Theosophiae studio ad grammaticorum nugas redeunt, Omnes enim ad vnum veritatem declinare distent, ne iugulum inclinent. Propterea quoniam leges comprimendorum scelerum funditus perierunt, non est mirum, si durius iugum quotidie incumbat populo, si nostri questores, ararijque publici custodes infidelissimi novos rapinae modos annuatim comminiscantur, et ex aliena miseria ad arbitrium sibi suisque omnibus fortunam fabricent. Sed iam tacendum est, ne quis diem perduellionis mihi dicit, & in ius me vocet, aut veritas ipsa profellori suo detrimentum afferat.

## ¶ Morbi diuersi.

1	Albugo	43	Cirsocele	85	Harpe
2	Alopecia	44	Catoche	86	Hemorrhoids
3	Angina	45	Caros	87	Icterus
4	Amphimerion	46	Cachexia	88	Ileos
5	Apoplexia	47	Comitialis	89	Impetigo
6	Argema	48	Dysinteria	90	Intertrigo
7	Aurigo	49	Dysuria	91	Ignis faciei
8	Arquatus	50	Dyspnea	92	Lepra
9	Alphos	51	Discoia	93	Lichenes
10	Arthritis	52	Draconitum	94	Litiasis
11	Apophosis	53	Diabetes	95	Lyenteria
12	Amatrosis	54	Elephantus	96	Lippitudo
13	Amblyopia	55	Enchantis	97	Lagophthalmia
14	Aphæ	56	Epialos	98	Leucomata
15	Anchurisma	57	Epiphora	99	Lycantropia
16	Anorexia	58	Epinyctis	100	Lethargus
17	Atrophia	59	Ectropia	101	Leontiasis
18	Acrocordona	60	Emphisma	102	Mentagra
19	Apostoma	61	Epicauma	103	Melathca
	Articularis morbus	62	Epulis	104	Nephritis
20	Branchus	63	Empyema	105	Nausea
21	Bubonoccele	64	Enterocelle	106	Narce
22	Batrachus	65	Empneumatosis	107	Ozena
23	Bulimus	66	Emphysema	108	Otagia
24	Cærium	67	Erotos	109	Pernio
25	Cancer	68	Ephialtes	110	Petigo
26	Carbunculus	69	Febris	111	Phrenetis
27	Carcinoma	70	Ficus	112	Phthiriasis
28	Cephalæa	71	Furunculus	113	Pituita
29	Condyloma	72	Gangilion	114	Pleuretis
30	Cordapfus	73	Gemurfa	115	Podagra
31	Coriogo	74	Glaucoma	116	Porrigo
32	Coriza	75	Gomiorrhœa	117	Priapismus
33	Cynanche	76	Gangrena	118	Pustula
34	Chiragra		Granedo	119	Pterigium
35	Chemosis	77	Heterocranea	120	Psilosis
36	Crethe	78	Hydron	121	Psorophthalmia
37	Chalazia	79	Hydrocephalæa	122	Phthisis
38	Cophosis	80	Hydrops	123	Polypus
39	Cion	81	Herculanus	124	Parotides
40	Calculus	82	Hydrocelle	125	Parulis
41	Cardiacus	83	Hypisphalma	126	Paristhmia
42	Cœliacus	84	Hyptasmus	127	Pneumonia
					Phymosis

OFFICINA

128	Phymosis	141	Solerophthalmia	154	Trichiasis
129	Plora	142	Synchilis	155	Tracoma
130	Paralyfis	143	Symfis	156	Tonille
131	Recluium	144	Splamus	157	Tympanides
132	Ramex	145	Syntexis	158	Veternus
133	Regius	146	Scotoma	159	Vnguis
134	Stranguria	147	Satyriasis	160	Vomica
135	Sacer	148	Sphacelus	161	Vredo
136	Strophos	149	Struma	162	Vermina
137	Sycosis	150	Scitrum	163	Terruca
138	Synanche	151	Therionia	164	Xerophthalmia
139	Sonticus	152	Tormina		
140	Syriasis	153	Tuffis		

EXPLANATIO.



Voniā morbi sunt famulī mortis (de qua hucusque sum<sup>9</sup> locu-  
ti) optimo iure fiet vt dominā velut ancillarioli a tergo subsequā-  
tur. De quibus propterea si quid dixerō, mihi quæso non irācan-  
tur medici, quod falsetō in alienam messem iniecerō, quodque vl-  
tra crepidam futor / vltra telam T extor iudicauerō. Sola subiiciā  
fragmenta ex peritissimo naturalium rerum Plynio / aliquotque  
alijs non pœnitendis scriptoribus, ne quis calumpnietur me pri-  
ua opinione aliquid commētum fuisse. Sed rem aggrediamur ex  
ordine literarum.

- 1 **Q** Albugo est macula quædam in oculo, a colore subalbido, qui ex glutinosa pituita proce-  
dit. Plynius. Qua alligata oculo, albugines tolli dicuntur.
- 2 **Q** Alopecia morbus est in capite humano ex vicio humorum proueniēs, dictus a vulpe,  
quam Græci Alopecæ dicunt, quod crebro hoc genus morbi patiat, vel ex proprietate  
vrinæ eius animalis, qua vt asperse herbe arefcunt, neque renascuntur nouæ, ita quoq; pi-  
los decutit hic morbus, qui postea nō succrescunt. Vocatur aliter Alopeciasis. Et Alopec-  
cades vafer seu vulpio dicitur, Plynius ait hunc morbum linguæ herbe radice combusta /  
et trita emendari.
- 3 **Q** Angina morbus est acutissimus fauces occupans et strangulans, qui aliter Tonsæ seu tō-  
sillæ dicitur, ab Hippocrate et Galeno Sinanche. Tracto Ethymo ab angoverbo, quod ho-  
minem angat, Plautus. Vellem me in Anginam verti, vt huic ancillæ fauces præoccuparē.  
Fit autem quando nec tumor, nec rubor vllus apparet, sed corpus aridum et vix spiritus  
trahitur. Arethæus medicus dixit n orbem hunc ex frigore frigidisque potionibus gene-  
rari. Anginæ genera tria sunt, Synanche / Cinanche / Parafinanche. Iulius modestus apud  
Macrobiū testis est Angeronæ deæ olim sacrificatum, q̄ populus Romanus hoc mor-  
bo, præmissis vōtis liberatus sit
- 4 **Q** Amphimerion febris est quotidiana, quæ ex humoribus corruptis ac præsertim pitui-  
ta coalescit, Plynius Cap. 10. lib. 28, tradit eum qui e vena auris asinini tres guttas sangui-  
nis in duabus henimisaque hauserit, hoc morbo liberari.
- 5 **Q** Apoplexia seu Apoplexis dicitur subita percussio, et velut quædam consternatio, quā  
qui patiuntur, dicuntur Apoplectici. Hoc morbo periit Valentinus, subiti sanguinis eru-  
ptione. Si fiat in parte corporis tantum, Hemiplagia dicitur, hunc morbum latini stuporē  
vocat, Galenus ait in Apoplexijs totum corpus sensu priuari, ac motu, solumque superes-  
se anhelitum, qui si prohibeatur, maxima est et acutissima Apoplexia. Fit autem hic mor-  
bus, interdum fulminis ictu, interdum morbo.
- 6 **Q** Argema est morbus oculorum, quum vlcus circum oculi infestat, Irim Græci et Leu-  
coma a candore nominant, Latini albuginem. Fit autem quando ex plaga tenui venis fra-  
ctis sanguis suffunditur toti oculo, deinde nigrescit,
- 7 **Q** Aurigo morbus est, qui aliter Regius dicitur, nomē habet a colore auri, quem binis per  
totum corpus diffusa representat. Quo qui laborant, auriginosi vocantur.
- 8 **Q** Arquatus morbus dicitur a varietate colorum arcus cœlestis, quos affectorū facies red-  
dit, Plynius scribit hunc morbum et lctericum eundem esse cum regio morbo, ab lctero-  
ne autē, quam nos galgulū dicimus. De hoc Lucretius Libro quarto, Lurica præterea fidit  
uecunq;

quæcunque tuentur Arquat, quia luroris de corpore eorum semina multa fluunt, simula  
chris obuia rerum. Multaque sunt oculis in eorum denique mixta, Quæ contage sua pallo  
ribus omnia pingunt.

Plutarchus scribit Alphon morbum esse quendam, quo quamuis laboraret Atossa Arta  
xerxis filia, nihilominus a patre in vxorem ducta est. 91

Arthritis dicitur articulorum affectio, sicut Pleuritis, et costarum & Nephritis renum. 10

Apophthosis dicitur pruritus palpebrarum, quum pili earum decidunt, quarum Diabro  
fis, Disfochiasis, Phthiriasis etiam sunt vitia. 11

Amaurosis morbus est visum impediens incolumi pupilla, fere citra vllum dolorē. 12

Amblyopia idem prope est cum amaurosi, quando ita premuntur oculi, vt exerti perfe  
uerent, et plus iusto patentes sunt, vt contingit athleticis in certamine compressis. 13

Apthe vlcera sunt in ore summo. Infantibus plarunq; peculiaris vicio lacris (quo nu  
truntur) calido humore corrupti. Oriuntur et in prouectis ætate, quando humoribus cas  
lidis concurrentibus tumescunt ora aspectu sanguineo. 14

Ancuryfma tumor est arteriæ præclusæ e sanguine et spiritu causam trahēs. Fit autem  
quum vulnerata arteria pellis nequaquam superinducitur. 15

Anorexia est morbus quidam, quo affecti cibum respiciunt et fastidiunt, pelliturque olfa  
ctu aceti, et alijs odoribus acutis. 16

Atrophia morbus est maciem contrahens, quando corpus non alitur, continuo aliqui  
bus deccedentibus et nullis succedentibus. 17

Acrocordona vlcera sunt v verrucis similia, vbi sub cute coit aliquid durius, et interdum  
paulo asperius. 18

Apostemata dicuntur corruptiones carniū, musculorum, venarum, et arteriarum, que  
initio rubra et dura sunt, demum quum maturuerunt, multam emittunt saniem. 19

Articularis morbus dicitur, q; infestat articulos, quo morbo perijt Ennius, dū nimis indul  
geret vino. Terentia quoq; Ciceronis vxor laborauit dolorib; articularū. Beroal. i. Sueto.  
Et Sueto. ipse scribit Sergiū Galbā fuisse manib; pedibusq; articulari morbo distortissimis. 20

Branchus species est Catharri guttur arripiens, quando fauces arteriarum asperitate le  
sa sunt. 21

Bubonoccele morbus dicitur, quando intestinū vsque ad inguen dumtaxat eruperit, aut  
decubuerit. 22

Batrachus est tumor sub lingua maxime pueros infestans.

Bulimus dicitur morbus, quum ob famem stomachus deficit, paulatimque adeo frige  
scit, vt extremæ partes destituantur. Curatur autem aceti, aut panis calidi olfactu, aut si ex  
trema membrorum, calida aqua abluantur. 23

Cerium genus est vlceris, dictum a faui similitudine, quam habet. Plynius, Ramorum fi  
ci teneri cauliculi cum melle vlceribus (que ceria vocantur) illinuntur. 24

Cancer canceris, morbus est nascens in omnibus fere corporis partibus, sed maxime in  
mammis mulierum, quæ naturali menstruo non purgantur. Ouidius lib. 2. Meta. Vtq; ma  
lum late solet immedicabile Cancer Serpere, & illasas viciatis addere partes. Cato de Re  
rustica Cancer cancri ponit in masculino. Eadem (inquit) brassica vulnera putrida, Can  
crosque purgabit. Aliter Carcinoma seu carcinus dicitur. Crinitus ait Cancrum differre  
ab Elephantiasi, quod cancer vnicum dumtaxat membrum occupet, Elephantiasis vero  
vniuersum corpus suo passim contagio depascatur. De Cancere Mantuanus in Alphon  
so. Et phlegmetūq; veniens a flumine Cancer Dira lues, populās artus, Liquor ignibus  
ardens, Et lenium vitæ occasus medicabile sola Morte malum, lux deficiens contermina  
mori. 25

Carbunculus est tuber, seu vicium proueniens ex inflammatione. Diciturque ab igneo  
carbōne propter inflammationem. Super eum pustulæ eminent maxime nigrae, Interdū  
subliuide, aut pallide. In quibus sanies esse videtur. Hunc morbum Græci Anthracē voc  
cant. Plynius lib. 26. ait, Carbunculum in Italiam primum venisse L. Paulo & Q. Martio  
ensoribus, ac esse peculiare Narbonensis prouinciæ malum. 26

Carcinoma sunt qui idem esse putent cū cancro, nisi quod maxime in superioribus par  
tibus circa faciem, nares, et aures prouenit. Cato ait hunc morbum sanari brassica trita. 27

Cephalæa morbus est acutus et pestilens, qui totum caput infestat. Qui dimidia solū cas  
pitis parte laborant, hemicranici dicuntur. Cephalæ caput significat. 28

Condyloma tuberculū est insanabile, nascēs circa coronā podicis, pueniēs ex inflamma  
tione. In quo sunt eminentes tumores, figura rotūda, nūc molles, nūc duri. Tres autē p̄cipui  
f podicis morbi 29

- podicis morbi sunt Rhagada, Hemorrhoids, Condyloma.
- 30 ¶ Cordapsus morbus tenuioris intestini, quem iuniores Iliacum n ominant.
- 31 ¶ Coriago morbus est pecoris bubuli, quum pellis ita tergori adhaeret, vt apprehensa manibus a costis deduci nequeat. Prouenit hic morbus, si bos ex aliquo languore maciē contraxerit, aut sudans in opere, postea refrixerit.
- 32 ¶ Coriza morbus humore nasum obturans, latine grauedo.
- 33 ¶ Cynanche dicitur pituita crassa in fauces et ceruicem delata, qua maxime laborāt canes, Vnde etiam tractum Ethymum. Tunc vox nihil potest exprimere.
- 34 ¶ Chiragra dicitur manuum morbus, quo qui laborant, Chiragrici dicuntur. Horatius. Nosdosa corpus nolis prohibere chiragra.
- 35 ¶ Chemosis morbus est oculorum, quando ex tumore vehemēti, vtręque palpebrę connectuntur, vt vix liceat conuiuere.
- 36 ¶ Crethe est tuberculum, quod nascitur in palpebra, hordei similitudine, Vnde et Hordeolum vocatur.
- 37 ¶ Chalazia morbus est precedēti similis, quādo tuberculū albū modo grādinis innascitur.
- 38 ¶ Cophosis aurium morbus surditatem afferens.
- 39 ¶ Cion seu Cionida tumor est in gutture, quando scilicet excrefcens caro in faucibus ex Rheumate impedit vocem.
- 40 ¶ Calculus morbus est in renibus, proueniens ex defectu concoctionis. Fit etiam in vesica, tunc appellatur Lithiasis. Calculo qui laborant, vocantur calculosi a latinis, a græcis Lithanici. Calculus autē nihil est aliud q̄ lapillus inatus vesicę. Suetonius in Augusto. Quęstus est et de vesica, cuius dolore calculis demum per vrinam ciectis leuabatur.
- 41 ¶ Cardiacus morbus est in ore ventris, qui accidit cum febre acuta et motu arteriarum frequentē. Recreatque flabelli ventilatione.
- 42 ¶ Coeliacus ventris morbus, quum emollita aluo, liquida egeruntur causa debilitatis. Causa morbi est superfluus & frigidus cibus, continua frigora, aut calores vehementes
- 43 ¶ Circocele morbus est colorum, quum tumescētes venę scrotum implent, sitque testiculorum alter maior altero.
- 44 ¶ Catoche et Catalepsis morbus est inter Lethargum et Phrenesim medius, melancholico humore cum febre veniens, quum affectus oculos quandoque apertos, quandoque concretos et immobiles habet sine sensu.
- 45 ¶ Caros species est Lethargi vehementem somnum inducens.
- 46 ¶ Cachexia est malus corporis habitus omne alimentum corrumpans, quando corpus longo morbo extenuatum refectionem ob debilitatem non accipit. Prouenit etiam quandoque a retentione excrementi.
- 47 ¶ Comitialis morbus est tantam animi consternationem afferens, affectumque adeo mente alienatum & attonitum reddens, vt tremētibz membris, venisq̄ palpitantibus in terram decidat. Vnde & caducus dicitur. Vocatur etiā Hercules, q̄ eo laborauerit Hercules. Item morbus sacer, quod in eam maxime partem sequiat, quę sit sanctissima. Comitiales autem, q̄ primus Romanorū (qui eo laborauit) affectus sit in comitijs. Huic morbo precipue sunt obnoxij viri, qui atrabile vexantur et ingenio clarent. Suetonius ait Cęsarem dictatorem comitali morbo bis inter res gerendas correptum fuisse. Huic morbi meminit Q. Serenus dicēs. Est subiti species morbi, cui nomē ab illo Quod fieri nobis suffragia iusta recusat. Sepe etenim mēbris acri languore caducis, Conciliū populi labe horrenda diremit.
- 48 ¶ Dysenteria est intestinorum exulceratio, qua qui laborant, vocantur Dysenterici, Latine tormina dicuntur. Prouenit quandoque ex cibo aut acuto, aut minime concocto.
- 49 ¶ Dysuria vocatur vrinę difficultas, dum vesicę passiones vrinam ipsam supprimunt.
- 50 ¶ Dyspshnea est difficultas spirandi.
- 51 ¶ Discoia appellatur difficultas auditus.
- 52 ¶ Dracontium morbus est apud Indos et ægyptios, proueniens in membris musculosis, vt gutture, brachijs, coxis, cruribus.
- 53 ¶ Diabete est morbus renum, qui inueteratus ex paruo humore congesto maximam inducit sitim. Curatur superflui humoris euacuatione.
- 54 ¶ Elephantus, elephātia, seu elephantiasis, morbus est similis leprę crebras in summa corporis parte gignens maculas, ac tumores rubore paulatim sese in atrum vertente. Hoc affectus morbo oēs corporis ptes ne uulis qbusdā rubris inflātur. Nomē tractū ab elephāto aīali, cui<sup>9</sup> cutis vlcerosis vallib<sup>9</sup> exarā. Scribit Ply. morbū hūc ī Italia nō fuisse ante Cn. Pompeij

Pompeij tempora, De hoc Lucretius libro sexto sic inquit. Est elephas morbus, q̄ propter flumina Nili Gignitur Aegypti in medio, neque prater ea vsquam Galenus Elephantiasim inter infantiles morbos numerat. Differt a lepra, quoniam lepra habet cutis impetiginem quandam et velut scabiem. Elephantiasis vero non cutem solum, sed neruos et ossa viciat.

¶ Enchanthis morbus est oculorum, quum in ipsorum angulo tuberculum est, quod palpebras parum diduci patitur. Est autem nauitis frequens. 55

¶ Epialos species est febris ex pituita frigida procedens.

¶ Epiphora morbus est oculorum, quum humoris descensu anguntur oculi. Plynius ait carnem peponum, Epiphoris oculorum prodesse. Columella Magudarim contusam conspersa polenta ipsum morbum supprimere. 56

¶ Epinyctis vlcus est aciem hebetans, et in cingulo oculi perpetim humor emanans. Quē morbum ait sanari illitis porri sectiui folijs. 57

¶ Ectropia morbus est oculorum Lagophthalmie cōtrari⁹, dū palpebrę deorsum cōuertūtur. 58

¶ Emphyisma seu Sympifis dicitur tumor et inflatio palpebrarum. 59

¶ Epicauma vlcus est fordidum, ex cuius purgatione humida, quę sunt intus, effluunt. 60

¶ Epulis tumor est iuxta dentem genuinum/quandoque cum febre et dolore vehemente adeo vt hñcere hominem prohibeat. 61

¶ Empyema morbus est Thoracis, procedens vel ex sanguine commaculato/vel alicui⁹ visceris vlcere. 62

¶ Enterocelle morbus est intestinorum disfluentium in testiculos, Martialis libro decimo. Enterocellarum fertur Podalyrius Hermes. 64

¶ Epneumatosis dicitur ventris inflatio humoribus pituitosis in vapores resolutis ex mediocri calore. 65

¶ Emphyisma est spiritus inflatio sub cute. Fit quandoque in ventre et in intraneis. 66

¶ Erothes morbus est melancholic⁹/ex nimia amoris agridudine pueniēs q̄ curatur vini potatione, balneis, spectaculis, & alijs rebus iucundis mentē ab eo tormento auocantibus. 67

¶ Epithales morbus est/quo affecti noctu se strangulari putant, aut mēbris aliquibus detineri, aut ex alto cadere, aut voce & parata venere prohiberi. Hic si inueterauerit, Apoplexiam, aut Epilepsiā afferet. Prouenit ex atra bile, & crassis hñoribus ad cerebrū tēdētibus. 68

¶ Febres sunt varię. Quotidiana, quę accidit pituitosis, quandoque pueris hñmali tēpore, et senibus ob nimium cibum, vel in vita maxime ociosa. Hęc certum habet periodum, et aliquando desinit. Hanc Gręci vocant Aphemerinam. Putris febris cognoscitur ex pulsu arteriarū inęquali, calore magno & fumoso. Hęc sanatur missione sanguinis & hñoris euacuatione. Continua non habet remissionē. Febris acuta cognoscitur lingua affecti nigra, siccis excrementis, lutea et vehemente siti, inquiete nocturna, & mentis alienatione. 69

Tertiana vno die perstat, tertio postea redit. Habet originem a flaua bile, horroremq; ac sitim infert ab initio, ac propterea tempore aestiuo plerumq; venit. Curatur alui decoctione, vrinę prouocatione, et potione apij. Quartana oritur e frigido humore et atra bili. Calore tertiana inferior est. Propterea plerūq; solet esse autūnalis. Sanatur dicta, vino tenui et albo, ac tribus piperis granis quotidie ex aqua sumptis. Dicitur autem febris a feritate. Ea affectū dicuntur febrile, febricitare, et febricitari.

¶ Ficus vicium est oculis adnascens, quod non facile potest auelli. Nasciturque ex nimio pruritu, in his maxime partibus, quę pilis conteguntur. 70

¶ Furunculus tuberculum est quum inflammatione et dolore, quod in pus veniat. 71

¶ Gangilium est morbus in capite, quum humor quidam includitur. Est etiam nerui alicuius contorsio. 72

¶ Gemusam Plynius lib. 26. ait morbum esse inter digitos pedum nascentem. 73

¶ Glaucoma genus est morbi Crystallini humoris mutati in colorem glaucum. 74

¶ Gomiorrhea est emissio vrinę minime voluntaria, ex debilitate proficiscens, cui occurritur abstinentia rerum infantium. 75

¶ Gangrena est quędam scabies curatu difficilis, quando itidem tumor ingens afficit aliud quod membrum. 76

¶ Grauedo morbus est nō multū distās a distillatione. Hic nares claudit, vocē obtūdit, tussim mouet. Hoc morbo plerūq; infestabatur Augustus. Vnde Sucto. Initio veris p̄cordiorū inflatione tentabatur. Austrinis autem tempestatibus grauedie. Eo affectū, aut i eū plures dicuntur grauedinosi. Cic. l. 4. Thule. Itaque dicimus quosdā grauedinosos, quosdā torminosos, non quia iam sint, sed quia saepe sint. Ernū a Plynio vocatur grauedinosum, quod bo-

- bus in pabulo grauedinem faciat.
- 77 **H**ectrocranea morbus est capitis, quum in caput ipsum inæqualiter dolet tumetque, et inter pilos rotunda et tumida surgunt vlcera.
- 78 **H**ydron seu hyderon genus est morbi, quum distenditur aqua cutis.
- 79 **H**ydrocephala est capitis morbus, vbi humor cutem inflat.
- 80 **H**ydros seu hydropisis est morbus aqueus subcutaneus, quando scilicet sub cute est aqua, quæ facit ventrem turgescere et inflari. Quo morbo qui laborat, explere sitim nequeunt. Horatius. Crescit indulgens sibi dirus hydrops. Nec sitim pellit/nisi causa morbi Fugerit venis, et aquosus albo corpore languor.
- 81 **H**erculanus morbus est ex eorū numero, quibus nulla medicorum ope succurri potest. Nasciturque/quoties caro in humorem crassum et spumidum colliquefcit. Vocatur aliter diuinus/seu facer, quod diuinam id est rationalem animi partem violet.
- 82 **H**ydrocellæ morbus est, quum intestina defluunt/ac colliguntur. Martialis libro duodecimo. Omnes quem modo colei timebant Dicentem tumidas in hydrocellas,
- 83 **H**ypisphasma dicitur ruptio venæ ex ictu et vena plerumque procedens.
- 84 **H**ypstimus est conuersio stomachi ex humore imperante.
- 85 **H**arpe est humor ex flaua bile proueniens, qui totum corpus late corrūpit.
- 86 **H**emorrhoidis genus morbi/quo affecti sanguinis fluxum patiuntur. Plynus ait Allium potu/vel cibo/vel illitu priuatim contra hemorrhoidas prodesse.
- 87 **I**cterus est diffusio bilis per totum corpus, quæ interdum nigra/interdum flaua est. Dicitur ab ictero aue, cuius aspectu sanatur. Cognoscitur hic morbus ex colore oculorum, quando quod album est/sit luteum. Procedit tam ex splene affecto, quam ex hepate. Eo laborans nulla sibi appetentia mouetur, alba egerit excrementa. Vocatur aliter Regius, ars quatus/et aurigo. Martialis libro vndecimo. Dicit et ictericam si forsitan altera mœcha.
- 88 **I**lleos morbus gracilioris intestini, quo affecti dicuntur lleosi.
- 89 **I**mpetigo est foedatio cutis cum pruritu. Affert autem morbum squamosum scabiei similem totum corpus dehonestantem. Serenus. Si vero vicium est/quod ducit ab impete nomen, Hoc matutina poteris cohibere salua. Aliter Petix/et Petigo dicitur.
- 90 **I**ntertrigo fit quando nerui in aliqua corporis parte contrahuntur. Cato ait morbum hunc sanari posse, si fureculis absinthij pontici/feratur sub anulo.
- 91 **I**gnis facer numeratur inter mala vlcera. Cuius duo genera. Alterum subrubicundum quod fit in pectore/lateribus aut plantis. Alterum in summa cutis exulceratione, sed sine latitudine dicitur facer, propter admirationem, quod nihil habeat quum alijs morbis simile/vel ab Hercule, qui eo laborauit.
- 92 **L**epra morbus est idem cum Elephantia/aut non multum dissimilis. De quo intellexisse videtur Horatius, dicens. Vt mala quem scabies/aut morbus regius vrget. Hunc alio exulcerari, sanarique cum origano testis est Plynus libro vigesimo. Similitudinem habet cum Psora, sed altius aliquanto penetrat pulmonemque adeo corrumpit et putrefacit, vt eo affecti rauescant, egreque loquentur et respirent.
- 93 **L**ychenes masculini generis dicuntur oris vlcera, fursurem cutis excitantia, latine Mentagra dicitur. Martialis libro vndecimo. Non vlcus acre/pustulle ve lucentes. Nec triste mentum, sordidique Lychenes. Fuit hic morbus Romanis ignotus vsque ad principatum Tyberij, Authore plynio libro vigesimosexto Cap. i. Aliter etiam vocatur Lychen.
- 94 **L**ythiasis vocatur morbus calcularis. Alij ocularem faciunt in conuersis palpebris. Si in renibus accidat/aut vesica procedit ex defectu concoctionis.
- 95 **L**yenteria vocatur intestinorum dissolutio, quum cibis non perficitur, sed egeritur incoctus. Lyenteriam qui patiuntur, dicuntur lyenosi.
- 96 **L**ippitudo vicium est oculorum, humorem et lachrymas emittentium, quo Horatius fatetur se laborasse, vbi ait. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere.
- 97 **L**agophthalmia morbus est oculorum, quando contractis superne palpebris apertis dormitur oculis instar leporis.
- 98 **L**eucomata maculæ sunt profundæ in oculis
- 99 **L**ycantropia species est melancholiæ quum more luporum affectus noctu in somnis vluat.
- 100 **L**ethargus morbus est Phrenesi contrarius, dormitans, et ex atra bile proueniens. Cui confanguineus veteris, alter obliuione, alter somno semisepultus. In lethargo præter somni appetentiam, est quedam mentis alienatio, et rerum prope omnium obliuio. Boetius. Lethargū patitur comunē illusarum mentiū morbum, sui paulisper oblitus est. Hoc affecti dicuntur



dicuntur Lethargici.

¶ Leontialis capitur pro Elephantiasi, quod hoc morbo affecti frontem Leonis modo cor- 101  
rugatam habeant.

¶ Mentagra est faciei morbus, nomen sortitus a mento a quo oritur. Occupatque interdū 102  
totos vultus, oculis tantum immunibus. Descendit nonnunquam in colla, pectusque/ac  
manus, foedo cutis fuffure. Vocabulo græco Lychen seu Lychenis dicitur. Mentigo vero  
morbus est pecorum. Mantuanus. Et mentagra cutem maculis variata cruentis.

¶ Melatheam Plutarchus in Phocione ait esse morbum, quo laborauerit Dimarchus Cos 103  
rinthius. Morbi tamen non exprimit qualitatem.

¶ Nephritis est renum morbus, qui inter acutos numeratur, de quo forte intellexit Hora 104  
tius, dicens. Si latus, aut renes morbo tentantur acuto. Nephritici dicuntur omnes qui hoc  
morbo laborant.

¶ Naulca vocatur stomachi fastidium, ob circumstantem prauum humorem. Cui prope si 105  
milis Anorexia id est ciborum inappetentia.

¶ Narce est alicuius membri torpedio/seu labore seu frigore stupefcentis. Narcodes dicitur 106  
tur, qui hoc patitur. A narco pisce hec malum inferente, qui et torpedo appellatur.

¶ Ozenia morbus est, quum multa vlcera/ac crustæ sunt circa nares, quæ foetidum red- 107  
dunt odorem, et olfactum impediunt.

¶ Otagia est aurium morbus, quum intus fiunt quidam soni. 108

¶ Pario morbus est pedum ex frigore proueniens, et maxime calcaneum infestans, quæ 109  
rapo domestico, si feruens imponatur, sanari testis est Plinius.

¶ Petigo maculolus est morbus, totum plerumque vultum præter oculos occupans. Ali- 110  
ter vocatur impetigo ab impetendo.

¶ Phrenetis morbus est conturbans mentem, et insaniam plerumque excitans. Fit autem 111  
quum quis vanas imagines accipit. Possidonius scripsit Phrenesim tumorem esse mēbra  
norum circa caput cum febris acuta, qui mentem alienat. Prouenit autem ex flaua bile. Si  
humida est, somnos facit profundos. Si sicca, vigilias. Si humida cum paruo frigore frul-  
titiā,

¶ Phthiriasis appellatur morbus pedicularis, quo Sylla, Pherecydes et alij plarique (vt iam 112  
diximus) perierunt.

¶ Pituita est morbus capitis proueniens ex Catharro. Græce Phlegma dicitur. Est aut- 113  
tem origo omnium languorum, qui ex distillatione fiunt, quum expirat extrinsecus, vas  
rios tumores producit. Intrinsicus vero cohibita, vrentes edacesque morbos parit. Hos  
rarius in epistolis. Præcipue sanus, nisi quum pituita molesta est. Pituitosi hoc morbo affe-  
cti.

¶ Pleuritis seu Pleuresis est dolor Laterum, quo affecti dicuntur pleuretici. Quo morbo 114  
perijt L. Crassus eloquentium iuris peritissimus. Afferit plarumque febrem, tullim, & an-  
helitus difficultatem.

¶ Podagra est dolor pedum, quo affecti dicuntur podagrici. Martialis. Litigat et podagra 115  
Diodorus Flacce laborat. Plinius ait hunc morbum rarum fuisse in Italia patrum auortis  
que memoria suaque etiam ætate. Nec esse incurabilem. Nam in multis sponte desinit, et  
in pluribus curatur. Vide remedia lib. 20. Cap. 11. Quamuis Ouidius libro secundo de Pō  
to dicat. Soluere nodosam nescit medicina podagram. Si est in genu, vocatur Gonagra ab  
Hippocrate.

¶ Porrigo genus est morbi, qui crescendo porrigitur et extenditur, Vnde nomen traxit. 116  
Nascitur in capillo, barba, et supercilio. Lucilius. Tristem et corruptum scabie et porrigis  
ne plenum. Qui hoc infestantur, dicuntur porriginosi.

¶ Priapismus morbus est, quo genitale membrum citra rei venereæ cupiditatem extendis 117  
tur. Cui rebus frigidis occurritur. Aliter prurigo vocatur. Iuuenalis Saty. 2. Sicut grex to-  
tus in agris Vnius scabie cadit, et prurigine porci.

¶ Pustulla est tuberculum nascens in summitate cutis. Plinius. Pustullas vocat eruptiones 118  
pituitæ. Quandoque tamen pustulla significat bracteam argenti. Martialis lib. 8. Et niueus  
felix pustulla vincit ebur.

¶ Pterygium membranula est neruosa, oriens sub angulo oculi, quæ interdum ita auget 119  
scit, vt pupillam operiat. Si inueterata sit, Chirurgi manu indiget. Si mediocris tantum,  
collyrijs.

¶ Ptosis oculorum morbus, quum pili superioris palpebræ connectuntur, vel quum des 120  
cidunt, aut ordine duplici supernascuntur ex crassitudine palpebrarum.

- 121 ¶ Pforophthalmia dicitur pruritus palpebrarum.
- 122 ¶ Phthisis morbus itidem oculorum, quando pupilla angustior fit, aut latior ex aliquo capitis morbo, ex quo obiecta apparent esse maiora quam sint, In hoc morbo fit exulceratio pulmonis, ex pituita distillante a capite.
- 123 ¶ Polypus est narium morbus, ita dictus a similitudine Polypi animalis, Qui vt acetabulis venantes inuadit, ita quoque nares iste occupat vsque ad fermonis et anhelitus impedimentum. Ponitur inter Carcinomata pene incurabilia. Polypoli sunt, quorum natus polypo morbo in foedam magnitudinem exerecit, Martialis. Nasutum volo, nolo Polyposum.
- 124 ¶ Parotides morbi sunt narium, qui nascuntur ex capitis humore huc descendente et aggesto, Sunt et quandoque sine tumore. Mantuanus libro primo de Calami. Alterius patulas aures arsuras parotis. Sufficitat oculum longis sub crinibus ignem. Attonitumque caput feriens, vitalia membra occupat.
- 125 ¶ Parulis dicitur tumor gingiuarum, cui nisi per pharmaca occurratur, in pus veniunt.
- 126 ¶ Paristhmia morbus est gutturis et faucium, quando loca gulle angusta pracluduntur, aut nimia vini potione, aut haustu subito alicuius rei acorem habentis.
- 127 ¶ Pneumonia morbus est pulmonis, quando tumescit, proueniens interdum ex vehementi Catharro, vel pleuritide.
- 128 ¶ Phymosis viciū est mēbri genitalis, quando nudū est, aut cōtectum nudari non potest.
- 129 ¶ Pfora species est leprę, quę in summa pelle versatur. Hac qui laborant, vlcera siue pustillas supramodum contingere et scalpere cupiunt.
- 130 ¶ Paralysis dicitur neruorum dissolutio et virium defectus, aliter paresis, Hoc morbo qui laborant, vocantur Paralytici, Arguitur autem in hominibus, quum rectum seruare incertum non valent, et cura velut ardua conscendentes attrahunt, et in sinistrum quandoque dextra circumferunt, quandoque e diuerso.
- 131 ¶ Recluium morbus, quum circa vngues cutis se soluit. Huic similis est Rediua, quam lana succida sanat, ex aqua frigida.
- 132 ¶ Ramex species est hernie. Hoc affecti morbo vocantur Ramicosi, Sanatur syluestri ruta cum Axungia, auctore Plinio libro decimo.
- 133 ¶ Regius morbus idem est cum Arquato/Aurigine, et Ictericō, vide in præcedētibus. Appellatur autem Regius, quod eo morbo affecti, apparatu regio, vt conclauis cultiore, ludisque et lasciuia fanentur.
- 134 ¶ Stranguria vocatur vrinę difficultas, quando guttatim egeritur. Latine dicitur substilium. Auctor Cato de re Rustica.
- 135 ¶ Sacer morbus vocatur comitialis seu caducus, quod eo laborauerit Hercules.
- 136 ¶ Strophos appellatur intestinorum dolor.
- 137 ¶ Sycosis morbus est, qui aliter ficus seu Marisca dicitur. Vide in dictione ficus. Fit quando caro exerecit.
- 138 ¶ Synanche morbus est spiritum/et fauces occupans/et strangulans. Angina latine dicitur, Demosthenes pecunia a Mileijs corruptus, quum postridie a concione flagitaretur, vt in eos orationem haberet, excusauit Synanchen. Vnus autē e turba suspicatus, id quod erat, exclamauit non synanchen eum pati, sed argyranchen, quasi dicas argentanginam. Quibus verbis significauit silentium Demosthenis pecunia a Mileijs emptum.
- 139 ¶ Sonticum morbum veteres pro vehemēti/ac grauissima ægritudine acceperunt, quā Plinius ait sufficit lapidis (qui vocatur Gagates) deprehendi. Habet autem vim nocendi grauissime. Nam Sontire verbum, est vehementer nocere. Hinc et Sontes rei appellantur. Festus ait morbum Sonticum appellari, quod perpetuo noceat. Vnde et Tibullus libro primo causam vocat Sonticam dicens. Parce precor puero, non illi Sontica causa est.
- 140 ¶ Syriasis morbus est puerorum et inflammatio circa cerebrū, vnde sequitur syncipitis & oculorum incuruitas, cum pallore et siccitate corporis. Plinius lib. 22. scribit Heliotropii folia, infantium distillationibus, quod Syriasis vocant, illita mederi.
- 141 ¶ Solerophthalmia est oculorum morbus, quando præ duricię palpebrę vix e somno aperiantur, et fordes in oculis sicce remanent, oculique propterea fiunt subruffi.
- 142 ¶ Synchronythis est oculi confusio, ob plagam aliquam, ex qua pupilla turbatur.
- 142 ¶ Sympylis tumor est et inflatio palpebrarum.
- 144 ¶ Spasmus morbus est, qui concreto fere toto corpore, nascitur e frigido humore maxime circa spinā musculorū. Ex anteriore corporis parte Hēprostotō et posteriore Epistotō. Signa morbi sunt, difficultas anhelit⁹, mor⁹ arteriarū paruus/ac tenuis, Rubor in vltu oculi tumidi

- tumidi, vrina fere aquea/vel sanguinea. Spastici dicuntur, quibus aliquid intus conuulsum est. Et Spasmus nihil est aliud/quam neruorum distentio siue rigor procedens e ficitate nimia in euacuato corpore.
- ¶ Sintexis morbus est ventris, quando humoribus eo descendentibus, simile quidam flatus bilis excreatur. Generatur a febre, vrente omnem intrinsecus humorem. Hoc qui laborant, dicuntur Syntectici. 145
- ¶ Scotoma est morbus, quem nos vertiginem appellamus, quum tenebre ob oculos voluuntur. Procedit autem ex vaporibus ad cerebrum delatis. Affectis solet esse oculorum hebetudo, aurium sonitus, femifurditas. Accidit plerumque, quum surgitur e somno, Vel quum sit circumactio corporis, aut ex ebrietate nimia et saturitate. 146
- ¶ Satyriasis morbus est de specie Elephantiasis. Quo affecti, vlceribus scitent, tetro sunt aspectu, ore squalenti/non sine dolore et pigricia Neque vlla cibi aut potus voluptate mouentur. Sic autē dicitur, vel quod lasciuus hominibus (quales sunt satyri) eueniat, vel quod ora satyrorum pictorum referant. 147
- ¶ Sphacelus morbi genus est, quod ex immodica defatigatione solet accidere. Quidam putant esse tormina articularum, quidam ossium tabem, quum scilicet membrum aliquod vique adeo scabie corruptum est, vt sine sensu maneat. 148
- ¶ Struma est tumor, sub quo concretę quedam ex sanie et sanguine quasi glandulę nascuntur, maxime in ceruice/sub alis/et vnguibz manus. 149
- ¶ Scitrum tumor est predurus infensibilis/vixque curabilis.
- ¶ Therioma vlcus est virilium, interdum etiam aliarum partium, dum multo ac nigro sanguine mali odoris/atra fit caro et corroditur. 150
- ¶ Tormina morbus a torquendo sumpsit nomen, quum dolore torquentur intestina, exulceratione. Ex his cruor manat, frequens deiciendi cupiditas/dolorem in ano. Signū tunc est mortiferum, si carnes egerantur. Nonius Tormines dixit in masculino. Medici dicunt Tormina non esse aliud, quam quum permordetur alius in intestinorum anfractuibus. Si circa vmbilicum affligit et lumbos, nescit medicinam. 151
- ¶ Tussis morbus est arteriarum, qui gignitur vel ex frigore/vel ex pituita in pulmonem descendente. Prouenit quandoque ex vehemēti conatu vocis. Interdum et ex calore febris. Inueterata difficile tollitur. Sanatur herba, quę propterea vocatur tussilago. 152
- ¶ Trichialis est eruptio pilorum preter naturā in ordine palpebrę ex Reumate procedens. 153
- ¶ Trachoma vocatur palpebrarum asperitas. 154
- ¶ Tonsillę morbus est faucium, carne durata circa guttur. Dicuntur tonsillę in homine, in sue glandulę. Authore Plynio. 155
- ¶ Tympanides morbus est de genere Hydropisis, quo affectus tumet, et tympani modo inflatur. 156
- ¶ Veternus morbus est/somnum et mareorem inducens ex nimio ocio et torpore. Hinc pro pigricia et somno plerumque ponitur. Affecti dicuntur veternosii. 157
- ¶ Vnguis morbus est oculorum, qui a Gręcis pterygium dicitur. 158
- ¶ Vomica tumor est excrecens in corpore, sanie plerumque emittens. Vomica plautus crumenam vocauit plenam pecunia. 159
- ¶ Vredo morbus herbarum/arborum/fruticum, qui in vitibus dicitur carbunculus, in cæteris rubigo. Plynio. Adurit lactescētes germinum oculos, quod in flore carbunculum vocant. 160
- ¶ Vermina sunt dolores corporis, qui quodam minuto motu et quibusdam veluti stimulis instar scindere et pungere videntur. Verminare est vermibus scaterere. Celus. Nihil perniciosius pueris, dum verminant. 161
- ¶ Verrucę sunt tumores in vultu, quos Gręci myrmecias vocant. Festus Cossos appellat. Serpunt vsque ad ceruicem, quandoque dolorem afferentes et prurimum. 162
- ¶ Xerophthalmia est oculorum pruritus, tracto nomine a siccitate. Est enim arida lippitudo, quum nec tument/nec fluunt oculi, sed grauescunt. 163

## Auctarium.

**A**lij sunt morbi numero prope infiniti, qui non doctrinam tantum et elegantiam in scriptore postulant, sed experientiam quoque. Nam plerique omnes qui de his loquimur, fumum solum attingimus, et nebulas pingimus in pariete. Non est hec nostra stra messis. Et dum hoc scribendi argumentum sumimus, nihil aliud assequimur, quam quod perituro linguas in nos ipsos acutimus. Multi dum suę doctrinę ac famę dilatare volunt pomercia, minus multo merentur laudis, quam si quos nouerunt, f. iij. nouerunt

O F F I C I N A

remos impellerent. Quo fit, vt his relictis ad mea licia redire velim. Neque hoc ipsum de morbis (quantuluncumque est) delibassem, nisi fuisset animus his quadam tenus latisface re qui ex omni dolio aliquid student pitissare, quique nihil indiscussum reliqui sibi volūt. Pergamus ergo, & finem facturi, breue auctarium consuamus.

¶ Morbis induntur nomina quandoq; ab affecto membro, vt pleuritis a latere. Peripneumonia a pulmone. A causis, vt manie/melancholie. A similitudine vt elephas/Leo/Cacer. Ictericus. Polypus. Ab artifice, vt Chironium vlcus. Ab his q; laboratur, vt Tylosia, Herculanus.

¶ Appellationes eorum, qui varijs laborant morbis.

**A** Poplectici Aurigenosi, Anorectici, Apostematici, Asmatici, Alsiosi, Aluini, Carbunculosi, Carcinomatici, Cardiaci qui cordis molestia patiuntur. Iuuenalis Saty, s. Cardiaci nunquam cyathum missurus amico. Chiragici, Chalaziaci, Calciculosi, Cardiaci, Coeliaci, Comitiales, Colici, Dysenterici, Elephantiaci, Epiphoretici, Ectropici, Emphysematici, Enterocecelli, Erotici, Eliosi, Febriculosi, Glaucomatici, Hydroropici, Hydrocephali, Ictericici, Impetiginosi, Ischidaici, Ischaici, Leprosi, Lyeterici, Lippi, Lagophthalmi, Leucomatici, Lycantropici, Lethargici, Lymphatici, Matagrici, Melancholici, Narcodes, Opisthonicici, Orthopnoici, Phrenetici, Phthificali, Pituitosi, Pleuretici, Pedicosi, Podagrici, Porriginosi, Pustulosi, Pforophthalmi, Polyposi, Pncumonici, q; et Pulmonarij latine dicuntur. Paralytici, Peripneumouici, Sufpiriosi, Splenetici, Stomachici, Stranguriosi, Sontici, Spatici, Syntectici, Scotomatici, Strumosi, Torminosi, Tetanici, Veternoli, Verminosi, Verrucosi, Xerophthalmi.

¶ Qui morbis aliquibus infecti et affecti fuerunt.

1	Eunomius p̄sul	12	C. Meccenas	23	Liuus Drufus
2	Galla	13	Antipater	24	Io. Venetus
3	Plotinus	14	Manilius Cornutus	25	Theopompus
4	Froila	15	Seruius Clodius	26	Diodorus
5	Aristarchus	16	Ennius	27	Amedeus
6	Andragalina	17	Colmus	28	Carolus rex
7	Maria	18	M. Craffus	29	S. Genouefa
8	Iulius viator	19	Vatinius	30	Beniamanachoreta
9	Medeius	20	Cambyfes	31	Heracleus
10	Metrodorus	21	Hercules	32	Matheus Aquilanus
11	Pto. philadelphus	22	Cesar	33	Diogenes

C E X P L A N A T I O.



- 1 ¶ Eunomius p̄sul Cyzicenus Arriane hæreseos sectator (qui sub Valente iperatore floruit) Lepra & morbo regio laborauit. Vola.
- 2 ¶ Galla vidua Romana Symmachi viri patricij filia, laborauit ex Carcinomate in mamilla. Idem Volaterranus.
- 3 ¶ Plotinus philosophus Platonicus, natione Aegyptius, morbo facro fuit obnoxius. Crinitus, Cap. lib. 25.
- 4 ¶ Froila secundus, Alphonfi magni filius, Lepra correptus, ætumnola morte vitam clausit. Volaterranus.
- 5 ¶ Aristarchus grammaticus Alexandrinus (qui floruit sub Ptolemeo Philometore) Hydropsi laborauit. Suidas apud Volaterra.
- 6 ¶ Andragalina virgo vxor Ausberti cuiusdã, q; fuerat domesticus Vãdegisilli comitis palatini, Lepra laborans, Cœnobio se inclusit.
- 7 ¶ Maria filia Amedei Sabaudie ducis vomica laborauit, ac p̄pterea Philippo Marie vice comiti marito suo nunquam congressa est. Volaterranus.
- 8 ¶ Iulius viator eques Romanus coætaneus Volaterrani, laborauit morbo intercutis.
- 9 ¶ Medeius vnus ex ijs, qui Ioannem puellam Gallicam anglorum domitricem flammis ad iudicauerant, Lepra infectus misere expirauit. Valerãdus Varianus lib. 4. Medeius siquidem longo sermone profatus Altruit esse scelus flammis et morte piandum. Multaq; aduulandis studio confingit, vt Anglos sic sibi conciliet, sed paucis inde diebus Corpus tabisco resp̄gitur vlcere Lepre.

Metrodorus

- ¶** Metrodorus philosophus, Epicuri socius, laborauit Tympanite. Est autem Tympanites species Hydropiceos, vt iam diximus, 10  
**¶** Ptolemæus Philadelphus rex Aegypti podagrico morbo fuit obnoxius. Plynius libro septimo ait & vomica laborasse, vulneratoque pectore, (quum mortem in acie quæreret) medicinam inuenisse. 11  
**¶** Idem Plynius scribit perpetuam fuisse febrem, C. Meccenati, cui etiam triennio supra mo. nullo horæ momento contigerit somnus. 12  
**¶** Antipater Sidonius poeta omnibus annis vno die Natali tantum corripiebatur febre, & ea consumptus est satis longa senectâ. Plynius libro septimo, & Valerius. 13  
**¶** Manilius Cornutus Mentagra laborauit. Ad cuius remedium inueniendum ducenta sestertia elocauit. Plynius Cap. primo libri, 26. 14  
**¶** Seruius Clodius eques Romanus Podagra laborauit, cuius dolore coactus est veneno crura perungere. Quo facto sensu protinus caruit. Plynius, Cap. 3. lib. 25, & Suetonius de illust. grammaticis. 15  
**¶** Ennius poeta itidem fuit Podagricus, neque tamen propterea abstinebat a musis. Pontanus de fortitudine. 16  
**¶** Cosmus Florentinus morbo podagræ coactus est domi se continere. Idem Pontanus. 17  
**¶** Ferunt M. Crassum furdastrum fuisse. Author Cicero lib. 5. Quest. Tusc. 18  
**¶** Vatinius auctore Macrobio, quamuis podagra laboraret, volebat tamen videri vicium disculisse, & mille passus ambulare se gloriabatur. 19  
**¶** Cambyses ab ineunte ætate morbo sacro afflictatus, nunquã postea satis conualuit. Nam plerosque sibi familiares per insaniam occidit. Cælius Cap. 20. noni 20  
**¶** In eundem morbum (qui propterea dictus est Herculanus) incidit Hercules vel ppter immensos labores, aut immittente Iunone, adeo vt in ipsa animi dementia filios interficeret. Crinitus & Volaterranus. 21  
**¶** Iulius Cæsar extrema ætate animo linguæ consuevit, atque etiam per somnium exterreri. Comitiali quoq; morbo bis inter res gerendas correptus est. Auctore Tranquillo. 22  
**¶** Liuius Drusus tribunus pl. quum eo morbo laboraret, Antyciram profectus, sumpto sibi dem Helleboro conualuit. Author Gellius, Cap. 15. lib. 17. 23  
**¶** Ioannes Venetus discipulus Theodori Gazæ Podagra plerumque laborabat. 24  
**¶** Theompompus Phthisi morbo laborans ab Asclepiade medico, sanatus est. 25  
**¶** Diodorum Podagricum fuisse docet Martialis dicens. Litigat, & podagra Diodorus Flacce laborat. 26  
**¶** Amedeus secundus filius Ludouici Sabaudie ducis, morbo Comitiali ad mortem vsq; laborauit. Volaterranus. 27  
**¶** Carolus rex Pannoniæ articulari morbo plerumque afficiebatur. 28  
**¶** Volaterranus ait Beatam Genouefam, ob vitæ abstinentiam multis annis ex lepra laborasse. Quod ego impium & fabulosum puto. 29  
**¶** Benjamin Anachoreta (qui annis. 80. durauit in Erema) fuit hydropicus. 30  
**¶** Heraclitus philosophus hydropisi quoque laborauit, neque tamen vti voluit medicis. Laertius. 31  
**¶** Pontanus scribit Mattheum Aquilanum pedibus & manibus captum fuisse. Neque tamen a Theologiæ & Philosophiæ professione destitisse. 32  
**¶** Diogenes Cynicus cibi cruditate in choleram solutus est. Cenforinus de die natali. 33

¶ Muti

- 1 Q. Pedius      2 Atys      3 Zoe      4 Aegles

**Q**. Pedius nepos Q. Pedij consularis fuit natura mutus. Quem ppterea Messala orator pictura docendum censuit. Author Plynius lib. 35. Cap. 4. 1

**¶** Atys Croesi filius a principio mutus, vbi vidit irruentem in iugulum patris sui Cyrum, O homo inquit, ne interficias patrem. Author Herodotus, & Gellius libro quinto, Cap. nono. 2

**¶** Zoe vxor Nicosrati martyris septem annis muta fuit ex morbo. Demum a beato Sebastianiano curata. Volaterranus. 3

**¶** Aegles Athleta, quum sortitione inter pugiles facta vidisset fucum sibi fieri, ac dari verba, repente in eum qui id faciebat, sese videre quid faceret, magnum inclamauit. Author Gellius, & Valerius de miraculis. 4

Homines

OFFICINA

¶ Homines male Olentes.

1 Euripides                      2 Gorgonius      Ruffinus                      3 Hiero

1 **E**uripides poeta oris graueolentia laborauit, Quod quum ei obiectum fuisset a De channico Archelai aulico, excanduit poeta grauius, quam opinaretur quispiam, Celius Cap. decimo, lib. 13.

2 ¶ De Gorgonio & Ruffino, Martialis, Pastillos Ruffinus olet, Gorgonius hyrcum.

3 ¶ Hiero Sicilia tyrānus laborauit itidem oris graueolentia, Vnde conuictio affectus a quodam propter oris foetorem, vxorem reprehēdit, vt que nihil ea de re vnquam dixisset, Cui illa, purabam inquit, omnes viros istiusmodi odorem olere, Plutarchus in Apolthegmatis.

¶ Lippi.

1 Eurytus                      Aristodemus                      2 Horatius

1 **H**erodotus in Polyhymnia scribit Eurytum & Aristodemum ob extremam lippitudinem e castris a Leonida remissos.

2 ¶ Horatius Flaccus varijs ī locis lippum se fuisse docet, vt Satyra, 5. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus illinere, Item, Lufum it Mecoenas, dormitum ego, Virgiliusq;. Namque pila lippis inimicum & ludere crudis.

¶ Quatuor complexionēs (vt dicitur) humani corporis.

¶ Phlegma, Cholera seu Bilis, Sanguis, Melancholia.

¶ Strabones lufci & Monoculi.

1 Polyphemus                      3 Phylenis                      5 Philippus macedo  
2 Cocles                      4 Acatius

1 **P**olyphemus Neptuni ex Thosa filius, quum duos Vlyffis comites deuorasset, ab ipso Vlyffe simulata amicitia inebriatus est vino, & altero (quia prius erat monoculus) priuatus oculo, Tibullus libro quarto, Cessit & ætneę Neptunius incola rupis, Victa Maroneo foetus lumina Baccho, Virgilius libro tertio Aenei, Et telolumen teretramus acuto, Ingens quod torua solum sub fronte gerebat, Idem, Monstrum horrendū, informe, ingens, cui lumen ademptum, Sidonius, Atque Ithaci ingenio fraudatum luce Cyclopam.

2 ¶ Cocles Romanus alterum in bello oculum amisit, nomē propterea inde sortitus, Quidā tamen id ex similitate nasi tractum autumant, quia sub ipsa fronte ita depressus, demissiusq; erat, vt nullum fere inter oculos discrimen extaret, ipsaque supercilia commixta forent & confusa, Plutarchus in vita Publicolæ.

3 ¶ De Phileni lufca, Martialis libro primo sic inquit, Oculo Philenis semper altero plorat, Quo fiat istud quæritis modo? Lufca est.

4 ¶ Acatius orator socius Lybani sophistæ vnico tantum vidit oculo.

5 ¶ Philippus macedo ab Astere milite sagitta percussus, alterum amisit oculū, Vnde & Aristides Philippum ipsum hoc ridebat scōmate, Arimaspi cognatus es, Arimaspi enim populi sunt monoculi, Plynius Cap. 37. libri septimi, & Plutarchus in Parall.

¶ Cæci & excecati

1 Tyrefias	12 Afconius pedianus	23 Phœnix
2 Antipater	13 Daphnis	24 Oepidus
3 Appius Claudius	14 Didymus	25 Phineus
4 C. Drusus	15 Lucilla	26 Phinidæ
5 G. Aufidius	16 Homerus	27 Polymnestor
6 Diodorus	17 Cedonius	28 Polyphemus
7 Asclepiades	18 Xenarchus	29 Ifaius imperator
8 Democritus	19 Sefostris	30 Polirelus
9 Hypsea	20 Amyfis	31 L. Metellus
10 Thamyras	21 Anchises	32 P. Cornelius
11 Stefichorus	22 Salaberga	33 Phanus

Timoleon

34	Timoleon	41	Sigibrandus	49	Vazul
35	Ophioneus	42	Nautulphus	50	Petrus rex
36	Callinicus	43	Belifarius	51	Bela
37	Artabafus	44	Lippus florentinus	52	Almus
38	Nicephorus	45	Ilus	53	Fara virgo
39	Constantinus	46	Metellus	54	Maiolus
40	Haraldus	47	Val. Bestius	55	Lycurgus.
	Gormo	48	Epizelus		

## EXPLANATIO.



**R**ta inter Iouem & Iunonem ludicra quaestione, vtri scilicet maior esset libido, Viro ne a 1 foemine, Tiresias Thebanus iudex electus, quum pro Ioue sententiam tulisset, dixissetque mulierem esse lasciuioꝛẽ abirata Iunone excaecatus est. Indignatus Iupiter caecitatem vaticinio pensauit. Ouidius in Ibin. Qualis erat, postquam iudex de lite iocosa, Sumptus Apollinea clarus in arte senex, Idem libro tertio Meta. Arbiter hic igitur sumptus de lite iocosa, Dicta Iouis firmat, Grauius Saturnia iusto, Nec pro materia fertur doluisse, sui que Iudicis a terna damnauit lumina nocte. Politianus scribit eum ideo excaecatum fuisse, quod nudam vidisset Mineruam, vbi in Ambra ait, Baculum dat deinde potentem Tiresiae magni, qui quondam Pallada nudam, Vidit & hoc rapta pensauit munere lucem. Seneca in Oedipode. Tiresias tremulo tardus accelerat gradum. Comesque Manto, luce viduatam trahens.

**A**ntipater Cyrenaicus fuit pariter deficiolus, Cuius caecitatem quum muliercula lamẽs tarentur, Quid agitis inquit? An vobis nulla videtur voluptas esse nocturna. Author Cicero lib. 5. Quest. Tusc.

**A**ppius Claudius quamuis caecus esset, tamen in illo suo casu, nec priuato, nec publico muneri defuit. Author Cicero.

**C**aecus fuit C. Drusus, Tamen domus eius implebatur consultoribus, qui in suis causis, caecum adhibebant ducem. Idem Author. & Valerius de Studio.

**C**n. Aufidius praetorius in caecitate, sententiam in senatu dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, & graecam scribebat historiam, & videbat in literis.

**D**iodorus Stoicus, itidem visu priuatus est. Versabatur tamen in philosophia, & fidibus Pythagoraeorum more utebatur, munusque tuebatur Geometriae, discipulis praecipiens, vnde, quo, quamque lineam scriberent.

**A**sclepiades nobilis philosophus interroganti cuidam, quid ei caecitas attulisset, respondit, vt puero vno essem comitator.

**D**emocritus quum existimaret animi aciem impediri aspectu oculorum, oculos ipsos sibi eruit, vt Philosophiae & rerum naturalium causas profundius meditaretur. Haec ex quinto Quaest. Tuscul. Ciceronis. Lucretius lib. 3. Denique Democritum postquam matura vetustas Admonuit memores motus languescere mentis, Sponte sua Laetho caput obuius obtulit ipse. Tertulianus ait ideo Democritum se excaecasse, q̄ mulieres sine concupiscentia aspicere non posset, Gellius lib. 10. De caecitate Democriti ex La berio Mimographo citat hos versus.

Democritus Abderites Physicus philosophus, Clypeum

Constituit contra exortum Hyperionis, oculos

Effodere vt posset splendore aereo, ita radijs

Solis aciem effodit luminis, malis bene esse

Ne videret ciuibus.

**H**ypsea mulier fuit notae caecitatis. Vnde Horatius lib. 1. Sermonum. Ne corporis optima Linceis Contemplere oculis, Hypsea caecior illa.

**T**hamyras Philamoni filius excaecatus est a musis, quas ad certamen cantus prouocauerat. Propertius lib. 2. Me licet & Thamyrae cantoris fata sequantur, Nunquam ad formosus inuide caecus ero. Politianus in Nutricia. Iam Thamyram cantu doctas anteire sorores. Frerum mox citharae damnatum & luminis orbem Quis nefecit? Pontanus lib. 3. de Stellis. Capti oculis lucem in tenebris sine lumine ducẽs, Vt Thamyrae inuideant, Pausanias apud Caesium testis est, Thamyrae oculos morbo fuisse corruptos,

Stefichorus

- 11 **C**Stefichorus Poeta quum Helenam suis carminibus infamasset, excæcatus est. Vbi taz men Palinodiam cecinit, recipit visum. Suidas apud Volaterranum. vnde Politianus in Nutricia. Et damnans Helenam, laudansque vicissim Amittit recipitque oculos, tuus Ine ra cuius Stefichorus.
- 12 **C**Alconius Pedianus anno suæ ætatis, 73. captus est oculis, Duodecim tamen postea vixit annis. Cælius Cap. 36. libri sexti.
- 13 **C**Daphnis pastor (qui carmen Buccolicum inuenit) luminibus captus est, quod ebrius cū quadam fœmina concubisset. Author Suidas apud Volaterranum.
- 14 **C**Dydimus Alexandrinus, præsul Cæsariensis, cæcus fuit a puero. Nihilominus dialecticâ & Geometriam didicit, scripsitque commentarios in Psalmos. Volaterranus.
- 15 **C**Lucilla virgo filia Nemelii tribuni, cæca fuit primo, Demum a Stephano pontifice recepit visum. Hęc sub Valeriano passâ est. Volaterranus.
- 16 **C**Homerum cæcum fuisse fatentur omnes. Vnde autem cecitatem illam contraxeris, non satis conuenit. Sunt qui dicant hoc ei ex morbo contigisse, Alij ex longa senectute. Ouidius in Ibin, apum aculeis excæcatus scribit dicens. Inque tuis opifex (vati quod fecit Achæo) Noxia luminibus spicula condat apis. Vt cumque acciderit, varij de hoc scripserrunt, Pontanus lib. 5. de stellis. Musarum ne quis prolem putet, Author Apollo Eripuit puero lucem, & caua lumina condit, Vnde oculis capto nomen permanit Homero.
- 17 **C**Cedonius vnus ex discipulis Christi cæcus natus est.
- 18 **C**Xenarchus Philosophus peripateticus, paulo ante mortē visu orbatus est. Author Strabo libro. 14. qui ait se aliquando eius auditorem fuisse.
- 19 **C**Sesoftris rex Aegypti in extrema senectute oculis captus mortem sibi cōsciuit. Michael Anglicus. Niliaca tali cæcus regione Sesoftris, Vltus adulterij est facta nephanda grauis, Hoc Anglici testimonium potius referendum est ad Sesoftrim filium, quem Herodotus libro. 2. Pheronem vocat. Huic enim itidem contigit, vt casu fortuito luminibus caperetur.
- 20 **C**Herodotus itidem scribit Anyfim regem fuisse Aegypti oculis captum. Hic a Sabaco Aethiopum rege expulsus est, qui postquam quinquaginta annos Aegypti regnum occupauisset, discessit vltro. Acceperat enim ex oraculo fore, vt in Aegypto tantundem regnaret. Eo demum profecto ex ea regione. Anyfis restitutus est imperio.
- 21 **C**Anchisam Boccatius cæcum fuisse scribit ex Seruij testimonio, ac propterea Troianorū consilijs nō interfuisse. Cecitatem autē contigisse ait, q̄ gloriaretur se Veneri concubuisse.
- 22 **C**Salaberga puella ex agro Lugdunēsi, (quę temporibus Dagoberti Francorū regis vita & sanctitate floruit) cecitatem ab vtero matris atulit.
- 23 **C**Phoenix Amyntoris filius, oculis caruit. Vnde Ouidius in Ibin. Id quod Amyntorides videas, trepidusque minister. Prætextes baculo luminis orbis iter.
- 24 **C**Oedipus vbi agnouit se locastę matri concubuisse, & patrem Laïum dedisse morti, sceleris horrore, oculos sibi eruit. Ouidius in Ibin. Nec plus aspicias q̄ quę sua filia rexit. Expertus scelus est cuius vterq; parens. Seneca in Oedipode. Scrutatur audis, manibus vncis lumina Radice ab ima funditus vultos simul Euoluit orbes.
- 25 **C**Phineus ira numinū excæcatus est, quod filios suafu Harpalices excæcasset. Sunt qui dicant Phineum Idę filię Dardani, Scytharum regis amore vsq; adeo captum fuisse, vt eius suafu filijs ex Cleopatra susceptis oculos euullerit. Ouidius in Ibin. Qualis & ipse fuit, quo precipiente, columba Est data Palladię præuia, duxque rati. Martialis lib. 9. Phineas inuites, affer & Oedipodas.
- 26 **C**De Phinida a Phineo patre excæcatis. Idem Ouidius inquit, Vt duo Phinidæ, quibus idem lumen ademit.
- 27 **C**Polymnestor rex Thraciæ quum Polydorum Priami & Hecubæ filium, fidei suę tempore belli Troiani creditum auri (quod ille habebat) cupiditate occidisset, indignata mater Hecuba eidem per simulatam amicitiam conuocato oculos eruit. Euripides apud Plutarchum in Parall. Ouidius in Ibin, Quique oculis caruit, per quos male viderat aurum. Inferias nato quos dedit orba parens.
- 28 **C**Polyphemus quum prius esset monocolus, ab Vlysse prorsus excæcatus est. Causam iam diximus. Ouidius in Ibin, Pastor vt ætæus, cui casus ante futuros Telemus Eurymedes vaticinatus erat.
- 29 **C**Isfacius Angelus imperator ab Alexio fratre (quem prius magna pecunia a Turcis redemerat) excæcatus est & in carcerem coniectus. Bap. Egnatius.
- 30 **C**Polizelus Atheniensis in bello contra Datum ducem Perfarum, incerto casu cæcus factus est. Author Plutarchus in Parall.



- C**L. Metellus orbam luminibus exegit senectutem, amissis incendio, quum Palladium ra-  
 peret ex æde Vestæ. Author Plynius lib. 7. Cap. 43. 31
- C**P. Cornelius Rufus, Manij Curiij in consulatu collega, dormiens oculorum visum amis-  
 sit, quum id sibi accidere somniaret. Author Plynius Cap. 50. lib. 7. 32
- C**Phanus fuit vsurari<sup>9</sup> quispiã cæcus. De quo Erasmi<sup>9</sup> meminit i illo adagio, Phani ostiũ. 33
- C**Timoleon Corinthius (q̄ expulso Dionysio Syracusas redemit seruitute) ætate iam pro-  
 uectus, morbo cœpit laborare, quo cæcus factus est. Author Plutarchus in eius vita. 34
- C**Ophioneum Messeniorum vatem Pausanias apud Cælium scribit semper a Natali sta-  
 tim die luminibus captũ, & priuatim, & publice vaticinia peregrisse & post vehementem  
 capitis dolorem videre cœpisse, ac mox relapsũ ad cœcitatem denuo. 35
- C**Iustinianus imperator ante Leontium Callinico patriarchæ Constantinopolitano (cuius  
 dolo prius imperio fuerat detrusus) oculos eruit. Diaconus. 36
- C**Constantinus Copronymos imperator Artabasdam primæ nobilitatis hominem, impe-  
 ratorem ab orthodoxis creatum, biennio post captum, oculorum visu cum liberis priuauit.  
 Egnatius. 37
- C**Constantinus imperator Leonis & Irenes filius, Nicephorum imperatorij stemmatis  
 hominem ( in quem suffragia multorum inclinabant ) oculorum & linguæ vsu priuauit.  
 Idem Egnatius. 38
- C**Irene postea imperatrix rerum potita filium Constantinum in potestatem redactũ ex-  
 cœcauit. Idem Egnatius. 39
- C**Haraldum quedam principem fuisse scribit Saxo quam præ senio amisit visum, Quod  
 etiam de Gormone testatur lib. 9. 40
- C**Ariberthus rex Francorum Sigibrandum Asprandi filium oculis priuauit, omnesque  
 eius propinquos, varijs tormentis affecit. Diaconus de gestis Longobardorum. 41
- C**Nautulphus puer natura cæcus precibus Sancti Senoch visum recepit. Author Grego-  
 rius Turonensis. 42
- C**Belisarius præfectus copiarum Iustiniiani imperatoris, deletis Vandalis acto de Persis  
 triumpho, Italia a Barbaris non semel liberata, propter prosperos successus ipsi imperatori  
 formidolosus & suspectus factus est, ac propterea ab eodem oculis priuatus. Quo facto tu-  
 guriolum in via frequenti sibi statuit, vbi victum a prætereuntibus mendicabat his ver-  
 bis. Viator da obolum Belisario, quem virtus extulit, cæcauit inuidia. Author Procopius,  
 & Crinitus Cap. 6. noni. 43
- C**Pontanus de fortitudine bellica ait Lippum florentinum oculis captum fuisse, ac nihilo  
 minus in cæcitate Rhetorum ac philosophorum auditoria frequentasse. 44
- C**Quum in Troia Mineruæ templum ardere, illud demissum cœlo Palladium eripuit, sta-  
 timque oculis captus est. Postmodum placata ira deæ, pristinum recuperauit visum. Au-  
 thor Dercylus apud Plutarchum. 45
- C**Metellus quoque templum Vestæ incensum conspicatus, Palladium eripuit, statimque  
 oculis captus est. Postmodum dea placata visum recepit. Idem author. 46
- C**Valerius Bestius dum Ruscium L. Imbrici foci sui filium fidei suæ creditum, cupidi-  
 tate auri interfecisset, ab ipso postea Imbrico correptus & excæcatus est. Author idẽ Plut. 47
- C**Herodotus in Erato ait Epizelum Atheniensem, in bello incerta causa luminibus captũ  
 fuisse, neque faucium vlla corporis parte, neque ictum. 48
- C**Keilla Pannoniæ regina maritum suum Vazulem exoculauit. 49
- C**Endra filius Bazulis Pannoniæ regis Petro itidem Pannoniæ regi oculos eruit. Au-  
 thor Volaterranus. 50
- C**Bela secundus Almi filius, rex Pannoniæ a Boricho filio notho Colomani itidem Pan-  
 noniæ regis excæcatus est. Idem Volaterranus. 51
- C**Colomanus rex Pannoniæ post Ladillaum, Almo fratri oculos eruit, & eundem occidit. 52
- C**Fara virgo (quæ sub Heraclio imperatore floruit) dum ab Hagerrico patre ad nuptias  
 compelleretur, in tantas prorupit lachrymas, vt inde cæcitatem contraxerit. 53
- C**Maiolus patria Aruernensis, Archidiaconus Maticensis, ex morbo luminibus orbatus  
 est, vtrum tamen compluribus prodigiose restituit. 54
- C**Lycurgus a Thracibus (quibus principabatur) excæcatus est quod fœminas quasdam  
 sequentes Bacchum simulata cum deo amicitia interfecisset. Author Diodorus. Lycurgus  
 legillator quum sustulisset conuiuiorum apparatus, & Lautiores menfas, impegit in odiũ  
 diuinitum, ita vt quum in concione ea persuadere niteretur, contigit vt ab Alcandro adoles-  
 cente effosso quidem oculo vulneraretur. Plutarchus in Apophth. Laconicis. 55

OFFICINA

¶Claudi.

1	Epitectus	5	Cocles	9	Perdix
2	Colomanus	6	Philippus macedo	10	Artemon
3	Damon	7	Nicomedes	11	Labda
4	Androclides	8	Aristogiton	12	Vulcanus

**E** Pitectus philosophus Hierapolitanus, claudus fuit. Vnde apud Macrobius hoc modo inducitur loquens. Seruus Epitectus genitus sum corpore claudus, Paupertate Irus, dijs & amicus ego.

- 2 ¶Colomanus rex Pannoniæ dicitur fuisse luscus, claudus, gibbosus, Lingua blefus, & ore improbo, Volaterranus.
- 3 ¶Damon Pædotriba fuit quispiam claudicans, qui quum crepidas furto amississet, imprecatus est, vt furis pedibus maxime congruerent. Erant autem hæ non rectæ nec accommodæ. Illi tamen pro pedum deprauatorum ratione imprimis apte. Author Cælius.
- 4 ¶Idem Cælius ait Androclidem Laconem debilem crure & inutilem fuisse.
- 5 ¶Cocles accepto vulnere claudus factus est. Cui quum cruris viciū obiectaretur, per singulos inquit gradus admoneor triumphi mei, Plutarchus in Publicola.
- 6 ¶Philippus macedo, accepto in coxa lancæ ictu, incidit in clauditatem, quod laudi sibi vertebat aduersus calumniatores. Cælius Cap. 5. libri octaui.
- 7 ¶Nicomedem Cælius ait fuisse quendam, alium a rege Bythinia.
- 8 ¶Aristogiton Atheniensis fuit sycophanta, cuius conciones nihil non Martium spirabāt, adeo vt ventosa sua lingua populum in discrimina plerumque conijceret. Proinde quum die quadam exercitum parari, & milites deligi intellexisset, innixus baculo clauditatem simulauit, ne ad bellum vocaretur. Vnde adagium fluxit in vulgus Aristogiton claudicat. De his, qui morbū simulant, ne militiam aut aliud oneris genus lubeant, Cælius Cap. 40. lib. 13. & ante eum Plutarchus in Phocione.
- 9 ¶Perdix caupo fuit quispiam claudus, cuius clauditas prouerbio locū fecit. Perdixis crura, in loripedes & distortos. Aristophanes apud Erasmus.
- 10 ¶Artemon faber fuit machinarius tempore Periclis, qui quum claudus esset, suas passim machinas circumferebat, Erasmus in Chiliadibus.
- 11 ¶Labda mulier Corinthia, Amphionis cuiusdam filia & Ectionis vxor fuit etiam clauda. Author Herodotus lib. 5. & Cælius Cap. 23. lib. 7.
- 12 ¶Vulcanus a lotu præcipitatus ob deformitatem, vel quod matri opem ferre vellet, incidit in clauditatem. Ad quod alludit Vale. Flaccus lib. 2. Argon. Accliuem scopulo inueniunt miserentque fouentque Alternos ægros cunctantem poplite gressus. Pontanus in libro Meteororū. Vulcanū fama est cœlo quum pulsus ab alto, Sub terris sine honore diu, sine munere claudum vixisse, & Sicula exilium traxisse sub ætna. Idem Martianus Capella. Quidam etiam claudus faber venit. Lactantius. Tum faber claudus Mineruæ nuptias postulauit, Germanus Brixius, Deumque loripedem simul arma ad coniurata vocasse.

¶Balbi.

1	Battus	3	Poggius Florentin <sup>9</sup>	5	Michael Thraulus
2	M. Fundus	4	Alcibiades		

**H** erodotus in Melpomene ait Battum Polymnesti inter Therqos opulenti & Phronymæ filium balbum fuisse, ac propterea consuluisse Apollinem qui hoc modo responderit. Batte venis vocis causa, Dux te iubet ire Lanigram in Lybien habitatum, Phœbus Apollo. Vide etiam Cælium Cap. 22. lib. septimi.

- 2 ¶Cicero tertia Philippica scribit M. Fundum nescio quem cognominatum Bambalionē ab hesitantia lingue.
- 3 ¶Eodem nomine Fr. Philclphus Poggium Florentinum ob vicium lingue infectatus est. Author Cælius Cap. 23. libri. 7.
- 4 ¶Euripides apud Cælium scribit Alcibiadi in dicendo Balbutiem fuisse, quæ voci illius splendorem & sermoni gratiam asferre videbatur.
- 5 ¶Michael imperator (qui Leoni Armenio successit) lingua fuit balbus, dictus propterea Thraulus a Græcis, Egnatius.

Furioli &

¶ Furiosi & Mantiaci.

1	Orestes	10	Aiæx	19	Thimantes
2	Pentheus	11	Cleomedes	20	Acco
3	Milo	12	Cleomenes	21	Pisander
4	Athamas	13	Prætidæ	22	Cambyfes
5	Agæue	14	Chares	23	Aio
6	Lycurgus	15	Gallus Vibius	24	Harthbenus
7	Martias	16	Euagoras	25	Vlyffes
8	Hercules	17	Lucretius	26	Minyæ filia
9	Alcæon	18	Sparfus		

¶ EXPLANATIO.



Orestes Agamennonis & Clytēnestræ filius, propter interfectam matrem furiosus factus est, donec ad aram Dianæ Tauricæ expia uerit scelus. Virg. lib. 3. Aen. Et scelerum furij agitatus Orestes. Ouidius lib. 1. de Tristibus. Vt foret exemplum veri Phocæus amoris, Fecerunt Furij tristis Oreste tug. Item libro. 4. Quo postquam dubium est, pius an sceleratus Orestes, Exactus Furij uenerat ipse suis. Lucanus lib. 7. Haud alios nondum Scythica purgatus in ara, Eumenidum uidit vultus Pelopeius Orestes. Horatius libro. 2. Sermonum. Nec ferro vt demens genitricem occidit

Orestes. An tu reris eum occisa insanisse parēte. Stroza pater. lib. 1. Eroticō. Arsit in Aegyptio furiosi mater Orestis. Statius lib. 1. Theb. Vel inanem mentis Orestem, Opposito rapidam Pylade vitalse Megeram. Cælius scribit Orestem vi furoris, sibi digitum arrosisse & vorasse. Eoque facto, Eumenidas illi albas se ingessisse, quum prius nigro colore oes current formidolose. Adagiū est apud Erasimum. Orestis pallium texere. In eum, qui parat munus abufuro, Nam Orestes per insaniam vestes dilacerabat. Virg. Lib. 4. Aenei. Aut Agamennoniū scænis agitatus Orestes Armatam facibus matrem & serpentibus atris, Quum fugit, vlticesque sedent in limine diræ.

¶ Pentheus dum sacra Bacchi despicaretur, vlcifcente numine in furorem raptus est. Virgilius libro. 4. Aenei. Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus, Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas. Lucanus libro septimo. Nec magis attonitos animi sensere tumultus, Quum fureret Pentheus, aut quum descisset Agæue.

¶ Milo Epyrota quum hastam in Laodomiam filiā Pirrhii coniecisset, quæ ad aram Dianæ velut ad Asylum confugerat, dea vindicante, in furorem raptus est, quo intra duodecimū diem periit.

¶ Athamas Aeoli filius furij a Iunone immissis, vsque adeo correptus est & agitatus, vt Learchum filium interfecerit. Ouidius lib. 6. Fast. Hinc agitur furij Athamas, sub imagine falsa, Tuq; cadis patria parue Learche manu. Huius rei meminit Ply. cap. 14. lib. 34.

**A**gæue Cadmi & Hermiones filia, Bacchico furore correpta, Pentheum filium interfecit. Lucanus lib. 1. Ingens vrbem cingebat Erymnis, Excitens pronā flagrantem vertice Pinum, Stridētesque comas, Thebanam qualis Agæuem impulit, aut se qui contorsit tela Lycurgi Eumenis. Idem libro. 7. Nec magis attonitos animi sensere tumultus, Quum fureret Pentheus, vel quum descisset Agæue. Horatius lib. 2. Ser. Quid caput abscessum demens quum portat Agæue Nati infelicis, sibi tum furiosa videtur, Seneca in Oedipode. Peior hac genitrix adest, Furibunda Agæue.

¶ Lycurgus Dryantis filius rex Thraciæ a Baccho ( cuius numen aspernabatur ) in furorem versus, crura sibi amputauit. Lucanus. Thebanam qualis Agæuem Impulit, aut se qui contorsit tela Lycurgi Eumenis. Ouidius in Ibin. Vtque Dryantidē Rhodopeia regnantem, Ingenio dispart, cui pede claudus erat.

¶ Martias dum Apollinem ad tibie certamē prouocasset, in furorem versus & ab ipso deo excoriatu est. Ouidius in Ibin. Mens quoque sic furij vecors agitur, vt illi Vnum qui toto corpore vulnus habet.

¶ Hercules visa apud inferos Megera, in furorem versus est, vnde regressus, filios imprudens occidit. Lucanus lib. 1. Aut qualem iussu Iunonis iniquæ Horruit Alcides viso iam Dite Megæram.

Alcæon

- 9 **C**Alcmeon Amphiarai & Eryphiles filius, propter interfectam matrem, furis itidem agnatus est. Propertius lib. 3. Aut Alcmeoniae furiae, aut ieiunia Phinci, Politianus in Nutricia. Oenideque facem, furis Alcmeona pulsum.
- 10 **C**Aiax Telamonis filius, propter arma Achillis mortui, data Vlyssi in virtutis praemium, dolore animi & inuidia in furorem versus, armenta loro cedebat, existimans se interficere Graecos. Apuleius lib. 3. Meta. In infani modum Aiakis armatus, non vt ille viuus pecoribus infestus tota lanauit armenta.
- 11 **C**Cleomedes Astypalensis, prodigiosis homo viribus, dum Iacchum Epidemnum athletam icu pugnifer interfecisset, interfecti aperuisset latera, ac propterea iudices tantam perosifirmitatem, in eum vellēt animaduertere, indignatus & i furorem versus columnam (qua ludi literarij domus fulciebatur) disiecit, eaque ruina pueros omnes adobruit. Sunt qui dicant hunc furorem eidem irrepsisse, quod victoriae praemio fuisset fraudatus. Plutarchus in Romulo, & Caelius Cap. 26. libri noni.
- 12 **C**Fuit alter Cleomedes seu Cleomenes, quem Herodotus in Erato scribit a Lacedaemonijs (quibus imperabat) primum expulsum, demum pristinae dignitati restitutum fuisse. Nec multo post in tantam insaniam incidisse, vt vnicuique obuio sceptrum in faciem impingeret. Quod eum facientem propinqui soleis ligneis illigauerunt & in carcerem coniecerunt. Vbi arrepto custodis & Ergastularij gladio ab ima corporis parte ad verticem capitis sese dissectur.
- 13 **C**Proetides seu filij Proeti Argiuorum regis, dum lunoni se praferrent, in furias versa ac postmodum mutatae in vaccas finguntur a poetis. Virg. in Bucco. Proetides implerunt falsis mugitibus agros. Vide Seruium in expositione huius carminis.
- 14 **C**Plutarchus in vita Artoxerxis scribit, Charem fuisse quendam, qui in bello Cyrum vulnerauerit succisa poplitis vena, quem ait insaniam postmodum fuisse correptum, nimia illati Cyro vulneris arrogantia.
- 15 **C**Gallus Vibius vir fuit magnae eloquentiae, qui dum insaniam mentiretur, quod assumabat, ad verum redegit. Caelius libro sexto Cap. 35.
- 16 **C**Caelius scribit Euagoram Cypriorum repentino furore correptum fuisse.
- 17 **C**T. Lucretius poeta Physicus, sumpto amatorio poculo, in furiam lapsus est, qua impellente mortem sibi coniecit. Eusebius, & Caelius Cap. 26. lib. noni. vnde Statius. Et docti furor arduus Lucreti.
- 18 **C**Spartus fuit quispiam, quem Seneca scribit inter scholasticos insanum, inter insanos scholasticum fuisse. Vide etiam Caelium.
- 19 **C**Timanthes Cleoneus athleta, quum senio confectus arcum non posset complicare, quē intendebat iuuenis, dolore animi in furorem lapsus est, ac propterea se interfecit. Author idem Caelius lib. sexto. Cap. 35.
- 20 **C**Acco mulier iam decrepita, quum faciem (quam ad speculum explorabat) senio deformatam conspiceret, animi egritudine in insaniam lapsa est. Alij aliter sentiunt. Aiunt enim ipsam consueisse alloqui suam imaginem in speculo eique subridere, comminari, promittere, sublandiri, & quicquid confabulantes solent dicere. Idem author.
- 21 **C**Pisander eo vesaniae lapsus est, vt timeret, necubi anime suae occurreret, a qua viuus esset destitutus. Caelius Cap. 26. libri noni.
- 22 **C**Cambyfes quum Apim (quem Aegyptij pro deo colebant) violasset, vlciscente numine, lapsus est in furias. Quibus agnatus, vniuersam prope familiam deleuit. Author Herodotus in Thalia. Postremo furore victus seipsum interfecit.
- 23 **C**Aio filius Arichis ducis Beneuenti missus a patre ad Rhotarem Longobardorum regem, in Italia veneno potus est. Cuius virtute cepit insanire. Author Paulus diaconus de gestis Longobardorum.
- 24 **C**Harthbenus fuit athleta quispiam ex Helsingia, nouem cubitis procerus, quem Saxo grammaticus, in tantas furias testatur cecidisse, vt summas Clypei partes corroferit, igneos carbones, ventri mandauerit, Raptas ore prunas in viscerum ima transfuderit, crepantia flammaram pericula percurrerit, & ad extremum in sex athletarum suorum praecordia, furente manu ferrum conuerterit.
- 25 **C**Vlysses quum esset Graecorum prudentissimus insaniam tamen simulauit, ne ad bellum Troianum proficisceretur. Vt autem persuaderet se esse vere insanum, salem seminabat, variisque animalibus aratra iungebat. Astum hominis explorauit Palamedes, qui aranti Telemachum filium obiecit. Quem ne lederet ipse Vlysses pater aratrum suspendit. Vide Ciceronem libro tertio Officiorum.

¶ Cælius libro nono Cap. 26. scribit Minye cuiusdam filias eo furore percitas, vt humanis carnibus vesci appeterent, imo etiam filios ad eam rem fortirentur, ac Leusippam Hippasum filium, quæ petierat fors, Laniandum exhibuisse.

## ¶ Furie tres.

1 Alecō

2 Thesiphone

3 Megea.



Vrias poetæ Acherontis ex nocte filias vocant, Virgilius, Dicuntur geminæ pestes, cognomine diræ, Quas & Tartaream nox intempesta Megeram Vno eodemque tulit partu. Propterea Galterus in Alexandreide, decenti Epitheto eas vocat Noctigenas libro decimo, vbi ait. Hoc ego si dea sum, qua nulla potentior inter Noctigenas, si me vestram bene nostis alumnam, Eadem ratione Mantuanus eas vocat Acherontigenas. Apud inferos dicuntur Canes, Lucanus, iam vos ego nomine vero Eliciam, Stygiasque canes in luce superna Destituam. Apud mortales vocantur furie, quod furoris stimulos hominum præcordijs inculcent. Propterea etiam finguntur ijs colubros immittere, quos ad Maniam trahunt. Vnde Virgil. Cæruis vnum de crinibus anguem Conijcit, inque sinu præcordia ad intima subdit, Quo furibunda domum monstro permisceat omnem. Dicuntur & Eumenides sensu contrario & per Antiphrasim. Eumenis enim Beneuolens dicitur, Quidius, Eumenides tenuere faces de funere raptas. Feruntur & capillorum loco, redimite serpentibus & colubris, Catullus, Quare facta virum multantes vindice pœna, Eumenides, quibus anguineo redimita capillo, Frons expirantes præportat peccatoris iras, Huc huc aduentate, meas audite querelas, Ouidius libro quarto Meta, Deque suis atros peccabant crinibus angues. Statius libro. 12. Et Anguicomæ ducent vexilla forores, Mantuanus in Apollonia, Exhibant de sede Erebi terrima monstra Thesiphone, furie que alie multo angue comantes, Quippe quibus dominabantur Plutonides vmbre, Appellantur etiam diræ, Virgilius, At procul vt diræ stridorem agnouit & alas, Infelix crines scindit luturna solutos, Idem libro quarto Aenei, Vtricesque sedent in limine Diræ, Item in eodem, Et diræ vtrices, & dii morietis Elise, Claudianus libro secundo de Raptu, Sunt tibi deformes Diræ, sunt altera Lethes, Flumina, Earum autem officium Virgilius his verbis aperit,

Hæ louis ad solium, sæuique in limine regis

Apparent, ac uuntque metum mortalibus ægris,

Si quando Læthum horrificum, morbosque deum rex

Molitur meritis, aut bello territat vrbes, Lactantius libro. 6. de vero cultu, de his in hunc

modum scribit, Tres sunt affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agunt, Propterea poetæ tres furias esse dixerunt, quæ mentes hominum exagitant, Ira vltionem desiderat, Cupiditas opes, Libido voluptates,

¶ Furiarum prima est Alecō, quam Virg. hoc modo depingit lib. 7. Aenei,

Lucificam Alecō dirarum a sede sororum

Infernisque ciet tenebris, cui tristia bella,

Iraque, insidiæque, & crimina noxia cordi,

Odit & ipse pater Pluton, odere sorores

Tartareæ, Monstrum tot sese vertit in ora,

Tam sæuæ facies, tot pullulat atra colubris,

Item paulo post subiungit,

Tu potes vnanimis armare in prælia fratres,

Atque odijs versare domos, Tu verbera tectis

Funereasque inferre faces, Tibi numina mille,

Mille nocendi artes.

¶ Quod autem sit Noctis filia, testis est apud eundem Virgilium Iuno hoc modo loquens,

Hunc mihi da proprium virgo fata nocte laborem, Item Mantuanus in Lucia, Surge, &

quicquid fata nocte profunda Consulit Alecō, vome,

¶ Thesiphone seu Thyphione secunda Acherontis filia, hoc modo ab Ouidio describitur,

Nec mora, Thesiphone madesactam sanguine sumit Importuna facem, fluidoque

cuore rubentem Induitur Pallam, tortoque incingitur angue, Egrediturque domo, Lus

æus comitatur euntem, Et pavor, & terror, trepidoque infania vultur, Item Claudianus,

g Centum illi

OFFICINA

Centum illi stabant vibrantes ora Cerastræ, Turba minor diri capitis, Sedet intus abactis  
 Ferrea lux oculis, qualis per nubila Phœbes Atracia rubet arte color suffusa veneno. Iræ  
 Stadius, Suffusa veneno. Tenditur, ac sanie gliscit cutis, igneus atro Ore vapor, quo lon-  
 ga sitis, morbique, famesque, Et populis mors vna venit. Ouidius libro quarto Tristium,  
 fecit inde adiectiuum Thesiphonæus, vbi ait. Cupiasque eradere vite, Tempora (si possis)  
 Thesiphonæa tue. Hanc filiã esse noctis docet Syllius libro secundo dicens. Et palmas ten-  
 dens, hos inquit noctis alumna, Hos muros impelle manu, Populumque feroce Dextris  
 sterne tuis, Iuno iubet. Colubris instar ceterarum armatam esse docet Mantuanus lib. 4.  
 Agelariorum dicens. Ite, canes adsunt Herebi, Crinita colubris Thesiphone, spiransque  
 venenum, ignemque Megera, Et soror, atque mali manes & cerberus ipse.

3 **M**egeram tertiam Acherontis & Noctis filiam, Claudianus de laudibus Stiliconis  
 describit, Improba mox surgit tristi de sede Megera, Quam penes infani fremitus  
 animique prophanus Error, & vndantes spumis furialibus iræ Non nisi quæsitum  
 cognata cede cruorem, Illicitumque bibit, patrius quem fuderit ensis, Quem dederint fra-  
 tres, Hęc terruit Herculis ora, Hęc defensorum terrarum polluit artus, Hęc Athamantheg  
 direxit spicula dextræ, Hęc Agamennonios inter bacchata penates Alternis lufit iugulis,  
 Hac auspice teq̃ Oedipodem matri, natę iunxere Thyestem. Serpētibz esse redimitam  
 docet Mantuanus libro secundo de Cala. Temporum. Per medias vrbes colubris crinita  
 Megera, Sanguineisque caput vitis intorta, flagello In scelera & culpas homines vrgere  
 laborat, Criminis & pœnæ dux, hortatrixque malorum.

¶ Stulti & insipientes.

1	Corœbus	5	Amphistides	9	Mydas
2	Bagas	6	Accon	10	Plylli
3	Melitides	7	Cippius	11	Claudius princeps.
4	Mammachutus	8	Zenophantus		

1 **C**orœbij filij Mygdonis Phrypij stulticia vulgi fabulis celebrata est, qui maris vn-  
 das numerare conabatur, quum non posset vltra quinque numerare. Authores Eu-  
 stathius & Lucianus apud Erasmmum.

2 **B**agas fuit quispiam stupide mentis & attonitę. Author Plutarchus in Collectaneis apud  
 Erasmmum. Vnde ortum adagium, Vt Bagas constitititi.

3 **M**elitides fuit stultus ab Homero celebratus, qui eueisa iam Troia, venisse legitur auxi-  
 lium laturus Priamo. Lucianus apud Erasmmum. Melitidem aut Corœbum me putas per  
 deos?

4 **E**nthusiasmus est quidam mentis stupor, quo laborauit Mammachutus quispiam sola  
 insignis fatuitate. Vnde Mammachuti dicuntur hiantes & stupidi. Author Aristophanes  
 apud Cælium Cap. 28. lib. noni.

5 **A**mphistides tantę fuit stultitię, vt ignoraret, vtro ex parente prognatus esset.

6 **A**ccon vetula eo laborauit delirio (sicuti iam diximus) vt solita sit ad speculũ cum ima-  
 gine sua, perinde ac cum alia muliere confabulari. Authores Cælius & Erasmmus ex aduo-  
 catis Græcorum testimonijs.

7 **C**ippius simulabat se dormire & stertere, quo facilius eius vxor mœcharetur. Quod ar-  
 guit eum a Zelotypia longe fuisse alienum. Vnde natum videtur Adagium Ciceroni in  
 quadam ad Fabium Gallum epistola positum. Non omnibus dormio. Author Lucilius a-  
 pud Beroaldum in suis super Suetonium commentarijs.

8 **Z**enophantus fuit quispiam stultus, qui quo magis risum cohibere nitebatur, hoc ride-  
 bat profusius.

9 **M**ydas Gorgij filius, quum agrestem Panos dei Cantilenam Apollinis carminibus præ-  
 tulisset, indignatus Apollo afininas auriculas eidem indidit, quibus postea abiit in risum.  
 Vide Ouidium lib. 11.

10 **P**lylli populi dum Austrum ventum plus nimio haberent inuisum, vt sibi & suæ terra-  
 noxiũ sumptis armis in eum hostiliter profecti sunt, ceu viuũ aliquem hominẽ, & non  
 rem in corpoream peterent. Herodotus lib. 4. & Gellius Cap. 11. lib. 16.

11 **I**nter stultos numeratur Claudius princeps, q̃ Domitium Neronem adoptauerit, quum  
 Britannicum legitimo thoro natum haberet. Sabellicus in Exemplis.

Medici Pharmacopola

¶ Medici pharmacopolæ & Chirurghi.

1	Apollo	25	Castor	46	Mycon
2	Aesculapius	26	Cherias	47	Machaoni
3	Acron	27	Chryfermus	48	Melampus
4	Aristogenes	28	Cleomporus	49	Meges
5	Aristogenes		Craterus	50	Nicias
6	Asclepiades	29	Democedes	51	Nicomachus
7	Acefias	30	Dexippus	52	Nicerotes
8	Arabs	31	Diocides	53	Oribasius
9	Antonius mufa	32	Democrates	54	Ocularius
10	Archagatus	33	Democritus	55	Philippus
11	Amythaon	34	Dafius	56	Pæon
12	Apollodoros	35	Epicharmus	57	Petriclius
13	Artemon	36	Erafiftratus	58	Prodicus
14	Attalus	37	Euphorbus	59	Philiftion
15	Alcon		Eribothes	60	Philon
16	Agron		Galenus	61	Podalyrius
	Archigenes	38	Glaucias	62	Sinalus
17	Bafilius		Glico		Syrophœnix
18	Chiron	39	Hippocrates	63	Themifon
19	Cornelius Celfus	40	Hermogenes	64	Theombrotus
20	Critobolus	41	Iulianus	65	Theffalus
21	Cleophantus	42	Lucas	66	Vectius valens
22	Chrylippus	43	Lycus	67	Alij plerique
23	Crinas	44	Menecrates		
24	Charmis	45	Martion		

¶ EXPLANATIO.



Pollo Aesculapij pater medicinæ vsum primus dicitur attulisse, ac propterea meruisse deitatem. Ouidius libro primo Meta. Inuentum medicina meum est, opifexque per orbem Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis. Idem libro primo de remedio. Te precor o vates, adsit tua laurea nobis, Carminis & medicæ Phœbe reperi- tor opis. Calentius. Phœbe compertor medicæ salutis. Macrobius. Virgines (inquit) vestales ita indigitant, Apollo medicæ, Apollo Pæan, Nec aliam ob causam Alexicæus, i. malorum expulso- rus est.

¶ Aesculapio Apollinis filio plerique etiam inuentum medicinæ referunt acceptum. In qua adeo excelluit, vt mortuum Hippolytū fingatur ad vitam reuocasse, & Androgeum Minois filium ab Atheniensibus interfectum. Proper. libro secundo. Et deus extinctum Cressis Epidaurius herbis Restituit patrijs Androgeona focis.

¶ Acron Agrigentinus medicus, Athenis philosophatus est cum Empedocle. Fuit anti- quior Hippocrate, Scripsit de medicina librum vnum. Suidas apud Volaterranum.

¶ Aristogenes Thasius medicus floruit temporibus Antigoni Macedoniæ regis ad quem libros plurimos scripsit de medicina. Suidas apud Volaterranum.

¶ Aristogenes alter Guydius Chrylippi philosophi seruus fuit itidem medicus, qui ma- gnam adeptus est famam ex curatione Antigoni Gonatæ cognomēto. Idem apud eundē.

¶ Asclepiades Prusiensis, Cn. Pompeij familiaris, rationem primus reperit, qua vinū egris mederetur, relato e funere homine & consuato, Dicebat salutem constare cibi potusque abstinentia, præterea gestatione, ambulatione, & fricatione. Scripsit ad Mithridatem vos lumina. Authore Plynio. Mortuus est scalarum lapsu in extrema senectute. Idem blandis menta & lenocinia commentus est ad ægrotorum gratiam & iucunditatem. Si quidem & balnearum consuetudinem fecit, primusque lectulos excogitauit suspensiles, quorum molli iactatione irritaretur & obreperet somnus. Author Plynius lib. 7. Cap. 37. & Cap. 3. lib. 26. Idem phreneticorum turpatas mentes sepe per symphoniam nature sue reddidit. Author Cenforinus.

¶ Acefias fuit imperitus medicus, qui dum cuidam podagrico mederi vellet, morbum & dolorem auxit.

- dolorem auxit. Vnde natum adagium, Acesias medicatus est, vbi res in deterius vergit: Erasimus in Chiliadibus.
- 8 **¶** Arabus Apollinis fuit filius & Babylonis, quem Plynius libro septimo medicę artis apud Aegyptios repertorem dicit.
- 9 **¶** Antonius musa medicus fuit Augusti, de quo Horatius meminit lib. 1. Epist. dicens. Nā mihi Baias Musa superuacuas Antonius. Optimus fuit medicus. vnde & honore statuę decoratus est publico edicto, quod eius opera & industria Augustus conualuisset, a morbo. Suetonius. Medico Antonio musę inquit, cuius opera ex ancipiti morbo conualuerat, statuam ære collato iuxta signum Aesculapij statuerunt. Dabat autem viperas edendas, quum incidisset insanabilia vlcera, mira que celeritate perfanabat. Plynius meminit huius Cap. 7. lib. 25. & Cap. 3. libri. 30.
- 10 **¶** Cassius hemina apud eundem Plynium testis est Archagatum Lysaniae filium Peloponensem, primum e medicis venisse Romam L. Aemylio, & M. Liuiio consulibus. Eique ius quirritium datum, & tabernam in compito Acilio emptam. Ob id publice vulnerarium fuisse eum tradunt vocatum, mire que gratum aduentum eius ab initio, Mox a fauuitia secandi vrendique, nomen carnificis meruisse.
- 11 **¶** Amythaon Melampodis pater inter claros medicos olim habitus est.
- 12 **¶** Apolodri duo fuerunt Scylleus & Tarentinus ambo medici, De quibus Plynius li. 20. Cap. 4. loquitur.
- 13 **¶** Artemon fuit medicus, qui calua interfecti igneque cremati propinauit aquam e fonte noctu comitialibus morbis, Authore Plynio Cap. 1. lib. 28.
- 14 **¶** Attalus medicus apud Plynium affirmat scorpione viso si quis dicat duo, cohiberi nec vibrare ictus.
- 15 **¶** Alcon seu Alcontius medicus fuit vulnerum, centum festerijs a Claudio condemnatus, & exul missus in Galliam, demum restitutus. Nescio an is sit, de quo loquitur Martialis libro sexto. Ostendit digitum sed impudicum Alconi, Dasioque, Symmachoque. Ausonius de alio Alcone itidem medico loquitur, qui Diodorum aruspicum vaniloquum fecit.
- 16 **¶** Agron medicus fuit, qui pestilentia Athenas passim occupante, affectorum plerisque opem intulit salutarem accensis in proximo ignibus. Caelius Cap. 22. lib. 13.
- ¶** Archigenes Græcus fuit medicus ætate Domitiani, in quem Galenus plerumque inuestus est. De hoc Iuuenal. saty. 6. Tunc corpore sano Aduocat Archigenem. Idem saty. 13. Laudas si non eget Anticyra, nec Archigene.
- 17 **¶** Basilius Ancyranus professione fuit medicus, Floruitque imperante Constantino. Hic ronymus apud Volaterranum.
- 18 **¶** Chiron Saturni filius ex Phillyra, herbarum naturas primus inuenisse, Achillemque & Aesculapium docuisse fertur, Phœnici Amyntoris filio oculis capto visum restituit. Propertius libro secundo. Tarda Philotectę sanauit crura Machaon, Phœnicis Chiron lumina Phillyrides. Virgilius libro tertio Georgicorum, Quęsiteque nocent artes, cessere magistri Phillyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus. Ab eo nomen sumpsit herba, que Chironia dicitur, nonnulli eam Centauream vocant. Hac curatus dicitur Chiron, quum Herculis exceptus hospitio, pertractanti arma sagitta excidisset in pedem. Plynius Capite sexto Libri. 25.
- 19 **¶** Cor. Celsus libros de medicina scripsit oratorio more. Floruit pauloante Fabium Quintilianum. Quintilianus libro. 12. Institu.
- 20 **¶** Critobolus medicus fuit, cui singularem peperit laudem sagitta ex oculo Philippi Macedonis, citra oris deformitatē euulsa. Plynius Cap. 37. libri septimi. De eo abunde Curtius meminit, lib. 8. de gestis Alexandri.
- 21 **¶** Cleophasus Authore Plynio medicus fuit, qui vini rationem illustrauit. Hic apud Plynium ait semen pastinacę erraticę Dyfentericis prodesse.
- 22 **¶** Idem Author scribit Chrysippum Erasistrati præceptorem medicum fuisse, qui Hippocratis, Aesculapij & Prodicī medicorum placita ingenti garrulitate mutauerit.
- 23 **¶** Crinas Massiliensis fuit medicus, qui ad syderum motus ex Ephemeride Mathematica cibos dabat, horasque obseruabat. Plynius Cap. primo libri. 29. scribit hunc centū festeria reliquisse, muris patrię non minore summa extractis.
- 24 **¶** Charmis ex eadem Massilia fuit medicus, qui priores medicos & balnea damnauit. Frigidaque hibernis algoribus lauari persualit, Merfit agros in lacus, adeo vt Plynius dicat se vidisse consulares senes vsque in ostentationem rigentes.



- ¶ Castor medicus docuit Piperitim herbam (quam alij Siliquastrum vocant) bibi contra morbos cōmiales. Author Plynius lib. 20. Idem scripsit fuccum radicis ferularum, oculorum claritati multum conferre. 25
- ¶ Cherias Athenienſis fuit medicus, qui apud Plynium testis est radicem cardui ex aqua decocta potatoribus fitim facere, stomachum corroborare, & vuluis aliquid conferre, vt mares gignantur. 26
- ¶ Chylermus fuit medicus, qui Bulbi radice in vino decocta, Parotidas curabat. 27
- ¶ Cleempum Plynius scribit fuisse medicum, cui Pythagoræ librū de magicis herbis nonnulli ascripserunt. 28
- ¶ Craterus nobilis fuit medicus, de quo Horatius, Non est Cardiacus, Craterum dixisse putato. Est & nomen ægri cuiusdam apud Persium saty. 3. scribentem. Et quid opus Crætero magnos promittere montes,
- ¶ Democedes medicus Polycratem Samiorum tyrannum curauit talentis duobus, scripsitque librum de Medicina. Herodotus in Thalia scribit, Democidem Taliphontis Crotoniensium principis medicum fuisse, atque duobus aurearum compedum paribus a Dario donatum. 29
- ¶ Dexippus Cous Hippocratis fuit discipulus, qui scripsit librum vnum de medicina. 30
- ¶ Diocles Carystius floruit temporibus Darij Histaspis. Reliquit commentarios. De hoc meminit Plynius multis in locis. 31
- ¶ Democrates Seruilius citatur a Plynio lib. 25. Primusque medentium herbam dicitur inuenisse quam appellauit Hiberidam. 32
- ¶ Idem lib. 24. ait Democritum fuisse medicum, qui in valetudine Confidiæ M. Seruiliij, Consularis filij oēm curationem austeram recusantis, diu efficaciter vsus sit lacte caprarū. 33
- ¶ Dasius medici nomen est, cuius meminit Martialis lib. 6. dicens, Ostendit digitum, sed impudicum, Alconi, Dasioque, Symmachoque. 34
- ¶ Epicharmus Cous fuit auditor Pythagoræ. Scripsit de rerum natura ac medicina cōmēntarios, quos adhuc extare in Bibliotheca Vaticana scribit Volaterranus. 35
- ¶ Erasistratus medicus fuit, qui primus cognouit morbum Antiochi ob amorem Stratonis ces nouerç. Plutarchus in vita Demetrii. Plynius scribit hunc fuisse discipulum Chryssipi, ex Aristotelis filia genitum, cui Antiocho rege fanato, centum talenta donauerit filius eius Ptolemæus. Hunc citat Gellius lib. 16. 36
- ¶ Euphorbus medicus, Euphorbiæ herbæ nomen imposuit Authore Plynio. libro. 25. Eribotes Teleontis fuit filius medicinæ peritissimus, vt qui Olei vulnus Stymphalidibus inslatum sanauerit. Testis Orpheus apud Aegidium maferium in Argonauticis. 37
- ¶ Galenus medicus e Pergamo ciuitate Asiatica floruit Traiani temporibus. Hunc Auzicenna ceterique omnes medicorum principem fatentur. Scripsit de medicina libros complures, & in opera Hippocratis. De hoc multa Cælius Cap. 29. libri. 16.
- ¶ Glaucias medicus fuit in cognoscenda cadauerum natura diligentissimus. Author Plynius. 38
- ¶ Glico fuit medicus Panfæ apud Ro. qui in carcerem coniectus est, ob suspicionem veneni quod ferebatur indidisse vulnere domini sui. Vnde Suetonius in Augusto. Panfæ quoque adeo suspecta mors fuit, vt Glico medicus custoditus sit, quasi venenum vulnere indidisset. Et Cicero in epistolis ad Brutum. Tibi (inquit) Glicona medicum Panfæ qui fororē nostri Achilleos in matrimonium habet, diligentissime commendo. Audimus enim venisse in suspicionem Torquato de morte Panfæ, custodiri que vt parricidem. 39
- ¶ Hippocrates Cous Democratis fuit auditor, vixit in summa familiaritate apud Perdicam Macedonum regem, Suscepit filios Thessalum & Draconem, Hunc Artaxerxes magna mercede summisque honoribus in familiam suam inuitauit. Author Suidas apud Volaterranum. Familiaris fuit Democrito, quem vt insania curaret, plærumq; ad eum scripsit, Amavit Græciam ex qua nunquam egressus est. Mortuus est Larissæ, natus annos, 104.
- ¶ Hermogenes fuit medicus, qui Adriano imperatori se interficere volenti circumscripsit locum sub mamilla, quo lethaliter percusso, celerius expiraret. Author Dion Cassius. 40
- ¶ Iulianus fuit quispiam Pharmacopola, herbariæ artis peritissimus, quem Volaterranus aetate sua floruisse scribit. 41
- ¶ Lucas Antiochenſis medicus, fuit Pauli apostoli sectator, a quo edoctus scripsit Euangelium & acta apostolorum. Excessit natus annos, 84. Hieronymus in eius vita. 42
- ¶ Lycus Neapolitanus, Atriplicem (nomen est herbæ) contra Cantharidas bibendum censect, apud Plynium Cap. 20. lib. 20. 43

- 44 **¶** Menecrates Syraculanus medicus, nullam ab his mercedem accipiebat, quibus medebatur. Curabat imprimis morbum facrum, hac lege, vt liberati se esse ipsius seruos faterentur, eumque Iouem appellarent. Feruntque in id tumoris fuisse euectum, vt quandoque ad Agefilaum Spartæ regem hoc modo scriberet. Menecrates Iupiter Agefilao regi salutem. Subridens Agefilaus respōdit. Agefilaus Menecrati fanitatem. Plutarchus in Apothegmatis, & Cælius Cap. 38. libri sexti.
- 45 **¶** Martion Mitylenæus de simplicibus effectibus scripsit. Idem apud Plynium rumpi Scopendras marinas sputo, Rubetas item aliasque Ranas scribit.
- 46 **¶** Mycon apud eundem testis est aduersus serpentes nihil esse efficacius Hippomarathro.
- 47 **¶** Machaon Aesculapij filius, & frater Podalirij, medicus fuit clarissimus. Baptista Pius libro. 4. Eleg. Cura Machaonia maior & ista manu est. Hic Philotectem Peantis filium Hercules sagitta Hydreꝝ veneno tincta, vulneratum sanauit. Propertius libro secundo. Tarda Philotectæ sanauit crura Machaon.
- 48 **¶** Melampus Amythaonis filius, filias Proeti Argiuorū regis ab insania purgauit. De hoc Virgilius lib. 3. Georgico. Cessere magistri, Phillirides Chiron, Amythaoniusque Melampus Meminit & Herodotus in Euterpe. Et Plynius lib. 2. §.
- 49 **¶** Meges fuit Chirurgus quispiam, quem Volaterranus citat in Philologia.
- 50 **¶** Nicias Pyrrhi medicus fuit, qui ad Fabricium veniens, promisit se domino mortem illaturum. Quod flagitium auertatus Fabricius, Pyrrhum quamuis inimicum literis monuit, vt a Nicia caueret. Gellius Cap. 8. libri tertij videtur hoc ascribere Thimochari, apud Gellium Quadrigarius Nicię. Vter vter fuerit, parum refert de nomine. Claudianus lib. 3. in Ruffinum sic inquit,  
Romani scelera semper spreuere ministros,  
Noxia pollicitum domino miscere venena,  
Fabricius regi nudata fraude remisit.  
In festo quem Marte petit, bellumque negauit  
Per famuli patrare nefas. Vide Sabellicum lib. octauo. 4. Enneadis.
- 51 **¶** Nicomachus Stragyrites Machaonis fuit filius & Aesculapij nepos. Scripsit de medicis na libros sex. Fuerunt eius nominis duo alij Pater & filius ambo medici. Quorum filius scripsit Commentarios in Physicam patris, & octo libros Ethicorum ad Eudemum. Volatiana lib. 6. dicens. Quod semper Casia, Cynnamoque. Et nido niger alitis superbae Fragras plumbea Nicerotiana. Idem lib. 10. Felix lectulus & lucerna vidit, Nymbis ebria Nicerotianis. Laberius. Et quecunque Syrus Nicerotes solet, Quicquid Croci, Casięq; Cynnami, quod vduis Cæsarie spirat delicatus Arabs. Hoc totum vobis nunc ad scenā afferro.
- 52 **¶** Oribasius Sardinianus Iuliani principis familiaris, scripsit libros medicina. 72. ad ipsum Iulianum. Suidas apud Volaterranum.
- 53 **¶** Ocularius medicus fuit in Aegypto prestantissimus, qui floruit sub amasi rege. Author Herodotus in Thalia.
- 54 **¶** Philippus medicus fuit Alexandri, eique summa familiaritate & amicitia iunctus. Nam quum Parmenio literas ad Alexandrum dedisset, quibus eum monebat, vt ab insidijs Philippi velut ab hoste Dario corrupti sibi in egritudine caueret, Alexander exploratam habens medici fidem, poculum ab ipso Philippo datum hausit, de mum literas Parmenionis eidem legendas concessit Q. Curtius. Huius meminit Cicero in oratione pro Deiotaro.
- 55 **¶** Peon vir fuit medicinę artis peritissimus, a cuius nomine Peonia herba nomen sumpsit. Architreneus lib. 2. Peonijs animo medicina potentior herbis.
- 56 **¶** Plynius ait lib. 20. Petricium fuisse medicum, qui Ophiaca scripserit.
- 57 **¶** Eodem authore Prodicus fuit medicus, Aesculapij discipulus, Selymbrię natus, qui medicinam instituit, quam Iatralipticen vocant.
- 58 **¶** Philistion Locrensis fuit medicus, quem Gellius lib. 17. Cap. 11. citat.
- 59 **¶** Philon medicus fuit nobilis, qui quum medicamenta quædam ad medendi vsum exquisitissima concinnaret, & regias qualdam Alexipharmacas, potestates eas deorum manus appellabat, velut diuinas & salutare. Cælius Cap. 10. lib. 16.
- 60 **¶** Podalirius filius fuit Aesculapij & frater Machaonis, medicę artis peritissimus, qui cum Græcis ad Troiam profectus dicitur. Baptista Pius lib. 4. Elegia. Deposito non præstat orem Podalirius ægro. Mantuanus. Nam neque fidebat tantum Podalirius herbis, Vulnera quin liquido semper leniret oliuo. Ouidius de arte. Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi, Antomedon curru tantus amator ego.

Sinalus fuit

¶ Sinalus fuit medicus quispam, De quo Syllius Italicus lib. 3. sic inquit,

Ipse olim antiquo primum Garamanticus Ammon

Scire pater dederat Sinalo morsusque ferarum,

Telorunque graues ictus sedare medendo,

Atque is deinde suo moriens cœlestia dona, Monstrat nato.

¶ Syrophœnix nomen est vnguentarij apud Iuuenalem saty. 8. scribentem. Obuius assis duo Syrophœnix vdis amomo Currit, Idumæ & Syrophœnix incola portæ.

¶ Themison medicus fuit magni nominis, Asclepiadis discipulus Authore Plynio, quem

plerisque in locis citat Plynius ipse, Iuuenalis. Quor Themison ægros Autumno occide-

rit vno, Baptista Pius libro quarto Elegia. Omnibus hoc anno morbis, noxaque carebis,

bit consuetudinem Veneris habuisse cum sorore, vbi lib. 12. ait, Quare non habeat Fabulle

quæris vxorem Themison, habet sororem.

¶ Theombrotus fuit medicus, quem Ptolemæus rex Megalensibus sacris donauit centum

talentis seruato Antiocho rege, Author Plynius lib. 7. Cap. 37.

¶ Thessalus eodem authore, medicus fuit Neronis temporibus, qui cuncta maiorum pla-

cita transfiliuit, & rabie quadam in omnes æui medicos perorauit.

¶ Vectius Valens adulterio Messalinæ Claudij Cæsaris nobilitatus, pariterque eloquens

tiæ affectator, suo tempore nouam medicorum instituit sectam, Plynius Cap. 1. lib. 29.

¶ Sunt & plærque alij quorum nomina & placita, quandoque aduocantur a Plynio, vt

Aristogiton, Athamas, Callimachus, Cleopolemus, Damion, Diuces, Diodorus, Petros-

nus, Dorotheus, Dionysius, Salustius, Hefius, Hicesius, Herophilus, Icerthidas, Iollas, Lais,

Leneus, Metrodorus, Nymphodorus, Opion, Praxagoras, Pliftonices, Sestius, Simus, Sos-

simenes, Sotacus, Q. Stertinius. Quorum nuda nomina ad nos peruenerunt. Porro mul-

tiplex est medicina, Pharmaceutice, quæ medicamentis curat, Emphœrice quæ solum ex-

perimentis constat, Iatralēptice, quæ vnguentis, Clinice, quæ victu & venenis corporibus

medetur.

¶ Vnguenta quædam & Pharmaca.

1	Elaterium	15	Pardalium	30	Ceroma
2	Crocinum	16	Balanus	31	Panchrestum
	Crocomegma	17	Melinum	32	Collyrium
3	Epilima	18	Sufinum	33	Apyron
4	Malobathrum	19	Cyprinum	34	Atharis
5	Mendesium	20	Telinum	35	Botryon
6	Mithridaticum	21	Megalium	36	Irium
7	Nardinum	22	Cynnamomum	37	Euhemon
8	Narcissinum	23	Cynnamum	38	Oporice
9	Nicerotianum	24	Myrrha	39	Stomachice
10	Odontostima	25	Balsamum	40	Diapasma
11	Oenanthinum	26	Amomum	41	Magma
12	Panathenicum	27	Pfilothrum	42	Regale vnguentum
13	Amaracinum	28	Thalassomeli	43	Diamigdalon
14	Metopium	29	Dropax	44	Cærussa

EXPLANATIO.



Laterium Plynius ait esse medicamentum, quod fit ex Cucumere syluestri, succo expresso e semine,

¶ Crocinum species est vnguenti, quod efficitur Croci commix-

tionē. Propertius. Sit mensæ ratio, voxque inter pocula currat. Et

Crocino nares murrhetus vngat Onyx. Alio noie Crocomegma

dicitur. Fiebat autē ex croco trito & vino dulci. Hoc Romani non

solum corpora delibuebant, sed & spargebant pulpita. Vnde idē

Propertius. Pulpita solennes non oluere crocos. Crocinum autho-

re Plynio in sola Cilicia diu maxime fuit laudatum, mox Rhodi,

g iij Epilima

O F F I C I N A

- 3 **¶**Epilima vnguentum est vilissimū, quo passim utebantur veteres, a limo, vt nōnulli volunt deductum.
- 4 **¶**Malobathrum vnguentum est odoris fragrantissimi, quod afferbatur ex Assyria. Eo Romani suos capillos vngebant in delicijs, vt videtur innuere Horatius li.3. Car. Ode. 7; scribens. Cum quo morantem saepe diem mero Fregi, coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos. Malobathrus a Sidonio vocatur, qui hoc vnguento delibutus est. Malobathrum teste Plynio vrinam cit, Oculorum Epiphoris, vino expressum vtilissime imponitur. Item frontibus dormire volentibus.
- 5 **¶**Mendesium est vnguentum, quod fiebat in Mendeso Aegypti vrbe.
- 6 **¶**Mithridaticum seu Mithridatios vocatur Antidotum, quo Mithridates rex Ponti aduersus infidias venenorum cōsueuerat se tutari. Eius compositio fit e duabus nucibus ficcis. Item ficis totidem & Rutę folijs viginti simul tritis, addito salis grano. Quod qui ieiunus sumet, eum veneno securum fore toto die promittit, Plynio libro. 23. Cap. 8. Antidoti nomen adhuc nostra manet ætate.
- 7 **¶**Nardinum dicitur vnguentum, quod fit ex Nardo, quod alio nomine vocatur foliatum. Est autem Nardus seu Nardum frutex odoris optimi. Tibullus. Illius puro distillent tempora Nardo. Frequens est in Perside. Vnde ab Horatio in exodo vocatur Achemenium, vbi ait. Nunc & Achemenio Perfundi Nardo iuuat Indicum. Plynio lib. 12. vocat. Inuenta inquit nuper in Thracia herba est, cuius folia nihil ab Indico Nardo distant. Pontanus Arabum vocat, Hieronymus Balbus Assyrium. Lucretius lib. 2. Et Nardi florem, neçar qui naribus halat. Aliter foliatum & spicatum dicitur. Constat Omphacio, Iunco, Balano, Costo, Nardo, Amomo, Myrrha, Balsamo.
- 8 **¶**Narcissinum vocatur vnguentum, quod componitur ex Narcisso flore delicatissimo, Constat generibus odorum, sed iam componi desit, auctore Plynio lib. 13.
- 9 **¶**Nicerotianum vocatur vnguentum odoratissimum, cuius author fuit Nicerotes Pharsmacopola. Martialis lib. 6. Fragas plumbea Nicerotiana. Idem lib. 10. Felix leculus & lucerna vidit, Nymbris ebria Nicerotianis. Item alibi. Laudas ebria Nicerotiana.
- 10 **¶**Odontostima est vnguentū, quo confricantur dentes, vt albescant, & exuant rubiginē.
- 11 **¶**Oenanthinum est vnguentum, quod fit ex Oenanthē. i. Labruscæ flore. Laudabile fuit in Cypro. Deinde in Aegypto præpositum. Author Plynio.
- 12 **¶**Panatheniæ fuit vnguentū Atheniensibus peculiare, a quibus nomen sumpsit Plynio lib. 13. Panatheniæ suum Athenæ perseueranter obtinuerunt.
- 13 **¶**Amaracinum, Amaraco flore odoratissimo conficitur. Vnde adagium natum. Nihil cum Amaracino sui. Lucretius. Postesque superbos lungit Amaracino & foribus miser oscula figit. Idem lib. 2. Sicut Amaracini blādum, Stactę que liquorem. Idem lib. 6. Deniq; Amaracinum fugitat sus, & timet omne vnguentum. Porro Sanfucinum aliter vocatur, quoniam Sanfucus eadem est herba, quę & Amaracus, De qua Virgil. lib. 1. Aenei. Vbi mollis Amaracus illum Floribus, & dulcia spirans complectitur vmbra. Amaracus fuit puer regius Vnguentarius, qui casu lapsus, dum ferret vnguenta, maiorem ex confusione odorū, creauit odorem, inquit Seruius. Vnde optima vnguenta dicuntur Amaracina. Laudabile fuit hoc vnguentum in Co Insula. Postea eodem loco prælatum est Melinum. Optimum est & Mytilenis & in Cypro, vbi plurima est sampfucus, Auctore Plynio.
- 14 **¶**Metopium fuit vnguentum, cuius præcipuam laudem meruit Aegyptus. Mox abstulit Phœnicia.
- 15 **¶**Pardalium laudabile in Tharso, cuius compositio & mixtura obliterata est. Dicitur autem a Pardali animali, cuius odorem reddit.
- 16 **¶**Balanus herba est vnguentaria, cuius succo vnguentum componitur Balaninum, quod expeditissimum olim fuisse, scribit Plynio. Resinaque solitum misceri. Balanatus a Persio dicitur oleo delibutus, vbi ait. Tum cum maxillis Balanatum Gausape pectis. Mixobalaninum vocat Martialis, vbi ait. Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus. Hoc ex vnguento constat & ex Balano. Glans autem qua conficitur, præcipuæ bonitatis est in Troglodytis, Thebaide, & Arabia.
- 17 **¶**Melinum vnguentum fit e malis Cotoneis, & struteis, admixtis, Omphacio, Cyprino, Salmio, Balsamo, Iunco, Casia, Ambrotono.
- 18 **¶**Susinum constat ex Lilijs, Balano, Calamo, Mello, Cynnamoto, Croco, Mirra, & est omnium tenuissimum.
- 19 **¶**Cyprinum vnguentum ex Cypro fiebat Omphacio, Cardamomo, Calamo, Aspalatho, Ambrotamo. Fuit optimum in Sidone, mox in Aegypto.

Telinum

- ¶** Telinum fit ex oleo recenti, Cypro, Calamo, Meliloto, Fœnogræco, melle, mello, Oraro, 20  
 Amaraco. Fuit ætate Menandri poetæ celeberrimum.
- ¶** Megalium successit ex oleo Balanino, Balsamo, Calamo, Iunco, Xylobalsamo, Casia, Re 21  
 fina.
- ¶** Cynamomum vnguentorum omnium est crassissimum, Vocatur ab eiusdem nominis 22  
 fructe, qui in Aethiopia, Sabeis, et Australi India, frequens est. Huic vnguento adiciuntur  
 Balanium oleum, Xylobalsamum, Calamus, Iuncus, Balsamifemina, Myrrha, mel odo  
 ratum.
- ¶** Cynamum eadem est arbutula quæ & Cynamomum, qua etiam conficitur vnguen 23  
 tum eiusdem. Hoc videtur habuisse Thraces, quoniam Claudianus de Nuptijs Honorij  
 et Mariæ Cynamama vocat Pangea a Pangeo Thraciæ monte, vbi ait.  
 In medio glebis redolentibus area diues  
 Præbet odoratas menses. Hic mitis Amomi.  
 Hic Casiæ matura seges, Pangeaque surgunt  
 Cynamama, nec sicco frondescent vimina costis,  
 Tardaque sudanti prorepunt Balsama succo. A Cynamo fit adiectiuum Cynnameus, quo  
 vsus est Baptista Pius. Cynnameos, nimium lacerate pharetriger artus.
- ¶** Myrrha per se vnguentum facit, sine oleo, Stacte dumtaxat id est distillatione, Nam Sta 24  
 cto verbum græcum id est distillo, Vnde Castagmos morbus a Græcis dicitur, quæ nos  
 distillationem dicimus. Et Lucretius lib. 2. Myrrham appellat Stactam id est distillatiam,  
 vbi ait, Sicut Amaricini blandum Stactæque liquorem. Est autem Myrrha genus arboris  
 odorifera, de qua succus emanat fragrantissimus. Ouidius lib. 10. Est honor et lachrymis,  
 stillataque cortice Myrrha Nomen herile tenet, nulloque tacebitur quo. Idem lib. 1. Fasto,  
 Nondum pertulerat lachrymatas cortice Myrrhas. Hac abundant Arabia, Achaia, Oron-  
 tes, Assyria, Propterea Virgi. Myrrham vocat Arabam, Achaia, Columella, Orontidem  
 Sidonius, Oronteam. Bap. Pius. A Myrrha fit adiectiuum Myrreus, Horatius lib. 3. Car.  
 Dic et argutæ properet Neeræ Myrreum nodo cohibere crinem.
- ¶** Balsamum arbutula est soli ludeæ concessa, frequens in collibus, vt vinea, Sustinet se si 25  
 ne adminiculis. Trima iam fructifera est. Proceritatem habet duorum cubitorum. Eius li-  
 gnum vocatur Xilobalsamum, succus (qui habetur vnguētī loco) Opobalsamum, lac coa-  
 gulans, et in veste nullas faciens maculas. Carpobalsamum vocatur eius arboris fructus.  
 Hoc vnguentum viris conuenire scribit Martialis, quum Assyria vnguenta magis dece-  
 ant mulieres. Sic autem ait, Balsama me capiunt, Hæc sunt vnguenta virorum Delicias  
 Nini, vos redolete nurus. A Balsamo fit adiectiuum Balsameus, quo vsus est Sidonius.
- ¶** Amomum etiã arbutula est venenosa frutice, Palmi altitudine, cuius quoque succus in 26  
 ter magni precij vnguenta numeratur. Frequens est in assyria. Vnde Virgilius Assyrium  
 vulgo nascetur Amomum. Syllius lib. 11. Nec crinem Assyrio perfundere pugnet Amo-  
 mo. Habet et Armenia. Mantuanus in Catharina. Circumfluus aer Fragrat et Armenio  
 carcer lustratur Amomo.
- ¶** Psilothrum vnguentum erat ad depilandum corpus, Fiebatque ex varijs rebus, modo 27  
 ex Thini sanguine, felle et iecore. Modo ex sanguifugis coctis in vase fictili et aceto illitis,  
 Prius tamen euellabantur pili. Authore Plynio. Post adhibebatur Psilothrum, ne renasce-  
 rentur, ac repullularent. Martialis ad Gargilianum. Psilothro faciemque lauas, et Dropax  
 ce caluam. Nunquid tonsorem Gargiliane times?
- ¶** Thalassomeli vnguentum, quod fit ex quibus portionibus Maris, Mellis, Imbris. Fictilique 28  
 vase et depicato conditur.
- ¶** Dropax vnguentum depilatorium, seu euellendis pilis idoneum. Martialis libro tertio, 29  
 Psilothro faciemque lauas, et Dropaxe caluam.
- ¶** Cæroma erat vnguentum, ex oleo et cœno, quo vtebantur iuuenes ad robur laceratorum, 30  
 Hinc Cæromatici eo delibuti vocantur. Martialis lib. 4. Seu lentum Cæromateris tepidus  
 que Trigona. Idem lib. 7. Vara nec iniecto Cæromate brachia tendis.
- ¶** Panchrestum genus est medicamenti. De quo Cicero actione quarta in Verrem. Quis 31  
 (inquit) omnes eius comites iste sibi suo ille Panchresto medicamento amicos redemisset.
- ¶** Collyrium dicitur oculorum medicamentum, Horatius, Hic oculis ego nigra meis Col 32  
 lyria Lippus Illinere.
- ¶** Apyron vocatur vnguentum ex auro. Author Plynius lib. 21. 33
- ¶** Atharis medicamentum est vtilissimum in infantibus, quod fit Olyra herba decocta. Idem 34  
 libro vigesimo secundo.

- 35 ¶ Botryon erat medicamentum compositum ex cinere excrementorum, quo Aeschynes Atheniensis Anginis medebatur et Tonfillis, Author Plynius lib. 28.
- 36 ¶ Irium Plynius vnguentum fuisse scribit, quod diu Corinthy placuerit, postea Cyzici.
- 37 ¶ Idem libro duodecimo, ait medicamentum esse, quod a Græcis Enhemon dicitur singu-  
lari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus.
- 38 ¶ Oporice medicamentum est, quod fit a Dysentericos, stomachique vicia, in congio mu-  
sti albi, lento vapore, decoctis malis Cotoneis quinque cum suis seminibus, Punicis cum  
totidem et Sorborum sextario. Author Plynius libro vigesimoquarto.
- 39 ¶ Stomachicæ medicamentum est vtilissimum oris vicij, narium, aurium, oculorum, ca-  
ligini, Pterygijs et gehitalibus. Plynius libro vigesimo tertio.
- 40 ¶ Diapasmata dicuntur vnguenta ex ficcis odoribus. Martialis libro primo. Quid q̄ olet  
gravius mixtum Diapasmate virus?
- 41 ¶ Magmata vero dicuntur feces vnguentorum, vt scoria ferri, Amurca olei.
- 42 ¶ Regale vnguentum vocat Plynius Cap. 2. lib. 13. quo Parthorum reges vtcebantur. Fic-  
bat autem Myrobalano, Costo, Amomo, Cynnamosmo, Comaco, Cardamomo, Nardi spi-  
ca, Maro, Myrrha, Casia, Styrace, Ladano, Opobalsamo, Calamo, Iunco, Syrico, Oenan-  
the, Malobathro, Sericato, Cypro, Aspalathro, Panace, Croco, Cyprio, Amaraco, Collato  
melle, vino.
- 43 ¶ Diamigdalon medicamentum est quod fit ex amigdalis amaris, spleni et iocineri maxi-  
me vtile. Dioscorides.
- 44 ¶ Cærussa medicamentum est quo vultui, collo, capillis candorem vtulę inducere solent.  
Fit autem hoc modo Vitruuio teste cap. 12. lib. 7. Rhodij (inquit) in dolijs farina com-  
ponentes, acetum suffundunt, supraque farmēta plumbeas massas collocāt. Deinde oper-  
culis dolia obturant, ne spiramentum obturata emittant, post certum aliquod tempus ape-  
rientes inueniunt e massis plumbeis cærussam.

## ¶ Aucarium.

**P**orro vnguenta quandoque fiunt ex floribus, vt Rosaceum, Leucoion, Sufinum,  
Aut ex folijs, vt Myrrhinum, Oenanthinum, Aut ex radicibus, vt Nardinum, A-  
maricinum. Vnguentis veteres multis modis vsi sunt. Ad salubritatē, vt natantes  
& lauantes. Ad necessitatem, vt certantes Cæromate vngebantur. Ad luxuriam, vt delica-  
ti causa Veneris et mensarum Græci mixtum vnguento vinum bibere non erubescēbāt,  
quod dicebatur Myrites Bathilli populi vnguentis madent. Huius luxurię inuentū Per-  
sis refertur acceptum. Vnde Horatius, Persicos odi puer apparatus. Eius rei fidem facit  
serinium vnguentorum laudatissimorum, quod expugnatis Darij castris reperit Alexan-  
der. Cyprij quoq; Cyziceni, et Corinthij, eadem mollicie effœminati sunt. Constat vsum  
vnguentorum aliarumq; rerum ad delicias repertarum vsq; ad Iulij Cæsaris tempora Bel-  
gis fuisse ignotum, quū imperator ipse Belgas fortissimos dicat, quod ad eos nō cōmeent  
mercatores, qui quę ad effœminādos animos pertinent, illuc cōportent. Inuasit hic luxus  
totam paulatim Italiam, adeo vt M. Otho Neroni monstrauerit vestigia pedū vnguentis  
tingi, hisque balnearum parietes quandoque aspersi sint. Caius quoque principē ferūt vn-  
guento solitū lauari. Anno post vrbe conditam, 365, P. Licinius Crassus et Iulius Cæsar  
censores edixerunt, ne quis venderet vnguenta exotica. L. Plotius, Plotij bis Consulis fra-  
ter proscriptus a Triūuiris, in Salernitana latebra vnguenti odore proditus est. In confes-  
so est Heliogabulum imperatorem triclinia quandoq; lectos & porticus omni florum ge-  
nere strauisse, vt Lilij, Violis, Hyacinthis, & Narcissis, ac per eos ambulasse, seq; vnguen-  
tis omniū fragrantissimis nudū se penumero perunxisse. Quem secuti imperatores prope  
nullam molliciem sibi non permiserunt, nullū voluptatis poculū reliquerunt ingestatum.  
Quod ego in Romanis principibus, quāuis dānem plurimū non tamen admodum miror,  
quum etiam apud eos abiectissimi homunculi, idē sibi indulserint. Rideo magis et cum la-  
chrymis interim maxime deploro hoc vanitatis contagiū ab Alpibus ad nos fratres descen-  
disse, non ad abiectos quidē, sed principes ipsos qui nunc toti fere vnguentis madent, nec  
aliam, vt credibile est, ob causam, quam vt transeuntes forminas odor inuicit. Hoc ab Ita-  
lis accepimus lucrī. Nec hoc solū, sed alia permulta, quę regno nostro maximū dispendiū  
& incolis probū attulerunt. Vnde & a quibus didicimus, promissas hircorū barbas nutri-  
re, quas odoribus, vt suauiora videātur oscula, frequēter delinimus. Quis docuit nostros  
Aulicos, Iaruas oppidatim ferre, vt stuprorum culpam, et adulteriorum, ludi nomine pra-  
texant? Quis nitorem cutis fūco, & cærussa prouocare? Quis venena miscere poculis? Sed  
forte falsum est venena apud nos pręministrari. Qui fit ergo, vt tot episcopi quotidie mor-  
riantur.

stantur, alijs (qui prædā expectant) insipientibus: Nunc paucis diuitibus securis esse licet. Parum fuerat nos Carolo Octauo Italiam peruagante, cancrösam nescio quā lepram ab illis hircuitallis contraxisse, nisi nouū quotidie infortunium, nostro capiti assueremus, nouāq; vanitatē regno nostro pararemus. Atque illi quū tot vlceribus nos deformauerint, tantūque ex graucolentibus suis excrementis & latrinis sterquiliniū nobis iniecerint, non erubescunt tamē morbū vocare Gallicū, quē a Meapoli & Capua, antiquissima luxurię parēte iplo etiānum Plynio teste contraximus. Non sufficeret mihi totus Archilocus, non Iambographorum conuicia, ad detestandam dirisque imprecationibus deuotendam horā illam, ac diē, qua superandarum Alpiū, visendęque Italię nobis incessit libido et cupiditas. Hinc fluxere nobis mille pestes. Neque toto decennio tantū illinc asportamus luxurię quantum iacturę facimus vno momento. Illic est nostrorum militū sepulchretū. Illic cura nostra. Nec quisq; ibidē secure potest quiescere. Nuncq; enim machinari desinent. Quod si victi quādoque arrideant nostratibus, simulator est ille risus lacrymis et clamoribus præficarum. Eorū verba labiorū tenuis sunt humana. Videntur pellace vulpe benigniores, nec oculis tantū & vultu applaudunt, sed etiam erectis humeris adhincunt illi beneuoli trucidatōres. Prudenter faceremus, si hanc exueremus ambitionē, contentique nostris pomcerijs ueremus. Nā vt ad institutū redeam, nihil ibidē aliud proficimus, q̄ quod nouæ luxurię inbibimus doctrinam, et obrutefcere discimus.

¶ De oleo.

**R**eperit & portentosa hominum luxuries in Oleo voluptatē, quo pleriq; ad nitorem cutis, Alij ad confirmandas corporis vires se perunxerunt. Fuit autem multiplex. Amigdaliniū quod ex amaris nucib<sup>9</sup> arefactis & in offam cōtulis aspersum aqua, et iterū tuis exprimebat. Mollit corpora, cutē erugat, nitorē cōmēdat. Varos cū melle, tollit a facie. Prodest aurib<sup>9</sup> cū Rosaceo & melle & punici mali germine decoctū. Author Ply. Vide alias virtutes apud eundē lib. 23. Cap. 4. ¶ Oenanthinū fiebat ex oenāthe herba. ¶ Cinū bibebat ad purgationes v̄tris cū pari Calde mēsurā. ¶ Laurinū vtili<sup>9</sup> est, quo recent<sup>9</sup> et viridi<sup>9</sup> colore, Illinitur Paralyticis, Spaticis, Ischidiacis, & plerisq; alijs morbis. ¶ Cupressinū a Cupresso arbore, Vt Myrteū a Myrto, Citreū a Citro, Balaniū ex Balano glande. De qua iā dixim<sup>9</sup>. Repurgat Varos, furūculos, Lentiginēs, Gingiuas, Balan<sup>9</sup> Balano vnc<sup>9</sup>. Persius Saty. 4. Tu cū maxillis balanatū gausape pectas. ¶ Omphacium prodest Gingiuis Si contineatur in ore, colorē dentiū custodit, magisq; aliud, et sudores cohibet. ¶ Narcissinum dicitur a Narcisso flore. ¶ Raphaninū a Raphano. Phthiriasēs tollit, scabrias cutis in facie emendat. ¶ Sesaminū affricum dolores sanat et vlcera, quę serpunt. ¶ Balsaminum contra omnes serpentes est efficax. ¶ Linū renibus vtilissimum est sudoribusque euocandis. ¶ Seleucicū neruis vtile est. ¶ Picenum prodest ad quadrupedū scabiēm. Hęc omnia et multo plura his docet Plynius.

¶ Potiones diuersę.

1	Amystis.	5	Pyratium.		Cereā.
2	Oxyhalme.	6	Bua		Ceruisia.
3	Oxyfaccaron	7	Zythum.	8	Ptyfana
4	Promulsis.		Celia.	9	Sabaia

**A**mystis erat quedam potio apud Thracēs, quę clausis oculis bibebatur. Horatius libro primo Car. Nec multi Damalis meri Balsum Threicia vincat Amystide. 1  
 ¶ Oxyhalme erat potio, quę fiebat ex sale et aceto recenti aduersus serpentes. 2  
 ¶ Oxyfaccaron potio ex sacaro et aceto. Saccaron autem est mel in arundinibus collectū, gummi instar candidum, ac fragile. 3  
 ¶ Promulsis potio ex mulso condita. Cicero. Non eum quem tu es solitus Promulsidē cōficere. Hinc Promulsidaria vasa, quibus mulsū continetur. 4  
 ¶ Pyratium fiebat ex Pyris, & loco vini sumebatur. Hieronymus contra Iouinianum. Tūmo theo dolenti stomachum vinum suadet bibere, non Pyratium. 5  
 ¶ Bua infantulorum potio, a sono fictum vocabulum. Cato. Quum cibum, ac potionē paspas et Buas vocent, & matrem mammam, & patrem tatam. 6  
 ¶ Ex frugibus inquit Plynius lib. 22. fiunt potus Zithum in Aegypto, Celia et Cereā in Hispania, Ceruisia & plura genera in gallia, quorum omnium spuma cutem foeminarum in facie nutrit. Idem lib. 14. Aegyptus inquit e fruge sibi potus similes excogitauit. Nullaque in parte mūdi cessat ebrietas. Bibitur Ceruisia mera non diluta, inebriat instar vini. 7  
 ¶ Ptyfana est itidem potio a Græcis inuenta, quę ex Hordeo fieri solet. Martialis lib. 12. 8  
 Frumentum, Milium, Ptyfanamque, Fabamque solebas vendere.

Sabaia est .

- 9 **C**Sabaia est potus in Illyrico paupertinus, ex Hordeo et Frumento in liquorem conuersus. Author Ammianus Marcellinus lib. 26.
- 10 **C**Posca genus est potionis que fit ex aceto aqua admixta. Aelius Spartianus in Adriano. Cibis etiam castrensibus in propatulo libenter vtens, hoc est larido, caseo, et posca.

**C**Denominationes a Varijs  
Artium professionibus.

**A** Bieatrij dicuntur fabri lignarij, ab abiete arbore, Abiegnæ traves abiete factæ. **C**Actuarij siue ab actis dicuntur notarij, qui veloci stylo acta, actionesq; describunt. Seneca. Multū inquit, viua vox facit, non quidem hæc que alienis verbis commodatur, et actuarij vice fungitur. Iulius Capitolinus scribit Victorium a quodam actuario fuisse interfectum. Suetonius in Iulio Cæsare. Augustus inquit, existimabat magis ab actuarijs ex ceptam male subsequentijs verba dicentis, quam editam.

**C**Acupictores vocantur phygiones, qui aurum et colores vestibus intertextunt.

**C**Acupedarij optimi cursores, a pedum acumine.

**C**Aeditui dicuntur rerum sacrarum et ædium custodes. Suetonius in Augusto. Allegaret se esse possessorē, ac velur aedituum soli, dicuntur etiam aedituentes. Lucretius libro sexto. Hospitibus loca que complerant aedituentes.

**C**Agonothetes dicuntur certaminum præsides atque moderatores. Budæus in Annota.

**C**Agronomi ij dicuntur qui suburbanam regionem agrumque vrbi vicinum moderantur. Eodem teste.

**C**Arenarij dicebantur qui in arena, id est in amphiteatro cōtra bestias pugnabant. Hi infames habebantur Satyris et Iurecon sultis. Iuuenalis. Municipalis arene Perpetui comites. Iulius Firmicus author est arenarios nasci eos qui caniculam habuerint in horoscopo.

**C**Alutarij futores coriarij, ab Aluta id est pelle, quæ a luteo colore dicitur.

**C**Amphorarij pincernæ, seu pocillatores, ab amphora vase vinario.

**C**Apiarij qui curant apes. Aliter vocantur mellatores.

**C**Argentarij dicuntur campfores, seu nummularij. Budæus. Argentarij Romæ tabernas in foro publico conductas habebant. Aliter vocantur mentarij, mensularij, Trapezytæ, Colybitæ, monetarij. Seneca author est argentarios præesse publicis actionibus. Cicero in epistola ad Octauum Augustum ait esse quendam annos. 23. natum, cuius anus fuerit argentarius, ad stipulator pater, vterque vero precarium fecerit questum. Vbi per interrogationem sub dubitatione de Augusto intelligit.

**C**Asinarij qui asinos pascunt. Hoc vocabulo vtitur Cato de Re Rustica.

**C**Agafones equorum ductores. Horatius. Si patinam pede lapsus frangat agaso.

**C**Auiarij qui auium curam gerunt. Colu. Sic tamen vt illustria sint loca, quæ commodius habitet Auiarius.

**C**Aurarij qui aliquid inaurant.

**C**Aurifices dicuntur aurarij. Aurificina aurificis taberna.

**C**Architectus primarius faber.

**C**Atrienfes custodes atriorum, seu vestibularij.

**C**Argyrognomones minutuli nummularij campfores vulgo dicti quasi pecuniæ spectatores. Budæus in Anno.

**C**Arcarij arcarum fabri. Author Cælius. Appellatur & Scriniolarij.

**C**Aquarij qui aquam circumferunt venalem. Idem Author.

**C**Aurigæ curruum et vehiculorum ductores.

**C**Aurigarij dicuntur non aurigæ tantum, at etiam aurigarum domini. Suetonius in Nerone. Perfidie vero tantæ vt non modo argentarios precijs rerum coemptarum, sed et in pretura mercede palmarum aurigarios fraudauerit.

**C**Aucupes qui aues capiunt.

**C**Arcularij arcularum et scriniorum fabri.

**C**Aliptes, corporum vnctor. Idem fere significant Vespillo, Sandapilarius, Libitiniarius. Iuuenalis Saty. 3. Grammaticus rhetor, Geometres, Vnctor, Aliptes, Augur, Scoenobates, Medicus, Magus omnia nouit.

**C**Bractearij, qui Bracteas faciunt, quique aurum malleis tufum, et ad quamuis tenuitatem ductile rebus inaurandis reducunt. Budæus.

**C**Bestiarij qui in bestias depugnabant. Ammianus marcellinus. Vt bestiarij obijcerentur intractabilibus feris. Suetonius in Claudio. Bestiarijs meridianisque adeo delectabatur.

**C**Bubulci, et Bufequæ bouum custodes.

Balneatores



☞ Balneatores balneorum ministratores. Vnde et apud Erasimum est adagium, Afinus balneator is.

☞ Cellarij qui afferuando penni præfunt, Religiosi corrupto vocabulo hos celerarios appellant.

☞ Copiarij, qui legatis foras profecturis pecuniam suppeditant necessariam.

☞ Coronarij qui coronas conficiunt, Plynius lib. 21, Coronarij quidem et spine flore vtuntur.

☞ Celeustes, qui remiges hortatur, quasi nauigationis moderator, Et Celeuma nauticus clamor dicitur, Budæus.

☞ Conchyliarij, qui conchyliã in mari conquirunt.

☞ Codonophori id est atrati anteambulones & ferales precones, tintinabula gestantes, Budæus.

☞ Colibystæ dicuntur nummularij, Nam colybus dicitur nummus.

☞ Chirurgi medici vulnerarij.

☞ Classiarij dicuntur remiges qui sunt in classibus et milites, Suetonius, Excipientem classiariorum manu, Cor, Tacitus Anicetum centurione classiario comitatum, Plynius in epistolis, Classiarij imminente periculo exterriti.

☞ Cælatores sunt qui auro, argento, ære, ferro, opera cõficiunt, Quintilianus libro secundo Institutionum author.

☞ Cinclidarij, quibus atrij & vestibuli committitur custodia, Cinclidas enim Græci appellant vuluas duplices, aut foramen, quo immittitur claus.

☞ Cæropl astæ, cærearum imaginum artifices.

☞ Cinifl ones, qui modum docent crispandorum capillorum.

☞ Cosmetæ dicuntur vnguentarij a Cosmo medico, vt opinor sicut Cosmiani.

☞ Condi, qui recondunt in cellam penuariam bona domestica.

☞ Carnicoctores, qui coctas carnes exponunt venales.

☞ Crepidarij, qui crepidas conficiunt, Aliter vocantur Calceolarij.

☞ Calones militum serui, qui clauas ligneas, hastas et fustes ferunt a tergo dominorum, Horatius, Hunc perminxerunt calones atq; caballi, Persius, Sambucam citius calonis aptaueris alto, Suetonius in Galba, Ille lixis, calonibusque donauit, qui hasta suffixum non sine ludibrio circum castra portarunt.

☞ Clitellarij, qui farcinas ferunt clitellis, Aliter vocantur muli Mariani.

☞ Cupedinarij, venditores ciborum lautiorum, qui vocantur Cupediæ.

☞ Cubiculari, cubiculorum famuli, Suetonius in Iulio, Mās itque apud eos non sine summa indignatione prope, 40. dies cum vno medico et cubicularijs duobus.

☞ Cinerarij et Ciniflones, dicuntur tonsores, A conflandis calamistrotum cineribus, In quibus calamis tra ad iuuenum, puellarumque capillos vibrandos calefaciebant, Catullus, Nunc tuum Cinerarius tondet os.

☞ Crocatarij, q Crocino colore vestes inficiunt, Plautus, Qui incedunt infectores Crocatarij.

☞ Cæmentarij dicuntur Cæmentorum id est ædificiorum (que ex lapidibus fiunt) structores, Hieronymus vocat fabros murarios.

☞ Calceolarij, qui calceos consuunt, et conficiunt, Vocantur aliter Alutarij, Coriarij, Crepidarij, Sandalarij.

☞ Capsarij, capfarum, et crumenarum custodes vel artifices.

☞ Carnarij, carniū venditores.

☞ Carpentarij, fabri lignarij, qui carpenta conficiunt.

☞ Caupones, esculentorum, poculentorumque venditores.

☞ Cistiferi, vasculorum, aut capfarum vectores.

☞ Dulciarij dicuntur pistores placentarij, quos pastillarios dicimus.

☞ Dulciarij panes et mellita concinnant edulia, De his intelligendum est Martialis carmen scribentis, Mille tibi dulces operum manus ista figuras Extruit, huic vni parca laborat apis, Heliogabalus authore Lampridio, dulciarios habuit, qui de dulcibus exhiberent, quecunque coci de diuersis edulibus exhibuissent.

☞ Dolarij dicuntur doliorum artifices.

☞ Decupa, qui vinum quotidie minutatim vendit, Cicero in oratione contra Pisonem, Pannis et vinum a propola et decupa quotidie sumit.

☞ Dardanarij, dicuntur propolæ, qui omnia præemunt, vt carius postea vendant, A Dardanio quodam mago, qui hoc facere consueuerat.

**E**Epibatae dicuntur, qui ob hoc tantum sunt in naui, vt vehantur. Author Budæus  
**E**ffedarij dicuntur fabri effedorum vchiculorum. Suetonius in Augusto. Quñ effeda-  
 rio (pro quo quattuor filij deprecabantur) magno omnium fauore indulcisset rudem. Idem  
 in Caligula. Quum quodam die muneris effedario Porio ob prosperam pugnam seruum  
 suum manumittenti studiosius plausum esset.

**F**oenifecæ, qui fecant fœnum. Columella vtitur. Mātuanus Fœnifecæ, soli fossiores,  
 nauæ atque bubulci.

**F**erales præcones, dicuntur atrati illi anteambulones, qui cadauera (quæ efferun-  
 tur) cū tintinabulis præcedunt.

**F**ullones dicuntur qui maculas e pannis detergunt. Eorum ars vocatur Fullonica. Mar-  
 tialis libro septimo. Tam male Thais olet, quam non fullonis auari Testa vetus.

**F**istulicines, qui canunt fistula. Mantuanus, Fistulicen subito quodam quasi numine tas-  
 cius Destituit calamos.

**F**ugitinarij, fugitiuorum seruorum reprehenses erant, qui dum operam profiteban-  
 tur, vt fugitiuos inuestigatos reducèrent. Budæus.

**F**artores, qui farcimina faciunt, ex infecta carne et adipe. Terentius. Cupedinarij omnes,  
 cetarij, lanij, Coci, fartores.

**F**erramentarij ferramentorum confector. Iulius Firmicus vtitur dicens. Mercurium  
 in solis domo constitutum facere ferramentarios et pelliones.

**F**lamearij dicuntur infectores flamei coloris, violæ luteæ, quæ flameola appellatur. Hinc  
 flamea coloris lutei vestimenta.

**F**urnarij, qui ex furno panisque coctura quæstum faciunt. Vocantur etiam fornacarij.

**G**amgabæ a Persis dicuntur, qui humeris onera portant. Author Curtius libro ter-  
 tio, de gestis Alex.

**G**emmarij gemmarum veditores. Cælius Gemmarius quidam vitreas gemmas,  
 vt legitimas verasque, Imperatoris vxori magno precio vendiderat.

**H**ostiarij custodes hostiorum. Plynus libro duodecimo Natu. Histo. Cap. 15. Sed  
 præter has et custodes satellitesque, et hostiarij et ministri populantur.

**H**erbarij, qui vires herbarum noscunt, aut ex his conficiunt vnguenta. Idem Ply.  
 lib. 13. Herbarij in vtraque pauca his et alia alijs miscent. Item lib. 21. Scelus herbariorum  
 aperitur in hac mentione.

**H**elciarij qui naues deducunt, subducuntve ad officia inuicem adhortantes, et rudenti-  
 bus corpori suo inuolutis trahunt instar equorum, Martialis libro quarto. Quem nec rum  
 pere nauticum, nec clamor valet Helciariorum.

**H**ieroduli dicuntur rerum sacrarum ministri. Iulius Firmicus refert futuros ædituos,  
 aut hierodulos, qui habuerint horoscopum in. 26. parte hierodulorum.

**H**amiotæ dicuntur piscatores, ab hamis, quibus vtuntur ad capiendos pisces.

**H**orrearij appellantur horreorum custodes.

**I**nstitores proprie dicuntur rerum delicatarum venditores, et negociatores, quod ges-  
 rendis insistent negocijs. Propertius libro quarto Mundus demissis institor in tunicis.  
**O**uidius. Institor ad dominam veniet distinctus emacem. Claudianus in Eutropium.  
 Institor imperij, campo famosus honorum, Iuuenalis Saty. 7. Non aliter q̄ Institor hiberæ  
 ne tegetis.

**I**nfularij inquit Budæus dicuntur ab infula, qui lingua vernacula Conciergi vocantur.  
 Eius modi homines esse solent, in domibus principum, quæ infulæ plærunque sunt, id est  
 a priuatorum domibus distinctæ.

**I**nuentarij, qui inuentis præfunt, eadem forma qua armentarij. Suetonius in Iul. Cæsare.  
 Tyrones neque in ludo, neque per lanistas, sed in domibus per equites Romanos, ac etiã  
 per Senatores armorum peritos erudiebat.

**L**actarij qui cibos ex lacte conficiunt. Spartianus in Heliogabalo. Dulciarios et lac-  
 tarios tales habuit. Vnde lactaria quæ imperiti Lacticinia appellant.

**L**achanopoles olerum venditor, qui et olitor et olerarius dicitur.

**L**anarij qui lanas curant. Plautus. Stat fullo, Phrygio, aurifex, lanarius.

**L**ixæ dicuntur, qui aquas hauriunt. Seneca in Thebaide. Humilisque focerum lixa do-  
 minantem sequar. Syllius. Et inutile Marti Lixarum vulgus.

**L**ibitinarij dicuntur qui ex rebus funeralibus et exequijs quæstū faciunt. A Libitina dea  
 sepulchrorum, aut sepulchro ipso. De Libitinarijs Seneca. An tu Aruntium et Aterium, et  
 ceteros qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadē habere, quæ  
 delignatores

designatores et Libitinarios vota: Illi quorum mortes optant, nesciunt. Hi familiarissimū quemque mori cupiunt.

¶ Lintheones, qui linthea conficiunt. Vocabulum est Vegetij. Alexander Romanus instituit vestigal lintheonum, auctore Lampridio. Iulius Firmicus scribit Venerem in diurna genitura facere lintheones.

¶ Lathomī dicuntur lapicide, & Lathomīæ dicuntur lapidicinæ, vbi eruuntur & cæduntur lapides. Thomos enim græce, sectio dicitur latine.

¶ Lancearij, qui Lancea dimicant, vt Lanceati lancea percussi.

¶ Lanistæ dicebantur qui gladiatores instituebant.

¶ Locarij qui in theatralibus spectaculis sedes aut foros locabant ad spectandum. Martialis. Hermes diuitiæ locariorum.

¶ Lenones dicuntur illeciatores & productores meretricum, ab alliciendo. Et est communis generis, quous etiam dicamus lena.

¶ Librarij qui libros vendunt. Aliter bibliopolæ, Catullus. Nam si iuserit ad librariorū Curam scriinia.

¶ Libratores, qui aurum, aut aliquid aliud ad libram expendunt. Theoderitus per Zenobium Acciaolum. Ille (inquit) qui scire amet, quod pōdo censenda sunt, vel aurea vasa, vel argentea, vel numismata quepiam, pendenda ea libratōribus defert.

¶ Lanius, seu lanio, qui carnes vendit in carnario. Aliter dici potest bouicida.

¶ Lecticarij, lecticarum curatores. Seruius Sulpicius. Meisque lecticarijs eum in urbem referre. Sueto, in Caligula. Ad primum tumultum lecticarij cum asseribus in auxiliū accurrerunt.

¶ Lenobates appellatur vixæ calcator.

¶ Limborarij, qui limbos consuunt. Plautus. Textores limborarij. Est autem limbus vestimentum, purpuram inferne confutam habens.

¶ Linthearij, qui linthea vendunt et conficiunt, vt Lintheones.

¶ Lucernarij, antecambulones & tegdiferi. Appellantur et lucerniferi.

¶ Metallici, qui metalla eruunt, aut conficiunt. Ply, lib. 34. Cap. 16. Lauant eas arenas metallici, et quod subsedit, coquunt in fornacibus.

¶ Mesonāuta nomen est vilis mancipij in nauī, diciturque is, qui iubente Nauarcho quæque munia subire cogitur.

¶ Medestianus est mancipium abiectum, quod vilissima, et fordidissima ministeria obire domi cogitur, vt domum verrere, purgamenta efferre, ligna congerere, et huiusmodi alia facere. Ita autem dicitur, quod in media domo ad imperia omnium nutusque excubare solet. Horatius in Epistolis. Tu mediastinus tacita prece rura petebas.

¶ Mensarij, et mensularij dicuntur colybiistæ, seu monetarij et trapezite.

¶ Muliones, qui molorum habent curam. Apud Martialem mulio capitur pro effedario, vbi lib. 9. ait. Nec pigri rota quassa mulionis. Iuuenalis saty. 3. Nam mihi commota iadudum mulio virga lnnuit.

¶ Mansuetarij, qui syluestria animalia mansuefaciunt et cicurāt, et ex feris domesticos reddunt. Aliter exarmatores dici possunt. Lampridius in Heliogab. Habuit et Leones et Leopardos exarmatos in delitijs, quos edoctos per mansuetarios subito ad secundam et tertiam mensam iubebat accumbere. Iulius Firmicus. Oriente septentrione nati erunt mansuetarij ferarum.

¶ Mangones dicebantur magistri et comptores formæ puerorum et puellarum, quos exponebant venales. Solebant enim artificio colorem corporis pulchrificare, quo facilius venderent, quos volebat. Hinc mangonizare est aliquid ornare ad alliciendos emptores. Theoderitus Cyrensis per Zenobium Acciaolum. Quanto enim ingenua pulchritudo potior est ea, quam fucis artis mangonice medicauit.

¶ Multores qui frumenta molunt in pistrino. Aliter pistrinarij dici possunt.

¶ Mellatores, qui curam mellis et apum gerunt. Aliter vocatur Apiarij. Volaterranus. Ad hæc propellenda diligens mellator remedijs instabit.

¶ Macheropij dicitur fabri gladiatorum, quo nomine dictus est Demosthenis pater, quod cutellos facitaret. Machra Græce latine dicitur sica, seu gladius.

¶ Macherophori dicuntur hastiliferi. Cuiusmodi sunt regij stipatores. Cicero ad Q. fratrem Macherophoris centum sequentibus miros risus nobis edidere.

¶ Margaritarij margaritarum aliarumque gemmarum venditores, et negociatores. Dicitur et gemmarij.

Medicamentarij

OFFICINA

¶ **M**edicamentarij et medici a medendo dicuntur, qui morbis afferunt remedia. Plynius. Herbarias et medicamentarias artes dixit. Idem Plynius. Inuenies (inquit) medicamentariū ab vnguentario feiungi, sicut vnguenta a medicamentis.

¶ **M**ellifones, seu mellarij qui mella et apes curant. Aliter mellatores et Apiarij, vt iam diximus.

¶ **M**ercenarij, qui causa mercedis operam nobis prestant. A mercede hostimento.

¶ **M**unerarij dicebantur spectaculorum exhibitores, hi gladiatores emebant a Lanistis.

¶ **M**acellarij qui vendunt esculeta et poculeta, a macello foro escario. Sueto. in Casare dictatore. Ea que ad epulum pertinerent, quibus macellarijs oblocata etiam domesticatim ap parabat.

¶ **M**ycopola vnguentorum venditor, et Myropolium officina vnguentorum et phar macorum.

**N**auta seu nauita magister et ductor nauis. Eodem ethymo vocatur nauclerus.

¶ **N**ouacularij, qui nouaculas seu cultros Rasorios conficiunt.

¶ **N**aupegi, nauium fabricatores.

¶ **N**aumachiarij, preliatores nautici dicuntur greco vocabulo. Sueto. in Claudio. Sed quā prolamantibus naumachiarij. Aue imperator morituri te salutant.

**O**rganici et Organarij dicuntur organorum artifices. Lucretius libro secundo. Orga nici que Nobilibus digitis expergefacta figurant. Iul. Firmicus ait mercurium cū Ve nere in sexto loco ab horoscopo, facere organarios, et myropolas.

¶ **O**economi dicuntur custodes et dispensatores frugum, pecunię, et omnium rerū quas dominus possidet. Vnde Oeconomia rei domesticę administratio.

¶ **O**bstetricę et obstetricule, que parturientium curam habēt, quod sua peritia dolori ob sistent. Vnde obstetricare est partum adiuuare.

¶ **O**dorarij, qui odores conficiunt et vendunt. A Græcis vocantur Aromatopolę.

¶ **O**enopola vini venditor. Oenopolium taberna vinaria. Plautus. Quum a pistore panē petimus, vinum ex Oenopolio.

¶ **O**litores, qui hortum oleribus confitum exercent et curant. Aliter vocantur Hortulani, Olitor etiam dici potest qui vendit olera.

¶ **O**stiarij custodes ostiorum. Vocantur aliter Atrieneses, æditui, ædituentes, æditimi, clau strarij, claustritimi, ianitores, liminarij, liminiarchę, vestibularij.

¶ **O**bfonatores, qui prestunt emendis obsonijs, preponunturque coquis, et Lecticarijs. Ali ter vocari possunt ascarij æconomi.

¶ **O**xyporopoli, qui cibos vendunt aceto confectos Plynius. In eo vsus est et Oxyporo poli seruant addito dulci ad crementum aceti temperantes. Et oxypora dici possunt escu lenta cibo condita. Vnde Idem Plynius lib. 20. Cap. 23. Id ipsum condimentis prope omni bus inseritur. Oxyporis etiam aptissime.

**P**utearij qui puteos excauant. Ply. lib. 31. Cap. 3. Depressis puteis sulphurata, vel æ luminosa occurrentia putearios necat. Puteorum excauatores Græci Phreorychos vocant. Eorum instrumentum dicitur Teuresis, Organum quo ex puteo hauritur aqua. Celonium vel Ciconia. Puteos aperire apud iureconsultos est excauare. Vide Celis um Cap. 17. libri sexti.

¶ **P**roreta dicitur, qui prore prefectus est, quemadmodum gubernator, qui puppi. Plaut<sup>9</sup> in Rudę. Si tu proreta isti nauis, ego gubernator ero. Refero acceptum Budeo.

¶ **P**egafarij dicuntur cursores, qui statis locis mansiones suas positas habent, quorū diuer foria Stathi vocantur. Debeo Budeo.

¶ **P**urpurarij purpurarum piscium piscatores, qui et conchyliarij dicuntur. Possunt etiam dici infectores purpurę.

¶ **P**ollinctores dicuntur funerum curatores. Pollincere enim est mortuū curare. Plaut<sup>9</sup> in prologo Pœnuli. Eorum alter viuuit, alter est mortuus. Propterea apud vos dico cōfidenti<sup>9</sup>, quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerit. Et in Sticho, hodie pollinctura est. Martialis lib. 10. iam serobe, iam lecto, iam pollinctore parato. Mantua. Interea pollinctores vici na facello. Arua cauant mœsti Pollinctum funus, a pollinctoribus vnctum. Plautus. Sicut pollinctor dixit, qui eum pollinxerat. Si a Venere defluens lima, feratur ad Saturnum, faciet pollinctores, qui sepeliendorum hominum curam suscipiunt, inquit Firmicus.

¶ **P**iscinarij qui piscinas curant. Cuiusmodi fuerunt Sergius Aurata, et Licinius Murena, qui captorū pisciū latabantur vocabulis. L. quoq; Philipp<sup>9</sup> et Hortensius piscinas habue runt p̄ciosissimis piscibus refertas, quos propterea Cicero piscinarios appellat Lib. primo epistolarum

epistolarum ad Atticum in ea epistola cuius initium est, Non modo si mihi tantum.

¶ Piscatores, qui pisces inquirunt. Aliter vocantur Hamiote, ab Hamis quibus circa operi pisces decipiuntur.

¶ Piscarij qui pisces vendunt, Varro. Inter piscarios nemo vendebat.

¶ Propole a Grecis dicuntur, qui a nobis reuenditores, qui aliquid preemunt, vt cari<sup>9</sup> postea vendant. Lampridius. Imitatus propolas circūforaneos, equos curules sibi comparauit. Vocantur aliter dardanarij, vt iam docuimus. Cicero in oratione contra Pisonem. Pistor domi nullus, nulla cella, panis et vinum a propola atque decuba quotidie sumit.

¶ Pigmentarij, qui pigmenta vendunt aut conficiunt. Hierony. in Exo. Compesuit & oleum & sanctificationis vnguentum & Thymiamata de mundissimis Aromatibus opere pigmentarij. Cælius inter eos qui corporis curam agunt, recenset, tonfores, balneatores, pilicreptos, Alipilos, Mediafinos, Mangones, Coronarios, Cosmetas, et id genus alios.

¶ Promi dicuntur, qui profunt promendis cibarijs, alijsque rebus domesticis. Aufonius. Promus quam condus magis.

¶ Pocillatores, dicuntur pincerne et preguftatores, qualem poetæ fabulantur esse Genys medem assistentem Ioui. Aliter propinatores dicuntur. Nam quamuis propinare plerūq; significet p̄biber e, aliquando tamen est dare bibere. Ply. lib. 21. Cap. 20. Medici in vino de quaerunt recens vel aridum, illinuntq; vel splenicis propinant ex aceto. Idē lib. 28. Artes non propinauit aquam e fonte necū Comitibus morbis. Vbi (vt in plerisque alijs locis) propinare pro dare bibere ponitur. Sunt tamen nescio qui ridiculi, qui nihil probant, nisi quod in putidis quibusdam authoribus legerint, quasi vero lingue Latine copiam debeant aut possint circūscribere pomerijs sue ignorantie.

¶ Pistori seu pifores dicuntur furnarij panifices, a pinfendo, qui proprio et decenti epitheto vocantur farinulenti.

¶ Pharmacopole medicamentorū venditores. Et pharmacopoliū amuletorum officina.

¶ Precones, enūciatores publici q̄ iussu magistratus, publice aliquid enūciant. Horatius. Vt præco, ad merces turbam qui cogit emendas. Domesticus præco dicitur, qui seipsum laudat.

¶ Plumarij qui acu pingunt. Aliter vocantur Polymitarij. Op<sup>9</sup> plumariū acu factū. Vitru. lib. 6. de Architectura Cap. 6. Nō min<sup>9</sup> inquit pinacotheca & plumariorū textrinæ. piclorūq; officinæ vti colores corū in ope ppter constantiā luminis, imutata mancāt qualitate.

¶ Panifices seu Panifici, qui panem conficiunt. Panificium panis confectio dicitur.

¶ Pecuarij, pecorum custodes, qui et armētarj vocantur. Pecuariam rem facere, est armēta gregesque alere, aut ea industria quæstū facere. Sucto, in Cæsare dictatore. Ne ve hi qui pecuariam rem facerent, minus tertia parte puberum ingenuorū inter pastores haberēt.

¶ Pelliones qui vestes pelliceas, aut alia quæuis opera pellibus conficiunt.

¶ Phrygiones dicuntur, qui acu pingunt, aut vestes auro intexunt. Phryges enim primi inueniunt aurum telex intertexere.

¶ Popinones, sunt quos tabernarios dicimus, vel luxuriosi, qui popinas amant, qualem Horatius villicum suum arguit, quod rure velit redire Romam, desiderio popinæ.

¶ Popinones aliter vocantur popinarij. Iul. Firmi. ait quod luna a Venere defuens si fluat ad Mercuriū, faciet popinarios. Venus quoq; si domina actus fuerit in dieiectis locis, faciet et popinarios et tabernarios. Vocantur etiam coquinarij et culinarij. Theodoritus Cyrensis. Vere mihi videntur popinonibus fuisse perfin iles. Immo autem non fat recte illos coquinarijs comparauit. Budæus decenti epitheto delicias vocat popinales.

¶ Porcarij dicuntur porcorum custodes. Alio nomine dicuntur tuarij. Porculatio porcorū nutritio.

¶ Portitores dicuntur transfretatores a portu. Virg. lib. 6. Portitor has horrendus aquas et flumina seruat Terribili squalore Charon. Vocantur aliter Telonarij. Portorium merces et stips, quam merentur.

¶ Placentarij, qui placentas et cibos dulciarios conficiunt. Vocantur etiam Alicarij.

¶ Pilulari sunt quos vocamus colubrinarios, qui pilas, et ferreos molares machinis bellicis in hostes contorquent. Mantuanus. Hinc niger efflato resonat pilularius igne. Et iacit ingenti plumbea faxa tono.

¶ Polemarchi sunt ad quos summa rei militaris refertur, hodie marechallos appellamus.

¶ Quadrigarij, qui quadrigas agunt. Aliter vocantur aurigæ et essedarij.

h

Quæstores

¶ **Quæstores pecunię publicę collectores, et qui curam habent ærarij, Magistratus vocatur quæstura.**

¶ **Ratiarij a rate, vt nauicularij a naue, dicuntur negociatores, q̄ ex ipsa rate q̄stũ faciunt.**

¶ **Salsamentarij dicuntur venditores ciborum sale conditorum. Alio nomine Salarij.**

¶ **Sandapilarij dicuntur rerum funebriũ et exequiarũ curatores. Aliiter vocãtur vespillones Libitinarij, necrophori, et funerarij. Est enim Sandapila Authore Fulgentio, feretrum seu locus mortuorum, quo nõ corpora nobiliũ, sed plebeiorum atq̄ dãnatorũ cadauera portabantur, Sidonius. Hanc non vespillonum sandapilariorumque ministeria ominosa simulauere, Suetonius scribit cadauer Domitiani populari sandapila per vespillones exportatum.**

¶ **Scripturarij dicuntur tabelliones, quos clericos et commissarios vocant. Dicuntur etiam scribę, Suetonius in Claudio. Suscipientibus obujs scribarum decurij.**

¶ **Suarij, qui fues pascunt. Aliiter vocantur porcarij, vt iam diximus.**

¶ **Sagarij dicuntur, q̄ vendunt saga. Est aut̄ sagum, vestis militaris, vt postea docebimus.**

¶ **Salarij qui cibos salso vendit, Martialis. Quod viles pueri Salariorum.**

¶ **Scoparij dicuntur ministri, quorum interest pauimenta scopis deuertere et mũdare domum. Propterea Hiero. Aquilonem viarũ scopam appellauit, quod diffando perpurget, quicquid in via puluerulentum obiacet. Vlpianus titulo de fundo instructio ait, si villa cultior sit, accedere instrumento fundi atrienses et scoparios.**

¶ **Segmentarij, qui aurum vestibũs intertexunt, a segmentis id est bracteolis orbiculisque variegantibus. Ouidius libro tertio de arte. Quid de veste loquar? non iam segmenta requiro, Nec quę de Tyrio murice Lana rubet.**

¶ **Sellularij dicuntur, qui opus aliquod sedendo conficiunt.**

¶ **Sericarij textores Sericorum, Sericati homines, pannis sericis induti. Iulius Firmicus refert sericarium textorem nasci, qui habuerit horoscopum in. 28. parte arietis.**

¶ **Solearij, solearum futores, qui et Crepidarij dicuntur. Plautus in Aul. Solearij astant.**

¶ **Staturij qui statuas fingunt, Græce Idoloplastę vocantur. Quales fuerũt Lyfippus, Praxiteles, Myron, Polyctetus.**

¶ **Suffarranei dicuntur, qui farra et frumenta in castra conuehunt, crebris et vilibus institorum vecturis.**

¶ **Sutores dicuntur calceolarij, aut vestimẽtorũ artifices, q̄ melius Sarcinatores appellãt.**

¶ **Spheristerici et Spheriste dicuntur studiosi ludi pilę et periti. Spherizo, i. Ludo pila. Spheristerium ludus pilę. Lampridius in Alex. Postlectionem, operã palestrę, aut spheristerio, aut cursui, aut luctaminibus mollioribus dabat.**

¶ **Tesserarij dicuntur qui tesseras per contubernia militum nunciant. Est enim tessera præceptũ ducis quo vel aliquod opus, vel ad bellũ monet exercitus. Modestĩn<sup>9</sup> de re militari eos tesserarios appellari scribit, qui præcepta imperatorũ per contubernia significant.**

¶ **Trypheri doctores erant qui dabant artem scindendi obsonia. Iuuenalis saty. v. ndecima. Discipulus trypheri doctoris.**

¶ **Thermularij dicuntur, qui thermis præfunt, et ex his quæstum faciunt.**

¶ **Tonfores, lanę aut capillorum dicuntur incifores. Horatius in Epistol. Si curtatus ineq̄ quali tonfore capillos Occurri, rides. Hinc culter tonforius dicitur.**

¶ **Telonarij dici possunt tributorum collectores, qui et telones vocantur.**

¶ **Vespillones dicuntur funeratores et curatores cadauerum, Suetonius in Domitiano. Cadauer eius populari Sandapila per vespillones exportatum.**

¶ **Vnguentarij, qui vnguenta exponunt venalia aut conficiunt. Plyn. lib. 12. Ipsique vnguentarij digerunt, haud difficulter. Idem lib. 31. Et vnguentarij propter colorem co maxime vtuntur.**

¶ **Visceratores dicuntur carniũ distributores. Et visceratio ipsa distributio.**

¶ **Vulnerarij, qui vulneribus medentur, vt Chirurgi.**

¶ **Vascularij, qui vasa conficiunt et vendunt aurea, et argentea. Nam inter aurifices numerantur vascularij, Celatores, Inauratores, et Bractearij.**

¶ **Vinarij vini venditores. A Græcis Oenopolę dicuntur. Suetonius. Quum de vinariis, aut lanis ageretur, exclamauit in curia. Aelius Lampridius scribit Alexandrum Romanum constituisse corpora vinariorum & caligariorum & omnino omnium artium.**

¶ **Vinitores rustici vinearum cultores. Virgili. Aut custos gregis, aut mature vinitor vua.**

¶ **Venenarij qui venena conficiunt, dant e hominis necandi causa.**

¶ **Vehicularij, vehiculorum ductores, Carrucarij, carruce, Effedarij, effedorum.**

Veterinarij

¶ Veterinarij sunt inuentorum veterinorumque curatores et medici, qui idem ipsi foles as equis affigunt. Budæus.

¶ Victimarij dicuntur ministri sacrorum, qui victimas immolant, alio nomine vocantur Pope.

¶ Vexillarij qui in exercitu ferunt vexillum, dicuntur etiam antesignani, primipili, et vexilligeri.

¶ Vestispici famuli, quorum interest mundare vestes dominorum. Et vestispiciæ ancilla eodem modo dicuntur.

¶ Veteramentarij dicuntur futores Crepidarij, qui veteres calcæos reficiunt. Suetonius de Aulo Vitellio. Cassius Seuerus nec minus alij eundem et futorem et veteramentariũ prodiderunt. Plautinus Eucio multa eiusmodi commemorat in Aqlularia, ybi ait,

Stat fullo, Phrygio, auri fex, lanarius, Caupones, Patagiarij, Indufiarij, Flamearij,

Violarij, Carinarij, Manulearij, Myrobrecarij, Propolæ, Lintheones, Calceolarij,

Sedentarij, Sutores, Diabathrarij, Solearij astant, astant molochinarij,

Petunt fullones, Sarcinatores petunt, Stropharij astant, astant femizonarij

Terceni quum stant Phylacista in atrijs Textores, Limborarij, Arcularij ducuntur.

¶ Denominaciones a Naturalibus seu accidentarijs casibus.

1	Agrippæ	22	Bubulci,	46	Anci.
2	Vopisci	23	Coclitæ,	47	Bronci.
3	Planci	24	Lucinij	48	Buccones.
4	Panfæ	25	Petauri.	49	Epigryphi;
5	Syllæ	26	Labeones.	50	Lanij.
6	Burri.	27	Ectapeli.	51	Gibbosi
7	Scauri.	28	Chilones,	52	Gutturosi
8	Opiter.	29	Cylones.	53	Hoffimi.
9	Cordus.	30	Simi.	54	Maçtici.
10	Posthumi.	31	Aquili.	55	Monogrammi.
11	Cottæ	32	Bene nasati.	56	Myopes
12	Scipiones.	33	Lusciosi.	57	Nyctilopes.
13	Lenates.	34	Lusci.	58	Obstipi.
14	Marcipores.	35	Ceci.	59	Spatici.
15	Vari.	36	Balbi.	60	Nerue.
16	Vaciæ.	37	Blæsi.		Hala.
17	Valgi.	38	Atypi.		Capella.
18	Varicosi.	39	Ancyloglossi.		Fenestella.
19	Plauti.	40	Vaci.		Columella.
10	Pilumni.	41	Tragomascali;		Nasice.
21	Pifones	42	Ventriofi.		Stati.
	Fabij.	43	Cæsares.	61	Manij.
	Lentuli.	44	Androgyni.		Lucij.
	Cicerones.	45	Achili.		

¶ EXPLANATIO.

**A** Grippe, dicuntur ab ægro partu, qui nascuntur in pedes, quod est contra naturam. Authore Plynio, Cap. 8. lib. 7. Quo modo genitum ferunt M. Agrippam.

¶ Vopiscum dixerunt vnum ex geminis, qui recenti vtero nasceretur alio interempto abortu. Idem Plynius.

¶ Planci, qui supramodum pedes planos habent, Et planæ tabulæ dicuntur planæ. h ij Panfæa

OFFICINA

- 4 **¶** Panſe a latis pedibus et apertis. Panſum enim apertum ſignificat.
- 5 **¶** Syllę vnde originem ſumpſerit, Macrobius libro primo Satur. ſic refert. Bello punico hi ludi primum ex Sybillinis libris ſunt inſtituti ſuadente Cor. Ruſſo, qui propterea ſybilſ la cognominatus eſt. Et poſtea corrupto nomine primus cępit Sylla vocari.
- 6 **¶** Burri a colore ruſſo, Pyrrhi gręce dicuntur.
- 7 **¶** Galbę a colore auis quę galbula dicitur.
- 8 **¶** Scauri qui eminentibus ſunt talis.
- 9 **¶** Opiter appellatur, qui patre mortuo et auo viuo gignitur.
- 10 **¶** Cordus qui ſero nalcitur. Vnde Corda frumenta, quę ſero naſcuntur, Et autumnale fęe num, Cordum dicitur.
- 11 **¶** Poſthumi qui naſcuntur patre humato.
- 12 **¶** Cottę ab iracundia et oris toruitate dicti ſunt.
- 13 **¶** Scipiones a baculo, qui Scipio dicitur, Quoniam qui primus hoc meruit nomen, innitebatur baculo.
- 14 **¶** Lenates a frequenti vſu Lenę veſtis.
- 15 **¶** Marcipor puer ſeu famulus marci, vt publipor Publij, Lucipor Lucij. Antiquitus enim a pſenominiſ dominorum, ſeruos in familia nominabant. Plynius Cap. 1. lib. 33. Singuli marcipores, Lucipores ve dominorum gentiles omnem victum in promiſcuo habebat. Seruos dominorum gentiles vocat, qui eodem nomine quo et domini appellantur. Gentilis enim pter notā ſignificationem, is dicitur q ſimili nomine appellatur. Beroal. in Anno.
- 16 **¶** Vari dicuntur, qui crura habent obtorta, quique ſunt pedibus incuruis, et in ſe contraſctis. Vnde etiam varę manus, Ouidius libro nono. Tenique a pectore varas In ſtatione manus id eſt decurias. Horatius libro primo Ser. Hunc varum diſtortis cruribus. Martialis libro ſeptimo. Vara vocat brachia paleſtritarum, quum aduerſarium amplectuntur, vbi ait. Vara nec iniecto Cęromate brachia tendis.
- 17 **¶** Vacie dicuntur, quibus pedes et crura in exteriori parte ſecluntur. Cuiusmodi fuiſſe legitur Seruilius Vacia vir pſtorius, Senecę temporibus. Varro libro primo de Re ruſtica. Cruribus rectis, ac potius varis quam vacijs. Hinc etiam Vacienorum cognomina fluxerunt.
- 18 **¶** Valgi dicuntur, qui diuerſas furas habent, hoc eſt in diuerſum actas, vt ſunt Lacertorū pedes, quorum pars intra conditur, pars extra procedit. Valgi contrarij ſunt varis. Habent enim furas altrinſecus prominentes, et in diuerſum actas, vt Cancrj, et Lacertę ipſę. Authore Ariſtotele.
- 19 **¶** Varicoſi, qui venas habent plus æquo intumeſcentes in temporibus, ventre, teſtibus, inguine, ſed maxime in cruribus, Quod ex nimio labore ſolet naſci.
- 20 **¶** Plauti et ploti dicuntur a planis pedibus.
- 21 **¶** Pilumni qui pilum piſtrinis inuenerunt.
- 22 **¶** Piſones a piſis leguminibus, quę optime ſerebant, vt Fabrij a Fabis, Lentuli a Lente, Cicerones a Cicere.
- 23 **¶** Bubulci, qui Bubus optime vtebantur, Authore Plynio.
- 24 **¶** Coelites vocantur, qui altero lumine orbi naſcuntur, vt ille Horatius Codes.
- 25 **¶** Lucini, ſeu Lucinj, qui paruos vtrinque habent oculos.
- ¶** Petauri dicuntur homines agiles, qui per circulos ſe immittunt, naſcunturque ſub Delphine. Huiusmodi ſunt Hiſtriones, ſunambuli, ſunerepi, et ſaltatriculi. Vocantur et Petauriſtę.
- 26 **¶** Labeones, Labieni et Labroſi a prominentioribus labris, Lucretius libro quarto. Simula Silene. At ſatura eſt ſabroſa Philęne.
- 27 **¶** Eſt apeli dicuntur, quibus aliqui id accidit pter communem naturę modum. Cuiusmodi fuit Eutymenis filius, quem Plynius ſcribit in tria cubita trięnio adoleuiſſe, in ceſſu tardum, ſenſu hebetem, et iam puberem factum voce robuſta, abuſumptum contractione mębrorum ſubita, trięnio circũacto.
- 28 **¶** Chilones dicuntur, qui ſunt maioribus labris. Aliter Labeones dicuntur.
- 29 **¶** Cylones qui ſunt fronte prominentiore, et quali extante. Sinonymice frontones appellantur.
- 30 **¶** Simi et Simones, qui habent nares introrſum reflexas. Quod genus homines facilius cęteris fiunt polypofi.
- 31 **¶** Hiſ contrarij ſunt Aquili, qui ſunt naſo forinſecus extento.
- 32 **¶** Bene naſati homines a Lampridio dicuntur mutoniati, ac bene mentulati.



- L**usciosi, qui propter vicium oculorum parum vident. Plautus in milite. Aedepol tu qui dem cæcus es, non Lusciosus. 33  
**L**uscus qui altero captus est oculo, qualis fuit Annibal. Vnde Iuuenalis. Quum Getula duces portaret belua luscum. 34  
**C**æcus qui utroq; Aliter deficioculus. Hinc cæcare et cæcutire verba descendunt.  
**B**albi qui linguam habent impeditam, nec verba debite enunciant, vt qui laborant labdacifimo, et ioracifimo. 35  
**B**lefi itidem dicuntur, qui lingua hærent, quum syllabam syllabæ iungere propere non possunt. Dicuntur a Græcis Thrauli. Porro Blefitas nõ solum vicium est linguæ, sed etiã eorum, qui oblesum gressum habent. vnde et blefi pro Valgis possunt accipi. 36  
**A**typi, qui non satis expedito plestro linguæ vtuntur, quasi aerem non ferientes, vel quasi verba non exprimentes. Budæus in Annotat. 38  
**A**ncyloglossi, qui linguam habent astrictam membranulis quibusdam duriusculis, & breuioribus, quod vicium Ancyloglossum dicitur, tuncque naturale est. Est et accidētarium, quum vlcus sub lingua cicatricem duriorẽ obduxit. Author Budæus. Est autem vinculum neruofum, quod filum vulgariter nuncupatur. 39  
**V**acij qui pedes extrorsus obtortos habent. Dicuntur et Vatiæ. 40  
**T**ragomafchali, qui virus alarum olent, Aliter Hircosi. Est enim Hircus fœtor alarum, quem Plynius alarum graueolentiam appellauit, et aliquando virus alarum, A græcis dicitur Tragos. Vnde Tragizontes pueri. 41  
**V**entriofii dicuntur qui sunt ventre propenso & extante, dicuntur etiam ventrosi, et ventricofii. 42  
**C**æsares hoc nomen traxerunt ab Africano Scipione, qui primus Cæsar a cæso matris vtero dicitur. Solinus Cap. 4. de mirabilibus. Desistant allucinari, qui dicunt Iulium Cæsarem a cæso matris vtero nuncupatum. Nam quo tempore subigebat Gallias matrem ipsam amisit Aurcliam nomine, q̄ superuivere nequiuisset, si cæso eiusdem vtero natus fuisset. 43  
**A**ndrogyni dicuntur vtriusque sexus homines. Aliter vocantur Hermaphroditii. 44  
**A**chili dicuntur, qui sunt sine labris. His contrarijs sunt labeones. 45  
**A**ncus qui aduncum habet brachium, nec exporrigi potest. Festus Pompeius. 46  
**B**ronci qui sunt ore productio, et dentibus prominentibus. Author Nonius. 47  
**B**ucones, qui sunt tumidioribus buccis. Plautus. Stulti, Stolidi, Fatui, Fungi, Bardi, Blemi, Buccones. Solus ego omnes antecoo stulticia. 48  
**E**pigryphi dicuntur, qui habent nasum aduncum. 49  
**F**lauij a flauo colore capillorum nomen traxerunt. 50  
**G**ibbosi, seu Gibberosi, qui tuber et tumorem habent in dorso. Tumor autem gibbus et gibber dici potest. 51  
**G**utturosi, quorum guttur tanquam spongia quædam intumescit, aquarum (quæ potantur) plerunque vicio. 52  
**H**ostimi, qui nascuntur sine naribus, quarum loco habent foramina. Aliter Simones. 53  
**M**actici, qui habent magnas malas et os patens. 54  
**M**onogrammi vocantur tenues, macri, et decolores. A pictura, quæ priusquam coloribus corporetur, lineis fingitur. Monogrammos enim pictura dicitur Linearis. 55  
**M**yopes, qui in luce parum vident, Latine lusciosi. Myopia dicitur huiusmodi vicium. 56  
**N**ycilopes, qui vident interdum. Sole occidente parum, Occaso nihil. 57  
**O**bstipi qui sunt breui collo, quibusq; colla in humerum inclinata sunt. Sueto. in Tiberio. Incedebat ceruice rigida et obstipa, adducto fere vultu. 58  
**S**patici, qui maligno spiritu sunt correpti, quicq; eodem in loco nequeunt subsistere. 59  
**N**erua a fortitudine neruorum & vestigiorum dicti sunt. Hala a fœdo oris haltu. Caspella a capillorum hirsutie. Fenestella a caluicie. Columella a proceritate. Nasice ab obuncis naribus, Staius nomen est feruile. Author Cælius Cap. 5. lib. 13. 60  
**M**anij appellabatur qui mane natus esset, vt Lucius qui Luce. Festus Pompeius. 61

Denominaciones a genere.

**A**vus pater patris, proavus aui pater, Abavus pater proavi, Auia patris, vel matris mater, Proavia, Abavia, Tritavia, vt Proavus, abavus, tritavus se habent. Pater qui genuit, mater quæ peperit. Patruus frater patris, patruales fratres, filij duorum patruorum. Sorores patruales filie duorum patruorum. Matertera soror matris. Fratris vxor fratris. Fratruales deorum fratrum filij, g & fratres patruales vocantur. Socer vxoris meæ pater, Profocer vxoris meæ avus. Socrus vxoris meæ mater, Gener filie meæ h uij maritus,

OFFICINA TEXTORIS.

maritus. Progener generi pater. Hinc Lucium Paulum pgenerum Augusti appellat Trā quillus, quoniam Iuliam eius neptam habebat in matrimonio. Nurus filij mei vxor. Ne- pos natus ex filio meo, vel filia mea. Neptis filia filij mei, vel filij. Nouerca secunda vxor, quam pater ducit mortua prima, ex qua liberos habuerat. Priuigni nati ex prima patris vxore, vt Hippolytus Phædre nouerç priuignus. Amita patris foror. Consobrini geniti ex duabus fororibus, quasi confororini. Leuir leuiri, frater mariti mei. Maritus vir vxoris, Marita vxor viri. Opiter cuius pater mortuus est auo adhuc viuente. Pappus id est auus. Aufonius, Pappos auiasque trementes. Patricius senatoris filius.

☞ Officinę artificum.

**S**Vtrina dicitur Sutoris officina. ☞ Tonstrina tonsoris. ☞ Textrina textoris. Plynius. Ipsa per se tenax ratio textrine. ☞ Vstrina metallici. Plynius lib. 36. Cap. 21. In vstri- na ter sicantur, ita vt torreantur carbone puro. ☞ Oenopolium officina vinarij. ☞ Laniena laniorum, et bouicidarum. ☞ Myropolium vnguentariorum, et pharma- copolarum. ☞ Thermopolium officina, in qua esculenta, et poculenta calida venduntur. Plautus. Semper videas bibentes in thermopolio. ☞ Pinotheca, seu pinacotheca pictorum est tabula, in qua pictæ tabulæ reponuntur. Vitruuius lib. 6. Non minus pinacothecæ et plumariorum textrinæ, pictorumque officinæ, vti colores eorum in opere propter cōstan- tiam luminis immutata maneant qualitate. ☞ Pelle fuina antiquitus vocabatur officina in qua pelles venirent, Beroaldus in Annotationibus.

☞ Repositoria diuersarum rerum.

**V**Estiariū dicitur vestimentorum repositorium. Plynius lib. 15. Vestiariū contra teredines, ac noxia animalia amurca aspergi. ☞ Dactylotheca gemmarum reposito- rium. Plynius lib. 37. Dactylothecam inquit primus habuit Romæ, priuignus Scyl- læ Scaurus. ☞ Panarium panis repositorium. Statius libro primo Syl. Hi panaria candidas que mappas subuectant, epulasque lautiores.

☞ Granarium id est horreum, seu repositorium granorum. Varro de lingua latina. Panaris- um vbi panem seruabant. Granarium vbi granū, in quo aliqua cōduntur horreū. ☞ Arma- mentarium repositorium armorum et nauium. Plynius cap. 37. libri septimi. Laudatus est Ctesiphon Gnosius e de Ephesie Dianę mirabiliter fabricata, et Philō Athenis armamenta rio mille nauium. Strabo lib. 15. Fit etiam regium, armamentario in quo arma conseruan- tur. Nam miles armaturam in armamentario reponit. ☞ Bibliotheca librorum. ☞ Atramentorium atramenti. ☞ Calamarium calamorum. ☞ Casteria instrumētorum nau- ticorum. Graphiarium theca, in qua styli reponuntur. ☞ Myrothecium vbi vnguenta con- duntur. ☞ Cellarium dicitur a ponendis celandisque rebus esculentis et potulentis. ☞ Pe- narium vbi penora custodiuntur. Est autem penus (vt secundo de natura deorum docet Cicero) omne quo vescuntur homines.

☞ IOANNIS RAVI ☞

SII TEXTORS NIVERNENSIS

Cornucopiæ, quo continentur loca diuersis  
rebus abundantiam secundum ordi-  
nem literarum.

CLARISSIMO VIRO, D. CLAVDIO A CRV  
ce, Baroni Planceyaco, Ioannes Rauisius TEX  
TOR Salutem.



ECIT OMNINOSA quædam nostri huius seculi vel iniuria vel certe malignitas, nobilissime Claudii, ut iam non solum non ardeatur illis, quod suis operibus demerentur sibi posteritate, at (quod est acrius dolendum) ridiculi sint omnibus & suspèdantur naso, habeanturque loco morionum. Contra vero consule & prudenter fecisse dicantur, quod nihil omnino suo Marte pepererunt, aut puterunt in publicum, vel si quid saltem pepererunt, suis egredi foribus non permiserunt, sed in scriptis non alium in usum, quam ad pascendas blattas continuerunt, quasi vero laudabilius sit ultra Endymionem indormire ne gligètia, ferisque prope totis consumere vitam, quam aliquid frugis parere. Et iam in tantum fastigium adoleuit hoc malum, ut nemo sine maximo fame suæ periculo, quicquam audeat euertitare, idque propter licentiosam & importunam quorundam hominum garrulitatem, a quibus nemini securo esse licet, quicquam totos oculos videtur adiecisse ad inferendam Reipublice calamitatem, ne bonæ literę quibuscumque aliquot ab hinc annos maiores nostri nugarum tenuis docti, diuortium fecerunt iure quodam postliminij redeant ad tribunal, & sedeant in Orchestra. Quę res mihi aliquid scripturienti magnam haud dubie terrorem attulit, & in animum prope induxit, ut vel nihil facerem omnino, porrectisque pedibus dormire ociosus, vel misso literis ipsis repudio ad aliud negotium me converterem. Fecissemque ut opinor, nisi (dum hac in re aqua mihi haereret) hominum quorundam alterius note venisset in mentem, quod adeo fauere & patrocinantur literis, ut eas cum hasta & clypeo ad libertatem & pileum vocent, possintque victoriam sperare, si pari iugo aliquandiu hoc genus traxerint. Arrepta hac occasione, me mihi restitui, resumpsiisque viribus (quas prius siue pefecerat hic metus) animum indui ad scribendum, & eo vehementiore, quo cito sciebam fastidiam tuam hac in re mihi non defuturam. Prius enim periculum feceram, te propensa in literas tot esse benivolentia, bonasque artes plurimi aestimare, præterquam quod eius quoque rei spiritus promittebat indubitata illa tuæ iuuentutis in dolens, ex qua maximam spem certissimumque ingenij lumem nemo non arguebat futurum. Nec sane spiritus hominum sefellit exitus. Nam ubi etas creuit, creuit simul studium virtutis & amor literarum, quas (nisi me decipit communis rumor) adhuc quoque vsque adeo diligis, ut earum studio nequeas tibi interdicerem, quicquamque imperiosa te reuocent occupationes. Bene hercle agis, & bene quidem audies Claudii nobilissime, quod summam in virtute felicitatem cum Stoicis, non cum Epicureis in voluptate reponas, quæ do (ut dicebat Callimachus) nihil est, quod citra virtutem extollat hominem. Qua in reo maiorem promereberis laudem, quæ in tanto diuitiarum pelago (quæ abunde tibi suppetunt) nulla te corrupit voluptas, quæ tamen omnes fere diuitum domos populatur, nulli fere non insidiatur opulentię. Et quamuis philosophorum testimonio, obiectus delicias titillatur sensus, & quibusdam velut blandimentis irriterentur, sic tamen semper tibi temperasti, ut ratio non permiserit te succumbere, quamuis drachmæ grandine (ut ita dicam) operitum. Pulchram deus boni constantiam, quæ nec arbitrum liuorem, nec iudicem Momum recusa uerit. Et sane (dabis veniam, si liberius loquor) magno crimini tibi daretur, si aliter faceres. Atque ego ipse omnium primus vocarem te spurium, et nothum, si a tam præstante viro Godefredo a cruce Regio quondam thesaurario patre tuo degenerares, quem virtutis amatissimum fuisse, adeo explorata et certa fatetur veritas, ut homines nihil habeant in ore frequentius, trimique iam infantuli hoc dicant. Solet quidem ex rerum copia nasci libido, & maior earum cupiditas. Nullis tamen opibus hanc contraxit maculam. Quin potius quantum apud eum crescebat thesaurus, tantum augebatur liberalitas, adeo ut nunquam haberet manum in sinu (quod dicitur) sed ambabus semper manibus largiretur. Et quod hereditario iure videtur tibi reliquisse literis in tantum fauere, ut scholasticos inopia laborantes sua quantitate nutrebat pecunia. Quid, quod publicam illam regni questuram (in qua paucis admodum castæ sunt manus, et non piceatæ) tanta æquitate ac diligentia administravit, ut iam inculpati questoris nomen apud omnes meruerit. Quæ utinam imitaretur, quibus incumberet ararum publici cura. Optime regno & iam naso ad cutem popello consuleretur, nobisque caderet oportune, si omnes prope ille, boni publici, non priuatę utilitatis satagerent. Pulchrum certe nostrę dactylotece carbunculum amissum, graueque fecimus iacturam, dum concessit fato. Sed eo mitius iactura ipsa ferenda est, quod herede te dimiserit virtutis suarum, quæ me impulserunt, ut modum perscrutarer, quo in beniuolentiam tanti viri possem introreperere. Tamen ergo utile factum fuit

est, vt hoc opusculum dominationi tuę nuncuparem, vt dum serias occupatones quandoque interrumperes, hoc interdum tua dignareris manu, & interim addictum tibi Textorę reuocares in memoriam. Breuis est quidē libellus, ita vt primo intuitu videatur indignus, qui Cornucopię inscribatur, nec forte sine multorum conuictijs, qui dicant plura in fronte promitti, quam recessus habeat. At vbi a vertice ad calcem quis perlegerit, nomen si non tutetur, saltem non impugnabit. Dum liminarem hanc leges epistolam, ita legas, vt excuses, et demas supercilio nubem. Coactus enim scribere raptim et tumultuarie, propter alia negocia, quę me perprimebant. Nam oportebat totam ferme operam dare Typographis, qui eodem tempore (quo hoc meum Cornucopię seorsum ac separatim imprimebatur) habebant prę manibus et diuisim quoque excudebant, reliquam Officinę molem. Qua in re multum vereor, ne quis me arguat temeritatis, quod pumilus ego et vix dū ab ignorantie tenebris expeditus tanta eodem momento non dubitem moliri. Quod si fiat, partem calumnię, et opprobrij mecum hauriet vir egregie literatus, et non vulgaris eloquentię LVDOVICVS MILETIVS huius Parrhisiensis Academię Rector meritisissimus, qui dum sperat bonas literas aliquid incrementi ex meis nugis habituras, studia mea non prius interpellare desijt, quam hoc ipsum a me extorserit, verius quā exorauerit, Cui etiam (si quęssisset vitam) nihil potuissē denegare, ppter singularem viri humanitatem et doctrinam, procliuemque affectum in bonas literas, quarū defyderio hactenus prurit, vt totā infumpssisse operam videatur in extirpanda illa barbarie, quam passim disseminauerunt nescio qui Vandali, pœnitēdique grammatiste, quibus amurca melius olet, quam alabastrer vnguenti plenus. Et fecisset iam pridē, si in suo vexillo multos habuisset ferentarios milites. Nec vnquam quiescet ex animi sententia, quin attigerit scopum, & hanc spurciciam foras eliminauerit. Sed iam saluebis a tuo TEXTORĒ, qui commentat se tibi de meliore nota.

Ludouic⁹  
Miletius  
Rector  
Academię  
Parrhisię  
sis.

Ad doctissimum virum Blasium Madronetum  
Rauisij TEXTORIS Epigramma,

**N**Vlla ne librorum poterit satiare supellex,  
Nulla tuam Blasi bibliotheca litim?  
Non adeo feruet, quem lęsit aquatica diplas  
Aut bibitis Hydrops infaturatus aquis,  
Vt tibi perpetuis studijs furiosa cupido  
Crescit, et ad Musas impetuofus amor.  
Si facis hoc, multo vt possis ditescere lucro,  
Magnarumque tibi crescat aceruus opum,  
Define, te nosster poterit faturare libellus,  
Sis licet immani Crastus auaricia.  
Omnia munifico dabit hęc tibi copia cornu,  
Et Phrygio poteris ditior esse Myda.  
Vis aurum et gemmas? Est gemmis diues et auro.  
Vis ferrum et Chalybē? Ferrum habet et Chalybem,  
Fingere vis statuas? Bimaris dabit æra Corinthi.  
Queris habere rasas? Floret vbique rosis.  
Vis armenta? Dabit Spartani armenta Galefi.  
Queris mella? Dabit quicquid Hymettus habet,  
Vngere vie crines vel corpus aromate? Plena est.  
Queris aues? Auib⁹ plena et operta sonat.  
Queris opes alias? Rhodium tibi proferet imbrem.  
Vis Cerasos? Cerasis plurima vbique rubet.  
Vis mensas? Mauri citrum tibi mittet Athlantis,  
Pruna? Dabit quicquid prisca Damascus alit.  
Dat cedros libani, dat quas parit Ida, cupressos,  
Cynnama, quę mittit diues odoris Arabs.  
Lucrini conchas, Graiæ Sicyonis alutam,  
Hic dabit Argos equos, India diues ebur.  
Electrum Aethiopes, fruges Cerealis Eleufis,  
Hybla fauos, flores Enna, vetusque famos.  
Ostrum antiqua Tyros, lanas imbelles Tarentum,  
Saffina lac, Memphis stamina, Sparta canes.

Nettia

Ne tua maiores remorentur seria nuge,  
 Hoc licet exiguo, munere diues eris,  
 Non tot opes habuit Babylon, non prisca Corinthus,  
 Non tot sceptriferi possidet arca Iouis.

¶ Alphagite Caltini in Cornucopie Rauisij  
 Textoris inscriptionem, Tetrastichon.

**A** Bijce, qui subito marcescunt, Copia flores,  
 Nec repleant cornu putida poma tuum,  
 Ecce ferens, quicquid profert natura per orbem,  
 Serta tibi textor non peritura dicat.

¶ Iacobi Albi Epigramma ad Rauisium  
 Textorem Niuernensem.

**E** T cum Parrhisij audax Niuernia certat,  
 Arbitrio Rauisij lis dirimenda tuo,  
 Patria te repetit, docuisse Lutecia iurat,  
 Quæreris a multis, alter Homerus ades.  
 Hanc nisi venisses patrijs de finibus urbem,  
 Dic, tegeter ne satrum laurus opima caput:  
 Parrhisij debet Niuernia, Mœuius esses.  
 Lar procul Aonio fonte paternus abest.

¶ IOANNIS RAVISII TEX-  
 toris Niuernensis Cornucopiæ:

¶ Loca diuersis rebus abundantia, De litera A:

<b>A</b> VRO Hispania, Iberia, Celtiberia, Tolosa, Dalmatia, Dardæ, Pangæus, Capita	1
lia, Italia Insulæ maris Aethiopici, Laurios, Suani, Dathus, Thafus, Ganges, Her-	
mus, Tagus, Paçolus, Iberus, Idalpes, Hytanis, & alia quedam loca, Turditania,	
Cemmenus, Aftures, Abydus, Britannia, Arabia, & Philippici campi.	
¶ Argentis & argentifodinis, Alyzones, Alyba, Sete, Prali, Chrysa, Argyra, Sardinia,	2
Saxonia, Chitriacum, Mayerium, Boquinium.	
¶ Aere, Themese, Corinthus, Carystos, Dodona,	3
¶ Armentis, Galefus, Britannia, Italia, Calabria, Thracia, Hispania,	4
¶ Asparagis, Rauenna, Germania,	5
¶ Alinis, Arcadia, Reate, Antron, Africa,	6
¶ Aluta, Sicyon,	7
¶ Amomo, Assyria, Armenia, Moedia, Pontus, Carri,	8
¶ Arborib <sup>9</sup> , Fortunatæ insulæ, India, Atlas mōs, Cyrene, Hircinia, Cauca <sup>9</sup> ,	9
¶ Apibus, Hybla, Himettus,	10
¶ Apris, Erimanthus,	11
¶ Autibus, fortunatæ insulæ, Peneus,	12
¶ Arcubus, Armenia, Ithra, Cydon, Gortyna,	13
¶ Arenis, Aethiopia, Hammanientes,	14
¶ Arundinibus, Tybris, Gnydos, India, Aefines,	15
¶ Aulgis, Babylon, Sarra, Pergamus, Britannia,	16
¶ Augurio & Arispicio, Ethruria,	17
¶ Aceto, Aegyptus,	18
¶ Atagenis, Ionia,	19
¶ Aromate, Persis,	20
¶ Absinthio herba, Pontus, Absinthus, Macedonia,	21
¶ Aspidibus, Aegyptus,	22
¶ Attilis piscibus, Padus,	23
¶ Anguillis, Bænacus, Ganges, Timaeus, Syracusæ:	24
¶ Auratis piscibus, Actium,	25
¶ Anthijs piscibus, mare rubrum,	26
¶ Aspalacis animalibus, Bœotia, Orchomenos,	27
¶ Alcibus, Germania,	28

¶ Alumine,

## OFFICINA

- 29 ☞ Alumine, Aegyptus, Melo, Ethruria.  
 30 ☞ Acacia herba, Aegyptus, Cappadocia  
 31 ☞ Aconito, Acco, Italia.  
 32 ☞ Alypio herba, Africa.  
 33 ☞ Anelo, Syria.  
 34 ☞ Arinea fruge, Gallia, Italia.  
 35 ☞ Alofis, Tybris.  
 36 ☞ Aloe, India, Arabia.  
 37 ☞ Asphalto furtice, Ister, Nyifrus.  
 38 ☞ Agarico, Cilicia.  
 39 ☞ Achate gemma, Achates.  
 40 ☞ Artificibus, Meroe.  
 41 ☞ Alabastro, India, Thebæ, Damascus  
 42 ☞ Auripigmento, Syria.  
 43 ☞ Amygdalis, Calabria.  
 44 ☞ Amarantho, India, Syria.  
 45 ☞ Arctione herba, Creta.  
 ☞ Amphitane gemma, India.  
 ☞ Acere arbore, Istria.  
 ☞ Alica, Picenum oppidum.  
 ☞ Ambrotono, Sicilia.  
 ☞ Amaraco, Cyprus.  
 ☞ Accipitribus, Massilia.  
 ☞ Assaro vnguento, Pontus.

## PRAEFATIO.



On video, vnde sequens opusculum (quod a rerum multitudine Cornu Copiæ appellare libuit) commodius ac decenter magis auspicari liceat, quam ab Auro, Quod licet inexplebilem hominū auiditatem & Hydrosifim non saturaret, sed adaugeat semper vehementius, omnium tamen appetitur voto. Huc certatim itur ab omnibus, Omnes incubant & excubant, vt ei insidientur. Omnes maciem contrahunt, fraudant genium naturæ, antelucana expergiscuntur diligentia, lucro inflammantur, modice aut etiam minus quam Luscina dormiunt, vt aurum ipsum (quod est velut tyrannus in propugnaculo) suis viribus expugnent & ducant captiuum. Neque est hominum genus, quod eius habendi cupiditate non intabescat. Reges ergo eius rei Pomœria suæ ditionis proferre student, Nouum stipendij nomen tunicato popello, nec hiscere, nec murmurare, nec my quidem facere audenti, imponunt. Quæstores passim & ab omnibus rapiunt, & omnia conuertunt cum puluisculo. Senatores & iudices muneribus & largitione corrupti, iusticiam velut meretricem prostituunt, & cum eo deterius agunt, qui non habet obolum, vnde restim emat, Raptisque in carcerem columbis, coruis impunitatem libere concedunt. Causidici crebris clamoribus & tonitribus verborum pulmonē sibi exhauriunt, vt aliquid trahant in suam nassam. Corruptique pecunia, tunc æquitatem nequeunt tutari, quoniam Argentanginam patiuntur. Milites vulneribus & iaculis, nauæ ventis & aquis vitam committunt. Fabri ferrarij laborare improbo incudem malleis tundunt, Agri colæ suis insistunt vomeribus. Mercatores peregre proficiscuntur, & solum mutant. Ne multis agam, omnes crucem sibi figunt. Nec aliam ob causam, quam vt aurum habeant. Quod quum multis conatibus arripuerunt, nonnulli benignius, plerique acerbius in captum animaduertunt, Qui sunt egregiæ & generosæ naturæ, miserentur captiuū protinus, neque capfulis diu retinent inclulum, sed cito euentilant, & donant libertate. Quinetiam sui ludi suarumque voluptatum particeps faciunt adeo, vt si lautiores epulas habere, alea, fritillo, taxillis, & spheristerio ludere, eleganti forma puellam inescare velint, aurum semper habeant paratum, velut ministrum anteambulonem, cui primos cōcedunt accubitus, & sine quo genialiter viuere nequeunt, aut etiam vel non audent, vel erubescunt in mediū prodire. Hi sunt liberales & munifici, quorum fores omnibus patent & aperte sunt, quique ipso horreo dant ingenue, neque rerum expectatione suspenlos hæredes retinent.

Contra vero

Contra vero sunt plerique malignantis adeo naturæ, vt aurum perpetuis carceribus captum teneant, & æterna damnent caligine velut sanguinarium parricidam, quum tamen nihil deliquerit, præterquam quod nimio sui desiderio quam plurimos excæcauerit. Hi sunt, qui immoriuntur lucro, quibusque nullus fatis est thesaurus. Omnia congerunt, vnde cumque possunt expilant, furantur, æruscant, & ab ipsis etiamnum statuis exigunt farinas. Quumque ad feniū peruenerunt, & iam alterū pedē habent in cymba Charontis, nondū tamen suæ libidini præscribunt modum, sed auidius semper esuriunt, & adhuc manum porrigunt in morte exactaque via maius viaticum parant. In quorum thesauros vtinam mihi meique similibus aliquando liceret irrumpere. Quam probe, quamque potenter dissiparem, quod multis annis famelici & iciumi in globum congesserunt. Ego præcone compitatim acclamante accersi iuberem mendicos, leprosos, paralyticos, podagricos, vlcerosos, & alijs moribus laborantes, hisque omnia virum elargirer, quæ illi ventrosi vultures multis latrocinij accumularūt. Et si deessent pauperes, darem potius Mimis & histriõibus, quam hoc tantum aurum in fornace & tenebris captiuum relinquerem. Maxime a vobis vellē percontari, O auari rapinatores, quem in vsum tantam bonorum Myrmeciam congeritis? Perpetuam vobis vitam pollicemini? Quotidiana (quæ vestris obseruantur oculis) dissident pericula. Vultis vermes auro pascere? Malunt vestros selquipedales & ampullosos ventres. Vultis heredi futuro consulere? Parcus ob hæredis curam nimiumque feruus Assidet infans, inquit Horatius. Et qui nepotibus tantam auri farraginem cumulat, quid aliud facit, quod vt rerum omnium negligentes, iam tum cum lacte voluptatem imbibant & luxui innutiantur? Demum quum adoleuerunt, cancerum facilius recte docebis ingredi, quam eos ad virtutem reuoces, quos paratus ante cunas & Serperastra thesaurus corripit, & Spadonibus fluxus reddidit euiratores. Mirū est, vnde tantū auro sit ingenitū virus, vt hanc sui habendi rabiem, tamque vehementem desiderium inducat, vt omnes terrarum fi brae ad ipsum exquirendum inquirantur. Vidimus (inquit Plynius) superexcavatos montes mirantes dehiscere, & interdum intremiscere, quod etiam iratæ parentis argumentum esse potest, nihilominus imus in viscera eius, & in sede manium opes quærimus. Vnde & Ouidius libro primo Meta, inquit. Sed itum est in viscera terræ. Quasque reconderat, Stygijque admouerat vmbriis, Effodiuntur opes irritamenta malorum. Quam innocens & beata esset hæc vita, si nihil aliud, nisi quod est supra terram, concupisceret, easque tantumque opes nosceremus, quas natale solum perturit, neque terras alio calentes sole, quæreremus. Sed quid est prodigiosis hominū ingenij non tentatum? Est etiam nobis pugna cum Elementis. Fecimus pontum pati verbera, & in percurrendis piscium habitaculis vires exercuimus. Nec fatis fuit naturam irritasse. Voluimus etiam scrutari, essent ne vlli in terræ visceribus inferi, vt parentem diuitiarū Plutonem suis detruderemus latebris. Iam non est, quo humana ingenia progrediantur vterius, nisi forte sua ipsi viscera rimentur, inquirantque, sit ne intus aliquid, quod nouum luxuriæ genus queat reperiri, seu vero non esset alio nobis commigrandum, nudis etiam & modico panno inuolutis, Sed iam pergamus dicere de auro, quæ supersunt.

**S**cribit Plynius libro. 33. Senatium Romanum longo tempore exiguum habuisse aurum, adeo vt quum a Gallis capta vrbe pax emeretur, non plus quam mille Pondari potuerint. Homerus scribit viros olim crinibus aurum implicuisse, vt nunc frequens est & peculiare Anglis aureas catenas collo inuolutas ostentare. Gallos cum auro pugnare solitos Torquatus est indicio. In Quintiorum familia aurum nec fœminas quidem habere moris fuit. Romani, auxiliares externos torquibus aureis donauerunt, ciuicos non nisi argenteis. Creuit paulatim omnium rerum luxuria, quum homines gustato voluptatis succo lapsi sunt in ebrietatem. Nam Bruti temporibus, mulieres pedibus aurum gestare ceperunt, nedum collo & digytis. Poppea Neronis vxor soleas aureas suis equis fecisse legitur, teste Plynio Cap. 11. libri. 33.

**C**Antonius Triumuir corporis excrementa non nisi vasis aureis excipiebat. Ferunt Agomencelum Alexandri magni præfectum, aureis clauis crepidas suffixisse. Aureus nūmus post annum 62. percussus est quam argenteus. Spartacus interdixit castris suis, ne quis aurum haberet aut argentum. In Tygri alueo oppidum est Babytace, cuius incolæ mortaliū soli aurum in odio contrahunt. Hæsseni quoque (vt idem testatur libro quinto) ab occidentali litore sine vlla fœmina & sine pecunia degunt. Satharchæ Septentrionales populi, vfu auri argenti que damnato, in æternum se a publica auaricia abdicarunt, Authore Solino. Quod vtinam imitarentur nostrates. Non tot insidijs humana vita circumueniretur. Non esset tam frequens Venenorum vfus. Omnes maiore animi tranquillitate viuerēt, & profundiore dormirent

fundiore dormirent fomno. Cessarent, quæ inde enascuntur, belli contagia. Neque aliena prosperitas recorto limaretur oculo. Sed furdis cano. Si me rupero, quod iam inualuit malum non solum non abolebo, sed nec minuat quidem. Auro nihil igne deperit. Propterea tutum est ab incendijs, & rogis durante materia. Quinimmo quo sapius arsit, proficit ob bonitatem. Aurum ubi igne probatum est, vocatur obrizum & purum. Si auro liquefcenti Galinarum membra misceantur, consumunt illud in se, ita hoc venenum auri est, inquit Plynius. Verrius apud eundem testis est Tunica aurea triumphasse Tarquinium Priscum. Nunc veniendum est ad institutum, dicendumque de ijs locis, in quibus plurimum auri quondam repertum est.

¶ Auro & aurifodinis.

Hispania



ISPANIA Metallis omnibus nedum auro abundare, docet Plynius. Metallis (inquit) Plumbi, æris, argenti, Auri, tota ferme Hispania scatet, Et libro. 33. Vicena (inquit) millia pondo auri, ad hunc modum annis singulis Asturiam, atque Galleciam & Lusitaniam præstare quidam crediderunt, ita vt plurimum Asturia gignat. Et libro quarto. Omnisq; dicta regio a Pyrenæo Metallis referta auri, argenti, ferri, plumbi, nigrici albiq;. Item lib. 33. Capi. 4. Ceterum inquit montes Hispaniæ aridi, sterilesq; & in quibus nihil aliud gignatur, huic bono coguntur fertiles esse. Item Strabo.

Iberia

Aurum (inquit) argentum, æs, ferrum, nusq; terrarum, neq; tantum, neq; tam probatum generari ad Tybrii vsq; tempora compertum est. ¶ Iberia pars est Hispaniæ, quæ intra Iberum fluuium continetur, quam Aurifodinis claram esse præterque iam diximus, docet etiam carmen Papini libro tertio Syl. scribentis. Quicquid ab auriferis ciebat Iberia fossis,

Celtiberia

¶ Possidonius scribit M. Marcellum exegisse tributum ex celtiberia Hispaniæ parte ad talem, 600. Ex quo coniecturam facere est (inquit noster Budeus) Celtiberinam gentem numerosissimam fuisse, & pecunia abundantem, Eadem ob causam Catullus Celtiberiæ vocat Cuniculosam id est Cuniculis seu fodinis refertam, vbi ait, Cuniculosæ Celtiberiæ

Tolosa

fili. ¶ Quis inficiabitur Tolosanum Italiæ oppidum auri plurimum habuisse, quum Trogi testimonio, in eo reperta sint auri centum & decem millia pondo. Argenti quinque dies centena millia: Quæ summa quanti sit estimanda, hinc licet obseruare, q; lingula pondo minoris centum aureis solatis estimari nequeant, Hoc autem oppidum quum Q. Cæpio Consul diripisset, quisquis ex ea direptione aurum attingit, misero, cruciabilisq; exitu perijt, inquit Gellius. Vnde natum Adagium, Aurum habere Tolosanum, in Calamitosos.

Dalmatia

¶ Dalmatia regio est Illyrica, in qua aurum inuentum est principatu Neronis, tanta quidem copia, vt quinquagenas quotidie libras effunderet. Martialis libro decimo Epigrammatum, Felix Auriferæ colone terræ, id est Dalmatiæ, Et Statius libro primo Syl. Robora Dalmatico lucent fatiata metallo, Item Michael Anglicus, Libriq; nitore Dalmaticum superes aurum, Scythicosque lapillos. ¶ Darde populi sunt Indiæ, auro fertilissimi, Vt Setæ populi argenti. Author idem Plynius libro sexto. In eorum regione formicæ aurum ex cauernis egerunt, cuius raptores si corripiant, lacerant.

Darde

Pangeus

Pangeus mons est Thraciæ, quem auri fertilem esse docet Herodotus in Polyhymnia. Hac iter (inquit de Xerxe loquens) præter eos montes, a manu dextra relinquens montem Pangeum, magnum atque excelsum, in quo aurea sunt & argentea metalla, Plynius scribit Auri metalla & conflaturâ a Cadmo Phœnicæ in Pangeo mote reperta.

Capitalia.

Capitalia mons est Indiæ, auri itidem ferax. Plynius libro sexto de Indo loquens. Naræ inquit, deinde quos claudit mons altissimus Indicorû, Capitalia. Huius incolæ alio latere auri & argenti metalla effodiunt.

Italia

¶ Italiam auri fertilissimam fuisse contendit Virgilius libro secundo Georgicorum dicens. Hæc eadem argenti riuos, ærisque metalla Ostendit venis, atque auro plurima fluxit. Plynius Cap. 13. lib. 37. de Italia loquens. Metallis auri, argenti, æris, ferri quandiu libuit exercere, nullis cessit. ¶ Clitarchus apud Plynium testis est Aethiopici maris insulas adeo fuisse opulentas, vt in earum vna incolæ equos talentis auri permutarent. ¶ Laurios est regio Atticæ, auri venis frequens, Vnde natum adagium, Noctue Laurioticæ, de pecuniarum copia, quoniam nomismatis Laureis Noctuarum figura insculpebatur. Hoc debemus Erasmo. ¶ Plynius lib. 33. Cap. 3. scribit, Suanorum gentem auri copia vsque adeo abundare, vt regnum ipsum velleribus aureis, trabibusque & columnis aureis & argenteis vbique castrat.

Insule maris aethiopicæ.

Suani

teat, Dathus



teat. ¶ Dathus fuit Thasiorum colonia, quæ quod auri venas habuerit, prouerbio sequenti locum fecit, Dathus bonorum. De cõferta rerum opulentia, inquit Erasimus: ¶ Thafus infula (cuius incolæ Tasi dicuntur) aurea quondam vocata est, a copia auri, quod ibidem effodiebatur, auctore eodem Erasimo. ¶ Inter loca auri feracia, nonnulli etiam fluuij numerantur, vt Tagus Hispaniæ, Padus Italiæ, Hebrus Thraciæ, Pactolus Asiæ, Ganges Indiæ, Auctore Plynio lib. 33. Cap. 4. Quibus adduntur Hermus, Iberus, Idaspes. ¶ De Gange, Pamphilus Saxus de laudibus Veronæ, Sic benacæ tuos æquant pater optime pisces, Diuitis vt fulvas marmora Gangis opes. Benacus nomen est lacus. ¶ De Hermo, Martia lib. 8. Non illi satis est turbato sordidus auro Hermus, & Hesperio qui sonat amne Tagus, Item Stroza filius libro primo Amorũ. Non vt Erithrei cumulare munera poti, Quodque Metalliferis egerit Hermus aquis. Hinc opes Hermæ dicuntur a poetis. Pontanus in Eridano, Felices Hermi ripæ ditante metallo, Felicesque Tagi quas rigat vnda ferax. ¶ De Tago, Claudianus libro primo in Ruffi. Non Tarthessiacis illum fatiaret arenis Tepestas preciosa Tagi. Et Pontanus libro secundo de Stellis. Dum Tagus aurifluis vectatur gurgite. Item Mantuanus libro quarto Agelariorum. Ad mare proripitur Tagus auricoloribus vndis. Item Plynius libro quarto, Cap. 22. Tagus inquit auriferis arenis celebratur. Martialis libro septimo. Quam meus Hispano si me Tagus impleat auro. Ouidius libro secundo Meta. Quodque suo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurum. Iuuenalis sati, tertia. Tanta tibi non sit opaci Omnis arena Tagi, quodque in mare voluitur aurum. ¶ De Pactolo, Claudianus de Consulatu Probi. Quantus per Lydiæ culta Despumat rutillas diues Pactolus arenas. Idem Claudianus. Quæ sic aurifero Pactoli fonte tumescit Lydia. Tibullus libro tertio, Nec me regna iuuant, nec Lydius aurifer amnis. Item Quintianus in Cleopoli. Sequana parrifios ditans preciosior Hermo, Pactoloque, suis voluit qui fluctibus aurum. Seneca in Thebaide, Et qua trahens opulenta Pactolus vada Inundat auro rura. ¶ Iberus quoque Hispaniæ fluuius auri ramenta quandoque fertur habuisse. Vnde Claudianus de Consulatu Manlij Theodori. Lentus Arar, Rhodanusque celer, & diues Iberus. Ricardus Bartholinus libro nono Auftriados. Regna sub aurifero deserta reslinquet Ibero. ¶ De Idaspe, Statius libro octauo Theba. Ceu modo gemmiferum Thyro populatus Idaspem. Et Claudianus libro secundo in Ruffi. Auriferum veniam poturus Idaspem. ¶ Hytanis flumen est Carmaniæ portuosum & auro fertile, inquit Plynius libro sexto, Cap. 23. ¶ De fluuijs, & plerisque alijs locis auriferis, Politianus in Ambra sic scribit. Quonunc diuitias animosi carminis ore Exequar: haud illi plena se conferat vrna Hermus, & aurata radians Pactolus arena, Et Tagus, & Durius, latebris quodque eruit audax Dalmata, quodque procul Bessus rimatur, & Astur, Fusile Callaica quodque in fornace liquefcit, Decolor in toto quodque inuenit Indus Idaspe, Quemque Rhodos fuluis hausi de nubibus imbrem, Quodque manu dea cæca tenet prædiuite cornu. Item Claudianus libro primo in Ruffi. Plenus fauiciæ, Iucrique cupidine feruens. Non Tarthessiacis illum fatiaret arenis Tempestas preciosa Tagi, non stagna rubentis Aurea Pactoli. Totumque exhauferit Hermum, Ardebit maiore siti. Item paulo post subiungit, Quo vesanæ ruis: Teneas vtrumque licebit Oceanum, laxet rutilos tibi Lydia fontes, Iungantur solium Cyri, Croëlique Thyaræ, Nunquam diues eris. ¶ Strabo ait Turditanorum Hispaniæ populorum gentem fuisse opulentissimam, vt quæ a Carthaginensibus quondam inuenta sit præsepibus vtens argenteis. De miranda eius fertilitate sic inquit libro tertio Geographiæ. At Turditania, agerque coniunctus nullam in hoc virtutis genere rationem commedandi sui abesse sinit. Nam aurum, argentum, æs, ferrum nullibi terrarum neque tantum, neque tam probatum generari hæctenus comperit. Aurum enim non solum ex metallis effoditur, verum etiam fluit. Flumina namque torrentes que auream deferunt arenam, quæ passim & per loca aquarum indiga existens reperitur, mox subiungit. Galli quidam digniora esse sua prædicant metalla quæ in Cerneno fonte

Dathus  
Thafus

Ganges

Hermus

Tagus

Pactolus.

Iberus

Idaspes

Hytanis  
pleraque  
loca aurifera.

Cemmeno monte sunt, praesertim quae ad Pyrenem vergunt, Verum enimvero quod his elocis educitur, magis probatum est.

Castures populi sunt Hispaniae Calaeis proximi, Aurifodinis quondam nobilitati, Silius libro primo, Sed scelerum causas aperit deus, improbus Astur Visceribus lacere telluris mergitur imis, Et reddit infelix effosso concolor auro, Claudianus, Effosis nec pallidus Astur oberrat montibus.

Priami opes fuere ex auro quod circa Abydum effodiebatur, teste Strabone lib. 14.

Fert Britannia (inquit Cor. Tacitus in vita Agricole) aurum & argentum & alia metalla precium victoriae. De Britannia sic meminit Strabo libro quarto, Tellus frugifera, pecore abundans, auro, argento & ferro.

Diodorus libro tertio ait in Arabia aurum esse quod non igni decoquitur, vt apud alios consuevit, sed e vestigio effossum, nucibus id castaneis simile reperitur, Colore est ita lucido (inquit idem) vt preciosos lapides ab artificibus auro inclusos splendorios reddat.

Philippicis Macedoniae campos auro & aurifodinis abundare docet Aristoteles quum inquit, Extant in Philippicis Macedoniae campis, aurifodine quam plures, ex quibus seroebes erutas auri, augeri paulatim inquirunt, ac denuo aurum parere, idque esse manifestissimum traditur, id ipsum etiam confirmat Solinus.

Argento & argentifodinis.

alyzones

Prater quae iam diximus loca, sunt & alia venis argenti memorabilia, Strabo lib. 12, ait Alyzones populos esse iuxta Pharnaceam insulam, qui habent venas argenti, & ferri. Interpres Strabonis, Hinc & Alyzonas, Odiosque & Epistrophus vna Longinqua ex Alyba ducunt, argenti vbi vena est.

Alyba

Alyba regio est non procul Mysia, in qua Homerus ait esse Argentifodinas. Author etiam Strabo libro. 13, qui ait hanc a nonnullis Alopam vocari.

Satae

Setae Indiae populos argento abundare docet Plinius libro sexto, Fertillissimi (inquit) sunt auri Darde, Setae argenti. Sed omnium in India prope non modo in hoc tractu potentiam claritatemque vincunt Prasi amplissima vrbe, ditissimaque Palibotra.

Prasi  
Chrysa  
Argyre

Chrysa & Argyras idem Plinius Indiae facit insulas auro & argento fertiles. Quod etiam vtriusque dictionis Ethymologia comprehenditur. De his meminit Mela libro tertio. Ad Tamum (inquit) insula est Chrysa, ad Gangem Argyre, altera aurei soli (ita verteres tradidere) altera argenti.

Sardinia

Sardiniam argento fertilem esse, docet Architenrius illo carmine, Inda ebore, argento Sardinia, & Attica melle. Testis etiam Solinus Cap. 10, in Saxonia Salinae sunt vberissimae, Praterea argentifodinae apud Gostardam oppidum, ab Othone primo inuenta.

Saxonia  
cithriaci

Author Volaterranus. In Augustodunorum seu Eduorum Diocesi pagus est Cithriacum nomine, frequentibus Argentifodinis clarus. Cuius rei testis sum non auritus, sed occultatus. Nam quum in Corbino oppido, quod vnicum tantum distat miliari, prima literarum biberem rudimenta, memini me nonnunquam illum iussu lufum & spaciatum cum collega meo in primis elementis, Ioanne Regio, qui adhuc ibidem agit Hypodidascalum sub Hugone Vitarello Gymnasiarcha. Eodem in loco est non parua fossorum multitudo, qui terram excauant, & mineralia exhauriunt, quae ad lonem fluvium propinquum in pecuniam conflant, & ibidem perpurgant, Cuius tamen non omni modum percipiunt emolumentum. Sunt enim stipendarii regi, cui pecuniae partem exolunt, homines alioque inelegantibus adeo & inurbanis moribus, vt a Centauris, aut Cyclopibus, originem duxisse videantur. Vidi quas effoderant septemfulas. At non poteram oculos intro dimittere, quin eorum profunditas, aspicienti horrorem incuteret. Sunt & loca eidem agro vicina, itidem argenti venis laudatissima, vt Mayerium Calcimontium, quae si haberet Italia magis tumesceret, ac superbiret, quam sua Cerere gloriatur Sicilia. Est & ibidem alius locus argenti feracissimus Boquinium nomine, cui nunc praesunt & dominantur duo nostratium vt ditissimi, ita & pbatissimi viri Iacobus & Germanus Perrelli fratres.

Mayerium.

Boquinium.

Aere.

Amyclae.

Politianus in Nutricia Amyclas vocat Aerifonas, quod Aere (vt coniectio) claruerint. Sic autem scribit, Ceu maximus ille Aerifonas pedibus qui quondam ductus Amyclas.

Themese

Themese oppidum est Cypri, in quo praestantissima Aeris metalla fuisse docet carmen illud Papinij Libro primo Syl. Et queis se totis Themese dedit hausta metallis, Item in eodem Nusquam Themesea notabis Aera. Et libro tertio, Achille, Aere sonat Themese, Testis quoque Strabo libro tertio. Fuit & eiusdem nominis oppidum in Brutijs Italiae conditum ab Aufonij (Latinis Tempia dicitur) cui hanc metallorum laudem ascribitur nonnulli.

Corinthus

Corinthus vrbs Achaiae a Sisypho latrone condita, vsque adeo Aeris praestantia nobilitata est, vt eo facta vasa in delicijs haberentur, aurique & argenti precium tranfererent.

derent. Strabo libro octauo. Vnde Corintharius a Tranquillo in Casare Augusto, vocatur amator huiusmodi vaforum immodicus. Ouidius libro sexto Meta. Orchomonosque ferrox, & nobilis aere Corinthus. Plynius ait celebritatem aëris esse in Asia, fuisse quondam in Campania, nunc esse in Bergomatium agro. Seneca in Medea, Preciosa Ionent aera Corinthi. ¶ Idem Plynius Cap. 12. libro. 4. scribit in Carysto insula marmoris optimi ferace aërum primum repertum fuisse. ¶ In dodona Molossorum ciuitate fuit oraculum & officina aëris præstantissimi, quæ quæ optime resonaret, fecit locum prouerbio. Aere Dodonæ loquacior.

Carystos  
Dodona

Armentis.

**G**alefium fluitium Calabriae armentis abundare arguit Statius libro secundo Syl. dicens. Et lacedæmonij pecuaria culta Galefi.

4  
Galefus

¶ Britannia (quæ nunc Anglia dicitur) terra est frugifera, pecore abundans, auro, argento, ferro, plumbo, pellibus, mancipijs, canibus etiam venaticis, vt inquit Strabo li. 4. Cicero tamen libro septimo Epist. familiarium in quadam Epistola ad Trebatium, & libro tertio Epistolarum ad Atticum, ei tantam sterilitatis notam inurit, vt ne scrupulū quidem auri neque argenti in ea reperiri dicat. At nunc res aliter se habet. Andreas Ammonius de ea sic scribit,

Britānia

Illic quæ armenta aspicio, quam mitia, quamque  
Grandia, & extentas crurum tenuis vbera vaccas,  
Occurrunt & oues imitantes tenuia Serum  
Vellere fila suo, vel quod Pagafæus lason  
Rettulit in patriam rapta cum Phaside quondam,  
Miror, vt omne pecus nullo custode vagetur,  
Lasciuque procul vituli sine matibus errent.

¶ Gellius libro decimo Noctium Atti. Coniectare (inquit) ob eandem causam possumus, quæ Italia olim esset armentosissima, multamque (quæ appellatur suprema) institutam in singulis dies, duarum ouium & 30. bouum, pro copia scilicet bouum, proque ouium penuria. Vide etiam Plynium Cap. 5. libri tertij. ¶ De Calabria, Horatius lib. 1. Ode. 3. Non æstuosa grata Calabriae Armenta, non aurum, aut ebur Indicum. ¶ Thraciam abundare armentis docet Seneca in Troade dicens, Meliorque foetu, Fortis armentis lapidosa Thrace. ¶ Augustus Apollinis filius fuit, armentorum multitudine ditissimus, Vnde natum Adagium, Augusti stabula repurgare. De eo meminit Volaterranus in geographia. Habuit Iob Idumæus, septem millia Ouium, tria Camelorum, Quinquaginta iuga bouum, quingentasque asinas. ¶ Eritrea insula est Hispania, quam Strabo ait tantæ fecunditatis esse, vt pecudes pabuli copia sit necesse excreatione sanguinis purgari. ¶ Fuit olim Hispania admodum armentosa, vt innuit Claudianus scribens in Epigramma. Non tales quondam species tulit armentorum Tellus tergimino subdita Geryoni.

Italia

Calabria  
Thracia

Asparagis.

¶ Asparagus dici potest virgultum seu herba in virgulta & caulem crescens, ab asperitate, vel Asparagus externa lingua significat fruticem. Hoc autem frutice Rauennam & Germaniam abundare docet Plynius lib. 19. De Rauenna Martialis in Xenijs, Mollis in equos rea quæ creuit spina Rauenna, Non erit incultis gratior Asparagis. Suetonius scribit Cæsarem ad exprimendam rei alicuius velocitatem consueisse dicere, Velocius quam Asparagi coquantur. Hic frutex a Plynio vocatur Corrua.

5  
Rauēna  
Germania

Afinis.

¶ Afinos optimos Arcadia, & in Italia Reate mittit, Authore Plynio. Quos propterea Peloponnesiæ illinc sibi emebant. De Arcadia fidem facit illud Perlianum saty. 3. Arcadiæ pecuaria rudere credas. Plautus in Afinaria. Meministi afinos Arcadicos, mercatori pelleo nostrum vendere Atriensem. Varro libro secundo de re Rustica Cap. 1. Hoc enim (inquit) nomine afini Arcadici in Græcia nobilitati, in Italia Beatini vsque eo, vt mea memoria afinus vnicuique sestercijs milibus. 60. & vna quadrigæ Romæ constiterint quadringentis milibus. Columella libro vndecimo. Hinc caput Arcadici nudū cute fertur Afelli. ¶ Antron fuit Thessaliæ ciuitas nomen inde sortita, quod cauernis & specubus abundaret. Illic aiunt afinos insigni quodam magnitudine fuisse. Vnde prouerbiū effluxit. Antronius Afinus. Vide Erasmi Chiliadas. ¶ Plynius libro octauo, Cap. 30. scribit in Africa multitudinē esse Afinorum syluestrium. Idem ait Afinos cornu armatos in India reperiri.

6  
Arcadia  
Reate

Thessalia

Africa

Alura.

¶ Sicyon vrbs fuit in Achaia non procul Corintho, in qua teste Cicerone libro primo de Orato. calcei molles & muliebres fieri solebant. Vnde alura Sicyonia dicitur Baptista Pius lib. 4. Elegi.

7  
Sicyon

lib. 4. Elegi. Aut sibi si modicos Sicyonia vinxet Aluta. Aethereos pellis aut heredosa pedes. Est autem Aluta corium quo calcei fiunt. Hinc Alutarij dicuntur calceolarij.

## Amomo.

8  
Assyria  
Armenia  
Mœdia  
Pontus  
¶ Amomum herba est seu arbuscula odoris suavissimi, in Assyria frequens & Armenia. Virgilius Aeglo. 4. Assyrium vulgo nascetur Amomum. Syllius lib. 11. Nec crinem Assyrio perfundere pugnet Amomo. Item Mātuanus in Catharina libro tertio. Fragrat & Assyrio lustratur carcer Amomo. Amomum Armenium est optimū, deinde Mœdicū, postea ponticum, Plynius. Nascitur (inquit) in Armeniæ parte vocatur Ocene, & in Mœdia, & in Pontō, Carrorum quoque prouincia Amomi fertilis est, teste Iosepho in antiquitatibus.

## Arboribus.

9  
Fortunatae insulae  
¶ In Fortunatis Insulis arbores sunt tantæ proceritatis, vt ad. 144. pedes inolescant. Testis Plynius libro sexto, Cap. 23. ¶ Sunt & in India arbores adeo proceræ, vt sagittis superari nequeant. Hęc facit vbertas soli, temperies cœli, aquarum abundantia, Plynius Libro septimo. Vnde Virgilius libro secundo Georgicorum. Aut quos oceano propior gerit India lucos Extremi sinus orbis, vbi aera vincere summum Arboris, haud vllæ iactu potuere sagitte. Theophrastus Capite vndecimo libri secundi de plantarum causis, causas proceritatis in arboribus prodidit his verbis. Arborum (inquit) ipsarum semper quæ locis opacis, & afflatu silentibus sunt proceres, leues, atq; excelsiores exurgunt, necnon si breui sitæ sunt interuallo, modo eodem adolefcunt. Contra quæ locis flatibus ac vento expositis, atq; apricis vel raris, solutisque exeunt, minus tales euadunt. Incrementum enim profunditatis, altitudinem vetat. ¶ Idem Plynius libro quinto ait imas Atlantis radices densis altisque replatas syluis incognito genere arborum, quarum enodi nitore spectabilis sit proceritas, Frondes cupressis similes, tenuique lanugine opertæ, quibus addita arte vestes Bombyci similes confici valeant. ¶ Cyrenaicus quoque ager arboribus fertilis habetur, inquit idem Plynius libro quinto. ¶ In Hercynia sylua tanta est arborum multitudo, tanta roborum vastitas, vt idem Plynius libro. 16. dicat colles occurstanti inter se radicum atolli repercussu,

Atlas

Cyrenæ  
Hercynia

Caucasus

¶ Caucasum montem arboribus abundare innuit Propertius Libro primo. Et nemo omne fatas intendat vertice syluas, Vrgetur quantis Caucasus arboribus.

## Apibus.

10

Hybla  
Himettus

¶ Peruulgatum est ex lectione poetarum, Hyblam Siciliae, Himettum Atticæ montes apibus & mellis optimi copia abundare. De Hybla Ouidius. Quod lepores in Atho, quod apes pascuntur in Hybla. Martialis libro septimo. Pascat & Hybla meas, pascat Himettus apes. Eadem ratione Himettus florens Lucretio, dulcis Iuuenali, & V. Flacco, Olens Statio dicitur. Martialis libro decimotertio, Hanc tibi Theſei populatrix mittit Himetti Pallados a syluis nobile nectar Apis.

## Apris.

11

Erymanthus

¶ Hoc argumento poetæ Erymanthum Arcadiæ montem Apris abundare dicunt, q̄ sibi dem Hercules furiosum illum & memorabilem aprum interfecerit. Vnde Stroza filius in venatione, Amphitrioniades in monstrifero Erymantho Fulmineum sic pressit aprum.

## Auiibus.

12

Insule  
Fortuna.  
Peneus

¶ Scribit Plynius lib. 6. Fortunatas insulas, & copia pomorum, & auium omnis generis abundare. Vide Cap. 32. ¶ Peneus fluius est Theſaliæ vndis lucidis amenus, viridanti riparum gramine, & canoro auium concentu. Volaterranus in geographia.

## Arcubus.

13

Armeia  
Ithya

¶ Omnes fere populi Orientales arcu, & sagittis claruerunt, quibus annumerantur Scythæ, Getæ Cretenses. De Armenia Lucanus lib. 8. Armeniosque arcus, Scythicis intendis te neruis. De Ithya vrbe Parthiæ in Tauro sita, Idē Lucanus libro septimo. Tunc & Ithyræi, Mœdique, Arabesque soluto Arcu turba minax, nusquam rexere sagittas. ¶ De Cydone vrbe Crete, Horatius libro quarto Car. Primus ve Teucer tela Cydonio Direxit arcu. Item Virg. in Buc. Ire libet, Partho torquere Cydonia cornu Spicula. De Gortyna vrbe Crete, Oui. lib. 7. Meta. Nec Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu.

## Arenis.

14

Actiopia  
Hammanientes.

¶ Aethiopia scetet arenis iuxta Marulli testimonium dicentis. Nec te perusti minuit, aut feruor soli. Divesque arenarum Aethiops. ¶ Hammanientes Cyrenaicae regionis populi, vndique arenis circundantur. Authore Plynio lib. 5, Cap. 5.

## Arundinibus.

15

Tybris

¶ Ouidius libro quinto Pastorum vocat Tybrim arundiferum, ab arundinibus, vbi ait. Tybris arundiferum medio caput extulit aluco. Eadem ratione Catullus vocauit Gnydon arundi nosam.

don arundinosam, Queque Ancona Gnydonq; arundinosam Colis. ¶ Scribit Plynius libro septimo in India esse arundines tantę proceritatis, vt singula internodia alueo nauigabibili ternos interdum homines ferat. Idem arundini (inquit) Indicę arborea amplitudo. Nas uigiorę etiã vicę præstant singula internodia. De his quoque arundinibus meminit Herodorus libro tertio. Circa Acefinem amnem maxime nascuntur. Diodorus in tertio ostendit Indorum regis Staurobatis potentiam in nauigijs non paruum constituisse, que ad quatuor milia ex arundinibus fluuio accommodanda aduersus Semiramidis vires confecit. Ferunt enim (inquit idem Author) flumina, locaque palustria arundinum copiam, ita crassarum habere, vt nequaquam eas homines vuluis amplecti queant, Ex his naues optamę fiunt propter arundinum robur.

India

Acefines

Auleis.

¶ Babylonij primi omnium diuersos colores picture intexuerunt, vnde & Plautus Babylonica vocat Peripetasmata. Et Iosephus Aulæum Babylonium. Martialis quoque Lib. 8. Non ego præulerim Babylonica picta, superbe Texta, Semiramia que variatur acu. ¶ In Sarra Phœnicie vrbe (quæ alio nomine Tyros appellatur) claruit vltus purpuræ, vnde & Virgil. Sarranum vocat Ostro lib. 2. Geor. Vt gemma bisbat, & Sarrano dormiat Ostro. Eadem ratione Iuuenalis Aulea vocas Sarrana. ¶ Claruit & Aulæis Pergamus vrbs Asię, que eius loci rex Attalus reperisse dicitur. Vnde & Attalica dicuntur. Syllius lib. 14. Que radio celat Babylon, vcl murice picto Læta Tyros, queque Attalicis variata per artem Aulæis scribuntur acu, aut Memphitide tela, Item Propertius. Porticus Auleis nobilis Attalicens. Idem. Nec fit in Attalico mors mea nixa thoro. De his intellexit Horatius dicens. Attalicens conditionibus Nunquam dimoueas, vt trabe Cypria Myrtoum patidus nauta secet mare. Lucretius quo Aulæa commendat Britannica. Vnde & Mantuanus. Sordidus Auleis non que fecere Britanni Textilibus lanis, neque Teutonus accola Rheni.

16

Babylon.

Sarra

Pergam<sup>9</sup>

Britania.

Augurio & Aruspicio.

¶ Apud Ethruscos augurij primum & Aruspicij disciplina fertur claruisse, eiusque inuentor extitisse Tages. Quam postea Romani ab eisdem susceperunt. Sido. in. 3. Panegyrica. Quid rogo bislino mihi vulture Thuscus aruspex Portendit? Mantuanus in Martio. Nil tamen interpret cocli, nil Thuscus aruspex. Nil magus inuenit, Vitruuius lib. 1. de Architectura. Id autem Ethruscis aruspibus disciplinarum scriptis, ita est dedicatum.

17

Ethruia.

Aceto.

¶ Acetum in Aegypto ex Marcotico vino fiebat, tanta quidem præstantia, vt in maiore precio, quam ipsum vinum esset, Martialis. Amphora Niliaci non sit tibi vilis aceti. Effet quum vinum, vilior illa fuit. Eandem ob causam Codrus Vrcus lib. 2. Syluarum, acetum vocat Pharium, dicens. Hic falis, hic Pharij seruat copiam aceti.

18

Aegypt<sup>9</sup>

Attagenis.

¶ Attagen seu Attagen avis est inter raras quondã epulas habita, sed præcipui in Ionias poris, authore Plynio. Vnde & Martialis. Inter sapes fertur alitum primus, lonicarum gustus Attagenarum. Fuit autem hæc avis frequens in Ionia. Plynius. Attagẽ maxime Ionius celebratur, vocalis alias, captus vero obmutescens, quondã existimatus inter raras auces, Hieronymus. Attagen & Ficedula, Mulus & Scaurus in delicijs computantur. Horatius in Epodo. Non Afra avis descendat in ventrem meum, Non Attagen lonicus lucundior.

19

Ionias

Aromate.

¶ Abudat Perfarum regio Aromate, Strabo libro. 16. Vnde Quintianus in Cleopoli. Perfica Aromatibus, validis Germania fabris.

20

Perfis

Abinthio.

¶ Abinthium herba est amara, vim habens calidam & stypticam. Potum stomacho prodest ad dolores corporis. Laudatissimum nascitur in Ponto. Quare ab Ouidio consulte dictum est. Turpia deformes gignunt abinthia campi, Terraque de fructu, quam sit amara, docet. Idem lib. 5. de Tristibus. Cana prius gelido desint Abinthia Ponto. Argumentum est ab impossibili. ¶ Abinthus vrbs est Thracie, quæ nomen sumpsit a copia Abinthij ibidem crescentis, quo oves pascuntur in regione Pontica felle carentes. ¶ Nascitur quoque Abinthium laudatum in Macedonia & Tauro monte. Est & vnum genus, quod Santonicum dicitur, a Gallie ciuitate. De quo videtur intellexisse Martialis. Santonica medicata dedi mihi pocula virga. Plynius ait laudatissimum reperiri in Thopasyri Aegypti.

21

Pontus

abinthia

Macedonia

nia

Aspidibus.

¶ Aspides serpentes sunt frequentes in Aegypto, hebetibus oculis, eisdemque in temporibus fixis.

22

Aegypt<sup>9</sup>

ribus fixis. Venenum habent, quo si quis percussus fuerit, nunquam euadit nisi vulnere altius rescisso. Earum imagine utebantur Aegyptij reges in suis Diadematis. Vnde V. Flaccus libro quarto Argon. lamque aspide cincta comas, & ouanti persona listro. Lucas libro quarto Pharias vocat Alpidas id est Aegyptias, vbi ait. Aspidas vt Pharias cau da solertior hostis Ludit, & iratas incerta prouocat vmbra.

- 23  
Padus **¶** Atilis sunt pisces, qui inertia pinguecunt. Sunt autem frequentes in pado, adeo vt ad mille quandoque libras capti sint, qui nisi iugis boum extrahi potuerunt, Plynius Capite quindecimo, noni libri.
- 24  
Benacus **¶** Anguillae pisces sunt admodum lubrici & volubiles, qui octonis viuunt annis, duranq; sine aqua senis diebus Aquilone spirante. Capiuntur plurimę in lacu Benaco hycmato, & in tantum mirabili multitudine, vt in excipulis eius fluminis ob hoc ipsum fabricatis singulorum milium globi reperiantur. Plynius libro nono. **¶** Scribit idem Plynius anguillas in Gange reperiri, tam inuitata magnitudine, vt tricenos pedes impleant. Cuius testimonium confirmat Solinus. **¶** Aelianus apud Volaterranum scribit in Timauro optimas, ac praepingues capi. Alij palmam lacui Vulfiniensi tradunt. **¶** Scribit Plutarchus in Timos leone in limosis locis iuxta Syracusas ingentem Anguillarum multitudinem pasci, adeo vt piscari volentibus lata adlit praeda.
- 25  
Actium **¶** Auratis piscibus. Aurati pisces sunt, qui a Graecis Chrylophries appellantur. In maris refluxu frequentes veniunt ad Actium Epyri oppidum, ibique in locis arenosis ad subnascentium arborum radices & latebras occultantur, & a peritis facile capiuntur. Horum piscium viuaria primus instituit Sergius Orata, nomen inde consecutus.
- 26  
Mare rubrum. **¶** Anthiis sunt pisces naso adunco, testudineo corpore, qui pennas habent, quas auium more, & volanti similes pandunt. Reperiuntur autem in mari rubro, Iupi magnitudine. Sunt & frequentes prope Cheledonias insulas Asiae. De his vide Plynium Capite. 59. libri noni, & volaterranum.
- 27  
Aegyptus **¶** Asteriis autis est docilis humanae vocis, & verborum imitatrix, quam plurimam habet Aegyptus. Volaterranus in Philologia.
- 28  
Boeotia **¶** Aspalacus est animal, quod sola Boeotiorum terra fert. A qua translatum statim perire dicunt. Frequens est tamen apud Orchomenios. Idem Volaterranus.
- 29  
Germania **¶** Alcibus. Alces sunt animalia, figura & pellibus capris similia, verum maiora aliquanto. Crura habent sine nodis & articulis. Quare arboribus stantes adherent in fomno. Reperiuntur in syluis Germanorum. De his abunde meminit Caesar Commentariorum sexto.
- 30  
Aegyptus  
Melo  
Ethruria. **¶** Alumine. Alumen dicitur terrae sulfugo, a lumine, quod lumen coloribus tingendis praestet. Inuenitur nigrum, & album, liquidum, & spissum. Inuenitur in Aegypto, ac in Melo insula, & Macedonia. Volaterranus ait fodi in Ethruria, in agro Massano & Volaterrano.
- 31  
Cappad. **¶** Acacia herba. Acacia herba est, mēbris medens luxatis, quae nascitur in Aegypto, Cappadocia, & Pōto.
- 32  
Aco.  
Italia **¶** Aconito. Aconitum herba est, quae (vt fabulantur poetae) ex Cerberi spuma venenum contraxit efficacissimum, quo tempore Hercules monstrum ab inferis ad superos eduxit. Aliqui dicitum putant ab Acone portu Heracleę, qui prouentu malorum graminum vsque adeo celebris fuit, vt noxiae herbae Aconita illic nominata sint, licet alias deriuationes ponant plurimi, Volaterranus ait nasci in Italia.
- 33  
Africa **¶** Alypio herba. Alypium herba est fruticosa & subruffa, flore nigro, quae nascitur in maritimis Africae.
- 34  
**¶** Anefo herba. Anefum semen est Apio simile vim habens calefactoriam. Frequens est in Syria.
- 35  
Arinea  
Gallia **¶** Arinea fruge. Arinea fruge. Arinea Volaterranus inter fruges enumerat, quae ait frequentem esse in Gallia & Italia.

☉ Aloſæ piſces ſunt oblongi, de genere Clupearum, qui alio nomine Chryſſæ dicuntur, Ferunt laudatiſſimas eſſe in Tyberi. 36 Tybris

Aloe.

☉ Aloe herba eſt fucci amariffimi. Vnde Iuuenalis. Plus Aloes, quam mellis habet. Naſcitur in India plurima. Eius quoque Gummi venit etiam ex Arabia & Aſia ad conglutinanda vulnera vtiliſſimum. 37 India Arabia

Alphalro frutice.

☉ Alphalrus frutex eſt ſpinofus & odoratus, quo vtuntur vnguentarij, ad vnguentorum fuccum. Naſcitur apud Iſtrum & Niſyrum in Syria & Rhodo. Tanta quoque Babylonæ huius fruticis eſt copia, vt non ſolum ſatis tot tantis que ædificijs fecerit, ſed & populus licet innumerabilis, eo arfacto pro lignis vtatur. Diodorus libro tertio. 38 Iſter Niſyrus

Agarico.

☉ Agaricum frutex eſt itidem odoratus, frequens in Cilicia, & apud Sarmatas. 39 Cilicia

Achate gemma.

☉ Achates gemma eſt vario colore, partim retinens Iaspidis vitreum, partim Sardi ſanguineum, partim Smaragdi fulgidum. Dedit autem nomen Achati fluuii Siciliae, quod frequens ibidem reperitur. 40 Achates.

Artificibus.

☉ Plynius libro ſexto de Meroe loquens. Cæterum (inquit) quum potirentur rerum Aethiopes, inſula ea magnæ claritatis fuit. Tradunt Armatorum. 200. milia dare ſolitam, Artificum quatuor milia alere. 41 Meroe

Alabaſtro.

☉ Alabaſtrum genus marmoris perlucidi, quo antiquitus vaſa fiebant vnguentaria. Naſcitur autem in India circa Thebas Aegyptias, & Damafcum Syriae. Habebat & Sparta viride cunctis hilarius. Dicimus & Alabaſter. Cicero libro ſecundo Quaſtionum Acad. Quibus etiam alabaſter plenus vnguenti putere videtur. Item Alabaſtrites. Plynius libro 36. Huc aliqui lapidem Alabaſtrem vocant, quem cauant ad vaſa vnguentaria. De Alabaſtro Martialis libro vndecimo. Quod Coſmi redolent Alabaſtra, focique deorum. 42 India

Auripigmento.

☉ Auripigmentum foditur in Syria ad vſum pictorum, in ſumma tellure, auricolore, ſed fragili, lapidum ſpecularium modo. Author Plynius libro 33. Capite quarto. 43 Syria

Amygdalis.

☉ Calabria. Benedictus Ionius Nouocomenſis. Quæ tibi prima nouo Calabris denſiſſima campis Flore viſet, quondam theſſa puella fuit. 44 Amygda

Alijs rebus.

☉ Amaranthum, Plynius libro decimo ſeptimo ait laudatiſſimum naſci in India, & in Syria. 45  
 ☉ Arctionem herbam reperiri in Creta. ☉ Amphitanem gemmam in India. ☉ Acerem arborem in Iſtria. ☉ Abietem in Vogefo monte, Corſica, Bithynia, Ponto, Macedonia. Sunt & abietes in Cypro. 130. pedum longitudinis, Craſſitudinis vero ad trium hominum complexum. Germaniæ prædones a ſingulis abietibus cauatis nauigant, quarum quædam triginta homines ferunt. ☉ Alica ſpecies eſt panis, quam ex Piceno probat Plynius. ☉ Ambroſionum herbæ genus, laudatiſſimum habet Sicilia, deinde Gallia. ☉ Amaracum Cyprus. ☉ Accipitres Maſſilia. ☉ Aſſarum vnguentum, Pontus, & Phrygia.

☉ Loca diuerſis rebus abundantia.

☉ De litera B.

**B** Vxis, Cytorus, Olympus, Pyrenei, Corſica, Aſpagonis: 1  
 ☉ Baccis fructibus, Sicyon, Idume, Arimpei populi. 2  
 ☉ Baccis gemmis, Ganges. 3  
 ☉ Bombyce, Orontes, Aſſyria, Arabia. 4  
 ☉ Beluis, Oceanus, Dyardenes. 5  
 ☉ Bobus, Celadufa, Taurominium, Phœnicia, Capania, Hercynia. 6  
 ☉ Balfamo, Iudea, Aegyptus, Hierico. 7  
 ☉ Bitumine, Is vrbs, Alſphaltites, Sofingites, Babylon, Nymphæus. 8  
 ☉ Beryllis, India, Phœnicia. 9

i ſſ

Byſſo,

- 10 CByffo, Iudæa, Elis, India.
- 11 CBulbis, Megaris, Baleares infulæ, Ebusus infula.
- 12 CBalenis, Indicum mare.
- 13 CBalano, Troglodytæ.
- 14 Bifontibus, Scythia, Germania.
- 15 CBubalis, Africa.
- 16 CBonalis, Pæonia.
- 17 CAlijs rebus, alia quædam loca.

C Buxis.

Cytorus.  
Olymp<sup>9</sup>.  
Pyrenæi.  
Corfiæ



ythorum Paphlagoniæ, Olympum Macedoniæ Pyrenæos item & Corficam Buxis abundare docet Plynius libro sexto, Cap. 17. Buxus inquit plurima Pyrenæis, ac Cytoro montibus, ac Berecynthio tractu. Gratissima in Corfica florem non ferendo. Hæc in Olympo Macedoniæ gracilior, sed breuis de Cytoro. Virgilius libro secundo Georgicorum. Et iuuat vndantem Buxo spectare Cytorum. Catullus. Nam Cytorio in iugo loquente sæpe sibilum edidit coma Amasfri Pontica, & Cytoze buxifer. Amasfris nomen est vrbis eidem monti vicinæ. Propterea pecten (quod discernuntur & comuntur capilli) proprio Epitheto appellatur Cytoriacus, quod Buxo fiat, quam in Cytoro frequentem esse diximus. Ouidius libro quarto Meta. Sæpe Cytoriaco diducit pectine crines. Politianus in Albieram. Compta Cytoriaco est pectine visa Venus. CAspago- nes. populi sunt in India, quos Plynius libro sexto, Capite secundo scribit Vitis, Lauri, Buxi & pomorum omnium esse fertiles.

Aspago-  
nes.

Baccis fructibus.

2  
Sicyon

CBacca dicitur fructus Lauri, Oliuæ, Myrti, & aliarum eiusmodi arborum, quo Sicyonem urbem Achaïæ abundare docet. Ouidius libro quarto de Ponto, dicens. Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos, Quot Sicyon Baccas, quot parit Hybla fauos. Item Politianus in Rustico. Et meditata nouos Sicyonia bacca sapores. Virgilius libro secundo Georgicorum. Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis. CIdume vrbs Syriæ, Baccis & arboribus baccas ferentibus abundat. Pontanus de hortis Hesperidum. Quæq; & Idumæas mittunt palmaria baccas. CArippei populi sunt vltra Ripheos montes, apud quos tanta est baccarum copia, vt illis etiam viuant.

Idume

Arimpei.

Baccis gemmis.

3  
Ganges

CEst & Bacca nomen Gemmæ frequentis apud Gangem Indiæ fluiuium. Pontanus in Lepidina. Dona ferunt auro gratida & Gangetide bacca. Reperitur etiam in mari rubro. Claudianus. Et granibus spatiale baccis diadema ferebat, Intextum, rubro quas legerat ipsa profunda.

Bombyce.

4  
Orontes

CBombix dici potest subtilissima tela, quam eiusdem nominis vermes in India conficiunt Araneorum more. Reperitur autem apud Orontem fluiuium laudatissima. Salmonius. Alter Orontea radiat ceruice decorus. Alterius rosea fronte coruscat Onyx. Baptista Pius libro tertio Elegi. vsus est in masculino genere, dicens. Protegit obscurus radiantia tempora Bombyx. In hoc Propertium imitatus. CPlynius laudat Bombycem Assyriam, qua viri foemina cesserunt, quæ viros etiam non puderet, has vestes induere propter onera æstiuæ. In tantum (inquit ille) a lorica gestanda discesserunt mores, vt oneri sint vestes. CArabia (quam ab omnium deliciarum vbertate felicem vocamus) Bombyce quoq; abundat. Propertius lib. 2. Nec si quæ Arabia lucet Bombyce puella, Hinc Combycinæ vocantur vestes ille mollissime. Iuuenalis. Cuius Delicias & Panniculus Bombycinus vrit.

Assyria

Arabia

Beluis.

5  
Oceanus  
Dyardenes.

CHoratus libro quarto Carminum vocat mare Beluosum a beluarum (quibus abundat) multitudine, vbi ait. Te Beluosus, qui remotis Obsrepit Oceanus Britannis. CDyardenes fluiuius (inquit Curtius libro septimo de gestis Alexandri) minus celebris auditu, quia per vltima Indiæ currit. Ceterum non Crocodilos modo, vt Nilus, sed etiam Delphines, ignotasque alijs gentibus Beluas alit.

9  
Cedulasa  
Tauromi

Bobus.

CCeladufam Plynius libro tertio, Cap. 26. facit insulam Mesie intra Surium, bobus & capris laudatam.



pris laudatam. ¶ Taurominium mons est Siciliae bobus plurimis abundans, qui propterea Taurominiani dicuntur, vt Carybdis Taurominiana. ¶ Aelianus apud Volaterranum scribit boues esse in Phoenicia tanta magnitudine, vt a stantibus mulgeantur. Idem ait apud mare rubrum boues cornibus flexibilibus esse, apud Myfos sine cornibus nasci, in India curlu cum equis contendere publico spectaculo. In Lybia boues esse agrestes equis non inferiores curlu. Apud Cratera, item Clitumnum Umbriae fluium armenta ex nigris alba fieri. In Euboia omnes fere boues albos nasci. Tauros Aethiopum agrestes cornua aurium modo mouere. ¶ Capania albos & exiles gignit. Umbria vastos, Ethruria albos & ad opera fortes. Apenninus vegetos, ac labori aptissimos. Columella. ¶ In Sylua Hercynia bos est (inquit Caesar commentariorum sexto) cerui figura cuius a media fronte inter aures vnum cornu existit, excellius magisque directum n̄s quae nobis nota sunt cornibus, ab eius summo sicut palmae ramique late diffunduntur, eadem est foeminae, marisque natura eadem forma, magnitudoque cornium.

nium.  
phoenicia  
& alia loca.

Capania,  
Hercynia

Balsamo.

7  
Iudaea

¶ Balsamum arbuscula est Aromatica, cuius lignum xylobalsamum, succus opobalsamum dicitur. Plynus Libro. 12. Omnibus inquit odoribus praefertur Balsamum vniterrarum Iudaeae concessum. Producitur & in valle Syriae arbore mali punici magnitudine, Ramis multis, folio Ruta simili, candido tamen & perpetuo virente. Fructu simili Terebintho, Vnde L. Florus de bello Mithridatico. Necnon & in meridiem verso agmine, Lybanum Syriae Damascumque transgressus, per nemora illa odorata, per thuris & balsami sylvas Romana signa circumtulit. ¶ Balsamum in Aegypto reperiri arguit dictum Claudiani scribentis Gemmatibus alij per totum balsama tectum Effudere cadis, duro quae saucius vnaeque Niliacus pingui defudat vulnere cortex. ¶ Hierico seu Hiericus vrbs Iudaeae. Mantuanus. Nec thuris Saba sola ferax, nec balsama foli Dant Hiericuntini colles. Idem. Quae generant humiles felicia balsama syluae, In Hiericuntino sunt tua dona solo, De hac re vide Iustinum libro. 36.

Aegyptus.

Hierico

Bitumine.

8

¶ Is vrbs distans a Babylone itinere octo dierum, apud quam fluuius est eiusdem nominis, ex quo bitumen toti Babyloni quondam subministrabatur, Herodotus libro primo. ¶ De Asphaltite Syriae lacu Plynus libro. 27. Quin & bituminum (inquit) sequax alioqui & lenta natura in lacu Iudaeae, qui vocatur Asphaltites, certo tempore anni supernatans, nequit sibi auelli, ad omnem contactum adherens, praeterquam filio, quod tale virus infecerit. Item libro secundo. Nihil inquit in Asphaltite Iudaeae (qui bitumen gignit) mergi potest. Et libro quinto. Asphaltites nihil praeter bitumen gignit. ¶ Ammianus Marcellinus libro vigesimo secundo. Citra omnes (inquit) propinqua nobilis Assyria, Nunc omnis appellatur Syria, vbi inter baccarum, vulgariumque abundantiam frugum, Bitumen nascitur prope lacum, Sosingitem, cuius alueo Tygris voratus fluensque subterraneus percurfis spacijs longis emergit. ¶ Inter caetera laudatur bitumen illud, quo Semiramis coctis Babylonis muros construxit, Vnde Ovidius libro quarto Metra. Vbi dicitur altam coctis libus muris cinxisse Semiramis urbem. Richardus Bartholinus libro septimo Austrifados, Ille Semiramio calefacta Bitumine tela Torquet i aduersum. Curtius lib. quinto ait apud Mennium Babyloniurum urbem cauernam esse ex qua fons ingentem vim bituminis effundit, adeo vt constat Babyloniurum muros ingentis operis huius fontis bitumine interlitos esse. ¶ Nymphaeus mons est ardens, cuius crater Bitumen egerit omni Bitumine dilutius, Strabo libro septimo.

Asphaltites.

Sosingites,  
Babylon.

nymphaeus

Beryllis.

9

¶ Beryllus lapillus est pallidus & transparens Smaragdo similis, qui semper sexangula figura artificum opera politur, quoniam hebescit, nisi color percussu angulorum excitetur. Vnde Iuuenalis Satyra quinta. Beryllos inaequales vocat, vbi ait. Ipse capaces Heliadum cruistas, & inaequales Beryllos Vitro tenet Phialas, Beryllos India gignit, raro alibi reperiuntur, praeterquam in Phoenicia, vbi etiam adinueniuntur.

India  
phoenicia

Byssu.

10

¶ Byssus dicitur genus lini subtilissimi, quo preciosissimae fiunt vestes quae Byssinae appellentur. Byssus in Iudaea praecipuus nascitur, teste Iosepho. Secundus in Elide Graeciae ciuitate, colore inferior Iudaico, sed tenuitate praestantior. ¶ In India Byssum nasci ferunt, quae altitudine quidem populosae quae, folijs autem salicis equiparantur, Theophrastus in vita Apollonij.

Iudaea

Bulbis.

11

i iij Bulbus

CORNICOPIAE

**Megaritis.** **¶** Bulbus a Romanis dicitur Allium agreste. Alij Allium marinum vocant. Caulem & folia habet Lilio similia. Venerem excitare fertur. Martialis in Distichis. Quum sit anus coniunx, & sint tibi mortua membra, Non aliter Bulbis quam fatur esse potes. Nec aliam ob causam bulbos salaces vocat libro tertio dicens. Sed nihil Erucae faciunt, bulbique salaces. **¶** Columella libro vndecimo. Queque viros acuum, armantque puellas, iam Megaris veniant genitalia semina Bulbi, Bulbi Megarenfes precipuam obtinent palmam, quos propterea Cato Megaricos vocat, & multum celebrat, teste Plynio lib. 19. cap. quinto. **¶** Eodem Plynio ibidem ait Bulbos sponte nasci & copiosissime in Balearibus, Ebusoque insulis, ac per Hispanias. Post hos in Africa nati maxime laudantur. Sed & in prenestinis campis sponte nascuntur, ac sine modo, in Remorum aruis. De Africanis bulbis Iuuenalis saty. septima. Aut veteres Afrorum Epimendia bulbi.

**12** **Indicum mare.** **¶** Balenas alit Indicum mare quintuplo Elephantis magnitudinem excedentes. Plynio libro nono, capite tertio ait quasdam reperiri quaternum iugerum.

**13** **Trogloodytae.** **¶** Balanus arbuscula est, seu herba vnguentaria & aromatica, frequens in Troglodytis, Thebaide, & Arabia.

**14** **Scythia Germania.** **¶** Bison animal est deforme iubarum prolixitate, & reliquo corpore. De quo Martialis libro primo. Illi cessit atrox Bupalus atque Bison. Et alibi. Turpes effeda quod trahunt Bifontes. Hoc animal gignit Scythia & Germania, quae tamen fructuum inopia paucissimis abundat animalibus.

**15** **Africa.** **¶** Bubalus animal est ceruicem habens vitulo similem, vnde & nomen sumpsit. Reperitur autem in Africa.

**16** **¶** Bonafus animal est iuba equina, caetera Tauro similis. Cornibus inter se adeo reflexis, ut pugnae sint inutilia, gignitur hoc animal in Paeonia, & monte mesapo. Volaterranus ait Bonasorum venationem hodie cerni in Lusitania.

**17** **¶** Habet Bucardiam gemmam Babylon. **¶** Buteones aues, Baleares insulae. **¶** Bedellium arborem Scanthrum mons Scythiae.

**¶** Loca diuersis rebus abundantia.

**¶** De litera C.

- 1** **¶** Roco, Corycus, Cilicia, Lycius, Olympus, Tmolus, Sicilia.
- 2** **¶** Canib<sup>9</sup>, Canaria, Amycle, Molossia, Epir<sup>9</sup>, Umbria, Sparta, Melita
- 3** **¶** Creta, Creta, Cymolus.
- 4** **¶** Crocodilis, Nilus, Indus, Bambotus, Darat.
- 5** **¶** Cannabe, Scythia.
- 6** **¶** Capris, Capraria, Cinyphs, Fortunatae insulae, Africa, Syria, Capria, Sardinia.
- 7** **¶** Coryllis, Auella.
- 8** **¶** Cupressis, Ida, Orontes, Creta, Cyllene, Erymanthus, Lyceus, Cyparissus, Ascalon.
- 9** **¶** Costo, Arabia, India, Syria, Patale, Persis.
- 10** **¶** Caseis, Luna vrbs, Vestini, Trebula.
- 11** **¶** Culicibus, Mesopotamia.
- 12** **¶** Cynamis, Panchaia, Arabia, Pangaeus.
- 13** **¶** Calamis, Aegyptus, Gnydos, Anethicus, Nigris, India, Rhenus.
- 14** **¶** Cera, Himettus, Hybla, Mantua.
- 15** **¶** Columbis, Chaonia, Dodona, Syria, Paeonia, Illyria.
- 16** **¶** Conchis, Lucrinus, Bibaga, Mare rubrum.
- 17** **¶** Cochleis, Mare rubrum.
- 18** **¶** Cedris, Libanus.
- 19** **¶** Cygnis, Cayster, Nincius, Neander, Anglia, Pergusa, Padus, Eurotus.
- 20** **¶** Calybe, Norici.
- 21** **¶** Cerastis, Lybia.
- 22** **¶** Chelydris, Calabria.
- 23** **¶** Colossis, Rhodos.

Crateribus,

☞ Crateribus, Corinthus.	24
☞ Citro, Mauritania, Atlas.	25
☞ Cæpis, Cumæ.	26
☞ Colocasia, Aegyptus.	27
☞ Corrua, Germania.	28
☞ Carduis, Hispania, Carthago;	29
☞ Cappari, Alexandria.	30
☞ Conserua, Alpes.	31
☞ Casia, Arabia.	32
☞ Cerasis, Cerasus vrbs.	33
☞ Cotoneis malis, Cydon.	34
☞ Cancris, Phœnicia.	35
☞ Cuniculis, Balears.	36
☞ Calceamentis Sicyon.	37
☞ Chryfocolla, Cyprus.	38
☞ Cotricula gemma, Tmolus.	39
☞ Carbunculis, India.	40
☞ Calce Tybur.	41
☞ Cotono, Calabria, Maltha, Syria.	42
☞ Carpionibus, Benacus.	43
☞ Cocco, Asia, Valentia.	44
☞ Chalbana, Syria.	45
☞ Cercopythecis, Taxila.	46
☞ Callithricibus, Aethiopia.	47
☞ Cynoprofopis, Aethiopia.	48
☞ Catoblectis, Africa.	49
☞ Chenalopœcibus, Britannia.	50
☞ Cinnamulgis, Arabia.	51
☞ Cephalis piscibus, Cephalnides.	52
☞ Cytharœdis piscibus, Mare rubrum.	53
☞ Coronis, Elis.	54
☞ Castaneis, Petragorici, Tarentum.	54
☞ Cetus, Arabia.	56
☞ Alijs rebus, diuersa loca.	57.

☞ Croco.



Orycus oppidū est Ciliciæ, vbi Crocus nascitur rara bonitate & felicitate, qui propterea Corycius vocatur. Horatius lib. secundo Sermonum. Coricioque Croco sparsum stetit. Plynio Libro. 21. Prima nobilitas inquit Cilicio croco, & ibi in Coryco monte, deim de Lycio mōte, Olympo, mox Centuripino Siciliae, Aliqui Phlegreo secundum locum dedere. Virgilius in Battarum. Et hic Cilico Crocus editus aruo. Item Martialis li. primo. Festinauit arabs; festinauere Sabei, Et Cilices nymbis hic maduere suis. Propertius lib. 4. Terque lauet nostras spica Cilissa comas. Lucanus Lib. 9, Vtque solet pariter totis se effundere signis Corycij pressura Croci. Martialis lib. 11. Vltima Coricio quæ cadit aura Croco. Item Virgilius Portus Madidus croco Cilix ferusque, Sarmata. ☞ In Tmolus quoque monte Ciliciæ, vel (vt alijs placet) Lydiæ, Croci & quidem optimi copia esse meminit Virgil. lib. 1. Georgi. Nonne vides, croceos vt Tmolus odores, India mittit ebur, molles sua thura Sabei: De hoc intellexit Lucretius lib. 2. dicens, Et quæ scena Croco Cilici perfusa recens est. ☞ Habet & Sicilia Crocum præstantissimum, licet Corycio fortasse viliorem. Vnde Statius Lib. 2. Syl. Et tenues Arabum respirant gramine syluæ, Sicanijsque crocis. Idem lib. 5. Nam Sicani non mitius halat Aura Croci.

Canibus.

☞ Canaria vna est earum insularum, quas fortunatas a rerum copia vocamus. Hæc a multitudine canum ingentis magnitudinis nomen sumpsit. Authore Plynio libro sexto. ☞ Amyclis, quæ ciuitas est Laconia; canes optimi fuisse dicuntur. Virgilius lib. tertio Georgicorum.

- gicorum. Armaque, Amycleumque canem, Cressamque Pharetram. Politianus in Rustico. Stant sedula circum Turba canes, audaxque Lacon, acerque Molossus. Baptista Pius lib. tertio Elegi. Si iuuat audaci iustra Lacone sequi. Franci. Mirandula in Hymnis. Necte re odorise quos loris assueta Laconas. ¶ Molossia quoque, & Epyrus partes sunt Laconiae optimis canibus abundantes. Virgilius in Culice. Illum Sylla rapax canibus succincta Molossis. Item Horatius libro secundo Sermonum. Simul domus alta Molossis Perfonuit canibus. Plautus in captiuis. Quando rure redierunt Molossi. De Epyroticis. Varro libro secundo de re Rusti. Cap. 9. Itaq; a regionibus (inquit) appellantur Lacones, Epyrotici, Salamantini. Tanta fuit huius loci canū bonitas, vt apud suos sepulchra meruerint. Vnde Strozza filius. Suos de more Molossia vetusto Cōdit terra canes, cineres nec lēdit opertos. ¶ Celebrantur & canes Vmbrię, quae est pars Italiae. Syllius lib. 3. Cui pernix quum densa vagis latratib; implet Venator dumeta Lacō, aut erigit vmbre Nare sagax e calle feras. ¶ Seneca in Hippolyto commendat Spartanos, vbi ait. At Spartanos (genus est audax Auis dumque fera) Nodo cautus propiore liga. ¶ In Melita insula (quae est inter Corcyram & Illiricum sita) canes sunt admodum parui, qui habentur in delicijs, adeo vt mulieres maiorem illis, quam maritis habeant honorem. Hinc Adagium. Canis Meliticus, quum quis ad voluptatem nutritur, non vtilitatem. Plynius in fine tertij. Inter Corcyram (inquit) & Illiricum Melita. Vnde catulos Meliticos appellari Callimachus Author est.
- 3  
Creta  
Cymolus  
¶ Creta dicitur tenax quaedam terra, qua fullones in ablucendis maculis vt confucuerunt. Omnium praestantissima fuit in Creta insula, a qua nomen traxit. Hac etiam abundat Cymolus insula, quae propterea Cymolia dicitur. Cuius duo esse genera scribit Plynius lib. 36. Cap. 16. Candidum scilicet & ad purpurissimum inclinans. Creta quādoque vtuntur Figuli. Vnde Varro libro tertio de re Rusti. Figlinam vocat. At quod extat vlcus (inquit) figlina illiniunt Creta, Figularem Colu. lib. 7. & Cymoliam. Creta Cymolia ex aceto linas, inquit. Item, Solet etiam ipsum animal viuum Creta figulari circudari.
- 4  
Crocodilis.  
¶ Crocodilus animal est quadrupes, ex ovo in miram excrefcens magnitudinem, vt qui duos & viginti cubitos impleat. Quattuor menses hyemalis non comedit, Lingua caret, Viuit in terra, & in aqua. Crocodilis autem abundat imprimis Nilus. Vnde Plynius libro octauo. Crocodilum (inquit) habet Nilus, quadrupes malum, & terra pariter, ac flumine infestum. Testis etiam Mela libro primo. Baptista Pius libro quinto Elegi. Nilicolamque feram cautus Crocodilon Ichneumon Diliget. Martialis libro tertio. Cui comparata ricibus tuis ora, Niliacus habeat Crocodilus angusta. Ombite populi in Aegypto hoc animal adorant, eique sacros dies faciunt, ac lētantur liberos suos ab eo deuari. ¶ Habet Indus fluitius Crocodilos, Vnde Herodotus. Is inquit cupidus cognoscendi, vbi nam Indus, qui se cundus omnium fluminum Crocodilos praestat, mare inffat. ¶ Plynius libro quinto cap. primo ait Mauritanie flumen Bamborū Crocodilis, & Hippotamis refertum. Idem quoq; testis est in flumine (cui Darat nomen) Crocodilos gigni.
- 5  
Cannabe.  
¶ Cannabis herba est, qua fiunt funes, qui propterea Cannabini dicuntur, Columell. Hac abundat Scythia, vnde Herodotus. Nascitur (inquit) apud Scythas Cannabis lino similis, praeterquam crassitudine, & magnitudine. Plynius lib. 16. ait Cannabem agri Sabini, aequare arborum altitudinem.
- 6  
Capris  
¶ Capraria insula (quam Graeci Aegilon dixere Authore Plynio) a multitudine caprarum nomen indepra est. ¶ Iuxta Cyniphem fluitium, Capras esse inusitatae magnitudinis docet Plynius. Vnde etiam Pontanus. Iure cui Marfi inuideant, & ipsi Cinyphes hirci. Politianus in Manto. Aspera Cinyphiae carpant dumeta capellae. ¶ Capras optimi lactis feras habent fortunatae insulae. Vnde Horatius. Illic iniussa veniunt ad muletra capellae. Resfertq; tenta grex amicus vbera. ¶ Calisthenes apud Volaterra. testis est capras esse in parte Africe villis tōsilibus, ex quibus Nautae rudentes conficiant. ¶ Caprae Syriae magnam vim lactis egerunt, vnde natum Adagium, Capra Syria. De eo, qui multam affert vtilitatem. ¶ In regione Caspia nascuntur caprae aequi magnitudine, sine cornibus, colore albo, quae longo villo, ac mollicie lanis certant Milesijs, vnde sacerdotes, & Caspiorum ditissimi vestes conficiunt. Nymphodorus apud Volaterranum testis est in Sardinia tantam esse caprarum multitudinem, vt earum pellibus pro vestimentis vtantur incolae, conuersis introrsum hyeme vilis, aestate vero auerfis.

**Corylis**,  
 ¶ Corylis (quæ sunt arbores nucifera) abundat vrbis Campaniæ Auella nomine, vnde nuscus Auellang dicuntur, quæ et Ponticæ. Cato de re Rustica. Nuces caluas Auellanas, Prænestinas, et græcas.

7  
 Auella

**Cupressis, et Cyparissis.**  
 ¶ In Ida monte Phrygiæ multas esse Cupressos docet Plynius lib. 15. Cap. 34. Et Mantuanus in septembri, dicens. Nunc in Taygeto, Cupressifera vel in Ida poma dabant epulas. Idem de bello Veneto. Atque cupressifera strepitum nemus horruit Idæ. Plynius ait Cupressos in Creta optime nasci. Mantuanus in Epigram. Ida funebre m peperit Cupressum. Idem et Orontem fluuium cupressis feraces esse innuit. Claudia. lib. 3. de Raptu scribens. Tollebant geminæ capita inuiolata cupressus, Cespice vicino, quales non rupibus Idæ Miratur Simois, quales non diuite ripa Lambit apollinei nemoris nutritor Orontes. Cyllene mons Arcadiæ eadem ratione Cupressiferavocatur ab Ouid. lib. 5. Fastorum, vbi ait. Hæc enixa iugo Cupressifere Cyllenes. Item Mantuanus libro tertio de Cala. Temp. Nec cupressiferam Cyllenen aspicit Hermès. ¶ Habet et cupressos Erymanthus mons Arcadiæ. Ouidius in Epistola Deianyræ ad Herculem, vt Tegeæus aper Cupressifero Erymantho incubat.

8  
 Ida  
 Creta.  
 Cyllene  
 Erymanthus  
 Lyceus.

¶ De Lyceo monte itidem Arcadiæ Sidonius. Quantum non Cyparifer Lycæus, Quantum non nemorosa tollit ossa.  
 ¶ Cyparissus ciuitas est in Parnaso iuxta Delphos, quæ ab eius arboris frequentia meruit nomen. Homerus apud Volaterranum.

Cyparissus  
 Aicalon

¶ Ciperio arbore abundat Aicalon vrbis Iudæe, et Canopus hostium Nili, seu vrbis Aegypti. Nascuntur etiam Cupressi in Co insula, Authore Plynio

**Costo.**  
 ¶ Costus in fœmineo, seu Costum in neutro genere arbuscula est quædam aromatica. Reperitur & in masculo. Excellit autem Arabicus albus exsiccatus et leui pondere, probi odoris. Secundam laudem habet Indicus, qui leuis est. Tertiam Syriacus colore Buxeus, odore graui. Pontanus libro quarto de Stellis. Sparge super, nec paree Arabo redolentia Costo Fundere dona manu. Lucanus libro nono Et Thamarix non læta comis. Eoq; Costus. Laudatur et Perficas, vnde Horatius libro tertio. Nec Phalerne vires, Achæmèniq; Costum. Plynius lib. 12. Cap. 12. ait optimum Costum reperiri in Parale Indorum insula. De Arabio et alijs Pontanus libro secundo Tumulorum. Pro viola Porrum, pro thure, atq; Arabe Costo. Cæpa datur. Idem libro secundo de laudibus diuinis. Vre puer Costum Allyrium redolentibus aris. Idem in versibus Lyricis. Indicum et Costum. Armeniq; felix Gramen Amomi.

Arabia  
 India  
 Syria  
 Parale  
 Pertis

**Cafeis.**  
 ¶ Lunæ vrbis Ethruriæ Cafeos comēdat Martialis in Apophoretis, dicens. Cafeus Ethruscæ signatus imagine Lunæ, Præstabit pueris prandia mille tuis.  
 ¶ Apud Vestinos Italiæ populos Cafei quoq; fiebant laudatissimi Authore Plynio & tanto quidem precio, vt carniū loco haberi possent. Martialis. Si sine fruge voles ientacula fumere frugi Hæc tibi Vestino de grege massa venit. ¶ In Trebula agri Reatini oppido cafei itidem fiebant optimi. De quibus Martialis. Trebula nos genuit, commendat gratia duplex, siue leui flamma, siue domamur aqua.

10  
 Luna  
 Vestini  
 Trebula

**Culicibus.**  
 ¶ Ammianus lib. 18. At vbi (inquit) Solis radijs exarserit tempus in regionibus, æstu am busti, vapore syderis, et magnitudine Culicum agitantur, quorum agminibus per eas terras referta sunt omnia. De Mesopotamia.

11  
 Mesopotamia

**Cynnamis.**  
 ¶ Cynnamum arbuscula est aromatica odore præstans, et ad vnguenta mire efficax, Frequens est autem in Panchaia. Ouidius libro decimo Meta. Sit diues Amomo. Cynnamasq; Costumq; suam, sudataque ligno Thura ferat, floresque alios Panchaia tellus. Mātua. In iuga venisti longo panchæa labore. Cynnama per cæpos illic et thura leguntur. ¶ Abūdat & Arabia cynnamo, vnde Seneca in Oedipode. Cynnamis syluas Arabum beatas vidit. Propertius libro tertio. Et tyros Ostrinos præbet cadmea colores, cynnamum et multi pastor odoris arabs.

12  
 Panchaia  
 Arabia

¶ Pangæus Thraciæ itidem. Claudianus de Nuptijs Honorij et Mariæ. Hic Casia matura seges, pangæaque surgunt Cynnama.

Pangæus

**Calamis.**

13  
 Calami

CORNUCOPIAE

- Aegypt<sup>9</sup>** Calami apti chartis ex Aegypto mittebantur, qui cognationem quandam cum papyro habebant. Sed Gnydij ex creta praestantiores sunt, Authore Plynio, quamvis hoc Gnydo insula Veneri sacrae nonnulli tribuant. Nascebatur item ad eundem vsu in Asia ad Aethiopicum lacum. De Aegyptijs. Martialis. Dat chartis habiles calamos Memphisca tellus. Apuleius libro primo Meta. Modo si papyrum Aegyptiam argutia Nilotici calami inferis pram non spreueris.
- Gnydos**
- Anethic<sup>9</sup>**
- Nigris** Nigri Aethiopum fluuij, eadem natura quae Nilo. Calamum et Papyrum et easdem gignit animantes, iisdemque temporibus augetur. Authore Plynio libro quinto, Cap. 8.
- India** Calami Aromatici nascuntur in India. Commendatur qui sunt fuluo colore, valde geniculati, et vicosi. Plynius ait ibidem reperiri calamos arboreae amplitudinis.
- Rhenus** Idem Author ait nullum esse Calamum sagittis aptiorem, qui nascitur in Rheno Bononiensi fluuij, cui plurima inest medulla. Commendatur et Cretici, et qui circa Aesine fluuium maxime nascuntur. Vide Plynium lib. 16. Cap. 17.
- Hymett<sup>9</sup>** 14  
**Hybla** Hymettus mons Atticae, et Hybla Siciliae propter apum ibidem mellificantium multitudinem Cera abundant. Quintianus in cleopoli. Optima Cera suum per rura emittit odorem Qualis in Aetio redolet flauissima campo, Vel qualem Siculas memorant diffundere terras. Ouidius libro decimo Meta. Vt Hymettia sole Cera remollescit, tractataque pollicem, multas Flectitur in facies, Politianus in Ambra. Gaudebat calamos Hyblaeis iungere ceris. Martialis lib. 5. Quod Atticarum prima mella cararum. Pontanus in Eridano commendat ceram Mantuanam, vbi ait. Electro felix felix Mantoide Cera Eridanus.
- Mantua.** 15  
**Chaonia.** Columbis.
- Chaoniam patrem Epyri, et Dodonam Chaoniae syluam columbis abundare sequentia docent testimonia. Virgi. Quantum chaonias dicunt aquila veniente columbas. Ouidius libro secundo de arte. Quasque colat turres, Chaonias ales habet. Mantuanus lib. 1. Agelastiorum. Dodonaeasque columbas Quae Iospius responsa ferant. Eius columbarum apud Syrios olim fuit prohibitus. Ideo illis in locis tanta fuit earum copia, vt accedentium mercatorum ora peruolarent. Tibullus libro primo. Quid referam, vt volucres crebras in tacta per vrbes, Alba Palestino sancta columba Syro. Tanta est apud Pegonios et Illyricos columbarum multitudo, vt contra eas ordine militari in bellum exeant, quemadmodum Magnesium, et Ephesij contra locustas.
- Syria**
- Pegonia**
- Illyria** 16  
Conchis et Conchilis.
- Lucrinus Campaniae lacus delicatissimas habuit conchas. Martialis lib. 5. Concha Lucrina delicatior stagni. Idem lib. 13. Ebria Baiano veni modo Concha Lucrina. Idem. Sed cui solus erit Concha Lucrina cibus. Horatius in Epodo. Non me Lucrina iuuerint conchilia.
- Bibaga** Bibaga si die est insula, quam Plynius lib. 6. ait Ostreis et Conchilijs esse fertilissima.
- Mare rubrum** Est et in rubro mari, Concharum multitudo. Vnde Politianus in Ambra. Donat Eritraeis haec plena monilia Conchis. Miradula in Hymnis. Sedula Conche Donat Eritraeae nitidos ex orbe lapillos.
- 17  
Cochleis.
- Mare rubrum** Cochlea dicitur testa Limacis. seu limax ipsa. Cochleas alit mare rubrum maximas & rubentes. Illyricis magnitudo praecipua. Africanis fecunditas. Balearice nascuntur in speluncis. Laudate etiam in insulis caprearum.
- 18  
Cedris.
- Libanus** Libanus mons Phoeniciae Cedris abundat. Ponta, in Stellis. Carmelique apices, quin & Libanitida cedrum. Sedulius libro quarto. Mirabilem diuinitum. Semper habens frondes, et tanquam Libana Cedrus Multiplicandus adest. Vbi prima dictionis Libanus pro duxit. Quod imitari nollem. In Aegypto et Syria reges inopia abietis, Cedro ad classes feruntur vsi. Authore Plynio lib. 16.
- 19  
Cycnis.
- Cayster** Cayster fluuius est Lydiae, Sardibus proximus, abundans Cycnis. Propertius libro tertio. Si qua ve Olorigeri vitanda est ora Caystri. Ouidius libro quinto Tristium. Vtq; iacens ripa deslere Caystrius ales. Dicitur ore suam deficiente necem. Item Politianus in Epigram. Haud equidem dubitem volucres superare canendo. Quas aluit campis vnda Caystra suis. Richardus Bartholinus libro decimo Austriae dos. Purpureusque Aliacmon, Olorinusque Cayster. Ouidius lib. 2. Meta. Et quae meonias celebrauit carmine ripas Fluuiumque volucres medio caluere Caystro. Mantua. Per similes cycnis viridi quos Mincius alga, Quos Meander alit, quos humida prata Caystri.
- Anglia**

¶ Volaterranus in Geographia, vbi mores Britannorum describit, ait, Cynos ad Tame-  
 sis ripam non minus quattuor milibus continuo nutriunt.

¶ Pergusa Lacus est Sicilię, quem cynis abundare docet. Ouidius lib. 5. Meta. dicens.  
 Haud procul a tneis Lacus est a mœnibus altus Nomine Pergusa, non illo plura Cayster  
 Carmina cynorum labentibus audit in vndis. ¶ Padus, Claudia. Cynus oloriferi vexit  
 ab amne padi. ¶ Eurotam Laconię fluiuium cynis abundare scribunt poete, quod iux-  
 ta hunc Iuppiter in forma cyni cum Leda concubuerit. Vnde Statius libro quarto The-  
 baidos. Taygetique phalanx, et oloriferi Eurote Dura manus, ob id enim. Idem Statius li-  
 bro primo syluarum, olores vocat Amyclæos.

Chalybe.

¶ Norici incolæ sunt Alpium apud quos Authore Plynio laudabiles sunt ferri et Chaly-  
 bis fodinæ. Hinc Horatius ensem Noricum appellat, vt Bab. Pius Chalybē libro quarto  
 Elegi. Noricus aut tenero frat tibi corde Chalybs.

20  
 Norici

Ceraftis.

¶ Ceraftis serpentibus quadrigemina præferentibus cornua Lybiam abundare, docet Lu-  
 canus lib. 6. dicens. Aut viuētis adhuc Lybię membra Ceraftæ. Poete fabulatur Li-  
 byam ideo colubris abundare, q̄ sanguis Gorgonis a Perseo truncata, in eam distillaue-  
 rit. Ouid lib. 4. meta. Quicq̄ super Libycas victor penderet arenas, Gorgonei capitis gut-  
 te cecidere cruente, Quas humus exceptas varios animauit in angues, Vnde frequens illa  
 est, infestaque terra colubris,

21  
 Lybia

Chelydris.

¶ Chelydrus serpens est, qui per terram se conuoluit, moraturque tam in aquis, quā in ter-  
 ra. Frequens est autem in Calabria. Vnde Virgilius libro tertio Georgi. Est etiam ille mas-  
 lus calabris in saltibus anguis, Squamea cōuoluens sublato pectore terga. Atque notis lō-  
 gam maculosus grandibus aluum.

22  
 Calabria.

Coloffis.

¶ Colossi dicuntur grandes et corpulentæ statuæ, quæ antiquitus dijs erigebantur. Præci-  
 puæ autem magnitudinis fuerunt Rhodię, et ille omnium maximus, qui Soli facer habitus  
 est, de quo in septem orbis miraculi sumus dicturi. Bab. Pius. Quicq̄ Colossicolum fertur  
 adisse Rhodon, Quintianus in cleopoli. Clara Rhodos proprium non amissura colossum  
 est.

23  
 Rhodos

Crateribus.

¶ Iam docuimus quanta fuerit olim Corinthię æris præstantia. Propterea Mantuanus li-  
 bro secundo Parthenices Marianæ. Cratherem vocat Corinthium dicens. Vbi purpura cin-  
 git Vasa corinthiacis crateribus æmula.

24  
 Corinthus

Citro.

¶ Citrus arbor est frequens in Atlante monte Mauritanie, qua preciosæ admodum men-  
 se fieri consueuerunt. De his intellexit Politianus in Rustico, dicens. Nec Mauritiacos  
 pulchræ testitudinis orbes Delphica sustentat. Et Luca, libro decimo. Dentibus hinc ni-  
 ueis sectos Atlantide sylua Imposuerunt orbes. Et Martialis libro decimo. Et Maurusiaci pō-  
 dera rara citri. Mantuanus in Epigram. Barbaram citrum preciosus Atlas, Ida funebrem  
 peperit Cupressum, Plynius lib. 13. Atlanti confines sunt Mauri, quibus plurima arbor ci-  
 tri, et mensarum insania.

25  
 Maurita-  
 nia.  
 Atlas

Cæpis.

¶ Cumas Cæpis abundare docet Columella libro decimo scribens. Quę pariunt veteres  
 Cæposo litore Cumæ.

26  
 Cumæ

Colocasia.

¶ Colocasia herba est Aegypto peculiaris. Vnde Martialis. Nilicum ridebis olus, lanas  
 que sequaces, Improbam quum morsu fila manuque trahes.

27  
 Aegyptus

Corruda.

¶ Corruda herba est quædam syluestris, qua superioris Germanię cæpos refertos esse scri-  
 bit Plynius lib. 19. Cap. 8.

18  
 Germa-  
 nia

Carduis.

¶ Volaterranus ait Carduos hispanos miræ magnitudinis esse, præstantisque saporis. Ply-  
 nius eos commendat, qui apud Carthaginem, et Cordubam nascuntur.

29  
 Hispania  
 Carthago

Cappari.

¶ Capparis frutex est humi sparsus, spinosus, hami instar, nascens in locis asperis, et grana  
 habens mali punici granis similia. Optimus aduehitur ex Alexandria.

30  
 alexandria

Conferua

CORNVCOPIAE

- 31 **Alpes.** **Conserua.**  
 ¶ Conserua herba est a conseruando nomen adepta, frequens in fluminibus Alpium.  
 Casia.
- 32 **Arabia.** **Casia.**  
 ¶ Casia herba est suauissimi odoris, et Cynnameae virtutis, Nascitur autem in felici Arabia.
- 33 **Cerasus.** **Cerasis.**  
 ¶ Cerasus Cerasuntis, oppidum est Ponti, quod a Cerasorum Arborum multitudine nomen suum traxit. Mantuanus in Blasio. Trapezunta mari appositam, Cerasuntaeque notam Arbore quam gelidis vexit Lucullus ab aruis. Idem. Pomaque cognomen quae Cerasuntis habent. Reperiuntur etiam in Lusitania et ripis Rheni, inquit Plynius.
- 34 **Cydon** **Cotonis malis.**  
 ¶ Cotonis malis abundat Cydon Crete oppidum a cuius nomine Cydonia aliter dicuntur.
- 35 **Phoenicia** **Cancris.**  
 ¶ Phoenicia Cancros habent litorales tantae velocitatis, vt vix comprehendere possint.
- 36 **Balears.** **Cuniculis.**  
 ¶ Plynius scribit tantam olim fuisse Cuniculorum in Balearibus insulis multitudinem, vt populatis, et corrosis messibus, fame incolis attulerint. Et Strabo libro tertio. Quam ex propinqua (inquit) insula quidam mare ac foeminam attulisset, tanta ab initio facta eorum est procreatio, vt ex subterraneis cuniculis domicilia subuerterentur, et arbores, et homines ad implorandam populi Romae opem confugere coacti sint.
- 37 **Sicyon** **Calceamentis.**  
 ¶ Sicyon vrbs fuit inter Corinthum et Achaiam, in qua fiebant calceamenta, quae in delicijs apud eos habebantur, qui cultui corporis studebant et elegantiae. De his meminit Cicero libro primo de Oratore quum ait. Vt si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer quamuis essent habiles, et apti ad pedem, quia non essent viriles.
- 38 **Cyprus** **Chryfocolla.**  
 ¶ Chryfocolla humor est in puteis, per venam auri defluens, Laudatior autem habetur in Aurarijs cypri. Laudatissima est in Armenia, Secunda in Macedonia, Largissima in Hispania, inquit Plynius.
- 39 **Tmolus** **Cotricula gemma.**  
 ¶ Cotricula gemma est, arguens cuiusmodi, et quam purum sit aurum. Aliter Heraclius, seu Lydius dicitur. Reperitur in flumine Tmoli Armeniae.
- 40 **India** **Carbunculis.**  
 ¶ Carbunculus lapillus est, ignis fulgorem proferens, Laudatissimus aduehitur ex India, licet Carthagine et Massylia reperiat.
- 41 **Tybur** **Calce.**  
 ¶ Volaterranus ait in Tybure oppido ingentes esse fornaces, vbi Calx effoditur.
- 42 **Calabria.** **Cotono.**  
 ¶ Cotonom verbo Gallis peculiari, est lana, seu lanugo tenuissima, mollicia et candore excellens, qua delicatae vestes Aegyptijs sacerdotibus quodam fiebant, Aliter Gossipiū vocatur. Nascitur in Calabria. In insula itē Maltha prope Sicilia. Sed optimum venit ex Syria.
- 43 **Banacus** **Carpionibus.**  
 ¶ In Banaco lacu (quem ab Anguillarum multitudine commendat Plynius) nunc frequenter inueniri Carpiones testis est Volaterranus. Mantua, in Brixia. Sed me rursus aquam vocat ad banacida tempus Purius hic habitat, cui gloria summa natantum. Carpio quoque procerum coenas conuiuia rerum, Pontificumque dapes, quoties lautissima ponunt. Prandia nobilitat.
- 44 **Asia** **Cocco.**  
 ¶ Coccus pro purpura sumi solet. Vnde vestes Coccinae, Martialis. Coccina famose donas, et lanthina moecha. Quintilia, lib. 1. Nondum verba exprimit, & iam Coccum intelligit. At Coccum in neutro genere granum est, seu frutex, quo fullonum tinctura conficitur. Nascitur optimum in Asiae partibus, nunc omnium optimum e Valentia Hispaniae oppido aduehitur. Est et Elibetis vrbs Hispaniae, quae ab eius grani copia, Granata dicta est.
- 45 **Valentia.** **Chalbana.**  
 ¶ Chalbana frutex est odoratus, seu liquor ferulae, Thuris specie Metopion aliqui vocant. Reperitur in Syria.
- 46 **Syria.** **Cercopythecis.**  
 ¶ Cercopytheci animalia sunt de genere Simiarum, cauda quinque cubitorum, Barba pro pensata, coma



penſa, coma humana, alba facie, reliquo corpore nigrantes. Verſantur in montibus Indiæ apud Taxiliam ciuitatem copia quidem tanta, vt Alexandro illac tranſeunti, terrore in incuſſerint. Strabo, lib. 15.

Taxila,

Callitrichibus.

47

Callitriches etiam ſunt de genere Simiarum. Barbam habent in facie, et lata ſunt cauda, neque viuunt in altero, quam Aethiopico ſolo.

Aethio-  
pia.

Cynoproſopis.

Cynoproſopi animalia ſunt eiufdem fere ſpeciei, capite, dentibus, ac pelle canibus, prope ſimiles, hominibus reliqua. Reperiuntur in deſertis Indiæ Aethiopiam verſus.

48  
Aethio-  
pia

Catoblectis.

Catoblectum Africa gignit, tauro prope ſimilem, aſpectu terribilem, ſupercilijs altis, ex tantibus oculis, in reſeſſu languineis et in terram ſemper depreſſis, iuba equina, quam ad certamen erigit.

49  
Africa

Chenalopœcibus.

50

Chenalopœx auis eſt minor Anſere, ex Vulpis & Anſeris forma Aquilæ et Felini miſtus, foetum mira complectens charitate. Plynius ait hanc auem frequentem eſſe apud Britannos in menſarum delicijs.

Cinnamulgis.

Britannia

Cinnamulgis auis eſt in Arabia, quæ in ſurculis ſui nominis ædificat.

51

Cephalis piſcibus.

Arabia

Cephalus piſcis eſt, a cuius frequentia Cephalenides inſulæ iuxta Actium oppidum non men traxerunt.

52  
Cephalen-  
ides.

Cytharœdis piſcibus.

Cytharœdum piſcem habet mare rubrum, cui inde nomen datum, quod a cauda ad verticem lineas habeat inſtar neruorum muſici inſtrumenti diſtentas.

53  
Mare ru-  
brum

Coronis.

Elis vrbs fuit Græciæ, prope quam celebrabantur ludi Olympici, varijsque coronis donabantur pugiles, et Athletæ. Seneca in Troade. Phariſ, an Piſan Iouis et coronis Elida claram.

54  
Elis

Caſtaneis.

55

Habent Petragorici Galliæ Aquitanicæ populi tantam Caſtanearum et glandium multitudine, vt earum arboribus et ſyluis plena ſit regio, quibus porcos pinguiſſimos faciunt et ſaginant. Laudatiſſimis Caſtaneis patria Tarentum, et in Campania Neapolis.

Petragori-  
ci.

Cetis piſcibus.

Plynius libro vigefimo tertio ſcribit Cetos ſexcentorum pedum longitudinis, et trecentorum ſexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intraſſe.

56

Coracini piſces peculiareſ ſunt Nilo. Ceruſam habet Rhodus, Cotes Taygetus & Creta. Cryſtallum India, Cylindros gemmas India. Coralochatem Creta et Oetha. Cacoſpyritæ gemmâ Cappadocia. Choſpitem Choſpes. Cytiſum herbam Cyclades. Caſpiciſcos arbores Cea inſula. Cucumeres Africa copioſiſſimi ſunt et grandiffimi. Præcipui naſcuntur in Arabia, mox Cyrenis. In Arcadia ſimiles Heliotropio. Ciminum herbam habet Aethiopia. Coriandro abundat Aegyptus. Camelos inter armenta paſcunt Orientales. Author Plynius.

Africa;

Loca diuerſis rebus abundantia.

De litera D.

Draconibus, Maſſyllia, India, Aethiopia.

1

Disciplinis, Athenæ

2

Diuitijs, Syracuſæ, Rhodos.

3

Diſtamo, Ida.

4

Dipſadibus, Garamantes, Lybia, Arabia.

5

Draconibus.

Requentes ſunt in Maſſyllia Africa Dracones, qui propterea Maſſylli dicuntur a poetis, Fanphilus Saxus. Aurea maſſylli vincunt, quæ poma Draconis. India fert Dracones, tantæ magnitudinis, vt Elephantes (quibus cum certant) circû flexu facili ambiant, nexuque nodi præſtringant. Author Plynius lib. 8. Cap. 11. Apuleius lib. 11. Hinc dracones indici. Inda Gryphes Hyperborei. Omnis Indiæ regio draconibus abundat, et multitudine et magnitudine mirandis. Itaque paludes plene ſunt et montes, neque tumulus vllus ijs vacuus reperitur. Theophrastus in vita Apollonijs libro tertio.

1  
Maſſyllia.

India.

Generat

Aethiopia **¶** Generat Dracones Aethiopia, Indici pares, vicenum cubitorum. Asachi quoque populi sunt in Aethiopia, apud quos maxime nascuntur, ita ut Cratium modo impliciti erectis capitibus velificent ad meliora pabula Arabia. Author idem Plynius.

Athenae **¶** De Athenis Cicero libro primo de Oratore. Atque ut omittam Graciam et illarum omnium doctrinarum inuentrices Athenas, in quibus summa dicendi vis, et inuenta, et perfecta est. Vnde et Ouidius in Epistolis, Atque aliquis doctas iam nunc eat (inquit) Athenas.

Syracusa **¶** Fama est Syracusanos opibus olim adeo creuisse, ut sequenti prouerbio fecerint locum. Vobis ne decima quidem Syracusanorum adest, quum diuites alloquimur. Est et aliud argumentum mirae eius urbis opulentiae, quod die quodam terrestrem et maritimum contra xerit exercitum. Non aliam ob causam poetae fingunt Imbrem aureum olim in Rhodum pluisse, quam ob immensas eius urbis diuitias. Quintianus in Cleopoli. Sit fertilis auro Magna Rhodos, quondam descenderit aureus imber In Rhodon, Marullus. Non Salamis non clara suo Rhodos, aurea phaebo.

Ida **¶** Dictamus seu Dictamum herba est, qua lacerti cum serpentibus pugnatu se refouent. Frequens est autem in Ida monte Cretae. Virgilius libro duodecimo, Dictamum genitrix Cretae carpit ab Ida.

Garamantes, Arabia **¶** Dipsas serpens est minor vipera, qua demorsu, feruefcunt siti, et tandem emoriuntur. Frequens est apud Garamantes. Vnde Syllius lib. 13. Quippe atro rapidas effe uescente ueneno Dipladas, immensis horrent Garamantes arenis. Reperiuntur etiam in Lybia, & Arabia.

**¶** Loca diuersis rebus abundantia.

**¶** De litera E.

**E**quis Argos, Thessalia, Astruria, Agragas, Bilbilis, Nisus, Elis, Argus, Olysius, Scythia, Nesi, Irlandia, Satrianum, Tunis.

**E**lephantibus, Corfella, Africa, Sala, Tingitana, Aethiopia, Syene, Lybia, Getulia, India, Marmarica, Taprobane, Troglodytae

**E**bore, India, Assyria.

**E**chinis piscibus, Misenus.

**E**lectro, Electrides, Aethiopia.

**E**beno, Aethiopia.

**E**ruca Hispania.

**E**xocetis piscibus, Arcadia.

**E**xercitu, Meroe.

**E** alijs rebus, alia quaedam loca.

**E**quis.

Argos **A**rgos ab equorum praestantia commendat Horatius libro primo Car. dicens. Plus rimus in Iunonis honorem Aptum dicet equis Argos, dicesque Mycenae, Marullus. Non Ithace, praenobile equis non Argos alendis.

Thessalia **E**quo pugnare, Thessalorum est inuentum. Et primum in Thessalia equi usus repertus est. Lucanus, Thessalicus fonipes, bellis feralibus omen. Antiquitus prima laus fuit equarum Thessaliae. Hinc adagium Erasmo positum. Decernitur equa Thessalica. De summo praemio, Caesar equorum Thessaliae in tauros dimicantium, eosque perimentium spectaculum Romae exhibuit. Strabo quoque ait Thessaliam pascendis equis esse commodissimam qui Arcadicos et Epidauricos maxime praecellant. Asturia urbs Hispaniae equos habuit (qui tollitarij dicuntur) gressus molliter glomerantes, alterna crurum explicatione. Syllius. His paruus fonipes, nec Marti notus, at idem An inconcusso glomerat vestigia dorso, Aut molli pacata celer trahit Effeda colo, Martialis. Hic breuis ad numerum rapidosque colligat vngues, Venit ab Hispanis gentibus Astur equus, Claudia de Hispania loquens. Diues equis, frugum facilis, preciosa metallis.

Agragas. **A**gragas, seu Agrigentum Siciliae oppidum, habuit optimos equos. Virgilius libro tertio aeneid. Arduus inde Agragas ostentat maxima longe Moenia, magnanimum quondam generator equorum. De Bilbili Celtiberiae ciuitate, Martialis. Videbis altae Liciane Bilbilim Equis et armis nobilem. Nisus mons est in Moedia, in quo pulcherrimi itidem nascuntur equi. De Elide Graeciae urbe, Sidonius, Non hic Elida nobilem quadrigis, Prospertius

Bilbilis, Nisus, Elis.

pertius libro primo. Et quas Elisopes ante pararat equis. Tibullus. Qui prior Elæo est ca-  
cere missus equus. Virgilius. Elia dum palmas epyros equarum. De Argæo Cappado-  
ciæ monte. Claudianus libro secundo in Ruffi. Volucrumque parens Argæus equorum.  
In Olyssippo Hispaniæ vrbe, equæ venerem sibi figurantes, hausto Fauonio dicuntur  
concupere.

Equis abundat Scythia, Afinis carens propter immensum frigus. Sunt in eadem regio-  
ne populi, equorum carnibus viscentes, quos Ptolemæus Hippophagos vocat. Scythæ  
(inquit Plynius) equitatus et equorum gloria strepunt.

Nesi populi sunt in Scythia europæa optimis quondam equis abundantes, quibus re-  
ges utebantur. Irlandiæ regio equos habet veforios præcipua bonitate, quos vbinos vo-  
cant. celeriores anglicis. De Satriano vrbe Appuleiæ. Horatius. Me Satrianæo vectari  
rure cabello. Tunis vrbs Africa, habuit præstantes. cursumque quos barbaros vocant, quæ-  
les in Massyllia Numidiæq; passim reperiuntur. Ex Tyrreni maris insulis, præsertim cor-  
fica et Sardinia, adducuntur breues admodum, sed animo generoso atq; audaci ingressu et  
irrequieto. Ex Germania grauiiores, qui Succuffarij dicuntur Festo, Nonio, Tortores, Plau-  
to Cruciantes. Herodotus scribit in Paremitana regione Aegypti equos esse fluuiales, vn-  
gulis bouinis, simo naso, equina iuba, eminentibus et cancellatis dentibus, fulgida cauda,  
magnitudine maxime tauri, crasso corio, vt ex eo arefacto fiant pila missilia. Idem ait circa  
Mæotis paludem (vnde profluit Hypanis) equos esse syluestres et candidos,

Elephantibus.

Corfelle oppidum est in Africa, vbi prægrandes sunt Elephanti, quorum etiam multi-  
tudo est in tota fere Africa, auctore Plynio. Sala quoq; oppidum Mauritanie, greges ha-  
bet plurimos elephantum. Plynius de Tingitania Africæ prouincia scribens, Ipsa (inquit)  
prouincia ab Oriente montosa ferre elephantos. Herodotus in Thalia ait Aethiopiam terra  
rum habitatarum vltimam vastos ferre elephantos, prominentibus vtrinq; dentibus. De  
Syene Aethiopiæ insula, Iuuenalis saty. 11. Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes, id est  
dentibus eburnis. Lybia, Syllius libro tertio, Belua nec retinet tardante Lybiffa timore.  
Plynius scribit in India gentem esse, cuius rex quadraginta milia elephatorum in armis  
habeat. Alios item ibidem esse populos Palybotros nomine qui elephatorum nouem mi-  
lia regi suo per omnes dies stipendiuntur. Vnde (inquit ille) coniectatio ingens opum est.  
Idem libro octauo scribit. Indicum elephantum Afri pauent, nec contueri audent. Nam et  
maior Indicis magnitudo est. Sunt et alij populi Oraturæ, quorum rex habet decem milia  
elephatorum. Authomelæ oppidi rex Elephantos habet. 1600. Pauperior Charmorum  
rex elephantos. 60. Pandi gens sola Indorum regnata fœminis, quingentos habent elephā-  
tos. Galterus libro primo. Alexādreidos. Nobilium multa regionum laude superbit Hæc  
diues gemmis, Elephantibus India barrit. Hinc decenti epitheto poetæ Indicum vocant  
Elephantem, Martianus Capella, Indicos (inquit) Elephantos organica permultos detine-  
ri voce compertum. Habet Marmarica regio Africæ elephantos. Sidonius. Nō si quas  
eboris trabes refractis Rosfris Marmarici dedere Barri.

Onesicritus apud Plynium libro sexto testis est elephantos in Taprobane insula maio-  
res bellicosioresq; q̄ in India gigni. Troglodytæ contermini Aethiopiæ, solo elephanti  
venatu nutriuntur.

Ebore.

India, Virgilius, India mittit ebur, molles sua thura Sabæi, Claudianus, Vobis rubra da-  
bunt preciolas æquora pompas, Indus ebur, ramos Panchaia, vellera feres. Horatius libro  
primo Car. Non aurum aut ebur indicum, Marullus. Perlucebat aquis, quale ebur Indi-  
cum Includum tenui vitro, Ouidius, Sectile delicijs India præbet ebur. Assyria, Idem Oui-  
dus libro secundo Eleg, Mæonis assyriam fœmina tinxit ebur.

Echinnis piscibus.

Frequentes esse iuxta Misenum promontorium Echinnos, docet Horatius libro secun-  
do Ser. dicens, Miseno oriuntur echinni, Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.

Electro.

Electrides Mœsiæ sunt insulæ (quas alij Glessarias vocant) dictæ, quod in his proueniret  
succinum, quod illi electrum vocant, Gignitur etiam in Aethiopia.

Ebeno.

Ebenum arborem nigri coloris, itidem habent Aethiopes et India, Mantua, Olim honor  
ac palmis, ebena quodq; India mittit.

Eruca.

Eruca herba

Argæus  
Olyssippo<sup>9</sup>

Scythia.

Nesi  
Irlandia,  
Satrianū  
Tunis et  
alia loca

2  
Corfelle  
Africa  
Sala  
Tigintania  
aethiopia,  
Lybia  
India

Marmari-  
ca  
Taproba-  
ne,  
Troglodi-  
tæ

3  
India

Assyria

4  
Misenus,

5  
electrides

6  
aethiopia

7

CORNUCOPIAE

Hispania. 8 **¶** Eruca herba est Venerem excitans. Vnde Ouidius de Remed. Nec minus Erucas iure  
beovitare salaces. Colu. libro vndecimo. Excitet vt Veneri tardos Eruca maritos. Frequēs  
est in Hispania.

Arcadia 9 **¶** Exocœtis piscibus. Exocœtis piscis est in siccum somni causa exiens. Hunc habet Arcadia.  
Exercitu.

Meroe 10 **¶** Quo tempore Aethiopes rerum potiebatur, Meroe insula ducenta armatorum millia re  
gi suo suppeditabat.

Alijs rebus.  
**¶** Eupatorium herbam mittit Arcadia. **¶** Euphorbiam Atlas, Eumetridem gemmam Les  
bos. **¶** Equos pennatos Aethiopia.

**¶** Cornucopiæ Rauisij TEXTORIS.

De litera F.

1 **F**ormicis, India, Dardæ, Aegyptus.

2 **¶** Frumentis. Cremona, Sicilia, Betica, Babylonia, Eleufis, Africa, Appulia, Garga  
nus, Morauia, quædam alia loca.

3 **¶** Frugibus, Sicilia, Italia, Africa, Hispania, Sardinia, Aegyptus. Fortunatæ insule Pyraeus  
Aroa, Thracia, nyfia.

4 **¶** Fructibus, Atlas, Campan ia

5 **¶** Fagis, Chyos.

6 **¶** Feris, Syluæ Mauritanie, Scythia, Hercynia, Argeus.

7 **¶** Ferro, Chalybes, Noxi, Melita, Bilbilis, Brixia, Populonia.

8 **¶** Fauia, Hybla, Hymettus, Pelignum, Germania.

9 **¶** Floribus, Cilicia, Enna, Saba, Aethna, Nybla, Paphos, Turia, Cyrene, Samos, Hymetti?

10 **¶** Fabis, Burcana.

11 **¶** Fraxinis, Ida, Cos.

12 **¶** Ficibus, Thessalia, Fortunatæ, India.

13 **¶** Figulinis officinis, Pythecusa

14 **¶** Fontibus, Ida, Tomarus, Homolus.

15 **¶** Flammis, Vefæuus.

16 **¶** Felibus, Tartessus.

17 **¶** Fluminibus, India.

18 **¶** Ferulis, Aegyptus.

Formicis.

India 1 **I**n solitudine Indiæ arenosa, formicæ gignuntur canum quidem magnitudine mino  
res, Vulpium vero maiores. Earum nonnullæ apud regem Persarum visuntur in ves  
natu captæ, inquit Herodotus. Aurum e cauernis ibidem eruunt. Propertius libro se  
cundo. Inda cauis aurum mittit formica metallis. **¶** Apud Dardas Indorum populus  
mons est trium millium stadiorum ambitu, et sub eo aurif. dinae, in quibus formicæ vul  
pibus non minores aurum effodiunt. **¶** Plynus libro vndecimo scribit in Aegypto formi  
cas esse magnitudinis luporum.

Dardæ Erumentis.

Aegypt<sup>9</sup>. **¶** Cremona frumenti ferax est. Vnde Mantuanus. Et frumentiferæ cultissima rura Cres  
monæ. Plynus scribit Siciliam et Beticam frumenti adeo fecundas esse, vt aristas centum  
2 granorum egerant. Vnde Cicero in Oratione pro lege Manilia vocat Siciliam Africam et  
Sardiniam tria frumentaria Reipub. subsidia. **¶** De Babylonia, Herodotus in Clito. Hæc re  
3 gio inquit, omnium (quas vidimus) optima est dumtaxat ferendo frumento. Nam in arbo  
4 ribus ferendis, vite, olea, nequaquam de principatu contendit. Cereis autem fructu pro  
5 creando, adeo ferax est, vt nunquam non fere ducena reddat. Et vbi præstans bonitate se  
6 vincit, etiam ad tricena quaternum fere digitorum latitudine triticeis atq; hordaceis folijs.

Eleufis **¶** Frumentifera etiam est Eleufis vrbs Atticæ. Mantuanus in Dionysio. Misit et altricem  
frugum Cerealis Eleufim.

Africa **¶** Africa. Horatius libro secundo Ser. Frumenti quantum metit Africa. Idem libro primo  
Car. Quicquid de Lybicis verritur areis. Mantuanus. Quorum mihi copia maior, in Ly  
Appulia. bica quâ sit copia farris humo. **¶** Appulia, Idem Horatius libro tertio Car. Quam si quies  
quid arat impiger Appulus, Occultare meis diceret horreis.

Gargur<sup>9</sup>. **¶** Gargarus mons, seu Gargara in plurali. Quidi. Gargara quot segetes, quot habet Mes  
thymma racemos. Seneca in Theb. Hinc grata Cereri Gargara, et diues solum.

Morauia

☞ Morauia regio Bohemię vicina, pabulo frumento, et pecore abundat. De quibusdam locis frumenti feracibus Mantua, sic ait in Brixia, Laudantur Phrygia Cybeleia rura sub 3 Ida. Quod frumenta ferant, eadem quoque gloria nilo. Idem honor est Libiæ, Dauni quoque non minus agris, Est decus et Siculis, sed nec tua Brixia vincunt Rura tamen, tibi maturis flauescit aristis, Tanta Ceres, tanto pleni tibi mergite campi, Idem, Non venit ex Libycis opulentiā maior aristis.

## Frugibus.

☞ Siciliam frugibus esse fecundissimam constat, Stroza pater, Aruaque frugifera pin- Sicilia  
guia Sicania. Hinc orta est fabula de Cerere, quę ibidem fruges, et modum arandę terrę  
commonstrasse dicitur, Et Cicero Siciliam horreum populi Romani vocat, quę saepe ma-  
ximos pauerit exercitus, ☞ Strepit etiam hac vbertate Italia, Virgilius libro secundo Ge- Italia  
orgicorum, Salue magna parens frugum Saturnia tellus, Plynius libro tertio Cap. 5, Ita-  
liam vocat terram omnium terrarum alumnam, Strabo libro quinto cunctam Italiam vocat  
pecorum et frugum prestantissimam nutricem.

☞ Idem Plynius libro quinto de Africa loquens, Ita (inquit) appellatur regio fertilitatis exi- Africa.  
mię, cum centesima fruge agricolis foenus reddere terra, Et Cap. 10. libri. 18. Ut pote quę  
e modio si sit aptum solum, quale in Bizantio Africa campo, centeni, quinquageni, modij  
reddantur, Horatius libro tertio Car. Fulgentem imperio fertilis Africa. ☞ Hispania, Mar- Hispania  
titanus Capella, Europę (inquit) lumen Hispanię contributum, fertili frugum, opimeque  
prouincię, metallorum auri que foetura, et meri marmoris, gemarumque muneribus pre-  
dicandę. De huius fertilitate vide Iustinum libro vltimo.

☞ Sardinia, Claudianus, Humanę speciem plantę se magna figurat insula, Sardiniam ve- Aegypt<sup>9</sup>.  
teres dixeret coloni, Diues ager frugum, Pap. Pius, Quum tu Sardinia feracis agros, Et pi-  
gues segetum vales acervos Gargani superare nunc remoti.

☞ Plynius libro vicesimo primo Capite. 15, scribit Aegyptum frugum esse fertilissimam, Fortuna  
Vnde Priscianus seu Rhemnius in Dionysij Geographia. Hinc Nilus currens ad partes  
flumine pingui, Fertilis aegypti terras foecundat opimas, Strabo libro decimoquinto scri-  
bit Aegyptum a veteribus publicum orbis horream fuisse nominatam, eiusque incolae  
quod cunctos mortales pascere, ipsosque deos hospitio suscipere possent, gloriatos fuisse.

☞ De Fortunatis insulis, Horatius in Epodo, Petamus arua diuites et insulas, Reddit vbi Pyrafus.  
Cerecem tellus inarata quotannis, ☞ Homerus scribit templum Cereris fuisse in Pyrafo  
vrbe Phthię, propter copiam frugum eius loci, ☞ Aroa vrbs Achaia nomen sumplit ab Aroa  
Aratro, quod sit pariter ferax frugum, ☞ Est fertilis Tracia frugum et frigore, et aestibus,  
vt Africa et Aegyptus, inquit Plynius.

☞ Macrobius libro quinto Satur, multorum docet autoritate Mysiam esse frugum feras-  
cissimum, Gargara enim, quę sunt in Mysia helleponti prouincia, Virgilius voluit esse  
fertilitatis exemplar, quoniam apud Gargara tanta erat frugum copia, vt qui maximū cu-  
iusque rei numerum vellet exprimere, pro multitudine immensa Gargara nominaret,  
Vnde Virgilius libro primo Georgicorum, Hiberno lætissima puluere ferra, Lætus ager,  
nullo tantum se Mysia cultu lactat, et ipsa suas mirantur Gargara messes.

## Fructibus.

☞ Plynius libro quinto scribit Atlantem Mauritania montem, opacum nemorosumque ef- Atlas  
se, et scatebris fontium riguum, qua spectat Africam, Fructibus omnium generum sponte  
ita subnascentibus, vt nunquam satietas voluptatibus desit.

☞ Cicero de lege Agraria contra Rullū, Cāpania (inquit) semper superbit bonitate agrorū Cāpania.  
& magnitudine fructuū, salubritate aeris, & pulchritudine regionis, ☞ Viuaresiu prouincia  
est superior lingua Oxitanę, Rhodano contermina, qua prospicit Orientem, terra quidē  
montosa, ruentibusque impetu miro torrētibus ibiq; irrigua, frequens et velut turrata mō-  
tium multitudine, preter ceteras Gallię partes, Quod tamen de bonitate, et fertilitate loci  
nihil adimit, immo vero auget inusitata quadam natura, Nam vt accipi ab honestissimo,  
et doctissimo viro, verborumque non prodigo GEORGIO BERNARDO,  
eius loci indigena, illustrissimeque, et a Troianis Oriundę Turnonum familię domesti-  
co, terra ipsa tanta rerum omnium foecunditate excellit, vt genuinis opib<sup>9</sup> cōtēta, alienarū  
k mercium

CORNVCOPIAE

mercium nihil indigeant. Nam (quod est præcipuum) vina profert laudatissima omniumque laudibus nemine reclamante longis interuallis anteferenda. Qua parte respicit Occidentem, montes habet, electissimis raraque bonitate Castaneis referatissimos. Omnium præterea pomorum, nucum et aliorum hoc genus fructuum adeo ferax, ut nec pyra Calabriae nec hortos Hesperidum, nec Phæacum, pomaria conferre liceat. Granis, herbis, floribus, violis fructibus intantum foecunda, ut in ea pingenda, omnibusque dotibus ornanda vires suas exercuisse natura videatur. Verberatem et copiam leguminum si videres, raperis in admirationem, tibi que iucundum esset istic relicta patria exulare. Nec immerito Viuarefium a vita aut viuariorum multitudine nomen meruit. Habet enim leporaria, Ornithones, Auaria, et cetera, que villaticam decent passionem. Ei loco nunc præest, D. Claudius de Turnone antistes populi eiusdem meritissimus, doctissimusque literarum, et amantissimus terre sue fertilitatem, morum et virtutum multitudine referens scelerumque tribulos et vrticas a grege suo opere et verbo euellens, quem viri permota sanctitate, Anna Ludouici duodecimi vxor et Gallorum regina, Elemosinarium sibi constituit, quod seiret hominem ipsum suapte natura liberalem esse, et propensa in pauperes commiseratione et pietate.

- 5 Chios Fagis.  
 ¶ Plynium libro decimosexto ex Cornelij Alexandrini testimonio, dulcissimas esse fagos in Chio insula, earumque glandibus obfessos ibidem homines diu durasse.
- 6 Mauritaniam Feris.  
 ¶ Polybius apud Plynium prodit, ab Atlante Occasum versus, saltus esse plenos feris, quas generat Africa. ¶ Scythia regio feris abundat, propter solitudinem hominum eius regionis, qui nullis certis sedibus vtuntur, sed vagi feruntur in plausfris. Vnde et Scythiarum solitudo transit in prouerbum. ¶ In Hercynia sylua multa genera ferarum nasci constat, que reliquis in locis non videntur teste Cæsare Commentariorum sexto. ¶ Argæus mons Cappadociae feris abundare docet Mantua, scribens, Iur in Argæi syluas, vbi tanta ferarum Copia, quanta auium leuibus fecat aera pennis.
- 7 Chalybes Ferro.  
 ¶ Chalybes populi sunt in Ponto, prope Thermooontem, qui optimo abundant ferro. Virgilius libro primo Geor. India mittit ebur, molles sua thura Sabæi. At Chalybes nudum ferrum, ¶ Norici Alpium populi, venas ferri laudabiles habuerunt. Hic Horatius enssem vocat Noricum, dicens. Quas neque noricus Deterret ensis. Idem in Carmine Seculari. Modo ense pectus Norico recludere. ¶ Melita quoque Siciliae insula præstantes habet ferri fodinas. ¶ Bilbilis fluuius est Hispaniae, apud quem optima ferri temperatura fiebat. Plynium Cap. 14. libri. 34. Summa (inquit) differentia in qua est, cui subinde candens immergitur aqua alibi atque alibi vttilior, nobilitauit loca gloria ferri, sicuti Bilbilim in Hispania et Turiaffonem. Hinc Horatius libro primo Car. Loricas vocat Iberas, dicens. Quum tu coemptos vndique nobiles libros Paneti, et Socraticam domum Mutare lorici Iberis, Pollicitus meliora tendis. Mantuanus, Brixiam laudat a ferri fodinis, vbi ait. Tu quoque laude tua non es fraudanda sub antris Brixia montanis ferrum venata caminos Mittis in ardentis. Idem Brixia de faxis Chalybæ Tropiensibus haustum. ¶ Populonia vrbs Etruria. Idem Mantua. Mittat ab Etrusco ferrum populonia ponto.
- 8 Baleares. Fundis.  
 ¶ Baleares duæ sunt insulae in mari Hispano, apud quas vsus fundæ repertus est, et adeo celebratus, ut matres filios suos alijs auibus olim vesci non paterentur, nisi quas funda fuissent adepti. Florus, Cibum (inquit) puer a matre non capit, nisi quid ipsa monstrante percussisset. Lucanus libro primo. Et torto Balearis verberere fundæ Ocyor. Plynium libro tertio Baleares (inquit) funda bellicosas, Græci Gymnecias dixerunt. Virgilius libro primo Georgico. Stuppea torquentur Balearis verbera funde. Statius libro decimo. Roboraque, et grauidas fundæ Balearis habenas. Ouidius libro secundo Metamorpho. Non secus exararit, quam quum Balearica plumbum Funda iacit. Et libro quarto. Tantum aberat scopulis, quantum Balearica torto Funda potest plumbo medij transmittere cœli.
- 9 Hybla, Hymettus Fauis.  
 ¶ Fauis abundant Hybla et Hymettus. Syllius libro decimoquarto. Tum quæ nectareis vocat ad certamen Hymettum, Audax Hybla fauis. Claudianus. Hybleos latebris nec spoliat fauos. Fauis cera spectabiles reperiuntur in Pelignis, Sicilia, Creta, Cypro, Africa. Plynium scribit visum in Germania octo pedum longitudinis fauum.

Floribus

Floribus.

- ¶ Cilicia, Staius libro secūdo Syl. Quid Cilicum flores. quid munera graminis Indi. ¶ Enna vrbis Sicilia, Stroza pater. Non tu floriferis in odora vallibus Ennae.
- ¶ Saba, Staius libro quinto Syl. Ver Arabum, Cilicumque fluit, floresque Sabæi.
- ¶ Aetna, Aufonius, Qualis floricomā quondam populator in Aetna.
- ¶ Hybla, Ouidius libro quinto de Trist. Florida quam multas Hybla tuetur apes, Martia lis libro secundo, Florida per varios vt pingitur Hybla colores. Mantuanus de facris diebus. Olfacere Hybleos flores, et Hymettia prata.
- ¶ Paphos, Crinitus, Seu tu floriferam concelebras Paphon.
- ¶ Turia fluuius Hispania, Claudianus, Floribus et roseis formosus turia ripis.
- ¶ Plynius libro vigesimo primo scribit Cyrenis semper flores esse laudatissimos. ¶ Tritū adagium est apud Erasimum, Samiorum flores, vbi quis extremam deceptit voluptatem, quod ea insula florum vberitate claruerit. ¶ Hymettus, Mātuanus, Cecropidis vicina placenta iuga montis Hymetti, Floribus æternis, cultuq; comantia verno Semper, et hibernis nunquam vitiata pruinis.
- ¶ Plynius libro quarto ait Burcanā insulam esse ponti, que Fabaria dicitur Latinis, a multitudine frugis inibi sponte prouenientis. Est autem insula Oceani septentrionalis.
- Fraxinis.
- ¶ Ida mons Fraxinis abundat tantæ bonitatis, vt Citro sint similes, et ablato cortice plerū que ementes decipiant. Nascuntur et in Co insula, Authore Plynio.
- Ficubus.
- ¶ Plurima ficus exit in Thessalia et Macedonia, teste eodem lib. 16. ¶ Horatius in Epodo, ait Fortunatas insulas abundare ficubus, scribens. Suamq; pulla ficus ornata arborē. ¶ Cre dibile est maximas esse ficus Indiæ, et valde spaciosas, quum sub earum vna turmæ condantur equitum. ¶ Strabo libro secundo, scribit ficum vnam ferre sexaginta modios ficorum in Hircania.
- Figulinis officinis.
- ¶ Pythecusa, Authore Plynio libro tertio, dicta est non a Simiarum multitudine, sed a figuris. Pythos enim dolium dicitur.
- Fontibus.
- ¶ In Ida monte multi sunt fontes, Ex quorum duobus Scamander, et Simois scaturiunt.
- Ouidius libro secundo Metamor. Et tum sicca, prius creberrima fontibus Ida, Thomas Radinus, Ida multifons, Cyzicum Romanis honora. Propterea aquosam eam vocat Horatius libro tertio Car. dicens. Qualis aut Nireus fuit, aut aquosa raptus ab Ida, Ouidius, libro sexto Fast. Nec quas Priamides in aquosæ vallibus Idæ contulit.
- ¶ In Tomaro monte Epyri centum esse fontes docet Plynius libro quarto, Tomarus (inquit) mons centum fontibus circa radices Theopompo celebratus.
- ¶ Fluunt et centum fontes ex Homolo Thessaliæ fonte. Mantuanus, Ipse Homolus fontes qui voluit in æquora centum.
- Flammis.
- ¶ Vesæuus mons Campania, flammis quandoque proiecit. Mantuanus in Brixia, Et que flammiuomi pariunt arbusa Vesæui.
- Felisibus.
- ¶ Tartessij populi sunt in Iberia, apud quos Feles maxime nasci dicuntur. Vnde natū Adagium, Feles tartessia.
- Fluminibus.
- ¶ In India mira est fluminum vastitas, Proditur Alexandrum magnum, nullo die minus stadio, 600. nauigasse in Indo fluuius, nec potuisse ante menses quinque enauigare, adiectis paucis diebus. Et tamen minorem Gange esse constat. Megasthenes apud Plynium sexaginta eius amnes prodit.
- Ferulis.
- ¶ Ferulas in Aegypto præcellere scribit Plynius lib. 13, Cap. 22.
- De litera G.
- Gallinis, Africa, Gallinaria.
- ¶ Gemmis, Taprobane, India, Erithra, Idaspes, Garamantes, Mare rubrum, Parthia, Oceanus Hispanicus, Persis.
- ¶ Glandibus, Dodona.
- ¶ Gruibus, Strymon, Biston.
- ¶ Gazis, Persis.

10  
Cilicia.  
Enna.  
Saba.  
Aetna.  
Hybla.  
paphos.  
Taria.  
Cyrene.  
Sa mos.  
11  
Bircana  
12  
Ida  
13  
thessalia.  
Fortuna  
te insule.  
India  
14  
pythecusa.  
15  
India  
16  
Vesæuus.  
17  
tartessus  
18  
India.  
19  
Aegyptus.  
1  
2  
3  
4  
5  
ij Gryphibus,

- 6 ¶ Gryphus, Hyperborei.
- 7 ¶ Gobus, Venetia.
- 8 ¶ Glanis, Glanius.
- 9 ¶ Gruibus piscibus, Mare rubrum.
- 10 ¶ Galgulis aibus, Peloponnesus.
- 11 ¶ Graculis, Veneti.
- 12 ¶ Glasco, Britannia.
- 13 ¶ Glaucione herba, Syria.
- 14 ¶ Gagete gemma, Lycia, Britannia.
- 15 ¶ Gypso, Tymphus.
- 16 ¶ Alijs rebus, quaedam alia loca.

**1** Africa. Gallinis.  
**V**arro libro tertio de Re Rustica Gallinae inquit, Africanae sunt grandes, quas Meleagrides appellant Graeci. De his loquitur Silius libro primo Syl, dicens. Quas vdo Numyda legunt sub austro. Et Martia. Anfero Ro. quamuis fatur Annibal esset. Ipse suas nunquam barbarus edit aues. Horatius in Epodo. Non Afra auis descendat in ventrem meum Non Attagen Ionicus iucundior. Suetonius in Caligula. Hostiae erant Phoenicopteri, Pauones, Teraones, Numydice, Meleagrides. ¶ Gallinaria insula est in mari Ligustico, nomen inde sortita, quae Gallinis abundet. Aelianus apud Volaterranum testis est Meleagrides esse in Lero insula, quas fabula vult Meleagri Oenei filij natas, iuxta patris in aues fuisse conuersas.

**2** Taprobane. Gemmis.  
**P**lynius libro sexto ait in Taprobane insula aurum et argentum esse in precio, Marmor testudinis simile, Gemmas, Margaritasque in honore multo praestantiores. ¶ India varijs abundat gemmis. Sabellicus. Cernere erat, quicquid gemmarum prodigia mittit India, quicquid opum pelago scrutatur Erithra. Propertius libro secundo. Indica quos medio vertice gemma tenet. Seneca in Hyppolyto. Nec niueus lapis Deducat aures Indici donum maris. Stroza pater. Quid iuuat in nitidis Indica gemma comis? Claudianus. Et quicquid Eois Indi littoribus rubra scrutantur in alga. Boetius. Aut Indus calido propinquus orbi. Candidis miscens virides lapillos. Mantuanus in Fastis. Aspice et Indorum sparsas per littora gemmas. Claudianus in Eutropium. Te grandibus India genus, Te folijs arabes distent, te vellere Seres. ¶ Erithra rubri maris insula. Claudianus. Talis Erithraeis intextus Nebrida gemis Liber agit currus. ¶ Idaspes fl. Claudianus. Diues Idaspes augefcatur pura gemmis. Statius libro octauo Thebaei. Ceu modo gemiferum thyrio populatus Idaspem. Seneca in Medea. Tepidis Idaspes gemmifer currens aquis.

**3** Erithra. Idaspes.  
 ¶ Garamantes populi Orientales. Syllius libro decimo quinto. Ardebat gemma Garamante cerula vestis. ¶ Habet et mare rubrum gemmas varij coloris, magnique precij. Seneca in Hercule Oethoe. Gestat pelagi dona rubentis. Nec gemmiferas detrahit aures lapis Eoa lectus in vnda. Tibullus libro secundo. Nec tibi gemmarum quicquid felicibus Indis nascitur. Eoi qua maris vnda rubet. Idem. Et a rubro lucida concha mari. Et libro tertio. Quidve in Erithraeo legitur quae littore concha. Idem libro quarto. Et quascunque niger rubro de littore gemmas Proximus Eois colligit Indus aquis. Propertius libro primo. Et legitur rubris gemma sub equoribus. Idem libro tertio. Et fracta gemmiferi findere classe maris.

**4** Garaman. Mare rubrum.  
 ¶ Parthia, Claudia, libro secundo de Raptu. Parthica quae tantis variantur cingula gemis. Regales iunctura sinus. Idem de Phoenice. Ductor parthus agit gemmis et diuitem cultu Luxurians. ¶ Claudianus ait Oceanum Hispanicum scaterere gemmis. Haec eius verba. Oceanus vicino littore gemmas Expuit. ¶ Persis. Mantuanus. Cersidis ora diuitibus gemmis, fuluoque superbiat auro. ¶ Sunt et fluuij nonnulli gemmis nobiles, inter quos Aoxis, et Ganges numerantur a Plynio. Mantuanus. Quicquid Gangeticus orbis gemmarum ex conchis bibulas legit inter arenas. De alijs locis Idem Mantuanus. Et inter se flammis certare lapillos, Quos misit longinquus Arabs, Erithraeque tellus, Quos gages, quos persia diues.

**5** Dodona. Glandibus.  
 ¶ In Dodona Chaoniae sylua primum repertus est glandis vsus. Virgilius libro primo Geor. Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

**6** Gruibus.  
 Apud



¶ Apud Strymonem fluuium, et Bistonem lacum Thraciæ, grues maxime per æstum morantur. Virgilius libro primo Georgicorum. Nihil improbus anser Strymoniaque grues, et amaris linyba fibris Officiunt. Lucanus libro tertio. Deferitur Strymon, rapido committere Nilo Bistonas consuetus aues.

Gazis.

Strymon

¶ Gazæ dicuntur diuitiæ perfarum, quos auro, gemmis et vnguentis refertissimos fuisse constat. Statius libro primo Syl. Digne Mydæ, Crœlique bonis, et Perfide Gaza, Sabellis cus. Regia quod Crœsi cepit, quod Perfica regum Gaza vetus.

Gryphibus,

5

¶ Gryphes habent hyperborei septentrionales. Politianus, Gryphes hyperboreos nemesis, Cytheræa columbas.

Gobijs,

Perlis

¶ Gobijs Venetiæ. Martialis, In Venetis sint lauta licet conuiuia terris, Principium cœne Gobijs esse solet.

Glanijs,

6

¶ Glanij pisces sunt, quos Volaterranus ex testimonio Stephani grammatici, ait nasci apud glanium Cumarum fluuium.

Gruibus piscibus,

hyperbo-  
rei.

¶ Grus piscis est habens os et ceruicem grui aliti similem, et squamas instar pennarum eius. Nutrit hunc piscem Corinthum pelagus, magnitudine pedum. r. s.

Galgulis,

7

¶ Galgulus auis est magnitudine turturis, toto corpore viridis, frequens in Peloponneso. Teste Aristotele.

Graculis,

8

¶ Venetorum Adriam incolentium regio tot habet graculos, vt fruges populentur, & iacta absumant semina, Author Aelianus.

Glasco,

Glanius

¶ Glascum herba est, qua Plynij temporibus Britanni se inficiebant, atro colore terrorem ostentantes. Vnde Martialis, Barbara depictis veni Bascada Britannis, Bap, Pius, Et Galata, Heluetijque truces, picique Britanni.

Glaucione,

9

¶ Glaucion herba est folijs similibus Papaueris frequens in Syria,

Gagate.

10

¶ Gagates lapillus nascitur in Lycia iuxta hostium Gagatis fluuij, vnde nomen traxit. Habet et Britania maximam huius lapidis copiam, cuius si decorem requiras, nigro gemmeus, si qualitatem nullius fere ponderis, si naturam, aqua ardet, oleo restinquitur, si potestatem attritu calfactus applicita detinet eaque vt succinum, author Solinus Cap. 35.

Gypso,

Pelopon-  
nctus.

¶ Gypsum Tympheticum laudat Plynius, a Tympho oppido. Plurimum quoque effoditur in Epyro. Fit etiam in Phœnicia, Turijs et Perrhebia.

Alijs rebus.

11

¶ Gentianam herbam habet Phœnicia et Illyricum, galistitem, gemmam Achelous, galbanum herbam, Syria,

De litera H.

Hircis, Cinyphs.

12

¶ Hydrys, Nilus.

13

¶ Helleboro, Oetha, Anticyra, helycon.

14

¶ Herbis, Aegyptus, Italia, Acis, Epyrus

gagates;

¶ Herbis veneficis, Scythia, Caucasus,

15

Colchos, Iberia, Pontus, Thessalia

16

¶ Hortis, Phœcia, Syria.

¶ Hyacyntho, Aethiopia.

¶ Hyfopo, Cilicia.

¶ Helenio, Helena.

¶ Hippice, Scythia.

¶ Herodij auibus, Diomedea.

¶ Helopibus piscibus, Pamphylia

¶ Hircis piscibus, Cyrengicum mare.

\* ij Alijs rebus

- 14 Alijs rebus, quaedam alia loca,  
Hircis.
- 1 Cinyps  
Cinyps fluuius est Africa, apud quem grades nascuntur Hirci, villoque tonsili, Virgilius. Nec minus interea barbas, incanaque menta Cinyphi tondent Hirci. Pontanus. Iure cui Marfi inuideant et ipsi Cinyphes Hirci.  
Hydris.
- 2 Nilus.  
Nilus fl. Mantuanus in Aprili. Niligenas abigens ab ouilibus Hydros, Helleboro.
- 3 Oetha  
Anticyra  
Plurimum hellebori nascitur in Oetha monte, auctore Plynio. Supra anticyram quoque montes sunt petricosi, in quibus copiose prouenit helleborum. Hac autem herba purgantur infaniae. Propterea Liuius Drusus Tribuspl. quum morbum Comitalem pateret, Anticyram dicitur nauigasse, in eaque insula helleborum bibisse, atque ita morbo liberatum. Vnde etiam Horatius in Arte. Si tribus Anticyris caput insanabile, nunquam Tofori Licino commiserit. Ouidius. I. bibe (dixisse) purgantes pectora succos. Quicquid et in tota nascitur Anticyra. Apud Helyconem Boetie montem, nascitur quoque optimus, et cerebro vtile, purgandaque infanie itidem efficax.
- 4 Aegyptus.  
Herbis.  
Homerus apud Plynium libro. 35. gloriam herbarum Aegypto tribuit. Diodorus de Aegypto loquens. Terra (inquit) inculta relicta pecori ad pastum adeo exuberat herbis, vt oues bis anno pariant, bisque praebent lanam. Aegyptus apud Plynium. Italiam herbarum potentia refertam prodit. De Aci fluuiio. Ouidius libro quarto Fast. Preterit et ripas herbifer Aci tuas. Epyrus. Idem Ouidius libro octauo Metamorpho. Mili aprum quanto maiores herbida tauros Non habet Epyrus.
- 5 Caucasus  
Scythia  
De Caucafo et Scythia. Claudianus libro primo in Ruff. Funestarumque potestas herbarum, quicquid laethali gramine pollens Caucasus, et Scythice vernant in gramine rupes. Colchos et Iberia. Horatius in Epodo. Herbasque, quas Colchos atque Iberia mittit venenorum ferax. In ponto quoque prouentus est malorum graminum. Virg. in Bucc. Has herbas, atque hec ponto mihi lecta venena Ipse dedit Moeris nascuntur plurima Pontus. Mantuanus in Alphonso libro secundo Virofi infamia ponti Gramina, quae oli Medea venefica, matris Docta scelus, nec non Ithaci ducis hospita Circe. In varios vultus homines mutare solebant. Thessalia. Seneca in hercule Oethico. Quas Pontus herbas generat, atque Thessala Sub rupe Pindus. Tibullus libro secundo. Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni, Quicquid et herbarum Thessala terra dedit.
- 6 Phaeacia  
Syria.  
In Phaeacia horti fuerunt memorabiles, et pomaria varijs referta fructibus. Quae quum magno studio coleret rex eius loci Alcinous, deus hortorum creditus est. Sabell. Nemo amplius hortos Phaeacum, aut nemus Hesperidum mirabitur vllus. Statius libro primo Syl. Quid biferi Alcinoi laudem pomaria, vosque, Qui nunquam vacui prodistis in aera Rami. Syria fuit in hortis operosissima, auctore Plynio. Inde quoque est prouerbiu Graecis, Multa Syrorum olera.
- 7 Aethiopia.  
Hyacyntho.  
Hyacynthum florem mittit aethiopia. Frequens etiam, nascitur in thermis Diocletianis. Eximie quoque prouenit in Gallia, auctore Plynio.
- 8 Cicia  
Hyfopo.  
Hyfopum montanum et hortense optimum nascitur in Cicia, in Tauro monte, Dein probatur Pamphylium et Smyrnum.
- 9 Helena  
Helenio.  
Helenium flos est, quem lachrymis helene fabulantur natum, Reperitur in helena insula.
- 10 Scythia.  
Hippice.  
Hippice herba est, qua pasti equi, diurnam famem sustinent. Vnde nomen sumpsit. Frequens est in Scythia, Prædulcis circa Boetiam.
- 11 Diomedea.  
Herodij.  
Herodij aues sunt prope flumina degentes, frequentes in Diomedæa insula.
- 12 Cyrenæ.  
Hircis piscibus.  
Hirci pisces circa Cyrenaicum, Sardoumque mare oberrantes visuntur cum Delphis.

¶ Alijs rebus.

13

¶ Heliotropium herbam mittit Aethiopia. ¶ Hephestitem gemmam, Corycus.  
 ¶ Hexeconthalitum gem. Troglodyte. ¶ Hematitem, Aethiopia. ¶ Hydromelē Phrygia  
 ¶ Hyenas animalia, Africa. ¶ Hematopodes aues Aegyptus.  
 ¶ Hammoniacum Africa. Hiacynthos gemmas Aethiopia, atque etiam Chrysolitos, aureo colore translucetes, Quibus preferuntur Indica, et (si varia non sint) Baſtriana.

De litera I.

**I**gnibus, Aetna.  
 ¶ Iaculis, Gnofos.  
 ¶ Iuncis, Nabathai, Hispania.  
 ¶ Iri herba, Cizicus.  
 ¶ Iride gemma, Perſis.  
 ¶ Iſati herba, Syria.  
 ¶ Iuniperis, Hispania.  
 ¶ Infulis, Illyricum.  
 ¶ Ichneumonibus, Aegyptus.  
 ¶ Ibidibus, Peluſium.

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
1

Ignibus.

¶ Aetna inter montes igniferos numeratur. Statius libro quinto Theb. vbi ignifera feſſus ſuſpirat in Aetna Mulciber. Et libro tertio Achil. Ignifera quæ fulmina polceret Aetna. Lucanus libro primo. Et ardenti ciuilia bella ſub Aetna.

Aetna

Iaculis.

¶ Gnofos vrbs eſt Crete, cuius incolę Iaculis claruerunt. Mantuanus in Epigram. Gnoſiacis Alcon Iaculis clarebat et arcu. Lucanus libro tertio. Gnoſosque agitare pharetras Doſcia, nec Eois peior Gortyna ſagittis.

Gnofos.

Iuncis.

¶ Inter Iuncos præſtantiffimus eſt Nabathæus, deinde Arabicus, quem quidam Babylo-  
 nicum vocant. Tertius Lybicus, prope inutilis. Laudatur et Hſpanus, quo fiunt funes.

3  
Nabathęi  
Hispania

Iri herba.

¶ Iris herba eſt odorata, Raphano ſimilis, vnguentisque et medicinę aptiſſima. Frequens eſt in Cyzico inſula.

4  
Cyzicus.

Iride gemma.

¶ Iris gemma (quam crematam, tuſamque ad Ichneumonum morſus remedio eſſe Horus apud Plynium prodit) naſcitur in perſide.

5  
Perſis.

Iſati.

¶ Iſatis herba eſt fullonia, rubro colore, quam mittit Syria.

6  
Syria.

Iuniperis.

¶ Scribit Plynius libro decimoſexto vaſtas eſſe Iuniperos in Hiſpartia.

7  
Hiſpania

Infulis.

¶ Idem libro tertio ait Illyrici oram mille amplius infulis frequentari, propter naturam vadoli maris.

8  
Illyricum

Ichneumonibus.

¶ Ichneumon ſerpens Aſpidi infeſtiſſimus, frequens eſt in Aegypto.

9  
Aegyptus.

Ibidibus.

¶ Ibis auis circa Peluſium tantum nigra eſt, cęteris omnibus locis candida.

10  
Peluſium

RAVISII TEXTORIS

Cornu copię.

De litera L.

**L**Anis, Miletoſ, Tarentum, Canuſium, Britania, Lingones, Melite, Luceria, Attinũ, Patavium.

1

¶ Laſerpitio Cyreng

2

¶ Lentico, Linternus.

3

¶ Laſtucis, Circellę.

4

¶ Lauris, Olympus, Parnafus, Peneus, Permeſſus, Phocis, Sicyon, Ida.

5

¶ Lacte, Saſſina, Lituani, Fortunatę inſulę.

6

¶ Leonib⁹, Africa, Getulia, Lybia, Caſpia, Marmarica, Maſſylia, Parthia, Mauritania, Syria

7

¶ Lente, Aegyptus, Peluſium.

8

k iij Lino Aegyptus

- 9 ¶ Lino, Aegyptus, Cumæ, Tarraco, India, Setabis
- 10 ¶ Larice, Ida.
- 11 ¶ Luto fictili, Samos, Sagunthus, Ethruia.
- 12 ¶ Lænis vestibus, Pellene.
- 13 ¶ Lapide speculari, Hispania.
- 14 ¶ Ladano, Arabia.
- 15 ¶ Lacertis, Arabia, Nyfa, Aethiopia, Capraria.
- 16 ¶ Locustis, Capius mons, Theifalia, Lemnos, Magnesia, Ephesij, Mare Indicum, Cyrene, Syria.
- 17 ¶ Lupis piscibus, Tybris.
- 18 ¶ Lupis feris, Croton.
- 19 ¶ Lagnibus piscibus, Meander, Strymon;
- 20 ¶ Loto arbore, Africa, Nilus.
- 21 ¶ Lilio, Antiochia,
- 22 ¶ Leporibus, Baecares.
- 23 ¶ Lyncibus, Aethiopia.
- ¶ Leguminibus, Brixia.

Lanis.

Miletos. ¶ Miletos Asiæ fuit ciuitas præstantia Lanarum (quæ ibidem inficiebantur) memorabilis. Virgilius lib. 3. Geor. Quamuis Milefia magno Vellera mutantur Tyrios imitata color. Et lib. 4. Eam circum Milefiavellera Nymphæ Carpebant. ¶ Tarenti quoque optime inficiebantur Lanæ. Horatius libro secundo Sermo. Lana Terentino violas imitata venetas. ¶ In Canusio Appuliæ oppido, et Caledonia seu Britannia fuit, eximia Lanarum bonitas. Quintianus in Cleopoli. Fama Caledoniæ fileat miracula Lanæ. Et Canusina simul. A Canulio et Tarento oppidis Calabriae Lanæ ipse vocantur calabre, quæ summam olim nobilitatem habebant. Vnde et Varro scribit Tarentinas oues pellibus integri, ne inquines tur lana, quo minus vel infici recte possit vellus, auraliter preparari. Persius saty. 2. Hæc Calabrum coxit vitiatum murice vellus. ¶ Lingonicas Lanas probat Martialis lib. 11. dicēs. Lingonicis agedum tumcat tibi culcitra Lanis. ¶ De Melita insula maris Siculi, Sylli<sup>9</sup> lib. 14. Telaque superba Lanigera Melite, et litus piscosa Melacte. ¶ Luceria vetus fuit Dauniorum oppidum, vbi sacrum Mineruæ fanum extitit. Eius lanas probat Horatius libro tertio Car. Te lanæ prope nobilem Tonsæ luceriam, non citare decent. Plinius libro. 26. commendat Galaticas, Tarentinas Atticas, Milefias. ¶ Altinum oppidum est Italiae, cuius lanæ præstanti fuerunt mollicie. Vnde Columella de ouibus emendis scribens Generis eximij inquit, Calabras, Appulasque milites nostri existimabant earumque optimas Tarentinas, nunc gallicæ preciosiores habentur, earumque præcipue Altinates. ¶ Varro quoque laudauit pannos Patavinos, cuius sententiæ conforme est dictum. Iuuenalis saty. 8. Vanus et Enganea quantumuis mollior agna. ¶ Plinius libro octauo de lanis et ouibus loquens, Hispania (inquit) nigri velleris præcipuas habet. Polentia iuxta Alpes, Canusia rutili, quas Erithras vocant. Item Betica, vt Canusum fuluas Tarentum.

Laserpitio.

2 Cyrene. ¶ Laserpitium genus est herbae preciosissimæ, et in medicinis optime (Silphion Græci vocant) cuius succus Laser, folium masepetum dicitur. Nascitur hæc herba in diuersis locis. Sed omnium laudatissima est apud Cyrenem Lybiæ urbem, Catullus ad Lesbiam. Quam magnus numerus Lybissæ arenæ Laserpiferis iacet Cyrenis. De Laserpitio abunde meminit Plinius Cap. 3. Libri decimi, et Dioscorides. Ab hac herba natum adagium Batti filii, de ijs qui summos honores assequuntur. Vide Erasimum.

Lentisco.

3 Lintern<sup>9</sup>. ¶ Linternus Campaniæ fluuius Lentisco arbore abundat. Ouidius libro decimo quinto. Hinc calidi fontes, lenticiferumque tenetur Linternum.

Lactucis.

4 Circeia<sup>9</sup>. ¶ Plinius libro decimo nono ait Lactucas in binos pedes aliquando pandere, sed in Circeiensi agro amplissimas prouenire.

Lauris.

5 Olymp<sup>9</sup>. ¶ In Olympo monte (inquit idem lib. 16. Cap. 33. (nulla est arbor Lauro copiosior.

Idem

Idem lib. 15. Laurus (inquit) non quia perpetuo vires, nec quia pacifera est, p. a ferenda vique Myrto, & Oleæ est, sed quia spectatissima in monte Parnaso, ideoque etiam Apollini gratia. Ouidius lib. 11. Ille caput flauum Lauro Parnaside vincit, Politianus in Nutricia. Non te vates Parnaside Lauro Nequicquam deus, & cithara dignatus honorata est, Virgilius lib. 2. Geor. Etiam Parnasia Laurus Parua, sub ingenti matris se subiecit vmbra, Laurum Peneiam plerumque appellant poetæ, a Peneo Thessaliae fluuio, iuxta quem frequens est arbor. Val. Fl. lib. 1. Et in summo Laurus Peneia Cono, Stroza pater, luniperi virides, & te Peneia Laurus. Mantuanus lib. 3. Parth. Mariæ. Narcissi caput attollunt, Peneia ridet Laurus. Permessum Bœotia fluuium Lauros habere docet. Pontanus lib. 2. de hortis hesp. dicens. Bœnaci de fonte ferat Permessida Laurum, Phocis Sabell. in Eleg. Phocæque Laurus, Libethridumque chori. Sicyon quoque vrbs Oleo & Lauro abundat, vnde Sicyonia bacca dicitur. Plynius li. 15. ait plurimam Laurum in Ida, & circa Heracles am ponti prouenire.

Parnasus  
Peneus  
Permessus  
Phocis  
Sicyon  
Ida

Lacte.

Sassina vrbs Vmbriae, Plauti patria, Lacte abundat, Syllius, Sassina diues Lactis, Martialis. Metamque lactis Sassinate de sylua. Lituania tantam habet lactis copiam, vt eius regionis incolæ semper fere lactinijs vtantur & melle. Habent & fortunatæ insulæ magnam vim lactis, Vnde Horatius in Epodo. Illic iniussæ veniunt ad mulctra capellæ, Res tertque tenta grex amicus vbera.

7  
Sassina  
Fortunatæ  
insulæ.

Leonibus.

Africa. Ouidius libro quarto Tristi. Tempore Pœnorum compescitur ira Leonum. Idem de omnibus ppe Africæ partibus memoratur. Getulia. Horatius. At qui non ego te Tygris vraspera, Getulusue leo frangere perfequor. Lybia. Martialis libro septimo. Iam cernes Lybicum vallo assultare leonem. Caspia. Statius libro octauo Theb. Cade redit sic Hircana leo Caspius vmbra. Marmarica. Nemesianus. Et sua marmaricos coget iuga fere leones. Seneca in Agamennone. Marmaricus leo Morsus cruentos passus audacis leg. Massyllia. Codrus. Ante pauens capiet Massyllidam dama leonem. Claudianus Massyllidæ cerui non timere iubam. Habet & Parthia leones. Marullus. Quos fera Tygris, quos leo Parthicus. Mauritania. Pontanus. Sed prius aut Mauro veniam fera præda leoni, Horatius libro primo Car. Nec lubæ tellus generat, leonum Arida nutritrix. Plynius libro octauo scribit solam Syriam leones nigros alere.

8  
Africa  
Getulia  
Lybia  
Caspia  
Marmarica  
Massyllia  
Parthia

Lente.

Lens legumen est, quo qui vceserentur, olim animo fieri crediti sunt, Frequens est Aegyptio, & Pelusio Nili hostilio. Martialis. Accipe Niliacam Pelusia munera Lentem. Virgilius libro primo Georgicorum. Nec Pelusiæ curam aspernabere lentis. Ouidius libro quinto Fastorum. Et pereunt Lentem, aduena Nile, tuæ. Quintianus in Orphico. Cur Pelusiæ spreta est quoque copia lentis.

9  
Aegyptus  
Pelusium

Lino.

Abundat Aegyptus Lino tenuissimo. Syllius libro tertio. Et Pelusiaco filum compone re Lino. Argumentum maxime tenuitatis est, quod singula fila, 365. filis constare dicantur, cuiusmodi visa sunt in Thorace Amasis regis, qui Rhodi visebatur, Authore Plynio, Aethiopes, & Indi ex malis, Arabes ex Cucurbitis Asiatici ex Genista Lina demerunt. Est & sua gloria Cumano in Campania, quo ad piscium capturam vtuntur eius vrbs incolæ. Carbasinum Linum apud Tarraconem repertum est, ex quo Nautica vela conficiuntur. Ex quo & Carbasus nomen habet. Nascitur Linum in desertis Indiæ, apud Carystum insulam tanta bonitate, & excellentia, vt Margaritarum adæquet precium. Carbasinis vestibus Indi & Arabes corpora velant, quæ sunt auro purpuræque distitit, vt scribit Curtius. Vnde Propertius libro quarto. Rapta ve odorato Carbasa lina duci. Setabis vrbs Hispaniæ agrum habet nomine Spartarium, a Spartolini genere. Plynius quoque scribit ceteriorem Hispaniam habere splendorem Lini præcipuum. Setabica probat Catullus dicens. Nam sudaria Setaba ex Iberis Miserunt mihi muneri Fabullus, Et Verannius Idem Remitte pallium mihi meum quod inuolasti, Sudariumque Setabum, Catagraphonque Linum.

10  
Aegyptus  
Cume  
India  
Tarraco  
Setabis

Larice.

Laricem arborem frequentem esse in Ida docet Plynius libro decimo sexto. Luto fictili. Samon & Sagunthum Luto fictili ad vasa aptissimo abundare certum est. Martialis libro octauo. Ficta Sagunthino Cymbia malo Luto. Idem libro, 14. Sume Sagunthino posculla ficta

11  
Ida  
12  
Samos  
Saganthus

CORNVCOPIAE

cula ficta Luto. Eandem ob causam Lagena vocatur Sagunthina a Iuuenale. ¶ Ethruria teste Plinio maxime plasticen excoluit. Vnde Tarquinius priscus Tauriano a Fregellis accito, Iouis effigiem fictilem in Capitolio dicendam locauit. Huic etiam Perlius satyra secunda, Vestalesque vrnas, & Thuscum fictile mutat. Et Iuuenalis satyra vndecima, Ponesbant igitur thusco farrata Catino.

- 13 Pellene ¶ Pellene vrbs fuit Achaiae, a Pellene Titane condita, apud quam optimae fiebant Lenae vestes, quae egregie bellantibus dabantur in praemium virtutis.  
Lenis vestibus.
- 14 Hispania ¶ Lapis specularis in Hispania reperitur, & in bononia Italiae, quem quidam humore terrae glaciari modo crystalli dicunt.  
Lapide speculari.
- 15 Arabia ¶ Ladano frutex est odoratus, quo abundant Arabes & Nabathae Syriae contermini.  
Ladano.
- 16 Arabia Nyfa ¶ Nascitur in Arabia Lacertae ditorum cubitorum. In Nyfa vero monte Indiae, 24. pedum longitudine. Volaterranus scribit in Aethiopiae insulis caprae a regibus Luithaniae Lacertae octonum cubitorum longitudine, tanto oris rictu, vt solidum infantem deuorasset. ¶ Caprae vna ex fortunatis insulis, inde Lacertis referta est, auctore Plinio.  
Lacertis.
- 17 Casius ¶ Incole Casii montis adeo quondam locustis infestati sunt, vt contra eas Iouis auxilium implorauerint, & Seleucidum auum eas perimentium aduentum. Volaterranus. ¶ Graeculi a Thessalis Illirijs, & Lemnijs nutriuntur contra locustas, quorum vi maxima obruntur, vbi certa mensura est praefinita, quam singuli enectarum ad magistratus deferant, testes Aelianus, & Plinius. ¶ Magnesijs & Ephesijs contra locustas ordine militari ad bellum exeunt, tanta eorum animalium scatent multitudine. ¶ In mari Indico, locustae aquatiles quaterna implent cubita, auctore Plinio. In India ternum pedum longitudinis esse traduntur cruribus & femoribus ferrarum vsu praebentes quum inaruerunt. ¶ In Cyrenae ca regione lex est teranno debellandi eas. ¶ Necari & in Syria militari imperio coguntur, quae tamen Parthis in cibo gratae sunt.  
Locustis.
- Magnesijs  
Ephesijs  
India
- Cyrenae  
Syria
- 18 Tybris ¶ Lupum piscem laudatissimum capi Romae in Tyberi fluuio scribit Plinius libro nono. Propterea hic piscis vocatur Tyberinus a Iuuenale satyra quinta, Aut glacie aspersus maculis Tyberinus.  
Lupis piscibus.
- 19 Croton ¶ Caelius scribit Lupos apud Crotoniatis maxime scaterere, a quibus Milonem ibidem deuoratum scribit.  
Lupis feris.
- 20 Meander ¶ Lagnis piscis apud Meandrum & Lycum Asiae, item apud Strymonem Europae fluuios cernitur.  
Lagnibus.
- 21 Africa ¶ Loto arborem gignit Africa, sed praecipua est circa Syrtes, atque Nasamones, auctore Plinio. Nascitur etiam in ripis Nili, Mantua. Atque multa venit Nili circuequora lotos.  
Loto.
- 22 Antiochia Sufa ¶ Lilium laudatissimum est in Antiochia & Laodicea Syriae mox in Phaselide, Quartum locum obtinet in Italia nascens. ¶ Sufa vrbs Persarum a Mennone condita nomen sumptum a liliorum multitudine, Nam Persae Sufam vocant Lilium.  
Lilio.
- 23 Baecares. ¶ Baecares insulae tot quondam leporibus obruptae sunt, vt eius loci habitatores aduersus prouentum eorum, auxilium militare ab Augusto petierint. Nam prius famem regioni popularis messibus attulerant, Plinius Cap. 33. libro octauo, Leporem marinum tactu pestilentem habet Indicum mare.  
Leporibus.
- 24 Aethiopia. ¶ Lyncae frequentes generat Aethiopia, auctore Plinio libri octauo, Capite duodecimo.  
Lyncibus.
- ¶ Brixia, Mantua. Parit omne legumen Et quod Romulidas Fabios denominat, & quod Te Cicero pater eloquij, te Lentule teque Romulei Piso pars non postrema senatus.  
Leguminibus.
- ¶ Habet Ledonem herbam Arabia, Lesbide gemmam Lesbos.

Rauisij Textoris

¶ Raufij Textoris Cornucopia.

¶ De litera M.

Melle, Hybla, Sicilia, Hymettus, Attica, Calydna, Sabei, Calabria, Fortunatę infulae,	1
Cyrnus, Torini, India, Mellaria.	
¶ Marmore, Sinada, Numydia, Laconia, Tanarus, Arabia, Thafos, Carystos, Lu-	2
na, Eurotas, Syene, Paros, Sicyon, Chios,	
¶ Meretricibus, Suburra, Corinthus.	3
¶ Myrtis, Sparta, Orontes, Eurotas.	4
¶ Metallis, Iliua, Amathus, Temese, Luna vrbs, Hispania, Italia, Bononia, Phrygia, Sipy-	5
lus, opp. Vermius mons, Lydium opp.	6
¶ Murice, Tyros Africa, Baia, Getulia, Phocis, Tarentum, Sidon, Laconia, Assyria.	
¶ Muribus, Cofa, Aegyptus, Argillus, Gyarus, Troas, Persis.	7
¶ Mellibus, India, Africa, Aegyptus, Lybia, Coronis, Gargarus,	8
¶ Mercibus, Orientales, Thebae,	9
¶ Minio, Minius, Sifapo.	10
¶ Margaritis, India, Taprobane, Perimula, Cascandrus, Tulos, Palaeogones, Britannia.	11
¶ Mulis, Hispania, Gallia, Rheatini.	12
¶ Murenis piscibus, mare Siculum.	13
¶ Magalibus, Getulia.	14
¶ Myrrha, Arabia, Orontes, Assyria,	15
¶ Musculis, Strymphalis.	16
¶ Muris, Antipolis.	17
¶ Monilibus India.	18
¶ Murra gemma, Parthia.	19
¶ Montibus, Macedonia, Corsica.	20
¶ Molaribus, Antron.	21
¶ Melino, Melo.	22
¶ Magnete, India, Siphnus.	23
¶ Melonibus, Ostia.	24
¶ Muscis, Cyrene, Megaris.	25
¶ Myricis, Aegyptus.	26
¶ Myrobalano, Troglodyte.	27
¶ Malobathro, Syria.	28
¶ Meliloto, Attica, Nola.	29
¶ Mantichora, India.	30
¶ Menope, Pconia.	31
¶ Muribus, Arancis, Britannia.	32
¶ Monocerote, Aethiopia.	33
¶ Margaris piscibus, mare rubrum.	34
¶ Membrana, Pergamus.	35
¶ Malis punicis, Carthago.	36
¶ Malis Cydoncis, Cydon.	37
¶ Mitho, Aethiopia, Campania, Niuernia, Brixia.	38
¶ Malua, Arabia.	40
¶ Moly herba, Cyllene.	41
¶ Militibus, Italia.	42
¶ Mulis piscibus, Oceanus septentrionalis.	43
¶ Merulis albis, Cyllene.	44
¶ Monstris, Getulia.	45
¶ Alijs rebus, alia loca.	46

¶ Melle.

I

Hibla mōs Siciliae optimo melle, Sidonius, Quales mellifera virent in Hybla. Martia  
 his libro vndecimo. Mella iubes Hyblea tibi, vel hymettria nasci. Pōtanus, Regna Sicilia  
 tenet laticis, quem florida deliquat Hybla, Hybla faui & mellis, diues & Hybla Thy Hymett?  
 mi. Sicilia. Varro libro tertio de re Rustica. Propter hoc Siculum mel fert palmam, quod  
 ibi Thymum bonum & frequens est. ¶ Hymettus mons Atticę. Statius libro sexto Theb.  
 Strident &

- Attica** Strident & Hymettia mella. Pontanus. Regna tenet mellis pulcher Hymette tui. ¶ Attica Ouidius. Adhæce de flauis attica mella fauis. Plynius. Mellis attici in toto orbe summa laus existimatur. Martialis. Si tibi Cecropio saturata Cydonia melle Ponentur. ¶ Calydna vna est Cycladum, mellis itidem ferax. Ouidius libro octauo. Dextra Lebynthos erat, fœcunda que melle Calydna. Scribit Plynius Sabæos esse ditissimos syluarum fertilitate odoriferæ, auri metallis, agrorum, rigui mellis, ceræque prouentu. ¶ Calabria. Horatius. Quamcūq; nec Calabriae mella ferunt apes. ¶ In fortunatis insulis copia est optimi mellis. Horatius. Mella caua manant ex llice montibus altis. ¶ Cynus insula est abundans melle, sed illud dato. Virgilius. Sic tua Cynæas fugiant examina Taxos. ¶ Torini populi Indiae victitant melle, quo affluunt. Valerius Flaccus libro sexto. Mellis honos Torinis. ¶ Strabo ait in India arundines sine apum auxilio mel ferre suauissimum. ¶ Mellaria oppidum Hispaniæ, meruit nomen a copia mellis.
- Marmore.
- Sinada** ¶ Sinada oppidum Phrygiæ, ad sexaginta stadia proximum habet vicum Docimum, vbi Marmor nascitur, quod incolæ Docimitem. Romani Sinadicum vocant. Horatius. Quod si dolentem nec Phrygius lapis, Nec purpurarum sydere clarior delinit vltus. Hac ratione Pontanus Idæas vocat columnas dicens. Hinc etiam templa Idæis innixa columnis. Strozza filius. Regiaque Idæis condita marmoribus. Tibullus. Quidve domus prodest Phrygijs innixa columnis? Claudianus. Preciosaque picto Marmore purpureis cedit quod Sinada venis. Statius libro primo Syluarum. Sola cauo Phrygiæ mittit quam Sinados antro. Ipse cruentauit maculis lucentibus Atys. ¶ Commendatur & marmor Numydicum, quod M. Lepidus primus omnium Romæ ostendit, maculis quidem purpureis variatum. Nam hunc lapidem Atys, quum in Phrygia Cybelem fugeret, cruentasse dicitur. Vocatur autem Porphyrites. Plynius ait præter marmoris Numydici, ferarumque prouentu, nullum aliud esse regionis insigne. Propertius libro secundo. Tanta erat in specie Pœnis digesta columnis. Martialis. Marmore picta Nomas. Iuuenalis satyra septima. Parte alia longis Numydarum fulta columnis Surgat. Suetonius. Postea inquit, solidam columnam prope viginti pedum lapidis Numydici in foro statuit. Plynius scribit M. Lepidum Catuli in consulatu collegam primum omnium limina ex Numy dico marmore in domo sua posuisse magna reprehensione, atque hoc primum inuecti marmoris Numydici vestigiū se inuenisse, non in columnis tantum crustisve ab illo peditum, sed in ianuis & vilisimo liminum vsu. ¶ Laconicum marmor viride erat, & cunctis hilarius omniumq; preciosissimum. Statius in Syl. Hic dura Laconum Saxa virent. ¶ Tenarus Laconia promontorium marmor habuit laudatissimum, Tibullus. Quidve domus prodest Phrygijs innixa columnis, Tenare siue tuis, siue Caryste tuis? ¶ Thalos Cycladum vna marmor habuit maculosum, quod Thasium dicitur. ¶ Carystos vrbs Euboia marmor habuit laudabile, quo primus in columnis Romæ vsus est Mamurra. Plynius. Carystos inquit nobilis, nobilior tamen marmore. Lucanus. Qua maris angustat fauces lapidosa Carystos. Seneca. An ferax varij lapidis Carystos. ¶ Luna vrbs Ethruæ marmor habuit candidum & lucidum, quam propterea metalliferam, i. Marmoris feracem vocat Statius, dicens. An ne metalliferæ repetit iam mcenia Lunæ. De hoc marmore intelligit Iuuenalis satyra tertia. Nam si procius nubit qui saxa Ligustica portat. Mantuanus. Ponite defuncto tumulum, quem vctiat omnem Lunensis, pariusve lapis, viridisque Donyse marmor, & Aegypti, niueis vbi purpura nubit Stigmatibus. ¶ Eurotas Laconia fluius ab eiusdem rei præstantia commendatur. ¶ In Syene Aegypti vrbe fodiebatur etiā maculosum marmor, quod Pyropœcidos, i. igneis maculis variatum dicitur. Eo faciebant obeliscos Aegypti reges. ¶ Paros quoque Aegæi maris insula marmor habuit laudabile, Plynius scribit Aegyptium Labyrinthum lapideis e paro columnis fuisse factum. Horatius. Vrit me Glyceæ nitor, Splendentis pario marmore purius. Ouidius libro tertio Meta. Hæret vt e Pario formatum marmore signum. Sabellicus. Parisque nitet qua fulta columnis Porticus. ¶ Apud Sicyonem marmorum fuit nobilis vena, vbi Dipœnus & Scyllus Celeratores patria Cretenfes claruerunt. ¶ Chios quoque maris Aegæi insula, Taygetus seu Taygetum mons Laconia, Hymettus Atticæ, Donisa, Liguria, Dalmatia marmoris eximij laudem meruerunt.
- Testimonia rerum prædictarum.
- Testimonia** ¶ Statius libro primo Syluarū sic inquit. Hic Lybicus, Phrygiusq; silex, hic dura Laconū Saxa virent Hic flexus Onyx, & concolor alto vena mari. Idem. Non huc admittæ Thasos, aut vndosa Carystos. Mæret Onyx longe, queriturque exclusus Ophites. Sola nitet flauis Nomadam decisa metallis Purpura, sola cauo Phrygiæ quam Synados antro Ipse cruentauit maculis



eruentant maculis lucentibus Aty's. Queque Tyri niueas fecat & Sidonia rupes. Vix lo-  
cus Eurotæ viridi, quam regula longa Sinada distinctum variat. Idem libro secundo.

Hic Graijs penitus delecta metallis  
Saxa, quod Eoæ respersit vena Syenes.  
Sinade quod mœsta Phrygiæ fodere secures,  
Hic & Amcylci casum de monte Lycurgi  
Quod viret & molles imitatur rupibus herbas.  
Hic Nomadum lucent flauentia saxa, Thafosque  
Et Chios, & glauca certantia Doride saxa,  
Mons Lybis, Iliacusque nitent, & multa Syene,  
Lunaque portandis tantum suffecta columnis.

Idem.

Sabellicus.

¶ Hanc Lybica commendat purpura venæ, Nilacusque lapis, Phrygiusque, & quicquid  
Etrusco litore luna fecat, secuitque Argiua Carystos. Idem. Cui venosa Thafos latus hoc  
perstrinxit, & illud, Taygetusque virēs, necnon Cerealis Hymettus. Horatius. Non trabes  
Hymetticæ Premunt columnas vltima rescissas Africa, Martialis. De marmore omni, quod  
Carystos inuenit, Quod Phrygia Sinas, Afra quod Nomas mittit, Et Quod virente fonte  
laui Eurotas. Virgilius in Cyri. Marmoreamque Paron, viridemque Donyfam, Olearon,  
niueamque Paron, Ouidius libro septimo Meta. Planamque Seriphon, Marmoreamque  
Paron. Pamphilus. Illius sub corde riger lapidosa Carystos, Illius duro pectore dura No-  
mas, Sidonius. Hic lapis est de quinque locis dans quinque colores. Aethiops, Phrygius,  
Pariis, Pœnus, Lacedæmon, Purpureus, viridis, maculosus, eburnus & albus. Sabellicus.  
Quamuis Spartano confurgant atria saxo. Sublimesque ornet postes Titana Carystos.  
Syllius. Tunc quos a niueis exegit Luna metallis. Sidonius. Iam si marmora inquiras, nō  
illic quidem paros, proconissos Carystos, Phryges, Numyda, Spartiate, rupium variata  
rum posuere crustas. Pamphilus. Delphica queque Paros fert, & lapidosa Carystos Mar-  
mora, queque gerit Sinada, queque Thafos.

Meretricibus.

¶ In Suburra vico vrbis Romæ fuerunt meretricum domicilia, que propterea Suburrane  
dicuntur. Pamphilus. Deque Suburranis Thaida fornicibus. Martialis. Famæ non nimiū  
bone puellam, Quales in media sedēt Suburra. ¶ Corinthus vrbis tantis delicijs enuerata  
est, vt veneris templum ibidem fuerit, vbi mille circiter elegantes meretrices paratæ erant  
venientibus se prostituere, inter quas numerantur præcipui nominis, Laïs, Thais, Cyrene,  
Leana, Synope, Phryne, Sicyone. Vnde natum prouerbum, Corinthiari, i. Lasciuire.

3  
Suburra.

Corinth<sup>9</sup>

Myrtis.

¶ Sparta. Virgilius in Battarū. Et violæ genus omne hic est, & Spartica Myrtus. ¶ Oron-  
tes. Salmonius. Non Tabor horum animos, non Myrtifer angit Orontes. ¶ Eurotas. Ca-  
tullus. Quales Eurotæ perpingunt flumina Myrtos.

4  
Sparta  
Orontes.  
Eurotas

Metallis.

¶ Illa insula Thuscie adiacens, clara est metallis. Virgilius libro decimo. Ast Illa trecentos  
Insula inexhaustis Chalybū generosa metallis. Syllius. Non totidē Illa viros, sed lectos  
cingere ferrum Armarat patrio (quo nutrit bella) metallo. Stroza filius. Quique metallife-  
re saxa ardua subdidit Iluē. Plynius. Venaria Illa, cum ferri metallis. ¶ De Amathūte Cy-  
pri ciuitate. Ouidius libro decimo. At si forte roges fœcundam Amathunta metallis. Idē.  
Piscosamque Gnydon, grauidamque Amathunta metallis. Mantuanus. Inclyta apud pri-  
cos terra est Themesea metallis, Et chalybum, veteres celebrant Amathunta poetæ. ¶ De  
Themese Cypri vrbe. Statius libro primo syluarum. Et queis se totis Themese dedit hau-  
sta metallis. Ouidius libro decimo quinto. Hippotade que domos regis, Themeseque me-  
talla. Idem libro quinto Factorum. Rursus aquam tangit, Themeseaque concrepat Aera.  
¶ De Luna vrbe Ethruriae. Statius libro. 4. syluarum. An ne metallifere repetit iam mœ-  
nia Lunæ. ¶ Possidonium dicebat Plutum deum opulentie habitare subterranea Hispania,  
tanta est in eo terrarum tractu, metallorum fœcunditas. Claudianus de Hispania loquens.  
Diues equis, frugum facilis, preciosa metallis, Principibus fœcunda pijs. ¶ Italia (inquit  
Plynius) metallorum omnium fertilitate nullis cedit terris. ¶ Mantuanus quoque Bono-  
niam commendat a fertilitate metallorum & frugum dicens, Terra metallorum genitrix,  
& mater aquarum, Et Thefaurus opum, nutritque vberissima frugum. ¶ Tantalus & Pelopi-  
darum diuitie a metallis prouenire, que Phrygiam & Syplem erant auctore Strabone li-  
bro. 14. ¶ Myde quoque opes ex metallis fuere, que circa Vermium montem effodieban-  
tur, Gygis, & Aliattis, & Croesi, ex quæ apud Lydium oppidum desertum, inter Atar-  
neum &

5  
Iluæ

Amathus

Themese

Luna

Hispania

Italia

Bononia

neum & Pergamum erant. Author idem Strabo libro eodem.

6

Tyros

☞ Murex piscis est, cuius humore fit color purpureus, & quandoque pro purpura capitur. Murice autem claruerunt loca sequentia. Tyros. Virgilius. Tyrioque ardebat Murice leña. ☞ Africa Horatius. Te bis Afro murice tincte Velitunt Lanæ. ☞ Baia. Idem libro secundo Sermonum. Murice Baiano potior Lucrina Peloris. ☞ Getulia. Idem. Argentum, vestes Getulo murice tinctas. ☞ Phocis. Ouidius libro sexto Meta. Phocaico bibulas tingebant murice Lanas. ☞ Tarentum. Sidonius. Muricis Tyrj, seu Tarentini conchiliato ditat indutu. Idem. Ipsaque quæ petijt, trepidauerat vncta Tarentus. ☞ Sidon. Sidonius. Serica Sidonius fucabat velleramurex. Lucanus. Et Tyros instabilis, preciosaque murice Sidon. ☞ Laconia. Pamphilus. Picta, nec Oebalio fulget quæ murica vestis. ☞ Assyria. Sidonius. Assyrius murex, nec tibi signa dabit. Idem dicendū de locis Ostro & purpura claris.

Murice.

Africa

Baia

Getulia

Phocis

Tarentū.

Sidon

Laconia

Assyria

7

Cofæ

Aegypt<sup>9</sup>

Argillus.

Gyarus

Troas

Persis

☞ Cofæ vrbs Italiae, murium quotidie erumpentium multitudine obruta est. ☞ Tanta est in Aegypto murium abundantia, vt & fegetes populentur, hisque litatione & votis resistere oporteat. ☞ Argillus mons Thraciae dictus est a multitudine murium, qui in terra ibi dem reperti sunt concertantes. Argillus lingua Thracum mus dicitur. ☞ Scribit Plynius ex Gyaro Cycladum insula, incolas a muribus fugatos. ☞ Plurimi & ad Troadem perueniunt, vnde iam magno prouentu fugauerunt accolae. ☞ Tantis fuit apud Persas murium prouentus, vt repertae sint praegnantae in vtero parentum, teste Plynio.

Muribus

8

Aegypt<sup>9</sup>

Africa

Lybia

Coronia.

Gargar<sup>9</sup>.

☞ Habet Aegyptus binas in anno messes, ac totidem aestates. De Africa & Aegypto Statius libro tertio Sylvarum, Quod messibus Afris Verritur, aestiferi quicquid terit area Nilii. Aegyptus ab antiquis orbis horreum vocata est, quo dei, animi gratia & salutis confugere soliti sunt. De Africa & Aegypto Claudianus in Ruffi. Memphis si forte negasset, Pensa pharium getulis messibus annum, Frugiferas certare rates. Latæque videbam Punica niliacis concurrere carbasa velis. Idem. Phariæ fegetes, & Punica messis Castrorum deuota cibo. ☞ Lybia. Horatius. Quicquid de Lybicis verritur areis. Martialis. Possideat Lybicas messes, Hermumque, Tagumque. Idem. Tercetum Lybici modios de messe Coloniae Sume. Seneca. Non quicquid Lybicis terit feruens area messibus. ☞ Coroniam vrbs Thebae. Statius libro septimo Theb. Exilem Glifanta, Coroniamque feracem. Messe Coroniam, Baccho Glifanta colentes. ☞ Gargarus mons in Ida. Claudianus. Iam fluorescentia centum Messibus, aestiue detondent Gargara falces. De his & alijs huiusmodi scribit Sidonius. Huc veniet calidis quantum metit Africa terris. Quatum vel Calaber, quantum colit Appulus acer, Quanta Leontino turgescit messis aceruo. Quantum Mygdonio committunt Gargara fulco, Quantumque & tacitis Cererem venerata choræis. Attica Triptolemo ciui condebat Eleusis.

Messibus.

9

Orientales

Thebæ

☞ Orientales populi variarum rerum mercibus, vt gemmis, auro, argento, thure, balsamo, cæterisque rebus aromaticis abundant. Hic Stroza filius merces Eoas vocat, dicens, Ille dat Eoa lectos de merce lapillos. ☞ Thebæ vrbs centum portarum fama nobilis copiosa fuit indicarum, Arabicarumque mercium.

10

Minius

Sisapo

☞ Minio pigmento abundat Minius Iberiae fluiuius nomen inde adeptus. Michael Anglicus. Parte alia minio rubricatus Ibero. Propertius. Vt Mæotica nix Minio si certet Ibero. ☞ Sisapo locus Hispaniae optimum habet Minium. Plynius Capite septimo libri. 33. Celeberrimum Minium ex Silaponensi regione Betica, Miniaro metallo. Reperitur Minium apud Colchos, in rupe quadam inaccessa. Optimum vero supra Ephesum.

Minio.

11

India

Taprobane

Perimula

Cascad<sup>9</sup>

Tilos

☞ Margaritis lapillis abundat India. Plynius. Quantum apud nos indicis margaritis precium est. Idem libro nono. Principium ergo, culmenque omnium rerum precij, margaritæ tenent. Indicus maxime has mittit Oceanus. Baptista Pius. Indaque gemmiferis margaritis acta vadis. ☞ Habet etiam margaritas Taprobane Arabiae insula, item Perimula promontorium Indiae. Laudatur circa Arabiam in persico sinu maris rubri. ☞ Scribit Plynius Cascandrum insulam esse desertam in Oceano Indiam versus, margaritis quæstuosam. ☞ Tilos quoque Arabiae insula, celeberrima est margaritis. ☞ Palæogones incolæ sunt Taprobane insulae,

Margaritis.

banes infulae, auri, margaritarumque grandium fertiliores, quam Indi. Tacitus scribit Britanniam aurum & argentum, aliaque metalla gignere, & Oceanum Margaritas, sed subfulcas & luentes. Suetonius ait Caesarem in Britanniam nauigasse, causa Margaritarum.

Britania,

Mulis.

12  
Getulia

Hispania. Stroza pater, Hispanasque simul mulas, mannosque Britanos Adde. Claudianus in Epigram. magno preconio commendat mulas Gallicas, ut quae morigerae sint & doctes, cursumque ad quemuis fessoris strepitum defleant. Principium carminum eius hoc est. Aspice morigeras Rhodani torrentis alumnas Imperio nexas, imperioque vagas. Vide reliqua. Strabo libro quinto commendat mulas Rheatinorum, quarum ait genus mirum in modum esse nobile.

Murenis piscibus.

13  
Sicilia

Mare Siculum, Martialis. Quae natus in Siculo grandis Murena profundo. Plynius probat lupum Tyberis, Rhombum Rauenne, Murenam Siciliae, & Elopem Rhodi. Iuuenalis satyra quinta Virroni murena datur quae maxima venit Gurgite de siculo. Adrianus Cardinalis. Murenas aquis siculis natantes. Sunt & prope Thartessum Hispaniae urbe delicatae Murenae. Quintianus. Traxit & Thartessia Murena quosdam.

thartess?

Magalibus.

14  
Getulia

Megalia, seu Mepalia dicuntur Getulorum caele, quae calamis teguntur. Martialis. Tecu ego, vel sicci Getula mapalia Poeni, Et poteram Scythicas hospes amare casae. Item Virgilius de Mercurio loquens, Ut primum alatis tetigit magnalia plantis. Ad hunc locum face re videtur, quod Salustius scribit de Numydis, quos ait habuisse alueos nauium inuersos pro tagurijs. Scythae quoque non alias domos habuerunt, quam volubiles & plaustris ductiles. Vnde Horatius. Campestris melius Scythae, Quorum plaustra vagas rite trahunt domos, Viuunt, & rigidi Getae.

Myrrha.

15  
Arabia

Myrrham arbutusulam aromaticam succo distillantem habet Arabia. Virgilius in Cyri. Ille Arabis Myrrhae quondam qui cepit ocellos. Pontanus. Non mihi thure opus est, aut Nardo, aut Arabe Myrrha. Habet Myrrham Orontes. Propertius. Aut quid Orontheae crines persuadere Myrrha? Baptista Pius. Carmen erat nitidum, si forsan Orontide Myrrha. Munditer impleffet nostra puella sinum. Idem. Cernis, Oronthea domine si corpora myrrha tincta? Assyria. Pontanus. Et Assyriam redolentia peccora Myrrham. Excellit & Troglodytica Myrrha, quae lucida est, subuiridis & mordax.

Orontes.

Assyria

Musculis.

16  
Strympha

Musculi pisces nascuntur in Strymphali Arcadiae.

Murijs.

17  
Antipolis

Antipolis urbs Asiae, murijs & Thynnis piscibus abundat, Martialis. Antipolitani fastor eum filia Thynni.

Monilibus.

18  
India

India. Satius lib. r. Syl. Huic Inda monilia Glaucum, Proteaque, atque omnem Nereida quae receiuit. Vbi loquitur de forma & cultu Violantillae uxoris Steller poetae patuini.

Murrha gemma.

19  
Parthia

Murrham gemmam (qua fiebant murrhae, seu murrhina pocula preciosa) multis in locis mittit Parthia, Propertius. Murrhaeque in Parthis pocula cocta focis.

Montibus.

20  
Macedo  
Corfica

Macedonia perpetuis montibus cingitur. Habet ab Oriente Ossa & Pelion, ab Occalu Pindum ab Aquilone Olympum, a Meridie Othryn. Corfica quoque montibus tanquam verticibus abundat. Vnde & nomen sumpsit, Corfas enim tempora Graeci vocant

Molaris.

21  
Antron

Antron urbs est Thessaliae cauernis & cuniculis abundans, quibus optimi lapides ad molas eruuntur. Gellius vocat molas illas trufatiles, vbi loquitur de Plauto, quem ait operam pistori locasse, & fecisse quaestum in agendis molis illis, quas trufatiles vocant.

Melino.

22  
Melo

Melinum pigmentum nomen sumpsit a Melo insula, vnde exportatur.

Magnete.

23

Magnes lapis est argento similis, ferrum ad se attrahens. Reperitur in India, & in Siphano insula maris aegaei.

Melonibus.

24

Melones (quos veteres Melopepones dicebant) fructus sunt hortenses, qui humi rotundantur.

- Ofſia tundantur. Spartianus Ofſienſes probat.  
 25 Muſcis.  
 Cyrenæ ¶Plynius ait Cyrenaicos Achorem deum contra multitudinem muſcarum inuocare, eis  
 Megaris. que litare conſueuiſſe. Muſcarum multitudo depopulata eſt quondam megarenſes.  
 26 Myrica.  
 Aegypt<sup>9</sup> ¶Myrica arbuſcula, naſcitur domeſtica in Aegypto & albi agreſtis.  
 27 Myrobalano.  
 Trogloſ  
 dytæ ¶Myrobalanum arbor eſt frequens apud Troglydytas Aethiopiæ, Aromaticam ferens  
 glandem, qua fit vnguentum precioſum, Palma quæ fert Myrobalanum, probatiſſima eſt  
 in Aegypto.  
 28 Malobathro.  
 Syria ¶Malobathrum vnguentum eſt odoriferum, Syriae regione peculiare. Horatius. Cum  
 quo morantem ſæpe diem mero Fregi, coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos.  
 29 Melitoto.  
 Attica ¶Melitotos herba eſt ſuauiſ & mellea, de qua Ouidius. Pars thyma, pars rores, pars meliſ  
 toton amant. Melitotos optimus eſt Atticus. Naſcitur & in Campania circa Nolam mellis  
 ni coloris, odorisque vehementis.  
 30 Mantichora.  
 India ¶Mantichoram feram India gignit magnitudine leonis, pelle villoſa & purpurea, vultu  
 & auribus prope humanis, triplici dentium ferie in vtraque maxilla, vtrinque aculeis cuſa  
 pidatam, quos in certamine pro telis iaculatur.  
 31 Monope.  
 Pæonia ¶Monopem animal tauri magnitudine habet Pæonia.  
 32 Muribus Araneis.  
 Britania. ¶Muribus Araneis (quos Herodotus mygdalos vocat) ſcatet Britannia.  
 33 Monocerote.  
 Aethiopia. ¶Monoceros fera eſt ſeuiffima, capite ceruina pedibus Elephātinis, cauda aprina, reliquo  
 corpore ſimilis equo, vno in frōte cornu duum cubitorum armata. Naſcitur in Aethiopia.  
 34 Margaris.  
 Mare rus  
 brum. ¶Margari piſces ſunt ſpecie rotunda, & gregatim natantes, ac regem ſectantes more aſ  
 pum. Reperiuntur in mari rubro.  
 35 Membranis.  
 Pergam<sup>9</sup> ¶Membranæ pergami primum repertæ ſunt.  
 36 Malis punicis.  
 carthago. ¶Malum Punicum, ſeu granatū, frequens eſt apud Carthaginē, Vnde cognomē ſumpſit.  
 37 Malis Cydoneis.  
 Cydon ¶Malis Cydoneis (quæ & Cotonea dicuntur) nomen dedit Cydon vrbs Crete, in qua ma  
 gnus fuit eorum prouentus.  
 38 Milio.  
 Cāpania ¶Milio gaudet Campania, pulſtemque candidam ex eo. ¶Sarmatarum quoque gentes  
 Aethiopia. hac maxime pulſe aluntur. ¶Aethiopes non aliam frugem, quam milij, Hordeique noue  
 Niuernia re. ¶Habent & Niuerni agros milio, perinde ac frumento, aut alijs legetibus refertiſſi  
 Brixia mos, quo etiam contrito, & in farinam redacto pulſtem conficiunt. ¶Mantuanus Brixiam  
 commendat a milij fertilitate, dicens. Hic milij pubeſcit ager, parit omne legumen.  
 39 Malua.  
 Arabia ¶Maluas Plynius ſcribit in Arabia ſeptimo menſe arboſcere, quod eſt argumentum  
 magnæ fertilitatis.  
 40 Moly herba.  
 Cyllene ¶Moly herba a Mercurio reperta, maxime contra venena efficacis, naſcitur in Cyllene  
 Arcadiæ.  
 41 Militibus.  
 Italia ¶Plynius ſcribit Italiam nunciato Gallico tumultu ſolam ſine externis vllis auxilijs aſ  
 maſſe peditum octoginta milia, Equitum. 700. milia.  
 42 Mulis piſcibus.  
 Oceanus ¶Mulos piſces Septentrionales gignit Oceanus, & proxima pars occidentis. Moli piſces  
 ad Corſicam inſulam quæ in mari Liguſtico, frequentiffimi ſunt & omnium optimi. Vnde  
 Iuuenalis ſaty. 5. Mulus erit domino quem miſit Corſica, vel quem Tauromitanę rupes.  
 43 Merulis albis.

Merulae circa Cyllenem Arcadiae nec vsquam alibi candidae nascuntur. Cyllens  
 Monstris. 44  
 Getulia, Claudianus in consulatu Manlij Theodori, Quicquid monstriferis nutrit Ges Getulia  
 rulia campis.

Alijs rebus. 45  
 Mitridanion herbam generat Pontus. Melichrysim gemmam, India. Magadarim caulem, Syria.  
 Mastichem arborem, Chios insula.

Rauisij Textoris Cornucopiae;

De litera N.

Nitibus, Taurus, Scythia, Thracia, Othrys, Rhodope, Atlas. 1  
 Nemoribus, Zacynthos, Egaleos, Atlas. 2  
 Nucibus, Auella, Praeneste, Tarentum, Thafos, Persis, Pontus, Aegyptus. 3

Nardo, Persis, India.

Nymphis, Oceanus;

Napis, Amiternum,

Nebriidibus, Nebris.

Nitro, Epyrus.

Nasturcio, Babylon.

Neadibus, Samos.

Narcyllo, Lycia,

Niuibus.

Taurus, Othrys, Rhodope, Scythia, Thracia, nullo fere tempore non rigent niuibus, 1  
 Taurus; 2  
 gelu, ac glacie, Taurus, Remaclus, Rupibus impono Taure niuofe tuis. Scythia, 3  
 Scythia; 4  
 Lucean<sup>o</sup>, Solibus & nullis Scythice (qu<sup>o</sup> bruma rigeret) Dimaduere niues. Thracia 5  
 Thracia; 6  
 Staius libro, II, Bistonie tepuere niues, Ouidius, Brachia Scythonia candidiora niue. 7  
 Othrys, Claudianus, Lassa per Othryfias fundere membra niues. Othrys 8  
 rhodope; 9  
 in Episto. Qua patet vmbrosum Rhodope glacialis ad Hemu. Rhodope, Ouidius 10  
 Atlas 11  
 verticem, alti etiam aestate niuibus operiri. 12

Nemoribus.

Zacynthos insula non procul Corintho. Virgilius libro tertio Aenei, Iam medio appar 2  
 ret fluctu memorosa Zacynthos. Egaleos mons Atticae, Staius lib. 12. Diues & Egaleos Zacyn-  
 nemorum, Parnesque benignus Vitibus. Atlas (inquit Martianus Capella) nemorosus thos  
 est, fecatens fontibus, sed rupibus infecundus. Egaleos  
 Atlas 3

Nucibus.

Auella vrbs Campaniae, nuces habuit praestantissimas, Plynius. In melle fumitur Nucleis 3  
 Auellanae magnitudine. Idem, Nuclei Auellanae capitis dolorem faciunt. Virg. Et qui ma Auella  
 literae despectant moenia Auellae. Plynius laudat Tarentinas amplitudine, & putaminis Tarentu,  
 mollicie, Columella, Nucem Graecam Auellanam, & Tarentinam hoc modo facere pote Thafos  
 ris. Thafiae, Quintianus, Thafia nux quosdam, Cilix & piscis aliquos. Varro apud Gel Thafos  
 lium, Scaros Cilices, Nuclei Thafias, palmas Aegyptias, Glandes Ibericas inter cibos ele Persis  
 gales reponit. Optimum genus Nucum fuit Persicum, authore Plynio. Politian<sup>o</sup> in Rust. Pontus  
 Senaeque cum Cerasis, duroque putamine clausa Persica nux. Plynius laudat Ponticas, Aegypt<sup>o</sup>  
 Vnde Staius lib. I, Syl. Quicquid nobile Ponticis nucetis. Theophrastus in vita Apol Aegypt<sup>o</sup>  
 longi tectis est nuces tam crassas in Aegypto nasci, vt earum plerumque in templis suspensae Aegypt<sup>o</sup>  
 miraculi causa spectentur.

Nardo.

Nardus, seu Nardum frutex est aromaticus, quo India & Persis abundat. Horatius, Nunc 4  
 & Achemenio perfundi Nardo iuuat. Plynius, Cuius folia nihil ab Indico Nardo distant. India  
 Strabo libro. I. Scribit Indiam (que australis est) habere Cynnammomum, Nardum, & alia Persis  
 aromata quemadmodum Arabia & Aethiopia.

Nymphis.

Oceanus Nympharum omnium pater est, Catullus, Non genitor Nympharum abluat Oceanus. 5  
 Oceanus 6

Napis.

Amiternum vrbs Campaniae Napis abundat. Martialis. Hos Amiternus ager felicis 6  
 bus educat hortis. Plynius, Napi vero Amiternini (quorum eadem fere natura) gaudent Amitern-  
 aequae frigidis. Napis in Aegypto mire celebratur, propter olei celebritatem, quod de fe num  
 mine eius faciunt. Aegypt<sup>o</sup>

Nebriidibus.

7

1 Nebrides dicuntur

CORNUCOPIAE

- Nebris 8 ¶ Nebrides dicuntur Damarum, seu ceruorum pelles. His abundat mons Nebris nomine, auctore Solino. Nitro.
- Macedonia 9 ¶ Nitrum est lapis sulphuri cōmixtus, & natura sali pximus. Apud Epyrū fit eodem quo sal modo. Optimū crescit in Macedonia, quod vocant Colestricū. In Aegypto conficitur multo abūdātius, sed deterius. Nitrarię egregię Aegyptijs circa Mēphim esse cōsueuerūt. Nasturcio.
- Babylon 10 ¶ Nasturcium herba est torporem & hebetudinem excitans. Frequens est Babylonem. Neadibus.
- Samos 11 ¶ Neades animalia sunt, quorum voce abrumpitur terra. Reperiunt in Samo insula. Narcisso.
- Lycia ¶ Plynius ait probatissimum Narcissum crescere in Lyciæ montibus.

¶ Rauisij Textoris Cornucopiae.

¶ Delitera O.

- 1 O Stro Lemannus, Sarra, Sidon, Assyria, Phœnicia, Tænarus, Chalcedon.
- 2 ¶ Oleo, & Oliuis, Venafro, Trebia, Peparethos, Sabini, Lycabesos, Betis, Paropotamia, Fortunatae insulae, Taburnus, Ancon, Bethys.
- 3 ¶ Ouis, Velitrae, Pygmaei, Oonae.
- 4 ¶ Ouis, Galefus, Canusium, Gallia, Calabria, Appulia, Altinum, Miletos, Tarentum, Tibareni, Aegyptus, Arabia, Chios.
- 5 ¶ Ornithion, Pelion.
- 6 ¶ Odoribus, Arabia, Saba, Persis, Assyria, Panchaia, Idaspes, India, Armenia.
- 7 ¶ Oraculis, Delphi.
- 8 ¶ Oistreis, Lucrinus, Gerardaesca, Baia, Circaei, Abydus.
- 9 ¶ Oppidis, India, Betica.
- 10 ¶ Oleribus, Syria.
- 11 ¶ Onagris, Phrygia, Lycaonia, Mauritania.
- 12 ¶ Onocrotalis, Gallia Septentrionalis.
- 13 ¶ Onychite, Arabia.
- 14 ¶ Alijs rebus, alia quaedam loca.

¶ Ostro.

Lemānus Sarra Sidon Assyria phœnicia Tænarus chalcedō.

I Emannus lacus Gebēne propinquus colore muricis abūdare arguitur dicto Ricardi Bartholini. Ostrifero madidum caput obiectare Lemanno. ¶ Sarra, seu Tyros, Virg. Vt gēma bibat, & Sarrano dormiat Ostro. ¶ Sidon. Oui. Hic qui Sidonio fulget sublimis in Ostro. ¶ Assyria. Virg. in Cyri. Non Lybis Assyrio sternetur lectulus Ostro. ¶ Phœnicia. Rufus Festus. Agenoreo color hinc mentitior Ostro. ¶ Tænarus montis Laconiae. Aegidius Maserius. Commēdat Ostro Tænarus, atque Tyros. ¶ Chalcedon. Lucanus libro nono. Pontus & Ostriferam dirimat Chalcedona cursu.

Oleo & Oliuis.

2 Taburnus ¶ Venafro Campaniae oppidum precipuam Olei laudem meruit. Martialis li. 12. Vincto Corduba lectior Venafro. Idem lib. 13. Hoc tibi Campani sudauit bacca Venafri Vnguentum. Horatius. Pressa Venafrae quod Bacca remisit Oliuae. Pamphilus. Bacca Venafrae nunquam sua cessit Oliuis. Iuuenalis satyra. 5. Ipse Venafro piscem perfundit Oliuam. Plynius. Et vulgo (inquit) precipatum hoc bono obtinuit Italia toto orbe, maxime agro Venafro. Horatius. Viridique certat Venafro. ¶ Picenum regio Italiae. Martialis. Si mihi Picena turdus palleret Oliua. Oliuam Picenam commendat Plynius. ¶ Sicyon urbs Achaiae. Ouidius in Ibin. Aut ut oliuifera quondam Sicyone profecto. Statius lib. 4. Theb. Qui Drepani scopulos, & oliuiferae Sicyonis culta serunt. ¶ Trebia, seu Trebula urbs Italiae (quae prius Mitisca dicebatur) etiam claruit Oliuis. Virgilius libro septimo Eretri manus omnis, Oliuifereque Mitiscae. ¶ Peparethos insula. Ouidius libro septimo Metam. Et Gyarus nitideque ferax Peparethos Oliuae. ¶ Ager Sabinorum. Ouid. li. 3. Fast. Prius Oloriferis Romam deductus ab aruis. ¶ Lycabesos mons Atticae. Statius libro decimo secundo. Parnesque benignus Vitibus, & pingui melior Lycabesos Oliua. ¶ Betis Hispaniae fluius. Syllius lib. 3. Palladio Betis umbratus cornua Ramo. Martialis. Betis Olorifera crinem redimite corona. Plynius. Glaricosum Oleis solum aptissimum in Venafro, pinguisimum Betica. Idem. Betica quidem messes vberimas inter Oleas metit.

Parotamia ¶ Paropotamia proxima Tygri regio non palmetis modo, verum & oleo, pomisque & alijs arbutis nobilis est. ¶ Oliuis etiam abundare Fortunatas insulas ostendit Horatius dicens. Germinat & nunquam fallentis termes oliuae. ¶ Taburnus mons Campaniae. Virgilius. Iuuar

lius. Iuuat Ismara Baccho Conferere, atque olea magnum vestire Taburnum. ¶ Olius Ancon quoque abundat Ancon ciuitas Picenorum, Mantuanus Libro secundo de Cala. Clamat vos ab oliuiferis lætissima collibus Ancon. Item & Bethys fluuius Hispaniæ. Idem Mantuanus. Bethys oliuiferis properans in Dorida ripa.

Ouis.

¶ In Velitris Volcorum oppido fuit ouorum ingens abundantia. Mantuanus. Iam Latij Romam caput, Quiferasque Velitras. ¶ Pygmæorum casas luto, pennisque & ouorum putaminibus construi scribit Plynius libro septimo. ¶ Oonæ eodem teste insule sunt ponti in quibus ouis autum & auenis incolunt insula.

Ouibus.

¶ Galefus Calabriæ flumen ouium multitudinem quondam fertur habuisse. Horatius libro. 2. Car. Dulce pellitis ouibus Galefi Flumen. ¶ Canusium vrbs Appulię, in qua lanæ erant rutili coloris. Iuuenalis Saty. 6. Pastores, & ouem Canusinam, vltimosque Falernas. ¶ Gallia. Horatius. Nec pinguis Gallicis Crescunt vellera pascuis. ¶ Calabria, & Appulia. Colu. lib. 8. Generis eximij Calabras, Appulasque, milites nostri existimabant, earumque optimas Tarentinas. Nunc Gallicę preciosiores habentur, earumque præcipuę Altinates. Altinum autem oppidum est in palude positum, similem Rauennę situm habens. Martialis. Velleribus primis Appulia prima, secundis Nobilis Altinum, tertia laudat ouis. Plyn. Lana autem laudatissima Appula, & quę in Italia Græci pecoris appellatur, alibi Italica. Tertium locum Milesię oues obtinēt. Appulę breues villo, nec nisi Penulis Celebres, Circa Canusium, Tarentumque summam nobilitatem habent. ¶ Tibareni populi sunt Tarentum imminentes, Chalybibus vicini, ouium præstantissimi cultores. Prifcianus, seu Rhemnius in Dionysij Geographia. Hic pecorum est diues nimirum gens Tibarenium. Hanc prope sunt Chalybes durissima regna colentes, Quos labor exercet lætus, ferrique metalla. ¶ Aegyptus adeo herbis exuberat, auctore Diodoro Siculo, vt oues bis anno ibidem pariant, bisque præbeant lanam. ¶ Herodotus ait in Arabia esse oues cauda trium cubitorum, quam per humum trahunt. ¶ Sunt & minutissime oues in Chio pabuli inopia, quarum tamen lacte caseus conficitur laudatissimus. Ibidem agni statim a partu matrem pastoremque agnoscunt, & circa petulea lasciuia subsiliunt.

Ornis.

¶ Pelion mons Thessaliæ. Valerius Flaccus Libro primo Argon. Quantum Pelias in vertice vicerat Ornos.

Odoribus.

¶ Arabia propter varias herbas, fruticesque Aromaticos, tota est odorifera. Statius lib. 1. Syl. Odoriferis Arabum quod doctus in aruis, Calentius. Illi non Arabos spirabat pectus odores. Plautus. Eique Arabico vt fumificem odore, Stroza pater. An innumeri diues odoris Arabs: Tibullus. Vrantur odores, Quos tener e terra diuitem mittit Arabs. Idem. Possideatque, metit, quicquid bene olentibus aruis, Cultor odoratę diues Arabs segetis. Ouis. lib. 4. Meta. Gentis odoriferę quam formosissima partu Edidit Eurynome. Pontanus li. 2. Amorum. Atque Arabo noster spiret odore rogos. Idem de amore Coniugali. Quicquid odoris habent Arabes, vnctique Sabęi. De his vide Diodorum lib. 3. ¶ Saba. Colu. lib. 11. Coelitis, templisque Sabæum miscet odorem. Statius lib. 2. Syl. Odoriferos exhaustit flamma Sabæos. Pontanus lib. 3. de amore coniugali. Quęque Cypres fundit, quęque Sabęus ager. Idem lib. 1. Tumulorum. Vrite odoratos ignes, redolentia dona, Quęque & Arabs mitte, quęque Sabęus ager. Plynius scribit Sabæos ditissimos syluarum fertilitate odorifera. ¶ Perlis. Syllius. lib. 1. Altera Achemenium spirabat vertice odorem. Ad hoc alludit Horatius. Perlicos odi puer apparatus. ¶ Assyria. Catullus. Fragrantem Assyrio venit odore domum. Pontanus. Et rore Idalio, & Syrio veneremur odore. ¶ Panchaia & Idalpes. Claudius. Quicquid thuriferis spirat Panchaia syluis. Quicquid odoratus longe blanditur Idalpes. Tibul. Illis quas mittit diues Panchaia merces, Eoque Arabes, diues & Assyria. Pontanus. Vos ego Panchæo supplex venerabor odore. ¶ India. Syllius li. 17. Qualis odoratis descendit Liber ab Indis. Pontanus. Dona ferens aduecto Arabo, ac bene olentibus Indis. ¶ Armenij Tibullus lib. 1. Iactat odoratos vota per Armenios.

Oraculis.

¶ Apud Delphos oppidum Phocidis dabantur Apollinis oracula. Plynius. Subeunt in hac reputatione Delphica oracula, velut ad castigandam hominum vanitatem a deo missa.

Ostreis.

¶ Ostrea, seu Ostregę appellantur aquatiles Conchę, quarum olim vsus erat in delicijs. Optime Lucrinus

CORNUCOPIAE

ing fuerunt in lacu Lucrino. Martialis. Ebria Baiano veni modo concha Lucrino. Horatius. Non me Lucrina iuuerint conchilia. Sergius Orata ( qui primus Ostrearum piscinas habuit ) optimum saporem Lucrinis adiudicauit. ¶ Gerardasca stagnum est agri Volaterrani, optimis Ostreis refertum. ¶ Baię. Adrianus Cardinalis. Baiana, Ostrea, Murices, Luosque. ¶ Circei. Horatius. Ostrea Circeis. Miseno oriuntur Echini. ¶ Abydus. Mantuanus. Vnus, & Ostiferam Sesto qui iunxit Abydon.

9 India ¶ Alexandri magni comites in eo tractu Indię, quem subegerant, scripserunt quinque milia oppidorum fuisse. Indiamque terram partem esse terrarum omnium, & multitudinem gentium innumeram probabili ratione. Indi enim prope gentium soli nunquam emigrare uere suis finibus. ¶ Betica enim habuit oppida. 175.

10 Syria ¶ Syria in hortis operosissima Oleribus abundauit. Vnde natum Adagium. Multa Syrorum Olera.

11 Phrygia ¶ Onagri syluestres asini præcipui sunt in Phrygia & Lycaonia. ¶ Sunt & in Mauritania cursu pernices, citoque desistentes, quos anhelos venatores propterea facile capiunt. ¶ In India reperiuntur agrestes, equi magnitudine, capite pene rubenti, oculis cæruleis, vno in fronte cornu.

12 Gallia ¶ Onocrotalos aues, Olorum similitudinem habentes, Gallia Septentrionalis, Oceano Septentr. proxima mittit.

13 Arabia ¶ Onychitam gemmam in Arabię montibus, nec vsquam alibi nasci veteres putauerunt, ¶ Alijs rebus. ¶ Othonen, & Oenanthem herbas habet Syria. ¶ Opalos gemas, India. ¶ Ocrum pigmentum, Topazonos insula. ¶ Obsidianum lapidem, Aethiopia. ¶ Oryges feras, Africa. ¶ Origanum herbam Bœotia.

¶ Rauisij Textoris Cornucopia.  
¶ De litera P.

- 1 P Ice, Indi, Narycia, Ida, Illyria, Apolloniata, Mamertium.  
2 ¶ Palmis, Eggada, Aegyptus, Idume, Hiericus, Babylonia, Arabes, Pharos, Selinis,  
3 India, Canaria, Tylos, Thebæ.  
4 ¶ Pomis, Tybur, Phæacia, Anio, Phalisci, Aspagones, Fortunatae insulae.  
5 ¶ Plumbo, Mitteris, Cassiterides.  
6 ¶ Pantheris, Hyrcania, Caucasus.  
7 ¶ Pinis, Atlas, Lycæus, Simois, Menalus, Ossa, Othrys.  
8 ¶ Portis, Thebæ.  
9 ¶ Piscibus, Aulis, Bænacus, Gnydos, Nilus, Thule, Gedrosi, Brixia, Pontus.  
10 ¶ Populis arboribus, Spherchius, Padus, Creta.  
11 ¶ Papyro, Aegyptus, Nilus, Euphrates.  
12 ¶ Prunis, Damalcus.  
13 ¶ Pyris, Crustuminum, Calabria, Falernus, Signia, Syri.  
14 ¶ Porris, Aricia, Tarentum, Aegyptus.  
15 ¶ Phasianis, Phasis.  
16 ¶ Paludibus, Nilus, Rauenna, Sicambri.  
17 ¶ Portentis, Nilus.  
18 ¶ Pruinis, Scythia.  
19 ¶ Pharetris, Creta, Gnosos, Gortyna, Cydon, Lycia.  
20 ¶ Purpura, Melibœa, Laconia, Cos, Tyros, Sidon.  
21 ¶ Placentis, Picenum.  
22 ¶ Pyramidibus, Aegyptus.  
23 ¶ Procellis, Syrtis.  
24 ¶ Pectinibus, & pectunculis, Tarentum, Mytilene.  
25 ¶ Pecore, Phyllos, Tartari, Sclau, Pannonia, Orchomenos, Anglia, Arabia.  
26 ¶ Pabulis, Morauia, Erithrea, Germania, Cappadocia, Media.  
27 ¶ Pernis piscibus, Pontia.  
28 ¶ Plymythio, Rhodos.

Pumicibus,



¶ Punicibus, Scyros, Acolia.  
 ¶ Perficis, Persis, Aegyptus.  
 ¶ Paliuro, Cyrene.  
 ¶ Prifana, Vtica.  
 ¶ Panico, Aquitania, Pontus.  
 ¶ Portu, Aulis, Anthedon, Munychia, Lycia.  
 ¶ Pardis, Africa.  
 ¶ Priftibus, India.  
 ¶ Plataniftis piscibus, Ganges.  
 ¶ Phoenice, Arabia.  
 ¶ Palumbibus, Volaterra.  
 ¶ Plytaxis, India.  
 ¶ Phaleridibus, & Phalocrocoracibus, Seleucia.  
 ¶ Pellibus, Tana.  
 ¶ Panibus, Scolus.  
 ¶ Pelamidibus, Alyzones, Pharnacia.  
 ¶ Peloridibus, Pelorus.  
 ¶ Peponibus, Campania.  
 ¶ Petroselino, Macedonia.  
 ¶ Paphagis, India.  
 ¶ Perdicibus, Paphlagonia.  
 ¶ Palftra, Sparta.  
 ¶ Alijs rebus, alia quædam loca.  
 ¶ Populo & diuerfis rebus, Parrhifiorum Lutecia.

29  
 30  
 31  
 32  
 33  
 34  
 35  
 36  
 37  
 38  
 39  
 40  
 41  
 42  
 43  
 44  
 45  
 46  
 47  
 48  
 49  
 50  
 51  
 52

¶ Pice.



Lynius. Asia picem Indicam maxime probat, Græcia Piericam, Narycia Virgilius lib. 2. Georg. dicens. Et iuuat vndantem buxo  
 spectare Cytorum, Narycie que picis lutos. Est autem Narycia seu  
 Narycium oppidum Volscorum, Columel. lib. 11. Sobolem dabit  
 illa capacem Nyricie picis, aut Actei mellis Himetti, Michael An  
 glicus. Nigrior Illyrica Naryciæ pice. ¶ Est & circa Idam in Troa  
 de pix plurima, Virg. lib. 3. Georgi. Ideasque pices, & pingues vna  
 guine ceras. ¶ Illyrium seu Illyria Epyri regio Italiæ propinqua pi  
 ce quoque abundat. Ouidius. Addeque Illyrica si iam pice nigrior  
 esset. Idem. Nigrior Illyrica cui pice saguis erat. ¶ Theopompus apud Plynium testis est.  
 In Apolloniatarum agro picem fossilem non deteriorem Macedonica inueniri. ¶ Mamer  
 tum Brutiorum oppidum in Campania sylvam habet longitudinis septingentorum stadio  
 rum optime picis feracem, quam Brutianam vocant, Author Strabo lib. 6.

India  
Narycia

Ida

Illyria

Apollo  
niata.

Piceis arboribus.

¶ Picea arbor frequens est in Pado. Vnde impositum fluuio nomen, Pades enim Picea Gal  
 lice vocatur, inquit Plynius.

2  
Padus

Palmis.

¶ Apud Hellenos populos vrbs est Eggada nomine, fertilitate, & nemoribus palmeto  
 rum nobilis. ¶ Aegyptus, Plynius. Palma (inquit) que fert Myrobalanum, probatissima est  
 in Aegypto, Quintianus. Inuenta mensis palma mox Aegyptia. ¶ Idume prouincia Sy  
 riæ palmis luxuriat, Lucanus. Et arbusculo palmarum diues Idume. Virgilius Libro tertio  
 Georgicorum. Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas, Horatius. Et vngi præferat  
 Herodis palmetis pinguibus, Syllius. Palmiferamque senex bello domitabit Idumen. Idem.  
 Cyron Idumæas referat de Pallade palmas, Politianus. Ac suas nobis opulenta palmas  
 Mittet Idume. ¶ Hiericus oppidum est Idumæe, in cuius agro Strabo ait palmæ tum esse  
 centum stadiorum. Plynium Hiericentem palmotis confitam, & fontibus irriguam vocat.  
 Idem. Sed vt copia (inquit) ibi atque fertilitas, ita nobilitas in Iudæa. Nec in tota, sed Hieric  
 cunte maxime. ¶ In Babylonia per omnem regionem palmæ sunt sua sponte nascentes,  
 phææque fructifera. ¶ Arabia, Ouidius Libro decimo. Palmiferos Arabes. Pancheaque  
 rura reliquam. ¶ Pharos Aegypti insula, Ouidius libro secundo Eleg. Que colis & Mem  
 phin, palmiferamque Pharon, Mātuanus. Palmiferamque Pharon Lybicis que cingitur oris.

3  
Eggada  
Aegypti  
Idume

Hiericus

Babylo  
nia  
Arabia  
Pharos

- Selinis ¶ Selinis vrbs iuxta Lilybæum, Syllius. Audax Hybla fauis, palmis quoque onusta Selinis, Virgilius libro tertio Aeneidorum. Teque datis linquo ventis palmosa Selinis. ¶ Plynus scribit ludeam esse inclytam palmis. ¶ Est & in Lyguria castrum S. Romuli palmis nobilibus refertum. ¶ Canaria vna ex Fortunatis insulis abundat palmetis Cariotas, i. palmarum fructus ferentibus, Martialis. Notæ Cariotides theatris, Statius. Prægrandes Cariotides cadebant. ¶ Tylos insula maris Perfici, palmas, oleas, vites, ficos, & varia pomorum genera profert. ¶ Thebæ Aegyptiæ palmis itidem fecundæ fuerunt. Statius. Seu quæ palmiferæ mittunt vænalia Thebæ.
- 4 Tybur Pomis.  
Phæacia ¶ Tybur oppidum non procul Roma, pomis abundauit. Columel, libro vndecimo. Et turris lacus, & pomosi Tyburis arua. ¶ Phæacum regio tanta pomorum vberitate claruit, vt præmaturis fructibus noui statim succederent. His autem præfuit Alcinoüs, Statius libro primo Syluarum. Quid bifera Alcinoi laudem pomaria, vosque Qui nunq̄ vacui prodieffis in æra ramis Mantuanus. Alcinoi syluas canit, & Phæacia poma. Ouidius li. 13. Proxima phæacum felicibus obrita pomis Rura petunt. Iuuenalis satyra quinta. Illa iubebit poma dari, quorum solo pascaris odore. Qualia perpetuus phæacum Autumnus habebat. Propertius. Nec mea Phæacas æquant pomaria syluas. ¶ Anio fluuius Tyburi propius quos etiam pomis abundat. Propertius. Ramosis Anio qua pomifer incubat aruis. ¶ Phæacis Volscorum populi etiam abundant pomis. Ouidius Lib. 3. Eleg. Quam mihi pomiferis coniunx foret orta phalicis. ¶ Aspogones Indiæ populos, vitis Lauri, buxi, pomorumq̄ omnium in Græcia nascentium fertiles scribit Plynus. ¶ Omnes Fortunatæ insulæ copia pomorum & auium omnis generis abundat.
- 5 Mitteris Plumbo.  
¶ Mitteris insula (quæ abest a Britannia sex dierum nauigatione) candidum generat plumbum. Ex aduerso (inquit Plynus) Celtiberiæ complures sunt insulæ. Cassiterides dictæ a Græcis, fertilitate plumbi. De his insulis etiam meminere Strabo in fine tertij, & Ptoleus meus libro secundo. ¶ Cantabria nigro abundat plumbo.
- 6 hyrcania, Pantheris.  
Caucasus mons ¶ Hyrcania Scythiæ pars Pantheris, Pardis, & Tygribus abundat. ¶ Theophrastus Libro secundo vite Apollonij author est Caucasum montem pantheris abundare, quod illic magna sit aromatum copia, quibus plurimum delectantur pantheræ.
- 7 Atlas Pinis.  
Ida ¶ Atlas mōs. Ausonius. Nec Pinifer Atlas Amphitroniadem puerum. Quintianus. Quo graue Piniferi collum premeretur Atlantis. ¶ Ida. Statius libro tertio Syluarum. Pergame pinifera multo precior Ida. ¶ Lycæus mons Arcadiæ. Statius libro septimo Thebai. Nec tua Pinigero magis adnatet vmbra Lycæo. Ouidius libro primo Meta. Et cum Cyllenoge ludi pineta Lycæi. ¶ Simois fluuius Phrygiæ. Statius libro. 12. Pinigeri rapitur Simoenis ad amnem. ¶ Menalus. Virgilius. Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem Menalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycæi. ¶ Ossa mons Thessaliæ. Lucanus. Quantus Pinifere Boreas quum Thracius Ossæ Rupibus incubuit. ¶ Othrys. Valerius Flaccus. Parnasi lateant iuga, cesserit Othrys Piniger.
- 8 Thebe Portis.  
¶ Aegyptiæ Thebæ centum portis nobiles fuerunt. Iuuenalis. Ecce vetus Thebæ centum iacet obruta portis. Priscianus, seu Rhemnius in Geographia Dionysij. Qui veteris clareque colunt sub moenia Thebes. Valerius Flaccus. Et centum gemine Lagi naualia Thebe. Plynus. Et Diospolis magna, eadem Thebæ, portarum centum nobilis. Pōtanus. Hinc ad centiforem Nili subit hostia Theben.
- 9 Aulis Piscibus.  
Bænacus ¶ Aulis vrbs seu portus Euboicæ piscibus abundat. Ouidius libro decimo secundo. Bæos taque tellus Aulide piscifera puppes tenuisset ituras. ¶ Bænacus lacus. Petrarcha. Carmis ne, piscifera referens accepta Bænaco. Vbi primam corripuit, quæ a Virgilio producitur. ¶ Gnydos Lyciæ ciuitas. Ouidius libro decimo. Pisciferaque Gnydon, grauidamq̄ Amathunta metallis. De Gnydo & Lucrino lacu Mantuanus. Laudauere Gnydon veteres, & littora Lucræ Que cognomen habent, quod erant piscifera, gregesque Dori tuos alerēt, erat & sua gloria Baulis, Baianisq̄ vadis. ¶ Multa sunt in Nilo piscium genera, inter quos numerantur Lepidodus, Coracinus, Porcus, Phagonus, Silurus, Citharus, Alofa, Ex testaceis Dilichius, Phiscus, Bofithes.
- Nilus ¶ Tanta est in Thule insula piscium multitudo, vt ligni loco cōburantur ab incolis. ¶ Gesdrofi Indiæ

drofi Indię populi (qui Arbin amnem incolunt) fores in domibus, maxillis piscium, & beluarum faciunt, & ossibus tecta contignant. Mantuanus commendat Brixiam a multitudine piscium his verbis. Et tibi magna natant vitreis armenta sub vndis Brixia, & implentur madida tua retia præda. Pontum quoque piscibus abundare docet, Ammianus Marcellinus sic de eo scribens. Et constat ab ultimis nostri finibus maris agminatim ad hunc secessum pariendo gratia petere pisces, ut aquarum suauitate salubrius fretum educant, nec intercipientur.

Populis arboribus.

Sperchius fluuius Theßalię. Ouidius lib. 1. Meta. Populifer Sperchius, & irrequietus Enipeus. Padus. Ouidius li. 2. Eleg. Frigidus Eurotas, populiferque Padus. Mantuanus Populiferque Padus, Lacedæmoniusque Eurotas. Idem. lam mea populifer cerneret ora padus. Populos nigras, efficacissimas habet Creta insula.

Papyro.

In Lacunis Nili nascuntur iunci, ex quorum tenuissimis fissuris contexuntur chartę & vela, & vestes & stragula. Est autem Papyrus fructus nascens in paludibus Aegypti, aut quidentibus aquis Nili. Papyrũ ostendit primus in Aegypto Alexander. De Papyro Lucanus. Nondum flumineas Memphis contexere Biblos Cœperat. Ouidius li. 15. Perque Papyrisi septenflua flumina Nili. Idem. Ipse Papyrisero qui non angustior amne. Martialis. Perdite Nilacas Mulsę mea damna papyros. Apuleius. Modo si papyrum Aegyptiã arguita Nilotici calami inscriptam non spreueris inspicere. Plynius Papyrus (inquit) nascitur in palustribus Aegypti, aut quiescentibus Nili aquis, ubi euagate stagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitem. Nuper & in Euphrate nascens circa Babylonę, Papyrus intellectum est eundem habere vsum, quem carthę.

Prunis.

Damascus vrbs Syrię optimis abundat prunis, quę Damascena vocantur. Columel. lib. 11. Armenijsque, & Cereolis, prunisque Damasci. Plynius, lib. 15. In peregrinis arboribus dicta sunt Damascena, a Syrię Damasco cognominata, Stadius li. 1. Syl. Quod ramis germinat Damascus. Mantuanus. Atque Damascenę retinentia nomina terre Pruna, saluifero quę medicamen habent.

Pyris.

Plynius ait Crustumina Pyra cunctis esse gratissima. Abundant & pyris Calabri, quę conlueuerunt hospitibus apponere. Horatius. Non quo more pyris vesci Calaber iubet hospes. Hinc Adagium. Calabri hospitibus Xenia. Crustuminis proxima sunt Falerna a potu, quoniam tanta vis succi abundat. Signina Campanię oppidum optimis pyris etiam abundauit, quę Signina dicuntur. Celsus inter pyra quę reponuntur, maxime commendat Tarentina & Signina. Præcipua laus etiam data est Syrijs. De vtrisque Iuuenalis Satyra vndecima. Signinum Syriumque pyrum de coribus isdem Aemula Picenis, De Syrijs Martialis. Et nomen pyra, quę ferunt Syrorum.

Porris.

Aricia vrbs Italię porris abundat. Martialis. Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros. Tarentum. Idem Martialis. Fila Tarentini grauius redolentia porri. Plynius ait lautissimum porrum esse in Aegypto, mox Orchiaę, atque Ariciaę.

Phasianis.

Phasiani a Phaside Colchorũ fluuiõ dicuntur, quod sibi sint frequentes. Lactantius. Cernitur & mixtam phasidis inter aem, Martialis lib. 13. Argiua primum sum deportata earina. Ante mihi notum nil nisi Phasis erat. Stroza pater. Phasiacis robur profuit alitibus. Stroza filius. Seu perquirere Phasias volucres.

Paludibus.

Nilus. Stadius lib. 3. Syl. Vnde paludosi foecunda licentia Nili. Rauenna. Syllius lib. 8. Lenta paludosa profcindunt signa Rauennæ. Sicambri populi Germaniã Rheno proximis in paludibus habitant. Propertius. Ille paludosos, memoret seruire Sicambros.

Portentis.

Nilus. Stroza filius. Et portentiferi nasset vada noxia Nili.

Pruinis.

Scythia, Riphæi, Caucasus, Strymon fluuius Thraciã perpertuis rigent pruinis. Virg. lib. 4. Georgi. Aruaque Riphæis nunquam viduata pruinis. Marullus. Modo artus Scythicis pares pruinis. Claudianus. Caucasas captiua bibunt armenta pruina.

Pharetris.

CORNVCOPIAE

- Creta ¶Creta, Virgilius libro tertio Georgicorum, Armaque, Amycleumque canem, Cressamque pharetam. ¶Gnosfos & Gortynes vrbes Cretæ. Lucanus libro tertio, Creta vetus populis, Gnosfosque agitare pharetras Docta, nec Eois peior Gortyna sagittis. ¶Cydon vrbs Cretæ. Ouidius libro octauo Meta. Armaque, equosque, habitusque, Cydoneasque pharetras. ¶Lycia, Statius Libro sexto Theba. Cætera pars lycijs gaudet contenta Pharetris, Mœdia. Marullus. Non tot spicula Mœdicis pharetris, Purpura.
- 20 Melibœa ¶In Melibœa vrbe Theſſaliæ claruit vſus purpuræ. Virgilius libro quinto Aenei. Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit, Lucretius libro ſecundo, Melibœaque fulgens Purpura, Theſſalico concharum teſta colore. ¶Plynius ait in Laconia purpuram optimã fieri conſueuiſſe, Horatius, Nec Laconicas mihi Trahunt honeſtę purpuras clientes, Martialis, Te nec Amycleo decuit liuere veneno, Nec Milletus erat vellere digna tuo, Stroza filius, Oebalis Herculeo non debet purpura tantum Ingenio. ¶Bombycinam veſtem texere Pamphila Platis filia in Co inſula prima docuit, Martialis, Nec Cog referunt iam tibi purpure, ¶Tyros, Martialis, Quicquid Agenoreo Tyros improba cogit Aheno, Tibull, Illi ſelectos certent præbere colores, Africa puniceū, purpureūq; Tyros, Idē, Vellera det fuceis bis madefacta Tyros, Sidon & Ancon, Syllius li. 8, Stat fucare colus, nec Sidone vlior Ancon, ¶Plynius de Carthagine loquens, Nunc omnis (inquit) nobilitas conchilio, atque purpura conſtat, ¶Purpuras piſces habent Sigeum & Lectum Idæ promontoria, Placentis.
- 21 Picenum ¶Picentes pane laudantur, quem conſiciebant ex alicæ materia macerata, Hic ob duriciã frangi non poterat, niſi lacte, mulſove mollitus, Martialis, Picentina Ceres niueo ſic neſtare creſcit, Vt leuis accepta ſpongia turget aqua, Pamphilus, Non Alicę panes, non quas tibi terra Placentas Picentina dedit, Pyramidibus.
- 22 Aegypt<sup>9</sup> ¶Pyramides lapideę fuerūt ſtructure in Aegypto, quas reges ſumptu maximo erigebāt, aut in oſtentationem diuitiarum, aut in vſum ſepulturæ, aut ad excitandum populi torporum, Earum vna, 360, milibus hominum, viginti annorum ſpacio conſtructa fertur, tanta quidem rerū pronidentia, vt in Raphanos, Allium & Cępas (quibus operari veſceban tur), 1800, talenta erogata ſint, Martialis, Barbara Pyramidum fileat miracula Memphis, Procillis.
- 23 Syrtis ¶Syrtis, Carybdis, Sylla, Malęa, Caphareus, marina dicuntur pericula, procellis frequentibus agitata, Pamphilus, perque procelloſas Syrtes, per faxa Malęę, Per mare, quod rapido vortice Sylla trahit, Pectinibus.
- 24 Tarentū. ¶Pectines piſces ſunt lati, quib<sup>9</sup> abūdā Tarētū, Hora, Pectinib<sup>9</sup> patulis iactat ſe molle Tarentum, Plynius ait laudatiſſimos eſſe pectines Mytilenis, in Aegypto vero pectunculos, Pecore,
- 25 Phyllos ¶Phyllos regio Arcadiæ, Statius libro quarto Theb, Aptior armentis Mydea, pecoroſaque Phyllos, ¶Tartari populi, quum frugibus careant, pecore tamen abundant, Et quoniam aquarum ſunt pauperes, Equinum ſanguinem bibunt, ¶Sclau regionem habitant adeo feracem, vt bis in anno grauidas habeant pecudes, quæ quater tondentur, ¶Volaterranus ait Pannoniam pecoribus & vitibus abundare, ſed olei pauperem eſſe, ¶Orchomenos vrbs Arcadiæ, Polymelos a pecoris copia nomen meruit, ¶Angli pecore abundant, lanisque molliſſimis, quoque verſus exportatis, Viuaria animalium ad tria millia in tota inſula cernuntur, inquit Volaterranus, ¶Pecore adeo fertilis eſt Arabia, vt nationes plures vitam paſtorum ducentes enutriat, Author Diodorus libro tertio, Pabulis,
- 26 Morauia. ¶Morauia ſterilitatem olei, & vini, Pabulorum, frumentī, pecorisque copia abunde penſat, ¶Erithrea inſula Hiſpaniæ, tantæ eſt ſœcunditatis, vt oporteat pecudes pabuli copia excretionem ſanguinis purgari, Cuius rei cauſa, ea finguntur, quę de Geryonis armentis dicuntur, ¶Plynius ait nihil eſſe laudatius Germaniæ pabulis, ¶Cappadociam quoque paſcuſ clarã eſſe innuit Claudianus in Ruſſinum dicens, Iam paſcua fumant Cappadocum, volucrumque parens Argeus equorum, ¶Mediam etiam paſcuſ abundare vel hoc conſtat, quod pratium habet Hippoboton nomine in quo paſci dicuntur equorum quinquaginta millia, Strabo libro vndecimo, Pernis,
- 27 Pontia ¶Pernæ piſces de genere concharum, frequentes ſunt circa Pontias inſulas, Pſymmythio,

¶ Pſymmythium, ſeu Ceruſſam parit Rhodos inſula. Vide Plynium Cap. 18. libri. 34.	28 Rhodos.
¶ Pumices dicuntur lapides eroſi amne, leuigandis corporibus aptiſſimi, Laudatur in Meſo, Scyro, et Aeolijs inſulis, Reperiuntur et in Sicilia nigri coloris.	29 Scyros.
¶ Perſica dicuntur a Perſide regione his abundante, Habet Aegyptus perſicum arborem ſimilem pyro.	30 Perſis.
¶ Paliuro arbori Cyrenaica regio ſuam poſtponit Loton.	31 Cyrene.
¶ Priſanae potioni (cuius laudibus Hippocrates volumen vnum dicauit) bonitas præcipua Vticenſi, In Aegypto fit ex hordeo.	32 Vtica
¶ Panico cibo præcipue vitur Aquitania, Ponticæ gentes nullum panico præferunt cibũ.	33 Aquitania
¶ Aulis vrbs Euboicę portum habuit, 500. nauium capacem. ¶ Strabo ait Anthedonẽ Bœoticę vrbs portuoſam eſſe. ¶ Munychia vrbs Atticę habuit ſtationem. 402. nauium capacem. ¶ De Lycia, Seneca in Theb. Tutamque crebris portubus Lycyan videt.	34 Aulis. Anthedon munychia.
¶ Pardos in Africa, Syriaque eſſe creberrimos ait Plynius. Capiuntur et in regione Mauritanicæ. Sunt et in Caria, ac Lybia prælongi admodum, animo imbelles, ſaltu agiles, pelle adeo dura, vt ferro non cedat.	34 Lycia Africa.
¶ Priſtes piſces ſunt in mari Indico. 200. cubitorum.	35 India
¶ In Gange reperiuntur Platanifſtæ piſces. 15. cubitorum.	36 Ganges.
¶ Phœnicem auem annis. 690. viuentem ſola fert Arabia. Claudianus. Hęc fortunatus nimium Titanius ales Regna colit, Solisque plaga deſenſus iniqua Poſſidet intactas ægri animalibus oras.	37 Arabia.
¶ In agrum Volaterranum Palumbes quotannis aduolant e mari.	38 Volaterranus
¶ India Pſytacum mittit, auem humanæ vocis docilem. Claudianus. Et ſi qua loquendi Gnara, coloratis viridis deſertur ab Indis. Nunc etiam aduehuntur ex Luſitania, inſulisq; Aethiopicis.	39 India
¶ Phaleridibus.	
¶ Phalerides aues habet parthorum Seleucia. Aquaticarum laudatiſſima Aſia:	
¶ Phalacrocoraces aues Balearium inſularum ſunt peculiare.	40 Seleucia.
¶ Ex Tana venetorum caſtello exportantur pelles et mancipia, quę Sarmatę mercantur, vocantque Carcaſos.	41 Tana
¶ In Scolo Bœoticę vico laudatiſſimi fiebant panes.	42 Scolus;
¶ Pelamidibus.	43
¶ Pelamidum piſcium copiam habent Alyzones populi. Strabo ait etiam reperiiri in angulis ſuis Byzanię. ¶ Pharnacia quoq; vrbs eſt Cappadocię habes magnam pelamidum copiam.	43 Alyzones
¶ Peloridibus.	44
¶ Pelorides piſces dicuntur a Peloro promontorio, vbi ſcatent.	44 Pelorus.
¶ Peponibus.	45
¶ In Campania, Pepones optimi ſponte proueniunt.	45 Capania;
¶ Optimum Petroſelinum veniebat quondam ex Macedonia.	46 Macedo.
¶ Pœphagis.	47
¶ Habet India Pœphagum animal duplo magnitudinem equi excedens.	47 India
¶ Perdices.	48
¶ Theophrastus dixit perdices eſſe in Paphlagonia duplici corde.	48 Paphlago
	Paleſtra.

Palestra.

¶ Fuerunt Spartani clarissimi pugiles, et Palestritæ. Propertius. Multa tuę Sparte mira-  
mur iura palestrę. Stroza filius. Spartaneq; artes veritare, dolosque palestra.

Alijs rebus.

¶ Parthenium pigmentum habet Aegyptus. ¶ Purpurissimum colorem India. ¶ Panacem  
herbam Clitorus mons. ¶ Panacem vnguentum Arabia. ¶ Philoginon gemmam. Porphy-  
ritem lapidem. Perseam arborem Aegyptus. ¶ Phattagam animal. Porphyrum serpentem  
India. ¶ Panopum auem, Galatia. ¶ Pardalim et Perseum pisces. Mare rubrum.

¶ Populo et diuersis rebus  
Parrhisiolorum Lutecia.



Ræci suas historias intermixtis vbiq; mendacijs posteritati fece-  
runt memorabiles aut etiam fabulosas, sic vt permultæ fidẽ au-  
thoribus suis derogauerint, eosq; Mythologicos potiusq; histo-  
ricos fecerint appellari. Namq; Xerxes tot ex vniuerso Oriente  
Myriades cõtraxerit, soli tenebras multitudine iaculorum indu-  
xerit, iniecerit Neptuno compedes, eius equis fluitus in potu nõ  
fatis fuerit, equa in exercitu leporem pepererit, quis non videt  
hoc ipsum adeo difficile esse, vt fieri non possit, magis quã factũ  
credatur? Laborauit semper hoc morbo Græcia, vt ex re nihili ar-  
duam, et velut Atlantem ex Pygmaeo, ex formica faciat Elephantem. Cuius inanes glori-  
as si imitarentur Gallia, non solum rerum vbertate omnibus alijs locis posset contendere,  
sed pura et aperta veritate, ac ne adiecto quidem figmenti asse, victoriam præripere. Quid  
enim habent, quo careamus. Nec de Græcis tantum, sed eximjs rerum ostentatoribus Ita-  
lis loquor, qui se hæcenus mirantur, vt nihil incantatum reliquerint. Nullum est Tuscula-  
rum, nulla villa, nullus vel monticulus, vel fonticulus, nulla terra q̃tuluscunq; viniferax,  
quam silentio dimiserint inuolutam. Plena sunt varijs artificibus (quos nubium tenus ex  
tollunt) eorum volumina, Pictoribus, Statuarijs, Sculptoribus, Architectis, rerum inuento-  
ribus, nauitis, fabris, aurigis, pugilibus sibi placent in modice, ita et vtraq; gēs de inani am-  
bitione certamen suscepisse videatur. Comune est et ingenitum fortasse hoc populo vtri-  
que malum, vt Olympum ex paruo producāt tumulo. Nil habent, quod iudicium præter-  
miserint. Nec ipsis quoq; histrionibus sua laus non impertita. Quid histrionibus? Suas me-  
retrices, Thaidem, Phrynem, Laidem, Glyceram, Rhodopem, aliasq; permultas inflatis ex-  
tulerunt buccis, adeo sui memoria timuerunt cum corporibus sepeliri. Quanta ergo (dij  
boni) si eorum similes essemus, et futili commendatione moteremur, laudandi nostri sese  
offert occasio, quum nemo non videat nullis omnino humanę vitę necessarijs rebus (quas  
vbiq; suarum regionum habuerint) modicam Galliæ partem, nedum Galliam totam care-  
re. Dicant nobis (et herbam dabimus, modo nihil commiscantur) quid vnquam dignum  
laude in suo solo viderunt, cuius penuria nos laborasse conuincant? Afferant Græci suas  
Athenas, Spartam, Mycenas, Argos, Romani suum (si dijs placet) mundi caput. Leui bra-  
chio resistemus, aut etiam labore nullo. Namq; incruentam bonorum omnium victoriam  
sola nobis comparabit Lutecia. In cuius commendationem si aliquantulum velimus pro-  
rumpere, nos ab vniuersis eorum vrbibus vinciri non permittet. Eo veniant aliquid que-  
situm, quid non inuenient? Nihil est boni in hoc nostro Cornucopia, quod ibidem non sup-  
petat abunde. Terra est suis diuitijs contenta, et vbertate genuina satis luxurians. Ne ta-  
men aliquid ad saturitatem deesse putes, sciatet externis opibus. Habet Calabrię armenta,  
Alutã Sicyonis, Amomũ Assyriæ, Alpes hymetti, Aulæa Bahylonis, Aegyptiũ acetum, at  
tagenæ Ionicas, Persicum Aroma, Cytori buxos, Bombycem Arabicam, Boues Celadus-  
se, Balsamum Iudææ, Crocum Cilicię, Canes Epyri, Cretam Cymoli, Cannabem Scythię,  
Corylos Auellæ, Costum Arabiæ, Caseos Trebulanos, Panchiaia Cynnama, Columbas  
Dodonę, Conchas Lucrini, Caystri Cycnos, Noricorum Chalybem, Corinthi Crateras,  
Cytrum Mauritanicę, Cepas Cumarum, equos Asturiæ, ebur Indiæ, Frumentum Eleusis,  
Numydicę gallinas, maris rubri gemmas, hortos phæacum, Miletii lanas, lac Sassinę, lentem  
pelusi, linum Aegypti, mel Hyblæ, marmor Numidicę, metalla Themefes, melles Africę,  
myrrham Arabiæ, nardum Persidis, naphos Amiterni, Venasri oleum, Velitrarum oua, Ca-  
lesi oues, odores Assyrię, Naricię picem, palmas Idumęas Nec defunt Phæacũ poma, pru-  
na Damascena, porri Tarentini, Melibœa purpura, placentę picentine, Pastana rosæ, resi-  
na Aegyptia,

na Aegyptia, Aeoliarum sulphur, Saccarum Indiae. Abundat quoque Tapetibus Alexandriae, turdis Germania, vnguentis Persarum, Gangis vniuersibus. Alienigena non vitur vino, quoniam genuinum habet, quod longe praestat ceteris. Vtinam fieri posset, vt abstru si diuitem eius vrbis thesauri prodirent in lucem, et omnium oculis videndi proponeretur. Mirareris vnde tanta farrago, aut quibus fodinis esset eruta. Non videretur tibi mentitus Adrianus imp. quem dixisse ferunt plus esse auri in rerum natura, quam reliquorum metallorum. Plerique externi (quod illuc se conferunt) diuitias minores esse fama hoc arguunt, quod non videant stadiatas domorum porticus, et aedificia forinsecus speciosa. Parrhisienses non sunt vt plerique hominum, qui subligaculum induti passim ostentant. Itali quicquid habent, pompis exponunt, vt oculos transeuntium pascant et in admirationem rapiant. Domorum atria et fores exornant magnifice, sed si introspiceres, Pape, quam nihil intus praeter aream nudam reperires. Contra vero Luteciani suas opes dissimulant, nec maiore bus quam deceat, modulis se metiuntur, ita vt quam prima fronte suspicareris esse pauperem, opulentissima sit Lutecia, in qua (vt ad cetera transeamus) si varios omne genus artifices inquiras, angulatim, vicitim et domesticatim reperies. Si purpuram, flammearios, & Lanarum infectores, ipsa etiam dabunt suburbia. Pannis sericis scatent officinae. Aromaticis vnguentis, odoribus, Myropolarum apotheca. Fabris ferrarijs, abietarijs, Phrygioniaris, sigulis, vascularijs, trapezitis, plena sunt omnia. Vrinatores gemmarij, cultrarij, Oenophori, tibicines grammatei, comœdi, caudidici, pistores, condimentarij, mulctores, aurige, sagitarij, bibliopola, cytharœdi, excubitores, cellarij, Atrienfes, bractearij, remiges, heliarij, pegalarij, tabelliones, chirurgi, rôsore piscinarij, muliones, organarij nullibi non sunt. Inuenies et medicos, dui coeliacis, Comitibus Cardiacis, podagricis, Febriçibus, maniacis, Lippicibus, tentiginosis, Lethargicis, paralyticis, torminosis, hydropicis, et quouis morbo laborantibus medeantur, quicquid a Proserpinae peculio homines iam conclamatos ad vitam reuocent. Occurrunt philosophi Peripateticis acutiores, seueriores Stoicis Academicis diuiniore. Grammaticorum scholis nihil nebulosum, nullus Perſius non declaratus, nullus Lycophron imperuius, nullus Eabij serpus non emaculatus. Poetarum carminibus strepunt campina, Praeceptis Rhetorum fulminant gymnasia, Sophistarum nodis vincitur Protagoras, Arithmeticomum numeris Euclides, Geometrarum mensuris Ptolomaeus. Catalogorum typi demortuas prius disciplinas euentilant. Publicis professorum lectionibus, doctrinas olent pulpita. Quid autem Papyrij ingenio tantopere garriunt et intumescunt Romani? Inuenies illic septemnes infantulos, in quibus senilem miraberis iam cum doctrina maturitatem, quicquid verbatim et syllabatim citius dicto repetent, quicquid dixeris, iurare in matrum gremio literas cum lacte suxisse. Vtriusque iuris tanta est ibidem celebritas, vt loquentem bibliothecam Iustinianus reliquisse videatur. Assidua pedagogorum seculitas, incultata praceptorum seueritas traheret te in admirationem. Sacris literis tantus habetur honos, vt Theologorum legiones et centurias reperire possis. Quis autem Lacedaemoniorum Ephoros et harmostas, Cretenſium Cosmos, Romanorum dictatores, consules tribunos, praetores, triumuiros, patricios, quæstores, pontifices Max. et flamines senatui commiserat Luteciano, cuius tanta est grauitas, vt solo quoque aspectu sceleratos a flagitijs deterreat. In confesso est Romanorum magistratus pecunia sepe numero corruptos fuisse, vnde et lugurtha fratris Hyempsalis per dolum occisi meruit impunitatem, Luteciano vero senatui si montes aureos pollicereris, si crucem et furcam minareris, nihil tamen proficeres, nec auerteres ab æquitate. Si (vt cetera cursim absoluam) bellicis telis sit opus, habet Germanorum frameas, lanceas Hispanorum, Rhompheas Thracum, Iffos Boiorum, Macedonum Sarissas, sibilos Illyricorum, Mædorum Acynaces. Nec desunt scibones, tragule, telones, haste, iudes, Phalaricæ, semiphalaricæ, cestra soliferrea, scorpij, spari, Cateje, rumiges, melancule, veruta, Aclides, machera, vrbine. Et ex machinis, testudines, Arietes, falces, vinee plutei, musculi, turres, Sunt et galee, thoraces, catafratte, ocree, scuta, et omnia, quæ ars et vltus repererunt. Ex vestimentis, praeter pallium Græcorum, mastrugam Sardonij, Germanorum Rhenonet, togam et pretextam Romanorum, peplum Troadum, Persarum, Tyaras, reperies quoque abollas, adalos, barbadiacos, bardocuculos, barnacidas, Braccas, Brachiella, dextrocheria, Calthulas, capitia, castulas, chiroditas, clamydes, lanas, andromydes, cyclades, crocotulas, diphtheras, diploides, epitogia, exomides, flammae, gausapinas, hemitogia, Lacernas, infulas, lenas, Latoflauos, limbos, lumbaria, mollicinas, parnaces, paragia, penulas, periscelides, tibialia, Xerapelinas, tunicas, perizonia, polymitos, thallas, strophia, subuculas, sudaria, suppara, et alia fere omnia id genus indumenta. Praeterea, si uis quibuscunque

sis quibuscunque indigeas, non deerunt acetabula, ampulle, cacabi, cadi, calathi, caldaria, calices, canthari, capulae, capisteria, capruncula, carchesia, capla, cissimb<sup>a</sup>, clepsydrae, cophoni, cotyle, cratera, cupe, cyathi, dionae, discei, dolia, fidelie, silcine, gabatae, gutti, hydrie, lances, lebetes, lechyti, lepiste, matelle, mortaria, mulstre, nasiternae, pelues, patere, preffericula, sar tagines, scyphi, scutellae, paropides, sporte, tepidaria, trientalia, vanni, vrne, scaphia, syrisc, thargeli, cottabi, et alia huiusmodi infinita. Vbertim quoque suppetunt flores, herbe, metalla, vnguenta, odores, pisces, aues, gemmae, lanae, fontes, marmora, plantae boues, arietes, arborum fructus, legumina frumenta, frutices, cibi elestiles, et quicquid ad laute, genialis terque viuendum sufficit. Vis imperatorem, regem, aut quemuis principem magnifico donare conuuiuo: Venales tibi quouis tempore prostabunt Pautus e Samo, Phrygia Attageana, grues melice, hœdus ex Ambracia pelamis Chalcedonia, Murena Tartellia, aselli pefsimuntij, Ostrea Tarenti, pectunculus Chius, helops Thodius, Scari Cilices, nuces Thasica palma Aegyptia glans Iberica, et quicquid cupediaturum profunda vestigauit ingluuis es. Quid amplius dicam? Fatigat me tantarum rerum commemoratio. Taceo reliquiarum captas aureas, et sacra diuinitis opulenta. ¶ Nihil de Palacio et pleisq; magnificis (quarum materiam opus superat) domibus audeo scribere. Oneri tanto succumberet stylus. Nolo tamen (quamuis ingenium tantæ moli non sit superfuturum) non aliquid de huius vrbis populo memorare. Nemo mentitum me existimet, si de ea (quod de Troia Paris Quidianus hyperbolice ad Helenam scribit) dixero. Vix populum tellus sustinet illa suum. Nam vere terram ipsam populi multitudo proxime onerat, atque edificiorum grauitas. Cœgregentur forte fortuna in spectaculis centum hominum milia, ubi per vicos eunti nihil abesse, nihil videbitur imminutum. Clauduntur vrbes nonnullæ maiori fortasse murorum ambitu, quod de Roma nonnulli perhibent. Sed nihil mirum. Namq; bonam earum partem reperias, ne moribus, vineis, et arboribus confitam. In hac vero nihil ne angulum quidem non habitatum, nihil populo vacuum. Vix ipsi præsides, vix cōsules breuiusculos magna pecunia hortos sibi comparant, aut leca domibus vacua, quibus expediti curis, quandoq; deambulant. Res quidem primis seculis inaudita, et nulli non miranda maxime. Nunquã mihi persuasibilem, quod aliquando audieram, tantum scilicet in hac vnica vrbe esse populi, quantum tres alię totius Europe, maximę contineant. Res tamen ita se habet. Idq; adeo verum est, vt solus vicus speciem vrbis præ se ferat. Quod quum solus apud me quando que meditor, totus stupeo et miror, vbinam crescant (que illi consumuntur) frumenta, vbi lignorum (que comburuntur) copia, vbi rerum omnium (que supra fidem deglubuntur, et velut abyssos absorbentur) multitudo. Babylonis (quum exercitui data esset prædæ) post 40. diẽ intacta pars cõperta est, Arsit Carthago diebus 17. In vrbe Hierosolymæ excidio vndecies centum milia hominum ferro et fame perierunt. Vno die Syracusæ maritimum et terrestrem exercitum conflauerunt, argumentum quidem in omnibus mirandę amplitudinis. Laudatur Venetiã diuitię, Mediolani popul<sup>9</sup>, Fleretię pulchritudo, Bononię fecunditas, Genuę superbia. Adduce tamen nequeo, vt credam Luteciam rerum omnium copia non excellere. Nam si in ea diutius te contineas, et bonorum vbertatem, populi frequentiam, maiestatem senatus, venalium rerum multitudinem, ceteraque huiusmodi prospicienter obseruaueris, quoquo postea foras proficisceris fordebunt tibi omnia. Nihil huius ratione oculos tuos pascet. Quod ad populi mores spectat, gens est in primis humana et beniuola, Quod licet multis rationibus probari possit, causa tamen breuitatis, vnico argumentum probabo dictum. Antiquitus Romani existimabant se gande aliquod, et cui nullis meritis responderi possent, beneficium contulisse, si quempiam donassent ciuitate, et ita re ciuium frui permisissent, adeo vt propter hoc ipsum, animam debere Fulvio Nobilitori videretur Ennius poeta. Hoc autem Lutecia nemini recusat, Barbaros fouet, alienigenas recipit, Hostes etiam regni nutrit in gremio, maiori pietate, quam parienti subueniat obstetrix, aut nurix infantulo vagienti. Inimici Gallie ipso etiam belli tempore nõ extruduntur. Extruduntur autem? Immo vero fiunt consiliorum participes, quamuis animo gladiatorio nos inspiciant, notentque animo et designent oculis vnum quemque nostrum ad egedem. Nec excipiuntur solum, at etiam in maiore habentur precio. Et vt iam in Epitheis meis conquestus sum, pluris facimus alienę gentis formicas, quam nostrates tauros. Veniat nouus nescio quis verficicator ex Italia, aut ex Græcia eluriens Gregulus, venientem desimo iugere salutabimus, eumque maiore obsequio nobis demerebimur, quam aliquam ex nostratibus vel egregie literatum, quasi vero possit quisquam venire Luteciam Budeo Luteciano doctior, aut magis eloquens. Vidi quandoque externos, qui dum frequenti auditorio aliquid profitebantur, ad eos turmatim conuolabatur, qui quamuis nihil nisi

stercus



stercus dicerent, auditoribus tamen rosas loqui videbantur, quod nescio quo faustu et in  
 nibus ampullis fucarent sermonem, et affectatas quasdam cupediaꝝ vocum plenis ructa-  
 rent buccis, pondusq; nugis adderent. Quorum tamen doctrina nullis nitebatur radicibꝫ.  
 Demum quid agunt, quum vident suas nugas tanti a nobis fieri: Intus nostram ridet le-  
 uitatem, et postica nos elidunt fanna, q; fabulis moueamur, quas fullones exhibent. Hæc  
 Lutecianæ gentis humanitas. Est insuper religionis amantissima, vt quæ altaria donis one-  
 ret, pernoctet quandoq; in votiuis orationibus, templa (quæ vicorum numero non sunt  
 pauciora) plerumq; uisitet, adiutrix alioqui pauperum, virtutum fautrix, et scelerum ex-  
 pultrix. Parentes, lusitantes adhuc in gremio nutricum infantulos iam morum edocent ho-  
 nestatem, et more Perfarum, studio veritatis imbuunt, ita vt sacricommissum pudent, si qs  
 mentiatur, idq; flagello puniant. Si liberi profecerint, gloriantur, eosq; præmijs (quæ capit  
 illas ætas) ad persistendum inuitant. Matres filijs paulo sunt indulgentiores, adeo, vt præ-  
 sentibus frui satis, absentibus carere nequeant, eosq; compositæ et ornate reclamantibus  
 quandoq; maritis induant. Præter cætera formidant maxime, ne in scholis vapulēt. Propter  
 ea ludi magistros munusculis interim corrumpunt, aut immanibus pollicitis suspensosa fe-  
 ueritate retinent. His inflicta verbera si audierint, redeuntibus e schola, humeros quando  
 que, et nates (honos sit auribus) lachrymosæ denudant, vt videant, q̄ acerbe sit animadu-  
 sum in suos puppos. Si aliquanto seuerius vapulasse viderint, temperare sibi nō poterūt,  
 quin præceptores adæant, eosq; probris et conuincijs etiam spectante populo afficiant. Et  
 (quod omnium turpissimum) tortores et sanguinarios carnifices appellant etiannum. Li-  
 beri ipsi sunt ingeniosi admodum, et multa facile discunt. Sed nisi frequens lectionum re-  
 petitio memoriæ tenacius inculcauerit, obliuiscuntur eadem leuitate, qua didicerunt. Nusq;  
 terrarum video ingenij præcocioris pveros. Contenderem posito in vadimonium capite,  
 aut summos oratores, aut clarissimos poetas facile futurum, nisi vno maxime morbo parē-  
 tes fore omnes laborarent, qui liberos ipsos (vbi quid in literis promouerunt, et earum as-  
 meritatem ceperunt gustare) a scholis protinus auferunt, et ad alia studia (quæ magis vi-  
 dentur questuosa) statim allegant, vt vel sub forensibus rabulis discant garrire, aut cū nū-  
 mularijs monetarum formas, et calculorum supputationes cognoscere. Et speramus (quū  
 hæc arugo animos corroserit, inquit Horatius) doctos fore, qui eo tempore doctrinam res-  
 liquerunt, quo quid esset doctrina, adhuc pitissabant: Porro puellæ apud eos compositæ ve-  
 struntur, pudice tamen, et citra pompam. Nam neq; papillas vmbilico tenus denudant, vt  
 Italæ, nec supra modum suarum facultatum luxuriant, vt Genueses aut venetæ, sed oper-  
 to toto corpore, nihil impudicum præse ferunt, neque proteruis et ludibundis oculis sui co-  
 piam spectatoribus promittunt, aut sperari faciunt. Vxores præstitam maritis fidem non  
 violant, sed suis thalamis contentæ pudicitiam seruant coniugalem. Omnes defunctorum  
 vita parentum mortem atrati per annum lugent. Fœminæ tamen cadauera non comitan-  
 tur ad sepulchretum, ne sexus fragilitas, doloris impatientiam suggerat. Senatoribus rarū  
 cum populo colloquium, aut ipsum grauitatis plenum et maiestatis. Apud eos odiosi sunt  
 maxime familiares et domestici fures, quos longo prius carcerum pædore maceratos fur-  
 ca puniunt. Monetæ adulterinæ cufores flammis deuouent. Nullis pauperibus, aut quo-  
 us morbo infectis, præter q̄ lepra, sua vrbe interdicitur. Adulatores cane peius et argue-  
 oderunt et auersantur Pilæ, sagittarum et fritilloi um ludo exercentur quar doque. Conui-  
 uijs gaudent et comotationibus, sed citra ebrietatem. Nouas principum exactiones egre-  
 fatis ferunt, petentibus tamen nihil recusant. Superbo templorum, magisquam proprio &  
 domestico lætantur edificio, quod est notissimum pietatis argumentum. Rerum nouarum  
 sunt auidi spectatores, et alienam magis quam propriam mirantur virtutem. Hæc de popu-  
 li moribus, et vrbe ipsa, de qua multo plura dixissemus, si ad hoc posset suppetere verborū  
 dignitas. Ne quis autem dicta mea fauori tribuat, subiiciam quæ ab Architreneo Anglo,  
 quamuis regni Gallici instar totius eius populi, inimico scripta sunt, vbi ait,  
 Exoritur tandem locus, altera regia Phœbi  
 Parrhilius, Cyrrhæa viris, Chrylæa metallis,  
 Græca libris, Inda et studijs, Romana poetis,  
 Attica philosophijs, mundi rosa, Balsamus orbis,  
 Sidonis ornatu, sua mensis, et sua potu,  
 Dies agris, fœcunda mero, mansueta colonis,  
 Messè ferax, inoperta rubis, nemorosa racemis,  
 Plena feris, piscosa lacu, volucrosa fluentis,  
 Munda domo, fortis nomino, pia regibus aura,

Dulcis,

CORNVCOPIAE

Dulcis, amena situ, bona quolibet, omne venustum,  
Omne bonum si sola bonis fortuna faueret. Eius quoque laudibus Quintia-  
nus poeta iucundissimus opusculum (cui nomen Cleopolis) dicauit.

De literis Q. et R.

- 1 **Q**uercubus, Chaonia, Dodona  
 2 **R**acemis, Cæcubum, Tmolus, Methymna,  
 3 **R**hombis, Adria, Rhombis,  
 4 **R**osis, Pæstum, Pangæus, Campania.  
 5 **R**efina, Aegyptus.  
 6 **R**aphanis, Delphi, Germania, Aegyptus, Laciadæ.  
 7 **R**apis, Nursini.  
 8 **R**efeda, Ariminum.  
 9 **R**iuus, Methone.
- Quercubus.
- Chaonia. **Q**uercubus, glandibus abundat et quercubus. Ouidius libro decimo. Vmbra  
 loco venit, non Chaonis abfuit arbor. Claudianus. In te Chaoniae mouerunt carmina quer-  
 cus. **D**odona fylua Epyri. Val. Flac. libro primo Arg. Dodonida quercum Ingredior. Syl-  
 lius libro tertio. Implet fatidico Dodonida munere quercu. Ossa mos Thessaliæ. Val. Fla.  
 Fleuit vbi Ossæ captaret munera quercus.
- Racemis.
- Cæcubū. **C**æcubum oppidum in sinu Caietano terras habet optimi vini feraces. Horatius. Cæcu-  
 bum, et prælo domitam Caleno Tu bibes uuam. **T**molus mons Lydiæ. Ouidius libro  
 quarto de Ponto, Africa quod segetes, quot Tmolia terra racemos. Quot Sicyon baccas,  
 quo parit Hybla fauos. Idem libro quarto Meta. Deferuere sui nymphæ vineta Timoli.  
**M**ethymna. Ouidius. Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.
- Rhombis.
- Adria  
 rhombis. **A**dria seu mare adriaticum. Iuuenalis Satyra quarta. Incidit Adriaci spaciū admirabi-  
 le Rhombi. **R**hombitem Ptolomæus ait esse fluuium post Mæotidem a Rhomborum  
 frequentia nominatum. Plynus ait Rhombum Rauennæ esse laudatissimum.
- Rosis.
- Pæstum. **P**æstum oppidum in Lucania bis in anno fructus quosdam, et in his rosas parit. Virgil.  
 libro quarto Georgicorum. Biferique rosaria Pæsti. Idem de rosa. Vidi Pæstano gaudere  
 rosaria cultu. Ouidius libro decimo quinto. Leucosia mque petit, tepidique rosaria Pæsti.  
 Martialis. Pæstani rubeant æmula labra rosis. Idem. Prataque, nec biferi cessura rosaria  
 Pæsto. Propertius. Vidi ego odorati victura rosaria Pæsti. Mantuanus libro primo de Ca-  
 la. Quales odorati Pæsti que nascitur hortis Est rosa, confusis rutilante coloribus albo. Idem  
 de Tropheis Gonzage. Et pæstana rosis oluere recentibus arua. **P**angæum quoque mons  
 rosis feracem esse docet Plynus libro vigesimo primo Cap. 4. **A**bundat et Campa-  
 nia optimis rosis, quibus præcipua dignatio. His Ply. addit Prænestinam et miletiam. Est  
 etiam Cyrenis odoratissima rosa.
- Refina.
- Aegypt<sup>9</sup> **R**efina humor est fluens ab arboribus, etiam in eisdem residens. Plautus Aegyptiā pro-  
 bat in Mercatore dicens. Refinam ex melle Aegyptiam vorato, saluum feceris.
- Raphanis.
- Delphi.  
 Germa-  
 nia **R**aphanus herba est seu radix comestibilis, tam frequens et nobilis apud Delphos, vt ex  
 auro diceretur, Beta ex argento, Rapum ex plumbo. Aequat in Germania infantum puer-  
 rorum magnitudinem. In Aegypto Raphani sparguntur Nitro, vbi sunt suauitate præci-  
 pui. **L**aciadæ quoque populi Atticæ raphanorum habent copiam. Apud eos moris erat  
 vt qui fuisset in adulterio deprehensus, ignominiosas pœnas daret, impactis in pudendâ  
 corporis partem raphanis, qui ibidem crescunt mira magnitudine.
- Rapis.
- Nursini **P**lynus libro decimo octauo palmam rapis, in Nursino agro nascentibus.
- Refeda.
- Ariminū. **R**efedam herbam collectiones, inflammationesque decutientem habet Ariminum ma-  
 gno prouentu.
- Riuus.
- Methone **M**ethone vrbs riuus abundat, Seneca in Troade. An frequens riuus leuibus Methone?  
 De litera S.

Serpentibus,

Serpentibus, Ophiufa, Mauritania, Lybia, Africa, Sinuessã, Cinyphs, Candei,	1
India, Rhindacus, Bradagas	2
CSulphure, Aeollie, Melo, Leucogabi,	3
CSegetibus, Cinyphs, Lybia, Africa, Gar-	4
gurus.	
CSaris, mare Carpathium.	5
CSagittis, Creta, Lycia, Cydon, Gortina, Dicte,	6
Parthia.	7
CSariffis, macedonia.	8
CSmaragdis, Scythia, Erithra, Arimaspi.	9
CSiftris, Aegyptus.	10
CSaccaro, Arabia, India.	11
CSanno, Cassiterides, Britannia.	12
CSaxis, Ceraunia.	13
CSamine, Pergamus, Memphis, Babylon.	
CSale, & Salinis, Hammanientes, Saxonia, Alos,	14
Orcmenus, Cyprus, Bisuntium, Tarentu, Carri,	15
Boristhenes, Tatta.	16
CSallicibus, Ameria.	17
CSetabo, Hispania.	18
CSpartho, Hispania, Emporienfes,	19
CScombris piscibus, Scombraria.	20
CSaluca, Pannonia.	21
CSibus, Arcadia.	22
CStrutiocamelis, Africa, Aethiopia.	23
CSalmonibus, Aquitania.	24
CSanuco, Mitylene.	25
CSpeculis Brundisium.	26
Signis, Rhodos.	27
CSinopide Pigmento, Lemnos.	28
CSilica, Syria.	29
CSyluis, Mare rubrum, Tylos.	30
CSubere, Elis, Lacedemon.	31
CScipis, Mauri, Padus.	32
CStipulis, Leborinus.	33
CSerpillo, Thracia.	34
CSpongijs, Lycia.	
CSiluris, Nilus.	
CSquillis piscibus, Lyris.	
CAijs rebus, alia quaedam loca.	

Serpentibus.

Ophiufa infula dicta est a multitudine serpentum. Ophis enim grece serpentem significat. Vnde ophiogene populi in Hellesponto, qui serpentum ictus tactu leuant & imposta manu, corporis venena extrahunt. Mauritania, Horatius. Nec mauris animo mitior anguibus. Lybia, Syllius. Tergadamus, Lybicusque parem non esse fatemur Anguibus Antoniam. AFRICA, Horatius libro primo Ser. Canidia afflisset peior serpentibus Africa. De Africa, Claudia. in bello Gildonico. Licet arua referta Anguibus, et lolis medios obiecerit æstus. Mantuanus libro quarto Alfonso. Africa monstrorum genitrix vbi Iuppiter Hammon hic habitat, colubri magnis glomerantur acervis, Sessilis ardenti scintillat lumine buffo Ventre bouem referens, et huilco dipsades ore, Sequaque multifido cornu portenta Cerastes, Hydrorumque greges, et longa armenta draconum, Amphesibena biceps, et formidabilis ictu Aspis, et infatis Prester, qui faucibus æstum Expuit, immensumque traheus hemorrhhois orbem, Picta cutem scytale, turpi bea flexilis aluo, Mole brevis seps, pestre ingens, nec viscera solum, Sed simul ossa vorans, clades fumosa chelydrus Cenchrus, et emoriens infausto vipera partu, Et natris inimicus aquis, flauentis arene, Aemulus Hammodites. Vide Diodorum lib. 4. de serpentibus Africe. Sinuessã vrbs Campanie. Ouis, Vulturinus, niueisque freques Sinuessã colubris. Cinyphs fluius est Lybie inter duas syrtes, capris et serpentibus abundans. Pamphilus. Affert Cinyphij caput colubri. Candei

- India  
 ¶ Candeï populi orientales, serpentibus vescuntur. Vnde et Ophiophagi vocantur. Neq; est alia regio earum fertilior, auctore Plynio. ¶ In india serpentes in tantam adolefcunt magnitudinem, vt solidos hauriant ceruos, taurosque. ¶ Tanti sunt et apud Rhindacum amnem in ponto, vt superuolantes quamuis alte, perniciouserque alites haustu raptas absorbeant. ¶ Constat apud Bragadam fluuium serpentem centum et viginti pedum lōgitudinis a Regulo interfectum, Quod est argumentum maximos ibidem nasci.
- 2  
 Aolię  
 ¶ Nascitur (inquit Plynius) sulphur in insulis Aolijs, inter Siciliam et Italiam. Sed nobilifsimum in melo insula. In Italsa quoque inuenitur in Neapolitano, Campanoque agro, et collibus, qui vocantur Leucogabi. Volaterranus ait nunc fossile sulphur esse in agro Volaterrano. Nar quoque fluuius aquas habet sulphureas. Aufonius, Fluminibusque Italis præpollens sulphureus Nar.
- 3  
 Cinyphs  
 Lybia  
 Africa  
 ¶ Apud Cinyphen Lybię fluuium magna est frugum copia; Vnde Ouidius. Cinyphiae fegetis citius numerabis aristas. ¶ Mulus testimonijs constat Lybiam et Africam fegetibus abundare. Mantuanus in syluis, Vbi Lybię fegetes, vbi Gnoia vina, Ouidius libro quarto de Ponto. Africa quot fegetes, quot Tmolia terra racemos. Ab hac rerum copia, Cererę Argi Lybissam vocant, auctore Festo. Mantuanus libro primo de Cala. Non Libyę fegetes, non pinguius Appula campis Horrea non phrygijs succurrunt gargara fulcis. Gargarus mons phrygię. Ouidius, Gargara quot fegetes, quot habet Methymna racemos. ¶ Inter Marlyam et Męandrum Phrygię fluuios planicies est olearum, vini et frumenti feracissima. Claudia, libro secundo in Eutrop. Quos inter aprica Planicies, cercrique fauet, densisque ligatur Vitibus, et glaucos fructus attollit oliuę, diues equis, felix pecori, precio saque picto marmore.
- 4  
 Carpathium  
 ¶ Scaros pisces habet Carpathium mare, Horatius. Non me Lucrina inuenerint conchis lia. Magisve Rhombus, aut Scari. Si quos Eois intonata fluctibus, Hyems ad hoc vertat mare. Eois fluctibus dixit. i. Orientalibus, propter mare Carpathium. Hunc piscem Optatus Helipertius præfectus classis sub Claudio principe, e Carpathio aduexit. Numeratur autem inter cibos electiles. Varro apud Gelliū testis est Scaros Cilices omnium esse præstantissimos.
- 5  
 Creta  
 Cydon.  
 ¶ Sequentia loca incolae habuerunt peritissimos sagittarum. Creta. Virgilius in Cyri. Attica Creteę sternebat rura sagitta. ¶ Lycia. Virgilius libro cęci. uo. Ille mihi insignem pharetram, Lyciasque sagittas Discedens, pharetramque auro dedit, intertextā. ¶ Cydō vrbs Creteę. Satus libro septimo Theb. Cydonas anteibant gefa sagittas. ¶ Gortina. Luc. li. 6. Dicteę procul esse manu Gortinis arūdo. Idem. Nec Eois peior Gortyna sagittis. Val. Fla. Plenisque redit Gortyna pharetris. ¶ Dicte. Syllius lib. 13. Dicteę per auras Tranat, et in medium perlabitur vrbis arundo. ¶ Parthia. Mantua in Alphonso. Nec Parthica tanto agmine p cœli nubē se fundit arūdo. Hac ratione Catullus Parthos vocat sagittiferos. ¶ Erithra seu Erithrę. Sidonius. Forte sagittiferas Euan populatus Erithras. ¶ De Orientalibus populis. Val. Fla. libro quinto. Quos neq; Iber, neq; tuta suis aurora sagittis sustinet. Per auroram intelligit Orientales.
- 6  
 Sarissis.  
 ¶ Sarissę dicuntur hastę Macedonum, Ouidius libro duodecimo. Qui clypeo gladioque, 7 Macedoniaque Sarissa, Lucanus libro octauo. Primi Pelleas arcu fregere Sarissas.
- 8  
 Smaragdis.  
 ¶ Smaragdo gemma viridi, et oculorum aciem recreante abundant Erithra, et Scythia. Claudianus. Inter Erithręos surgentia colla smaragdos. Pamphilus. Sardonyces, aurum, torques, Scythicosque smaragdos. Reperitur etiam in India, et Cyprijs Aerifodinis. Plynus ait Aegyptiorum, Scythicorumque smaragdorū tantam esse duriciam, vt nequeant vulnerari. Ait et Scythicos omnium esse nobilissimos. ¶ Theophrastus ait apud Arimaspos Scythię populos smaragdos reperiri, quibus nihil videant oculi iucundius.
- Sistris.  
 ¶ Sistrum tinnulum est instrumentum ab Aegyptijs reperitum, quo utebātur in sacris Istdis. Vnde sistrati Aegyptij dicuntur. Martia. Linigeri fugiunt calui, sistrataę turba. Ouidus lib. 3. Eleg. Quid nunc sacra iuuant, quid nunc Aegyptia profunt sistras? Manilius. Atque ipsa Iliaco certauerunt fulmina sistro.

- Saccaro. 9  
 Saccarum dicitur mel in arundinibus collectum instar gummi candidum, et dentibus fragile, Saccarum autem fert Arabia, sed laudatius India.
- Stanno. 10  
 Cassiterides decem sunt insulae in Hispania, ex quibus effoditur stannum, quod Cassiterum appellatur. De his insulis meminerunt Herodotus libro tertio, et Diodorus libro sexto. Diodorus libro sexto ait venam stanni esse in Britannia, iuxta Helenum promontorium, quod nunc Cornubiam vocant.
- Saxis. 11  
 Mantuanus a poeninum saxosum, Pamphilus Ceraunia scopulosa, Calentius Pelion lapidosum vocant, quod ealoca faxis abundant. De Eryce monte Siciliae, Seneca in Medea, Quaecunque generat inuius faxis Erix.
- Stamine. 12  
 Pergamus Attali regia, Memphis, et Babylon urbes ingeniosae fuerunt in texendis staminibus. Politianus in Rusti. Textile nec tenero sub regmine fulgurat aurum, Spirantes referens vultus, quae Pergamos olim Artifici descripsit acu, quae stamina Memphis, Quae Tyros et Babylon radio pinxere fonanti.
- Sale et Salinis. 13  
 Hammanientes Cyrenaeae regionis populi domos sale montibus suis exciso, ceu lapide confrunt. Solinus. Sunt etiam in Saxonia Salinae vberissime, et argentifodinae ab Othone primo inuenta. Alos urbs Achaiae a sale ibidem reperto meruit nomen. In Orcmeno monte in die quum sal cruitur, et instar lapidum ceditur, fertur postea renasci mira vbertate. Plynius Cap. 7. lib. 31. Apud Cyprum sal hammoniacum dicitur, quod in arena reperitur. Bisuntium urbs est Burgundiae, in cuius agro duo sunt fontes, alter aquae dulcis, alter unde sal igne densatum conficiunt, candore prestans, et maximum eius gentis vectigal. Tarentini sale abundant candidissimo, atque fossili, quem Plynius ait esse omnium suauissimum.
- Salicibus. 14  
 Apud Bactros amnis Ochus, et laxartes ex appositis montibus deferunt salis ramenta. Sunt et in Africa lacus turbidi salem ferentes. In Carris Arabiae oppido muros domosque massis salis faciunt, aqua ferruminantes. Boristhenes fluuius est Scythiae in cuius ostio ingens vis salis sua sponte concrefcit. Herod. lib. 4. Tatta lacus Cappadociae maiori adiacens, fontes habet salis sponte nascentis, ita ut volucres alis contingentes aquas facillime capiantur, quum propter salis concretionem cito decidant, Strabo libro duodecimo.
- Setabo. 15  
 America urbs Vmbriae, fuit quondam, salicibus ferax, Virgilius. Atque Amerina parat lentae retinacula viti.
- Sparto. 16  
 Setabum genus est lini, sudarii aptissimi, et tenuitate praecipui, quo abundat Hispaniae urbs Setabis nomine, Catullus. Nam sudaria Setaba ex Iberis miserunt mihi muneri Fabullus, Et Verannius.
- Scombris. 17  
 Spartum herba est in Hispania frequens, qua optimum etiam conficitur linum. Strabo ait in Hispania campum esse Spartarium, a Sparti multitudine nuncupatum. Emporienses citerioris Hispaniae populi circa colligenda, lina opus agunt. Interiorem agrum quum aliarum rerum, tum vero sparti feracem habent inquit Strabo libro tertio.
- Salinca. 18  
 Scombraria insula est vel promontorium contra Africam, scombris piscibus abundans. Unde nomen tractum.
- Suibus. 19  
 Salinca herbam breuem et foliosam multae suauitatis gignit Pannonia et Norica.
- Strutiocamelis. 20  
 Sues in Arcadia adeo faginantur, ut Plynius scribat Soricem in corpore cuiusdam praepinguis nidificasse.
- Salmonibus. 21  
 Strutiocamelis aues sunt in Africa et Aethiopia tantae magnitudinis, ut altitudinem hominis insidentis equo superant, et celeritate vincant.
- Salmo fluuiatilis in Aquitania, praefertur marino.

CORNUCOPIAE

- 22 Sanfucos.  
 ¶ Sanfucus herba est Mitylenis plurima, qua optimum conficitur oleum, quod sanfucis num dicitur.
- 23 Speculis.  
 ¶ Optima specula olim fiebant Brundusij, stanno et aere mixtis, author Plynij.
- 24 Signis.  
 ¶ Rhodi. 73. milia signorum fuisse, Mutianus apud Plynium testis est.
- 25 Sinopide pigmento.  
 ¶ Sinopis primum inuenta est in Ponto, Inde nomen a Sinope vrbe. Nascitur in Aegypto Balearibus, Africa, sed optima in Lemno et Cappadocia.
- 26 Siliqua.  
 ¶ Siliqua arbor nascitur frequens in Syria, Ioniaque et circa Gnydon, atque in Rhodo fem per comantibus folijs.
- 27 Syluis.  
 ¶ Mare rubrum, et totus Orientis Oceanus refertus est syluis, Tylos quoque insula maris Perfici, qua spectat Orientem.
- 28 Subere.  
 ¶ Suber præcipue nascitur circa Elidem, aut Spartã, Plynij tẽporibus nascebatur in Italia.
- 29 Scirpis.  
 ¶ Mauri mapalia sua tegunt scirpis, tanta eorum multitudine affluunt, His et nauetẽ in Pado vellicant.
- 30 Stipulis.  
 ¶ In Leborino Campaniã agro tanta est stipularum crassitudo, vt eis ligni vice vtantur.
- 31 Serpillo.  
 ¶ Plynij libro decimonono ait montes Thraciẽ scaterere serpillo.
- 32 Spongijis.  
 ¶ Spongiẽ mollissimã sunt circa lyciam, In hellesponto asperẽ, Denseq̃ circa Malãam, Siluris.
- 33 Siluris.  
 ¶ Siluri pisces frequentissimi sunt in nilo, vnde Iuuenalis satyra quarta, vocat eos municia pes, i. conciuus & conterraneos Crispini, qui fuit Aegyptius, vbi ait. Magna qui voce solebat Vendere municipes fracta de merce Siluros. Reperiuntur etiam in Meno fluuiogera manie et Danubio.
- 34 Squillis.  
 ¶ Squillis piscibus abundat Lyris fluuius, Martia. Cæruleus nos Lyris amat, quem sylua maricẽ Protegit, hinc squille maxima turba fumus.
- 35 Alijs rebus.  
 ¶ Sarcocolam paruã arboris lachrymam habet Perfis, Sandaracam pigmentum, Topazos siue Topazonos rubri maris insula, Selenitem gemmam Arabia, Sesamum frugẽ India, Syroperdicem auem perdice minorem, Antiochia, Scythicen herbam Bœotia, Stœchadẽ herbam odoratam Stœchades insulã, Syderitam gemmam Arabia, Silurum piscem, Nilus, Scorpiones, Africa.

Rauisij Textoris, Cornucopiã,  
 De litera T:

- 1 Terebinthis, Oricos, Syria, Damascus.  
 2 Talpis, Bœotia.  
 3 Thure, Sabãa, Arabia, Minãei, Panchaia.  
 4 Topazio, Topazios.  
 5 Testudinibus, Taprobane, Chelonophagi, India.  
 6 Tẽdis, Calabria.  
 7 Thapsia, Thapfos.  
 8 Tigrib<sup>9</sup>, India, Hircania, Armenia, Gãges, Cauca<sup>9</sup>  
 9 Tarandis, Scythia.  
 10 Torfionibus, Pontus.  
 11 Thriflis, Tybris.  
 12 Thynnus, Hispania.  
 13 Thrichijs, Ister.  
 14 Tymalo, Ticinus.  
 15 Tuberibus, Lampfacus.  
 16 Tela, Perfis, Aegyptus.

Tauris,

Tauris, Clitumnus, Meuania	17
Taxis, Hispania.	18
Tapetibus, Assyria, Alexandria.	19
Thermis, Baia.	20
Tragoni, et Trogete, Creta, Cyrene.	21
Thymo, Hybla.	22
Tritico, Africa, Sicilia.	23
Tribulis, Thracia.	24
Tragelaphis, Phafis.	25
Turdis, Germania.	26
Terebinthis.	1

**O**ricos seu Orithos ciuitas est iuxta Epyrum, abundans Terebintho arbore, quae propterea vocatur Orithia, Virgilius libro decimo. Includum buxo, aut Orithia Terebintho Lucet ebur. Syria quoque habet Terebinthum, maxime in Damasco.

**T**alpis scatet tota Bœotia, præterquam Coronea vrbs, vbi nec gignuntur, nec allati videntur. Plynius ait talpas in Orchomeno cuncta subruere.

Thure.

**S**abæa regio Arabiæ, et tota ferme Arabia abundant thure. Plynius. Sabæi Arabum propter thura clarissimi, Valerius Flacus libro sexto Argon. Hac quoque thuriferos felicia regna Sabæos, Seneca in Hercule Oethæo. Splendescat ignis thure, quod Phœbum colens Dives Sabæis colligit truncis Arabs. Virgilius libro primo Aeneid. Centumque Sabæo Thure calentare. Idem India mittit ebur, molles sua thura Sabæi. Claudianus. Thuriferos Arabum saltus, vada Caspia. Idem. Perfides arcanum suspiratuere calorem Thuris odorare cumulis, et mellis fabæa. Mantuanus. Thuris odorati globulos, et cinnama vendit Molis Arabs. Tyrii vestes, et muricis imbrem, Indus ebur, croceum Cilices et Tmolus odorẽ, Mel Siculi, ferum Chalybes, tenuissima Seres Vellera Cretenses mollissima vina, Tanæger pernicis mercatur equos. **M**inç i Arabiæ populi primi commercium thuris fecere, maximeque exercent. **A**bundat etiam thure Panchaia regio Arabiæ. Lucretius libro secundo. Araque Panchæos exhalat propter odores. Bap. Pius. Hũc ego Panchæi thuris honore colam. **T**hure quoque nobilis est Libanus mons Phœniciæ. Aufonius. Florum spirat odor, Libani ceu montis honor thus.

Topazio.

**T**opazio lapide precioso abundat Topazio insula maris rubri, a qua et nomẽ sumpsit. Reperitur et in Arabiæ insula, quæ Chytis vocatur.

Testudinibus.

**S**cribit Plynius in Taprobane insula tantam plerisque in locis testudinum reperiri multitudinem, vt earum superficie contegantur habitantium familia. **I**n Carmaniæ angulo sunt Chelonophagi (inquit Plynius) testudinum superficie casas tegentes, et carne vescentes. Sunt et in Africa plurimæ. **T**estudines tantæ magnitudinis habet Indicum mare, vt singularum superficie habitabiles casę integantur, atque inter insulas rubri præcipuæ maris, his nauigent cymbis. **T**rogloodytę cornigeras habent, vt in Lyra annexis cornibus latis sed mobilibus, quorum in natando, remigio se adiuuant.

Tedis.

**T**eda arbor Nuptijs quondam sacra frequens est in Calabria.

Thapsia.

**T**hapsia ferula syluestris, nomen sumpsit a Thapso insula, in qua abundat.

Tigribus.

**R**eperiuntur Tigres in India apud Prasios populos, magnitudine duplici, quam sit leonæ. Indica Tigris agit rabida cum Tigride pacem. **S**unt et frequentes in Hircania, et Armenia, quæ propterea Hircanę et Armeniæ dicuntur a poetis. Virgilius. Daphnis et armenias curru subiungere Tigres Instituit. Idem libro quarto Aene. Hircanęq; admorunt vbera Tigres. Ouidius libro octauo. Armenię ve Tigres. Austroq; agitata Carybdis **D**icuntur et Gangetiçę a Gange. Ouidius libro sexto Meta. Nec mora traxit Irim, veluti Gangetica ceruę Lactentem foetum per sylvas Tigris opacas. Seneca in Oedipo. Tigris puppe sedet Gangetica. **E**adem ratione dicuntur Caucaesę a Caucaeo monte Scythiçę. Syll? Caucaesę iustrã virgato corpore Tigris. **E**t Caspię, a Caspia Scythiçę regione, m ij Claudianus

CORNVCOPIAE

Claudianus. Si tu sancta Ceres, et te non Caspia tigris Edidit. ¶ Parthice a Parthia. Idem. Quem Parthica tigris Velat. ¶ Prope Niphatem Scithie fluium sunt etiam Tigres. Sidoronius. Aut vt tigriferi pharetrata per arua Niphatis.

9 Tarandis.  
¶ Tarandum animal tauri magnitudine, et pelle versicolore (qua scuta fiunt) fert Scythia Torlionibus.

10 ¶ Torfio piscis est similis Delphino, preterquam rostro. Hunc gignit mare Ponticum, Thrifis piscibus.

11 ¶ Thrifas in Tyberi fluuio laudatissimas reperiri scribit Plynius. Has in Aegypto circa Moroe stagnum, coloni flebilibus numeris elce vice deceptas expiscantur.

12 Thynnis.  
¶ Strabo ait Thynnos pisces mirae magnitudinis in Hispania reperiri, eosque glande vesci prodit.

13 Thricijs.  
¶ Thricie pisces sunt frequentes in Istro, ex quo quum in mare venerunt, nunquam postea remeant.

14 Thymallo.  
¶ Thymallum piscem magnitudine cubitali gignit Ticinus Italiae fluius.

15 Tuberibus.  
¶ Tubera poma seu cibi in magnis olim delicijs fuerunt, Asię nobilissima extitere circa Lampacum et Alopeconesum, Graeciae vero circa Elidem. Praestant Africana. De his Martialis. Rumpimus altricem tenero de vertice terram Tubera, Boletis poma secunda fumus.

16 Tela.  
¶ Aufonius telam commendat Perficam, vbi ait. Laudet Achemenias Orientis gloria telas. Molle aurum palijs graecia texte tuis. ¶ Commendatur Aegyptia ob praecipuam lini bonitatem, vel quod multis licijs (que Polymita dicuntur) texere docuerint. Lucanus libro decimo. Vt mos est Pharijs miscendi licia telis. Syllius libro decimoquarto. Quae radio caelat Babylon, vel murice picto Leta Tyros, quaeque Attalicis variata per artem Auleis scribuntur acu, aut Memphitide tela. ¶ Setabis vrbs Hispanie tela claruit. Syllius libro tertio. Atque altrix cella mittebat Setabis arce, Setabis et telas Arabu spreuisse superbas Et Pelusiaco filum componere Nilo.

17 Tauris.  
¶ Clitumnus fluuius est vmbriae, cuius aqua pota caedidos boues (qui ibidem sunt frequentes) reddit. Staius libro primo Syluarum. Aut praesent niueos Clitumna noualia tauros. Claudianus in Epigram. Non tales Clitumne lanas in gurgite tauros.

18 Meuania oppidum est vmbriae, Clitumno fluuio propinquum, ferax tauroru et armenorum. Lucanus libro primo. Est qui tauriferis vbi se Meuania campis Explicat. Mantuanus. Tarpeio niueos mittet Meuania tauros.

¶ Taxus arbor est feralis, baccas proferens venatas, a qua toxicum velut Naxicum appellatur. Frequens est in Hispania et Corsica. Vnde Virgilius. Sic tua Cynaeas fugiant examina taxos. Plynius ait Arcadiae taxos tam praesentis esse veneni, vt si quis sub ijs dormiat, cibum ve capiat, statim moriatur.

19 Tapetibus.  
¶ Alexandria et Assyria tapetibus claruerunt, qui inde Assyrii et Alexandrini vocantur. Staius libro secundo Thebaidorum. Fuderat Assyrijs extincta tapetibus alto Membra thoro.

20 Thermis.  
¶ Baiae ciuitas est Campaniae, in cuius agro calide sunt aquae ad voluptatem, et ad varios morbos apulissimae, vnde et therme Baeanae celebratae sunt.

21 Tragoni et Trogete.  
¶ Tragonis seu Rhagion herba nascitur in Creta tantum insula in maritinis, Iunipero similis et femine et folio et ramis. ¶ Trogetes arbor nascitur in inferiore Cyrenaicae parte.

22 Thymo.  
¶ Thymus seu Thymum herba est apibus gratissima, qua abundant Hybla et Hymettus. Virgilius in Buccolicis. Nerine Galathea, thymo mihi dulcior Hyble. Martialis libro quinto. Hybleis madidas thymis placentas.

Triticio



Triticum.  
 ¶ Plynius ait Bizantium Africa campum centenos quinquagenos tritici modios reddere  
 atque missa Augusto ex vno grano quadringenta paucis minus germina, & 340. stipu- Bizantiū  
 las Neroni ex vno grano. ¶ Cum centesimo quidem et Leontini Siciliae campi fundunt, Sicilia  
 Sunt imprimis feraces tritici tota Betica et Aegyptus.

Tribulus.  
 ¶ Thracia tantam habet tribulorum copiam, vt eorum folijs equos saginent, qui ad Stry- 24  
 mona habitant.

Tragelaphis.  
 ¶ Tragelaphi animalia iuxta Phasim Colchorum amnem nec alibi nascuntur. 25

Turdus.  
 ¶ Idem ait Turdos frequentes in Germania cerni, maxime hyemis tempore. 26  
 Rauisij Textoris Cornucopiae,  
 De Litera. V

Vasis, Samos, Cuma, Corinthus, Aretium.  
 ¶ Venenis & herbis venenatis, Theffalia, 1  
 Pontus, Colchos, Iberia, Scythia, Atrax, 2  
 Citea, Phasis.

¶ Vellere, Seres, Miletus, Assyria, Thuscus vicus 3  
 ¶ Vestibus, Pellene, 20

¶ Vitis, Pteleon, 4

¶ Vitulis, Italia, 5

¶ Vrbibus, Creta, Aegyptus, Bactri, Italia, 6  
 Hispania, Celtiberi, 7

¶ Vitarijs, Britannia, 8

¶ Vnguentis, Loca diuersa, 9

¶ Vris, Myfia, Roxolani, 10

¶ Vris, Hercynia, 11

¶ Vtilis, Borippa, 12

¶ Ventis, Gonocissa, 13

¶ Vnionibus, Ganges, 14

¶ Vitro, Sidon, India, 15

¶ Vnedonibus, Arabia, 16

¶ Vicijs, Taprobane, 17

¶ Vulturibus, Caucasus, 18

¶ Vlva, Padusa, 19

¶ Vino, et vitibus, diuersa loca, 20

Vasis.

Habet Samos insula figulinum lutum, conficiendis vasis (quae in aesculentis laudat-  
 tur) aptissimum. Vnde Tibullus libro secundo, At tibi leta trahant Samiae conuis-  
 uia testae. ¶ Cumq; quoque ciuitas Campaniae vasis olim terreis gloriabatur. Idem  
 Tibullus, Fictaque Cumana lubrica terra rota. De Samijs, Pamphilus, Non pudeat Samio  
 te massica fundere vase. Vina bibit magnis Porsena fictilibus. ¶ Corinthus vrbs Graeciae  
 prima coreumatum, vasorumque luxuriam commenta est, quae Corinthia propterea dis-  
 cuntur, et eorum amatores Corinthiarij. Suetonius in Augusto, Pater argentarius, ego Co-  
 rinthiarius. Staius, Aeraq; ab Isthmiacis auro potiora metallis. ¶ Aretium oppidum Ethru-  
 siae fuit etiam vasis fictilibus admodum celebre. Nam ex terra Aretina fiebant vasa ficti-  
 lia multum laudabilia Authore Plynio. Vnde Martialis, Aretina nimis ne spernas vasa,  
 monemus, Lautus erat thuscis Porsena fictilibus.

Venenis, & herbis venenatis.

¶ Abundat venenis & herbis veneficis Theffalia. Tibullus libro secundo, Quicquid et  
 herbarum Theffala terra dedit. Propertius lib. 1. Et bibere e tota Toxica Theffalia. Idem  
 libro tertio. Eluere aut vasto Theffala saga mari. Horatius libro primo Car. Quae saga, qd  
 te soluere Theffalis Magus venenis, quis poterit deus. Lucanus lib. 6. Theffala quinctia  
 cellus herbasq; nocetes Rupibus ingenuit. Idem. Terris hospita Colchis Legit i Hemonijs,  
 quas no aduexerat herbas. Oui. lib. 1. Na mea Theffalico laquer deuota veneno Corpora,  
 m iij Pontanus

2  
 Theffalia

CORNVCOPIAE

Pontanus libro secundo amorum. An mage thessalicis tentem medicamina verbis. Et r̄u-  
pam magico vincla veneficio.

¶ Pontus quoque veneficis abundat herbis. Virgilius in Bucco. Has herbas, atque hæc  
Ponto mihi lecta venena. Ipse dedit Mœris, nascuntur plurima ponto. Mantuanus. Virofi  
infamia Ponti Gramina. ¶ Colchos et Iberia sunt etiam feracis veneni. Horatius. Herbas  
que, quas Cholcos et Iberia Mittit venenorum ferax Idem. Ille venena Colchica. Et quic-  
quid vsquam concipitur nefas, Tractauit. Idem. Calet venenis officina Colchicis. Ouidi<sup>9</sup>

Scythia.  
Atrax  
Citea

libro septimo Metamorpho. Sed postquam Colchis arsit noua nupta venenis.

¶ Scythia, Staius libro quarto Thebaidorum. Et Scythicis quotiens armata venenis Col-  
chis aget. ¶ Atrax vrbs est Thessaliae itidem veneni ferax. Valerius Flaccus libro sexto ar-  
gon. Quamuis Athracio Lunam spumare veneno Sciret.

¶ Citea vrbs fuit Colchorum, veneficij famosa. Propertius libro primo. Tunc ego credis  
derim vobis et sydera, et amnes Posse Citeinis ducere carminibus. Vnde et maga Citais  
ab eodem vocatur libro secundo, vbi ait. Non hic herba valet, non hic nocturna Citais.

Non per medeæ gramina cocta manus. ¶ Phasis fluuius Colchorum. Ouidius. Quid te  
Phasiacæ iuuerunt gramina terræ?

Seres

3

Vellere.

¶ Seres populi sunt orientales, apud quos arbores sunt non folia solum, sed lanam quoq;  
tenuissimam proferentes, ex quarum frondibus, caniciem depectunt aqua perfusam, &  
ex vellere vestimenta conficiunt, quæ vocantur Serica. Virgilius libro secundo Georgi-  
corum. Velleraque, vt folijs depectunt tenuia Seres. Pontanus. Quæ dea nunc radio per  
Serica vellera miscet. Politianus in Ambra. In numerus nec Serica vellera Bombix, Assy-  
rius gemmas, Ser vellera, thura Sabæus. Aufonius. Iã pelago volitat mercator vestifluus  
Ser. Baptista Pius. Tegmina vestiflui qualia seres habent. Seneca in Thyeste. Et quocun-  
que loco iacent Seres vellere nobiles. Idem in Hippolyto. Quæ fila ramis vltimi Seres les-  
gunt. Propertius libro primo. Quid releuant varijs Serica textilibus? Claudianus, Stamis  
ne, quod molli tondent de stipite Seres Frondea lanigere carpentes vellera syluæ.

¶ Miletus vrbs Ionie. Lanarum et vellerum præstantia, magnam quoque meruit laudem;  
Martialis. Nec Miletus erat vellere digna tuo. Horatius libro primo Episto. Alter Miletii  
textam cane peius et angue Vitabit chlamydem. Virgilius libro tertio Georgicorum.  
Quamuis Milesia magno Vellera mutantur, Tyrios imitata colores. Politianus in Rust.  
Aut bis in Herculea Milesia vellera Concha. Codrus Vreus. Ille licet multū Milesia vel-  
lera iacet. ¶ Assyria quoque laudem meruit vellerum præstantia. Claudianus. Quæ vel-  
lera tantum ditibus Assyrij spumis fucantur aheni. ¶ In Thusco vico vrbs Romæ tinges-  
bantur optimæ lanæ. Vnde Martialis libro vndecimo. Nec nisi prima velit de Thusco tes-  
rica vico, Et luuenalis satyra sexta. Et vellere Thusco Vexat, dureque manus.

Pellene

4

Vestibus.

¶ In pellene Achaicæ ciuitate diuersæ vestimentorum formæ fieri consueuerunt. Vestes  
Pellenicæ adeo nobiles fuerunt, vt in Iunonis ludis ac certaminibus, victori Lacerna Pelle-  
nica præmij vice daretur.

Pteleon

5

Vlmis.

¶ Pteleon vrbs Thessaliæ, nomen habuit ab vlmorum frequentia.

Italia

6

Vitulis.

¶ Sunt qui velint Italiam a taurorum bouum, vitulorumque multitudine et præstantia no-  
minatam. Græci enim (inquit Gellius) Italos vocant vitulos.

Creta

7

Vrbibus.

¶ In Creta insula centum fuerunt vrbes, Ouidius libro sexto. Fama noui centum Creteas  
forfitan vrbes Impleffet monstri. Idem in Epistolis. Non ego te Crete centum digesta per  
vrbes Aspiciam. Lucanus libro tertio. Iam dilecta loui centenis venit in arma Creta vetus  
populis. Horatius. Quæ simul centum tetigit potentem Oppidis Cretam. Seneca in Troa  
de. Vrbibus centum spaciola Crete. ¶ Aegyptij regnante Amasi viginti millia vrbium  
habitauerunt. Herodotus libro secundo. ¶ In Bactrianis mille vrbes fuerunt. In Italia sep-  
tingentæ. Vnde Claudianus. Prima padum, Tyberimque ligat, crebrisque micantem Vr-  
bibus Italiam. ¶ Tarraconensis Hispania continet oppida, 293. Polybius scribit trecentas  
Celtiberorum vrbes a Tiberio Graccho expugnatas.

Britannia

8

Viuarijs.

¶ Viuarum animalium (inquit Volaterranus) ad tria millia in tota Britannia insula cer-  
nuntur.

Vrtica pisce

	Vrtica pisce.	
¶	Vrtica piscis adhærens scopulis frequens est in Chalcide Euboicæ.	9 Chalcis
	Vnguentis.	10
¶	Vnguentum Rosaceum optimum est apud Phaselidem, Neapolim, et Captam, Crociz num in Sicilia et Rhodo. Nardinum apud Tarsum, Oenanthinum & Omphacinum apud Cyprum, Adramyctinum, Amaranthinum, Coum, Melinum, Metopium, Mendefiur, in Aegypto, Iridis optimum apud Elidem. Fuit et Agathula insula vnguento nobilis, vna earum, quæ Sporades dicuntur. Item Syria, Propertius libro secundo. Quum dabitur Syrio munere plenus Onix, Antiquitus laudatissimum fuit vnguentum in Delo insula. Terrarum omnium accommodatissima vnguentis est Aegyptus. Ab ea campania est proxima copia rosæ. Batylli populi, Cyprij, Cyziceni, Corinthij, vnguentis madent.	Loca diuerfa
	Vrsis.	11
¶	In Myfia vrsi sunt albi tanto infecti veneno, vt canes venantes solo afflatu perimant.	Myfia
¶	Apud Rhoxolanos et Litanos maximi capiuntur vrsi, qui mansueti regibus sunt in delicijs.	
	Vris.	12
¶	Vri animalia sunt magnitudine paulo infra elephantos specie, et colore, et figura tauri, magnavis eorum est, & magna velocitas, neque homini neque fere quâ conspexerint parant. Reperiuntur in Hercynia sylua Germaniæ, authore Cæsare Commētariorū sexto. Plinius Cap. 15. noni, et Solinus de his meminerunt.	Germania
	Vlulis.	13
¶	Vlula in Borsippa Assyriæ ciuitate miræ magnitudinis, ac cibo expetita inueniuntur. Strabo libro sextodecimo,	Borsippa
	Ventis.	14
¶	Gonoessa Aetoliæ ciuitas perpetuis ventis agitatur, Seneca in Troade. An carens nunquam Gonoessa vento,	Gonoessa
	Vnionibus.	15
¶	Vniones gemmæ reperiuntur in Gange. Mantuanus. Vnioque ingenti candens Gange ticus orbe,	Ganges
	Vitro.	16
¶	Plinius ait Sidonem vitri officinis quondam fuisse nobilem. Idem libro quinto. Sidonem vocat vitri artificem, Vitra fiunt in India e crystallo, Et ob id nullum comparatur Indico.	Sidon
	Vnedonibus.	17
¶	Liba apud Plinium testis est Vnedones arbores esse in Arabia quinquagenum cubitorum altitudine,	Arabia
	Vicos.	18
¶	Habit in insula Taprobane vicos. 700. quos pagos dicimus.	Taprobane
	Vulturibus.	19
¶	Vultures non aliorum dicuntur Caucaei, quam quod in Caucaaso abundant. Virgilius in Buc. Caucaesasque refert volucres, furtumque Promethei. Hinc orta poetarum fabula de Prometheo, quem ibidem rodia vulture fabulantur.	Caucasus
	Vluæ.	20
¶	Padusa fluitus Rauennæ vicinus plurimum habet vluæ, Mantuanus. Et vuluipare telus vicina Padusæ.	Padusa
	Vino et vitibus.	21
¶	Tmolus mons Lydiæ, Falernus, & Massicus Campaniæ, Aulon Calabriæ, optimo abundant vino. ¶ Tmolus. Syllius libro septimo. Atque ex illo tempore diues Tmolus. Seneca in Theb. Hinc nota Baccho Tmolus attolitiuga. Ouid. lib. 6. Meta. Deseruere sui nymphæ vineta Timoli. ¶ Falernus. Varro. Quod far comparandum Campano? Quod triticum Appulo? Quod vinum Falerno? Tibullus. Nunc mihi fumosos veteris proferte Falernos. Idem. Non tibi si precium campania terra daretur. Non tibi si Bacchi cura Falernus ager. Syllius. Hic vero intravit postquam vberis arua falerni.	Tmolus
¶	Massicus. Syllius libro septimo. Massicus vuiseris addebat nomina glebis. Horatius. Est qui nec veteris pocula Massici. Virgi. libro septimo. Vertunt felicia Baccho Massica. Stat. lib. 4. Sylua. Gauro Massicus vuiser remittit. Martia. Massica Theseis tam bene vina fauis. ¶ Aulon. Horatius. Et amicus Aulon Fertilis baccho minimum Falernis inuidet vuis. Martialis. Nobilis et lanis. et Baccho fertilis Aulon. Det preciosa tibi velleræ, vina mihi.	Falernus
¶	Gaurus quoque mons Campaniæ, vinum habuit laudabile, vt Falernus. ¶ Cômédatur	Aulon
	m iij	Gaurus
	& vinum	

CORNUCOPIAE

- Lesbos** et vinum Lesbium. Propertius lib. 1. Lesbia Mentoreo vina bibas opere. Paphilus. Sevis etiam reddet, victam se Bacchica Lesbos. Horatius. Hic innocētis pocula Lesbij duces sub umbra. Aristoteles (vt scribit Gellius lib. 12.) agrotans gustato vino Rhodio, inquit. Firmum hercle vinum, & iucundum. Degustato inde Lesbio, vtrūq; inquit, oppido bonum, sed fauuius Lesbium. ¶ Methymna ciuitas fuit in Lesbo vini bonitate nobilis. Virg. lib. 2. Georgi. Quam methymneō carpit de palmitē lesbos. Syllius lib. 7. Ac Methymna ferax, latij cessere Falernis. Pamphi. Lesbia pāpincos spargit Methymna racemos. Hora. libro secundo Ser. Quod Methymneam vicio mutauerit vnam. Ouidi<sup>9</sup>. Gargara quot segetes quot habet Methymna racemos. ¶ Cæcubum oppidum Campaniæ commendat etiam vini bonitas. Martialis. Cæcuba Fundanis genicrosa coquuntur amicis. Idem lib. 6. Cæcuba non solos vindemia nutriat orbis. Hora. Cæcubū, & prælo domitā Caleno Tu bibes vna. ¶ Fuit & in Caleno vrbe Campaniæ vinum generosum. luuenalis. Quæ molle Calenum
- Calenum** Porrectura viro miscet litiente Ruberam. ¶ Formiæ vrbs iuxta Caietam, antiqua Lestris gonum sedes fuit nobilis vino. Horatius. Mea nec Falernæ Tēperant vites, neq; Foraminia Pocula colles. ¶ Setia vrbs Campania superbit etiam vini bonitate. Martia. lib. 4. Tu Setia quidem semper, vel Massica ponis. Idem in Xenij. Pendula pāpineos quæ spectat Setia campos, Exigua vetulos misit ab vrbe cados. Pamphilus. Spargit Cāpanis Setia clara iugis. ¶ De surrento Campaniæ oppido. Martia. Surrentina bibis, nec Myrrhina picta, nec aurū dume, dabunt calices hæc tibi vina suos. ¶ Habuit & prædulces vvas Alba vrbs Italiæ, Martialis. Hoc de Cæsareis mitis vindemia cellis Mittit. Iulæo quæ sibi mōte placet. ¶ Fundanum etiam commendatur a Fundis oppido Campaniæ. Martialis. Hæc fundana tulit felix Autumnus opimi. ¶ Messana vrbs Sicilia, a mamertinis Campaniæ populis habitata optimum ferebat vinum. Martialis. Amphora Nestorea tibi Mamertina fenestra Siderur, quoduis nomen habere potest. Plinius. Quartum curriculum obtinere publicis epulis a diuo augusto Mamertina circa Messanā in Sicilia genita. ¶ Chios insula maris ægei, & Arutium in ea promontorium laudantur vini præstantia. Syllius lib. 7. Et ambrosijs Arutia pocula succis. ¶ Veientum Ethuriæ oppidum. Horatius. Qui Veientanum festis potare diebus. Martia. lib. 2. Veietana tuam si domat vva sitim. ¶ Aminei populi fuerūt, vbi nunc est Falernus, quorum regio Aminæ dicebatur vini feracissima. Virg. lib. 2. Geor. Sunt & Aminæ vites firmissima vina. ¶ Thalys insula maris ægei vinum habuit laudabile. Virg. lib. 2. Geor. Sunt Thasiæ vites, sunt & mareotides albæ. ¶ Mareotis pars Aegypti itidem. Horatius. Mentemq; lymphatam Mareoticæ rededit in veros timores. Stati<sup>9</sup> lib. 3. Sylua. Sparlit Tyrrenæ Mareotica vina Mineruæ. Hoc vinum durat in longam vtilitatem. Naxos insula maris ægei, a fertilitate vini Dionysia dicta est. Vnde Pontanus vitigenam eam appellat, dicens. Hanc post vitigenæ spaciens litora Naxi, Bacchicam, Stratus lib. 4. Achill. Lemnos, & a tergo decreuit Bacchica naxos. ¶ Maronea vrbs Ciconum laudata est vino, quo Vlysses inebriauit Polyphemū. Tibullus. Victa Maroneo fœdatus lumina Baccho. ¶ Methone quoq; vrbs in Thracia, nomen habuit avini copia. Nam Methim Græci ebrietatem vocant. ¶ Tarraco in Hispania etiam vino claruit. Syllius lib. 3. Dat Tarraco pubem Vitifera, & Latio tantum cessura Lyco. ¶ In Hircania vitem vini metretam ferre, ficum ficorum modios sexaginta, triticum delapso e culmis fructu denuo nasci, in arboribus apes operari et mella de frōdibus fluere, author est Strabo libro secūdo ¶ Idem scribit in Margiana regione Mediæ vitem sepius inueniri, cuius stipitem vix duorum hominum vlnæ cōplectantur, Racemū duorum cubitorum longitudinem implere. ¶ Vina apud Græcos celebrata fuere Prannium Cereri sacrum, Chium, Thasium, Lesbiū, Creticum, Vnde author carminis obscœni. Vuçq; qualis flaua modo legit Cretæ. & apud Syracusanos Poliū, Coū, deniq; & Rhodiū. Celebrantur, & alia pleraq; loca vini bonitate q̄ omnia longum esset recensere. Propterea summam subijciamus, quod in compendiu redegimus ex Plyniō lib. 14. cap. 16. ¶ Augustus (inquit) Setinum prætulit cunctis. Antea Cecubo erat generositas in palustribus populetis. Secunda nobilitas agro falerno. Nascitur Gauranū in summis collibus, medijs Faustini, imis Falernū. Albanæ vva sunt prædulces. Surrentina in vineis tātū nascuntur, cōualescentibus maxie probata, ppter tenuitatem salubritatemque. Nam quæ spissa sunt, non adeo profunt morbis. Surrentino medici nobilitatem dabant. Certant Massica æque ex monte Gaurano. Præponuntur Calena, et quæ in vineis arbutis que nascuntur Fundana. Augustus probauit Mamertina, circa Messanam Sicilia genita. Potulana ab authore dicta etiam laudantur, Retica Falernis tantum post habentur a Virgilio. Ethuriæ palmam Luna habet, Liguria Genua, inter Pyrenæum Alpesque Massilia. Hispaniarū Laetana, copia nobilitantur. Elegantiavero Tarracōnenlea

mensia, atque Lauronesia, & Balearica ex insulis, Italiae primis conferuntur. In summa gloria fere Thasium, Chiumque, Ex Chio, quod Arusium vocant. Item Lesbium, quod Ipon Mantuanus in Brixia sic inquit,

Cretica gnosiacos celebrat vindemia colles,  
Chiaque nectareos aruisia pocula succos,  
Atneque Campani mollissima vina Falerni,  
Et que flammium pariunt arbutta Veseni  
Sunt laudata parum, vineta Ligustica passim  
Fama canit, Tusci extollunt Arnesia musta,  
Quae Trebulana vocant, vitro poranda capaci.  
Verum nulla tuis contendere vitibus aufit  
Patria, nulla tuo tellus certare Lyco.

De Brixia loquitur. Idem de Creticis loquens, Nec Rhadamantæis melior vindemia pendet vitibus. Quid autem de Gallicis dicendum? De quibus veteres nihil fere scriptum reliquerunt, ne alienæ gentis gloria suam ipsi deprimerent. Existimabant, fuliginem, & tenebras suis inducitur iri, si de nostratibus verba facerent. Sciebant enim terram Gallicam populi virtute omnium prestantissimam, vini quoque gloria non esse inferiorem, immo & feliciorum multo. Propterea hoc velut conuenientes pretermiserunt, quæ tamen sit in conspectu Belnensibus, Niuernis, Andegauensibus, Aurelianis, Parrhisinis meliora non reperiri, etiam si exotica omnia conferre libeat. Sed iam nostræ copię finem faciamus. Nam tametsi cursim omnia, & velut per transfennam attigerimus, remque omnem leui (quod aiunt) brachio excusserimus, satis tamē hæc ipsis etiam literarum heluonibus fore cōfido. Quod si quis rem parum, accurate dicat curatam, curet curiosius. Habebit saltem, vbi doctrinæ suæ, & eloquentię neruos exerceat.

¶ Loca Diuersis rebus carentia.



Ongruum videtur, vt rerū copiam subsequatur penuria. Propterea paucis narrare constitui, quibus locis quæque res desint, vt animi pascantur varietate, quæ tantum voluptatis consuevit parere, quantum ciborum diuersitas, mensis. Sed iam hanc rumpamus glaciem, & iter aperiamus lectori. ¶ Insula est Carthaginem versus, Gaulegalata nomine, cuius terra scorpionem dirum animal Africae necat. ¶ Dicuntur & in Clupea emori scorpiones. ¶ Nilus vnus omnium fluviorum nullas expirat auras, auctore Plinio. ¶ Sigaros Arabia est insula, quam canes non intrant. Expositique circum litora, errando moriuntur. ¶ Fentyre insule Crocodili non adnata, Olfactuque incolarum, serpentes fugantur. ¶ Ceruos Africa propemodum sola non gignit, nec etiam vrsos. Mirum est Plinium scripsisse vrsos in Africa non reperiri, quum in præcis annalibus Domitius Aenobarbus ædilis legatur vrsos centum Numydicos, & totidem venatores Aethiopus in circo dedisse. Plinio quoque refragari videtur Martialis dicens. Quod freno Lybici domantur vrsi. Et Iuuenalis satyra quarta. Cominus vrsos Figebat Numydas albana nudus arena. ¶ Asinis (quod sint frigidis impatientes) carent Pontus, & Scythia regiones frigidissima. ¶ In Arabia suillum genus non viuunt in vilo genere, maxime in regione Scæntarum populorum. ¶ Mustelle in Bœotiam lebadiam illate, solum ipsum fugiunt. ¶ In Ithaca lepores illati moriuntur extremis quidem in litoribus. ¶ In Ebuso, Cuniculi non sunt. ¶ In Olympo Macedoniae monte non sunt lupi. Lupos quoque non gignit Anglia, nec aliunde aduectos nutrit. ¶ In Creta insula non sunt vulpes, nec vrsi, nec vllum omnino maleficum animal præter Phalægium. Item non sunt cerui, nec apri, nec Attagene, nec Herinacci. ¶ Plinius ait in Africa nec esse apros, nec ceruos, nec capreas, nec vrsos. ¶ Idem ait cornicem nunquam Athenis aspici. ¶ Hirundines Thebarum tecta non subeunt, quoniam vrbs illa sepius capta sit. Nec Biziæ in Thracia cernuntur, propter scelera Thefei. ¶ In Creta insula non sunt noctuæ, & si qua euecta sit, emoritur. Mantuanus. Non habitant colubri quedam Balearibus arua Proxima, non memini nomen, neque noctua Cretam. Nec nemus Aegerie sonipes, nec vir bonus vrbe. Rhodos aquilam non habet. ¶ Larius lacus est Italiae transpadane, ad quem Ciconiæ non transmeant. In Fidenate agro iuxta Romam, Ciconiæ, nec nidum faciunt. ¶ Picus Martius negatur esse in agro Tarentino. ¶ Perdices non transuolant Bœotiæ fines in Attica.

CORNVCOPIAE

Attica. ¶ Non est vlla auis in Ponto insula, in qua sepultus est Achilles. ¶ Cerasi in Aegypto, nulla cura vnquam potuere gigni. ¶ Hedera non nascitur in India, nisi in monte Mero. ¶ In Aegypto, & Syria reges inopia abietis, cedro ad classes feruntur vsi. ¶ Magudaris non provenit in Cyrenaica regione. ¶ Thymū herbam apibus gratissimam non habet Arcadia. ¶ In Carina monte Cretæ, muscæ non reperiuntur. Templum quoq; Hercules, Romæ non ingrediebantur. ¶ In Aegypto non nascitur Hebenus arbor. ¶ Tisnæ in Thracia & Phrygia non nascuntur. ¶ India, neque æs, neque plumbum habet, sed gemmis suis, ac margaritis hæc permutat. ¶ Mures non sunt in Paro insula. ¶ Daulis oppidum est non procul Delphis, vbi Lucinia non parit. ¶ Herodotus ait nullos mulos gigni in Scythia, propter immensum frigus. ¶ Montes non habet Lusitania, teste Strabone. ¶ Cicerero ait Anglos oleo carere, & vino, pro quo ceruisia vtantur. ¶ Gauleon regio Lybiæ serpentes non nutrit. ¶ In Coronea Bœotia vrbe talpa non gignitur. ¶ Hiberniam serpentibus carere author est Beda libro primo Hist. Ecclesiasticæ gētis Anglorum, quum nullum ibi reptile videri soleat, nullus viuere serpens valeat. Nam sæpe illo de Britannia allati serpentes, mox vt proximantes terris, odore illius attracti fuerint, intereunt.

FINIS.

¶ Blasij Madroneti carmen.

In nuce conclusam magni miraris Homeri  
Iliadem, nugis Græcia nota tuis?  
Pone supercilium, & tumefactas reprime cristas.  
Ecce tuis factis res noua maior adest.  
Namq; habet exiguū cornu, quod terra, quod æquor,  
Quoque paritrefugi Solis vterque locus.  
Quanta tibi rerum est opulencia, Candide Textor,  
Est tibi, quod Phrygij non tulit arca Mydæ.  
¶ Henrici abbatis Nuncuriani ad doctissimum  
virum Venellum, Carmen,

**R** Es noua Mœonia nunquam prius eruta cornu,  
Prodit in nostras res inaperta manus.  
Copia, quam nec alit fecundo iugere Pestum.  
Quam nec Coryciæ gloria mellis, adest.  
Miror ego innumeris distinctum rebus agellum,  
Quodque ferat tantas hortulus vnus opes.  
Quid tibi doctrinæ seruas imberbis Apollo?  
Quicquid habes, populo Iudice, Textor habet,  
Textor habet modulos, mulas, arcanaque nouit.  
Quæ vel apud superos, Antipodasque latent.  
Qui violis gaudes, Musisque Venelle reuoluas  
Hoc opus, innumeras dat tibi Textor opes.  
¶ Eiusdem Henrici ad eundem Venellum,  
Carmen Phalecium.

**T** V qui multijugis Venelle, rebus,  
Et Musis fatias tuos ocellos,  
Hunc hunc floridulum vides agellum,  
Candore Elysi sereniorem,  
Quem non Alcinous, nec ipse Adonis  
Vnquam purpureo rigauit Ostro,  
Verum Cecropiæ comes Mineruæ,  
Textor Migdonia parauit arte.  
Inquiris violas? rogas amomum?  
Narcissum, Casiam, Thymum virentem?  
Textor molliculo sinu recondit,  
Quicquid ipsi Arabes ferunt odoris,  
Quicquid Hesperides suis rosetis.  
Hic est & Charitum chorus deartum,  
In riuis Dryades canunt tenellæ.

Pomofasque

Pomofasque tenent manu papillas,  
 Et mammæ pariter fororiantes.  
 Ornant, bafiolis fuauiantur,  
 Sertis vernicomis ligant corollas,  
 Pan clarus numeris, chely, & cicuta,  
 Mufis ecce parat leues choreas.  
 Hic eft floridulus, comatulusque  
 Hortus, non sterili scatens labrusca,  
 Hec eft omnigenis referta rebus  
 Vber copia. Si loui Venelle  
 Compar fatidico velis videri,  
 Hunc hunc floridulum teras agellum,  
 Candore Elyfio ferentiorem.

¶ Natalis Megifterij Roſetani, Exaſtichon.  
 Quam miſer es patrio Rauifi Textor ab ortu,  
 Quam te Romani non genuere patres,  
 Hi tibi pro tanta ſtatuam virtute locarent.  
 Si qua homini ob ſtudium conficienda foret,  
 Nam te Romanus nemo eſt Romanior, hoc eſt,  
 Cultior eloquio, charior ingenio.

¶ Antonij Reſſini Carmen.  
 Deſine miratrix priſcorum fama dierum,  
 Thuriferi magnas tollere Gangis opes,  
 Nec te commoueant opulenti æraria Croeſi,  
 Quodque metallifero parturit amne Tagus.  
 Hoc liquidem modico dabitur tibi Copia cornu,  
 Quam primi veterum non habuere dies.  
 Lector eme, exiguo crefcet tibi tempore fructus,  
 Reddere te ditem lectio parua poteſt.

¶ Guidonis Mommiraldi in Cornucopia  
 Textoris Encomium.  
 Nongemmis Lybiæ, Gazis neq; perſica tellus,  
 Murice nec tumeat luxuriouſa Tyros.  
 India condat ebur, pictique aulae a Britanni,  
 Illa metalla Paros marmora, Croeſus opes;  
 En noua Textoris cornu fert copia pleno,  
 Terra ſuo quicquid parturit ampla finu.  
 Dat gemmas, aurumque lubens cuiſcumque petenti,  
 Et ſi quid gemmis pulchrius eſſe poteſt.

FINIS.

¶ Homines & populi, re aliqua inſignes & clari.

**S**Cythæ equitatus & equorum gloria ſtrepunt, inquit Plynius. Equo inſidere pri  
 mi docuerunt Theſſali. Vnde nata apud eos de Centauris fabula.  
 ¶ Seres orientales populi nobiles ſunt vellere, vt iam docuimus.  
 ¶ Ithurei, Mœdi, & Parthi ſagittis. Lucanus lib. ſeptimo. Tunc & Ithurei Mœ  
 dique, Arabesq; ſoluto Arcu turba minax nuſquam rexere ſagittas. Catullus:  
 Seu Sacas ſagittiferosque Parthos.  
 ¶ Thuſci Aruſpicio. Tibullus libro tertio. Vera monent Thuſcis exta probata viris. Vnde  
 de Etruſcum aruſpicem Vitruuius, Thuſcum Sidonius vocant.  
 ¶ Gens Phœnicum fuit in magna gloria literarum inuentionis, ſyderum, naualiumque ac  
 bellicarum artium. Plynius libro quinto.  
 ¶ Hylas ceſtu, Phegeus paleſtra, Lycus ſtadijs, & curſu clari fuerunt. Auſonius. Clarus Hy  
 las ceſtu, Phegeus catus arte paleſtre. Clarus Olympiacis eſt Lycus in ſtadijs.  
 ¶ Pollux paleſtra. Statius libro ſecundo Syluarum. Siue catenatis curuatus membra pale  
 ſtris Staret, Amyclea conceptum matre putares.

Caſtor equis.

¶ Castor equis, Idem Statius libro quinto Sylvarum. Non totiens victorem Castora gyro, Nec fratrem cestu virides plaulere Terapnæ. Ouidius, Tyndaridæ fratres hic eques, ille pugil.

¶ Broteas & Ammon nomina sunt duorum fratrum qui cestibus claruerunt. Ouidius libro quinto Meta. Hinc gemini fratres Broteasque & cestibus Ammon Inuicti, vinci si possent cestibus enses, Phinea cecidere manus.

¶ Clari quoque fuerunt Marli, Vmbri, pŷylli venenis, Aegyptij, & Babylonij astrologia, Lacones breuitate, Scythæ Cretes, & Geloni sagittis, Curetes ære, Aegyptij listro, Tyrsi sagete, & Lyrcæ venatibus, quibus viuunt, Bœotij palestra, & gymniciis exercitationibus, Athenienses naualibus, Lacedæmones legibus, Græci ingenio, Alexandrini dolis, Berofus Astrologia, Grāmatica Apollodor⁹, Hippocrates medicina, Archimedes geometria, Euclides numeris, Lynceus visu, Chiron, & Alcon arcu, Cicero eloquio, Cyrce venenis, Croesus diuitijs, Nireus forma, Exceestides peregrinatione, Amphion, & Orpheus lyra, Aristeus melle, Alcinous hortis, Amazones peltis, & securi, Argus visu, Annibal stratagemate, Alexander magnanimitate, Plato, & Aristoteles philosophia, Arachne lanificio, Archilochus iambis, Typhis arte nautica, Cato grauitate, Numa religione, Regulus fide, Scæuola constantia, Rhadamantus iudicio, Apelles pictura, Praxiteles sculptura, Traianus bonitate, Apollonius temperantia, Cyneus memoria, Labore Cleantes, Zoroastres magia, Hippolytus pudicitia, Manzus florentinus Spheristerio, Mangolinus latrunculis, Scauola pila, Arte Citharœdica Mytilenæi, Tibiarum modulis Thebani, Alexandrini grammatica, Geometria, & Philosophia, Arte statuaria Athenienses, Crotoniæ medicina, Aeginete Athletica, Sidonius de quibusdam sic meminit.

Pollux tum cestu laudatus, Castor habenis,

Pallas tum cristis, Delia tum pharetris,

Alcides claua, Mauors tum ludit in hasta,

Arcas tum virga, Nebride tum Bromius, Item

Axe pelops, cursu Hippomenes, luctaque Achelous,

Aeneas bellis, spectatus Gorgone Perseus,

Mantuanus in Epigram. quosdam varijs artibus insignes commemorat his verbis.

Praxiteles sculptor, vates Maro, pictor Apelles,

Herbi potens Chiron, belliger Hector erat,

Musicus Amphion, Typhis nauarchus, Apollo

Fatidicus, Mars vi, maximus arte Sinon,

Gnofiacis Alcon iaculis clarebat & arcu,

Mercurius linguæ munere, Castor equis,

Antomedon currus moderatur, aranea telam,

Artifices Pallas, Luna bicornis aquam.

¶ Propria gentium Epitheta.

¶ Apuleius cruditos appellat Aegyptios, sicuti Iudeos superstitiosos, Nabatheos mercatores, Fluxos vestium Arfacidas, Frugum pauperes Scythas, odorum diuites Arabas. Legimus Alexandrinos esse fallaces. Vopiscus scribit Aegyptios esse ventosos, furibundos, iactantes, iniuriosos, auidosque nouarum rerum. ¶ T. Lilius perfidiam pœnis, Cicero caliditatem, vt numerum hispanis, robur Gallis, artes Græcis, Italis sensum, Romanis pietatem ascribunt. ¶ Io. Picus Mirandula ponebat in Hebræorum doctrina mysteria & prodigia, in Græcorum disciplinis ingenium, in Romana academia politiam. ¶ Horatius vocat Britannos hospitibus feros, Persas infidos. ¶ Iulius Maternus ad Mauortium Lollianum scribens, Quædam (inquit) gentes ita a cœlo formate sunt, vt propria sint morū vniuersitate perspicua. Scythæ immensis feritatis crudelitate grassantur. Itali fiunt regali semper nobilitate prefulgidi, Galli stolidi, acuti Siculi, Luxuriosi semper Asiatici, & voluptatibus occupati, Hispani elata iactantiæ animositate prepositi. ¶ Blondus vocat Afros fraudulentos, Ligures duros, Campanos superbos. ¶ Christophorus Longolius Parrhisiensis in oratione de laudibus diuini Ludouici, & Francorum, vocat Britones duros, vafros Normanos, Religiosos francos, industrios Flandros, mites Lothoringos, faciles Andegauos, bellicosos Vascones, Burgundos feroces, Picardos alacres, frugi Santones, atque Pictauos, Narbonenses fideles, fortes Auernos, Hannonios pertinaces, magnanimos Senones, versutos Cenomanos, militares Bituriges.

¶ Gentium insignia.

¶ Insignia Scytharum fulmen, Gallorum olim Buffones, nunc lilia, Romanorum Aquile, Sus phrygium,



Sus Phrygium gemine rotæ Corallorum, Thraciæ Mars, arcus & pharetræ Perfarum, Anglorum leones & rosæ, Ligurum leo, Atheniensium noctua.

Deorum insignia.

Fulmen Iouis, Tridens Neptuni, framea Martis, Herculis clava, Bacchi Thyrsus, Deorum insignia quæ sunt his verbis docet Author Carminis Obscœni dicens.

Cur Obscœna mihi pars sit sine veste requiris,  
 Quæro tegat nullus cur sua signa deus?  
 Fulmen habet mundi dominus, tenet illud aperte,  
 Nec datur equorea fuscina tecta deo.  
 Nec Mauros illum per quem valet, occulit enssem,  
 Nec latet in tepido Palladis hasta sinu.  
 Num pudet auratas Phœbum portare sagittas?  
 Clam ne solet pharetram ferre Diana suam?  
 Num tegit Alcides nodosa robora clauæ?  
 Sub tunica virgam num deus ales habet?  
 Quid Bacchum gracili vestem prætere thyrso?  
 Quis te celata cum face vidit amor?  
 Nec mihi sit crimen quod mentula semper aperta est,  
 Hoc mihi si telum desit, inermis ero.

Reges diuersarum gentium quibus nominibus appellentur.

Argiuorum reges dicuntur Abantiada, Perfarum Achæmenida, Aegyptiorum Ptolemæi, & Pharaones, Latinorum Murrhani, Albanorum Syluij, Syriæ Antiochi, Arabum Arabarchæ, Lybicum Lybiarchæ, Thebanorum Labbacidæ, Parthorum Arsacidæ, Romanorum imperatores Augusti, & Cæsares.

Vota hominum diuersa.

Votum L. Metelli.

Votum Pyrrhi Epyrotarum regis;

Votum Augusti.

Votum Caligulæ imperatoris.

Votum Darij Perfarum regis.

Votum Martialis.

Votum Horatiij.

Votum Augustini.

Votum Tibulli.

Votum Criciæ.

Votum Camilli.

Votum Annibalæ.

Votum Perichis.

Scribit Plinius libro septimo L. Metellum decem maximas res optasse, vt pote voluisse primarium bellatorem esse, Optimum oratorem, Fortissimum imperatorem, Auspicio suo maximas res geri, Maximo honore vti, Summa sapientia esse, Summum senatorem haberi, Pecuniam magnam bono modo inuenire, Multos liberos relinquere, & clarissimum in ciuitate esse. Quæ omnia illi contigerunt.

Pyrrhum Epyrotarum regem ferunt (vbi immolaturus templam inuiseret) non regni amplioremodum, non de hoste victoriam, non gloriam illustram, aut diuitias, sed sanitatem modo a dijs comprecari solitum, ceu parte hac bene constituta prosperius cessura viderentur omnia. Cælius lib. 4. Cap. 24.

Augustus Cæsar (quum 54. annum ageret) precatus est a dijs Scipionis fortitudinem, benignolentiam Pompeij, & Cæsaris fortunam. Plutarchus de fortuna Romanorum.

Optabat Caligula vnicam esse populo Romano ceruicem, quo facilius vno ictu abscedere posset. Votum hominis carnificis, & sanguinarij, Baptistæ Egnatius.

Darius oblato sibi malo punico, tot optasse fertur Zopyros, quot illic essent granorum. Idem dicebat se malle zopyrum vnum incolumen habere, quam viginti Babylones occidere. Herodotus author libro tertio, & Plutarchus in Apophthegmatis.

Martialis Libro primo ad Frontonem scribens votum suum his exprimit verbis.

Vota tui breuiter si vis cognoscere Marci,  
 Clarum militiæ Fronto, togæque decus,  
 Hoc petit, esse sui nec magni ruris arator,

Sordidaque

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13

CORNVCOPIAE

Sordidaque in paruis ocia rebus amat,  
 Quisquam picta colit Spartani frigora saxi,  
 Et matutinum portat ineptus aue,  
 Cui licet exigui memoris, rurisque beati,  
 Ante focum plenas explicuisse plagas,  
 Et piscem tremula salientem ducere seta,  
 Flauaque de rubro promere mella cado.  
 Pinguis inæquales onerat cui villica menfas,  
 Et sua non emptus præparat oua cinis,  
 Non amet hanc vitam, quilquis me non amat, opto,  
 Viuat & vrbaniſ albus in officijs,

- 7 ¶ Optabat Horatius Tyburi, aut prope Galeſum Calabriae fluium conſeſcere his vrbis, Tybur Argeo poſitum colono, Sit meæ ſedes vtiſnam ſeneſcæ, Sit modus laſſo maris & viarum, Militicque. Idem lib. 1. Car. Optat mentem ſanam in corpore ſano.
- 8 ¶ Beatus Auguſtinus tria habebat in votis, vidiffie Chriſtum in humana natura, Paulum de Pulpito fulminantem, & ſpectabiles vrbis Romæ triumphos.
- 9 ¶ Votum ſuum Tibullus ſic exprimit, Me mea paupertas vitæ traducat inerti, Dum meus aſſiduo luceat igne focus,
- 10 ¶ Cricias tyrannus imprecabatur ſibi Scopadum diuitias, Liberalitatem Cimonis, & Ageſilai Lacedæmoniæ victorias, A author Plutarchus.
- 11 ¶ Furius Camillus nobilis imperator, exilio indigniſſimo ſolum vertere coactus, a dijs immortalibus precatuſ eſt, vt ſi innoxio ſibi ea iniuria fieret, primo quoque tempore deſiderium ſui ingratæ vrbis facerent. Lilius libro quinto.
- 12 ¶ Annibal apud Syllium optat ſibi dari obitum tam honeſtum, quam datus eſt Paulo Aemylio in clade Cannenſi. Sic enim ait libro decimo, Quum fata vocabunt, Tale precor no bis ſalua Carthagine lethum.
- 13 ¶ Pericles optare ſolebat ne quod ſibi verbum in mentem veniret, quo populuſ offenderetur. Quintilianuſ libro, 12.

¶ Quidiu vixerunt.

¶ Vixit Adam annis, 930. Eua toridem. ¶ Seth. 912. ¶ Enoſ filiuſ Seth. 905. ¶ Caynan filiuſ Enoſ. 910. ¶ Malalehel filiuſ Caynan. 895. ¶ Lared filiuſ Malalehel. 962. ¶ Enoch filiuſ lared. 365. ¶ Mathufalem filiuſ Enoch. 969. Vnde Mantuanuſ. Neſtoreoſ annos, & Mathufalemiæ ſæcla. ¶ Lamech filiuſ Mathuſalæ. 777. ¶ Noe. 905. ¶ Arphaxat filiuſ Sem. 338. ¶ Salo filiuſ Arphaxat. 433. ¶ Heber filiuſ Sale. 467. ¶ Phaleg filiuſ Ieſtan. 239. ¶ Reu, ſeu Ragau filiuſ Phaleg. 302. ¶ Saruch filiuſ Ragau. 230. ¶ Nachor filiuſ Saruch. 148. ¶ Thare filiuſ Nachor. 205. ¶ Aran pater Loth. 205. ¶ Iſaach Abrahæ filiuſ. 185. ¶ Iacob filiuſ Iſaach. 175. ¶ Aaron frater Moyſi. 123. ¶ Ioſue. 110. ¶ Heli Iudex. 98. ¶ Salomon. 94. ¶ Iob. 183. ¶ Abraham. 175. ¶ Thobias. 112. ¶ Sara. 127. ¶ Iudich. 105. ¶ Moyſeſ 120. ¶ Ex Plynio. Arganton Tartelliorum rex. 150. Sylliuſ lib. tertio ait eum vixiſſe. 300. Ita ſcribenenſ. Argantoniacoſ armat Cartaia nepoteſ. Rex proauis fuit humani ditiffim⁹ qui, Terdenoſ decieſ emenſuſ belliger annoſ. Mantuanuſ in Alphonſo. Et vetuſ ille, auri diueſ, ditiffim⁹ qui, Hesperijſ quondam rex Argantoniuſ oris. ¶ Cyniraſ rex Cypriorū. 160. ¶ Aegimiuſ. 200. ¶ Epimenideſ Gnoſiuſ. 157. ¶ Picoreuſ Aetoluſ. 300. ¶ Reges Arcadum 300. ¶ Dando Illyricuſ. 590. ¶ Impetruſ Pulutinioruſ inſule rex. 800. Eiuſ filiuſ. 600. ¶ Perpena. 98. ¶ M. Val. Coruinuſ. 100. ¶ Metelluſ Pontifex. 100. ¶ Liuiuſ Rutilij. 97. ¶ Statilia. 99. ¶ Terentia Ciceroniſ. 107. ¶ Clodia Ofeli. 115. ¶ Luceia Mima centum annis in ſcena pronunciauit. ¶ Emoliaria vixit. 104. ¶ Sammulla. 110. ¶ Stephanio vltra centum. ¶ Hiero rector Siciliae. 80. ¶ Maſaniſſa rex Numydiae ſupra. 100. Gorgiaſ Leontinuſ. 107. ¶ Xenophiluſ Calcideſiſ. 105. ¶ Herodotuſ ſcribit Aethiopoſ. 130 annoſ tranſgredi. ¶ Hippocrateſ Couſ. 104. vel. 169. ¶ Iſocrateſ. 100. ¶ Orbiliuſ Beneuentanuſ. 100. ¶ Sybillæ Cumanæ diuturnam vitam aſcribit Ouidiuſ libro. 14. hiſ verbis Nam iam mihi ſæcula ſeptem Acta vides, ſupereſt numeroſ, vt pulueriſ æquem. Tercenſtum meſſeſ, tercentum muſta videre Têpuſ erit, quum de tanto me corpore paruaſ Longa dieſ faciet, conſumptraqueſ membra ſeneſcæ. De ea Statiuſ libro primo. Tu Troica diſgenuſ Sæcula, & Euboici tranſcendere pulueriſ annoſ. Fertur enim annoſ ab Apolline peſtiſſe pro numero pulueriſ, quem manu præhenderat. Vnde idem Statiuſ alibi. Vel quantoſ ego Deliuſ popoſci. ¶ Ouidiuſ patrem ſuum nonaginta annoſ vixiſſe ait libro quarto Triftiuſ, dicenſ. Et iam completrat genitor ſua fata, nouemque Addiderat iuſtriuſ, altera luſtra nouem.

Iuſtra nouem. ¶ Narciffus præful Hierofolymitanus. 116. ¶ Neſtor. 300. Iuuenalis Satyra  
 100. Rex Pylus (magno ſi quicquam credis Homero) Exemplum vitæ fuit a cornice ſe-  
 cunda. Felix heu nimium, qui per tot ſæcula mortem Diſtulit, atque ſuos iam dexa com-  
 putat annos. Tibullus libro quarto. Vixerit ille ſenex quamuis dum terna per orbem Sæ-  
 cula fertilibus Titan decurrerit horis. Idem. Terna minus Pylia miretur ſæcula vitæ. Pro-  
 pertius libro ſecundo. Neſtoris eſt viſus poſt tria ſæcla cinis. Idem. At me ab amore tuo de-  
 ducet nulla ſeneſtus. Siue ego Tithonus, ſiue ego Neſtor ero. Ouidius in Meta. Et ſi quæ  
 potuit ſpacioſa ſeneſtus Spectatorem operum multorum reddere, vixi Annos bis centū,  
 nunc tertia viuatur ætas. Mantuanus in Alphonſo. Vt Pyllo de rege ferunt, quem ſæcula  
 patiensque laborum militiæ, ſacundus adhuc, nec mole ſeneſtæ Conſilij vel mentis inops,  
 nec ſegnior æuo. ¶ Antonius abbas. 105. ¶ Alexander episcopus Alexandrinus. 98. ¶ A-  
 lexander episcopus Conſt. 94. ¶ Agilus abbas. 100. ¶ Titus Pauli diſcipulus. 201. ¶ De-  
 moſtratus. 109. ¶ Paulus primus heremita. 113. ¶ Paconius abbas. 110. ¶ Proſdocimus epi-  
 ſcopus. 114. ¶ Vandegifillus comes Palatinus. 92. ¶ Florentinus preſbyter. 123. ¶ Guari-  
 nus præful Bononiensis. 110. ¶ Viuentius confeſſor. 120. ¶ Homerus poeta. 108. ¶ Hiero-  
 nymus. 98. ¶ Helias abbas. 110. ¶ Hor appas. 90. ¶ Heronius. 304. ¶ Ioannes de tempo-  
 ribus. 361. De hoc Ioanne intelligit Mantuanus in Alphonſo, dicens, Et quem fama refert  
 huius vidiffe trecetas. ¶ Maurus abbas. 92. ¶ Maurilius episcopus. 90. ¶ Romualdus  
 heremita. 120. ¶ Antonius caſtor. 100. ¶ Syrus episcopus. 112. ¶ Zancles Samothracenus.  
 104. ¶ Pollio Romulus. 100. ¶ Saturninus Voluſius. 136. ¶ T. Fullonius. 157. ¶ Artaxe-  
 zes. 94. ¶ Plato. 81. ¶ Cælius ſcribit Marin quædam annos. 123, cuius Antica corporis hu-  
 mana fuerint, poſtica equina. ¶ Hyperborei populi mille annis viuunt. ¶ Galenus vixit,  
 140. ¶ Tithonus (vt fabulantur poete) ab aurora adamatus, & in cœlum relatus illiusque  
 ſucco perſuſus ad tantam peruenit ſeneſtatem, vt tandem optauerit verti in Cicadam. Lu-  
 cretius gerens inuenta. Quos fertur placidos obiffe Neſtor, Quos Tithonia computat ſene-  
 ſtus. Propertius libro ſecundo, At non Tithoni ſpernens aurora ſeneſtam. ¶ Dorotheus  
 præful Antiochenus. 119. ¶ Tyrotillius Ciceronis libertus. 100. ¶ Theremon heremita.  
 100. ¶ Carneades philoſophus. 100. ¶ Ciriæ Indorum viuunt. 140. ¶ Terentius Bononi-  
 enſis. 100. ¶ L. Tertuleia Ariminenſis. 137. ¶ Simon Cleophe episcopus Hierofolymitarū.  
 120. ¶ Cronius Anachoreta. 155. ¶ Apollonius Thyaneus. 100. ¶ Seneca Cordubeniſis.  
 114. ¶ Patricius ſecundus Niuerneniſis episcopus. 122. ¶ Gartius Aretinus. 104. ¶ Ricar-  
 dus quidam temporibus Caroli magni. 400. ¶ Helias Anachoreta. 120. ¶ Hugo ſucceſſor  
 ſancti Bernardi. 117. ¶ Porro pleraque ſunt animalia, vitam hominis longe ſuperantia, vt  
 Cornices, Cerui, Corui, Phœnices. De quibus ſic apud Eraſmum ſcribit Heſiodus. ¶ Aga-  
 tho tragicus poeta vixit annos, 108. ea corporis ac ſenſus integritate qua iuuenis. Author  
 Philoſtratus. ¶ Euſfranor grammaticus Appionis præceptor centefimum exceſſit annum,  
 ac per eam adhuc ætatem docere ſolebat. ¶ Gorgias Leontinus ſeptimum ſupra centeſi-  
 mum ægit annum.

Ter tria ſæcla hominis tranſmittit garrula cornix,  
 Quattuor at peragit Cornicis ſæcula ceruus,  
 Ceruinam ætatem coruus ter præterit ater,  
 Coruinos annos nouies agit indica Phœnix.  
 Atqui Criſpicomæ ſoboles Iouis alma tonantis,  
 Egredimur decies Phœnicia ſæcula nympha, Item,  
 Ter binos deciesque nouem ſuperexit in annos  
 Iuſta ſeneſcentum quos implet vita dierum,  
 Hos nouies ſuperat viuendo garrula cornix,  
 Et quater egreditur Cornicis ſæcula ceruus,  
 Alipedem ceruum ter vincit coruus, at illum  
 Multiplicat nouies Phœnix reparabilis ales.  
 Quam nos perpetuo decies præuertimus æuo  
 Nympha Amadryades, quarum longiſſima vita eſt.  
 ¶ Quoniam autem de longis vitæ ſpacijs locuti ſumus, commodum videtur, vt variam an-  
 norum, & dierum obſeruationem ſubiiciamus. Annus triplex eſt. Magnus, ſeu Platonicus,  
 Solaris duodecim menſium, Lunar, ſeu menſtruus vnius menſis. Annum alij eſtate vni  
 terminabāt, Alterum hyme, alij quadripartitis temporibus, ſicut Arcades, quorum anni tri-  
 meſtres fuerunt,

OFFICINA

mestres fuerunt. Quidam Lunæ senio, vt Aegyptij, quorum anni fuerunt menstrui. Hinc fit vt apud eos aliqui singula annorum milia dicantur vixisse. Sed hic oritur scrupus, fuerint ne anni primi sæculi nostris similes. Nam fabulosum videtur plerisque Mathusalem, & alios prius enumeratos, vixisse tot annos. Constat imprimis, neque menstruos fuisse, neque trimestres, vel hoc vno argumento, quod legamus Salomonem anno decimo secundo ætatis filium suscepisse. Quare credibile est, aut pares nostris, aut non multo minores extitisse. Nec minus varia extitit dierum, quam annorum obseruatio. Babylonij inter duos solis exortus diem faciunt. Athenienses inter duos occasus, Vmbria meridie in meridiem. Vulgus omne a luce ad tenebras. Sacerdotes Romani, Item Aegyptij, & Hipparchus a media nocte in mediam, Author Plynus.

¶ Qui multos habuerunt liberos.

¶ Abel præter Seth, Abel, & Cain habuit triginta liberos. ¶ Clayr septimus iudex Israel triginta filios. ¶ Thelpis Atheniensis quinquaginta filias, a quarum nomine musæ Thespides appellatae sunt. ¶ Roboam habuit vxores decem, concubinas triginta, filios viginti & octo, filias quadraginta. ¶ Artaxerxes Xerxis filius habuit ex pellicibus, 112, liberos, ex iusto matrimonio, 3. Iustinus. ¶ Athila rex Hunorum sexaginta liberos. ¶ Danaus quinquaginta filias. ¶ Aegyptus totidem filios. ¶ Eutyce mulier triginta filios. Cn. Pompeius in theatri ornamentis quum mirabiles rerum hominumque effigies poneret, Eutyces simulachrum constituit. Hæc enim Thrallis triginta partus enixa, a viginti liberis rogo illata est. Author Plynus Capite tertio libri septimi. ¶ Combe mulier heroïna, cui cognomen fuit Chalcidi, viro coniuncta centum liberos enixa est. Vnde Adagium apud Erasum, Tanquam Chalcidice peperit nobis vxor. ¶ Niobe Târali filia habuit, 14. Vide Gellium libro decimo. ¶ Masanissa rex Numydiæ, 44. Authore Eutropio. ¶ Puella quædam longobarda septem pueros vno partu peperit sub Agelmundo rege, quos omnes in piscinam coniecit. Author Paulus Diaconus. ¶ Gilippus Arcadius nouem liberos habuit, quos (vt inquit Virgilius Libro duodecimo) Fida crearat vna tot Arcadio coniunx Thyrrhena Gilippo. ¶ Vix quisquam crederet Aerotymum sexcentos ex diuersis pellicibus habuisse liberos, nisi Iustinus ex Trogo scriptum reliquisset, in Epitome libri, 39. ¶ Priamus ex Hecuba coniuge habuit, 19, liberos. Ex alijs pellicibus, 31. ¶ Gedeon iudex Hebreorū, 70, quos omnes Abimelech filius nothus Gedeonis occidi fecit. ¶ Achab, 70, vt habetur capite decimo quarti Regum. ¶ Barnabas vicecomes in Italia triginta liberos suscepit. ¶ Conradus Mosouia dux octoginta, ex quibus quatuor tantum legitimi fuerunt. ¶ Scilurus octoginta mares filios habuit, Plutarchus in Apophthegmatis.

¶ Qui senes genuerunt.

¶ Adam filium Seth anno, 130. Abraham anno, 100. Sara, 90. Seth genuit Enos anno 105. Enos Caynam anno, 90. Caynam Malalehel, 70. Malalehel genuit Iared anno, 65. Iared genuit Enoch anno, 162. Enoch Mathusalem, 65. Mathusalem Lamech anno, 187. Lamech Noe filium anno, 180. Noe, Sem, Cham, & Iaphet, quum esset, 500, annorum. Scribit Plynus Masanissam post, 86, annos generasse filium Methymathum, Catonem Cenforium octogesimo exacto e filia Salonij clientis sui. Corneliam e Scipionum gente, Velufium Saturnium post annum, 62. Mantuanus ait se vidisse in Brixia vrbe hominem octogenarium, qui filium suscepit. Sic autem inquit, Vidimus hic octo decies qui vixerat annos Progenuisse marem, longe vis tanta senectæ.

¶ Fratres Vterini.

¶ Hercules, Iphiclus, Apollo, Diana, Vterini fuerunt.

¶ Spurijs, & Nothi.

¶ Antiphates filius fuit Nothus Sarpedonis, Virgilius libro nono Aenei. Et primum Antiphaten (is enim se primus agebat) Thebana de matre Nothum Sarpedonis alti.

¶ Plutarchus scribit Homerum natum ex adulterio Critheidis matris, Et Themistoclem Ex adulterio matris, cui nomen fuit Abrotonum.

¶ Aeneas ex adulterio Anchise cum Venere apud Simoantem, Virgil. Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchise Alma Venus Phrygiæ genuit Simoantis ad vndam?

¶ Aristonicus rex Pergami filius fuit Eumenis ex pellice.

¶ Aristeus Apollinis ex nymphea Cyrene Penei fluminis filia.

¶ Hercules Iouis ex Alcmena Amphitryonis vxore.

¶ Democoon, & Doryclus Priami itidem ex pellicibus. ¶ Lythierfes nothus fuit Myde regis. Erasimus in Adagijs. ¶ Theleu, & Romulus (inquit Plutarchus) ambo quum spurij forent, existimati sunt a dijs immortalibus procreati. ¶ Iugurtha nothus fuit Manasthalis fratris

lis fratris Micipsæ regis Numydarum. ¶ Manfredus Frederici imperatoris. ¶ Ioannes Andreas patre Andrea presbytero, & matre concubina natus est.  
 ¶ Petrus Comestor, Gratianus, & Petrus Lombardus itidem fuisse dicuntur Nothi, Albanus Martyr incestu patris cum filia.

¶ Historia de præmijs virtutum, & doctrinæ.

¶ Qui statuas meruerunt.

1	Sesoftris	17	Pausanias	33	Conon
2	Aristogiton	18	Phryne		Euagoras
	Armodius	19	Claudius imperator	34	Mercurius
3	Astyus	20	Epicurus	35	Polydamas
4	Autolycus	21	Iosephus	36	Cylon
5	M. Porcius Cato	22	Minutius Augurin <sup>9</sup>	27	Octavius orator
6	T. Coruncanus	23	Trebius	38	Vestritius
7	Demetri <sup>9</sup> Phalereus	24	L. Actius	39	Nerva imperator
8	Eunomius	25	Numa	40	Archias
9	Fauorinus		Seruius	41	Claudianus
10	Verrius Flaccus	26	Gorgias Leontinus	42	Iunius Rusticus
11	Ilocrates	27	Plato	43	Virgilius
12	M. Cl. Marcellus	28	Chœlia	44	Berosus
13	Mutius Scauola	29	Porfena	45	Antonius musa
14	Ptolemæus philopa.	30	Phocion	46	Tanaquil
15	Oppianus	31	Lucullus	47	Philopœmen
16	Horatius Cocles	32	Demosthenes	48	Attilius Glabrio

¶ EXPLANATIO.



Sesoftris rex Aegypti, statuam præclaris facinoribus, & bellica virtute adeptus est. 1

¶ Aristogitoni & Armodio statuae ab Atheniensibus erectæ sunt, quod Athenas ipsas tyrannide Pisistrati liberaissent. Plynius libro trigesimo quarto. 2

¶ Astylo Crotoniatae (quum tribus continuis Olympicis vicisset stadio) posita est statua. 3

¶ Antolycus Pancratiaestes statuam habuit in Prytaneo. Testis apud Volaterranum Pausanias. 4

¶ M. Porcius Cato fuit Romanis adeo gratus, ut fenatus statuam ei consularem in templo collocauerit, cum inscriptione restitutos ab eo mores testate. Plutarchus in Catone Cæso. 5

¶ Titum Coruncanum quum Teuca Illyricorum regina liberius locutum occidisset, mortuum fenatus statua decorauit. Plynius lib. 34. Cap. 6. 6

¶ Demetrius Phalereus auditor Theophrasti, ab Atheniensibus (quorum Remp. summa virtute, ac prudentia decem annos administrauerat) trecentis sexaginta statuis honoratus est. Quas quum postea inuidia disiecissent, satis habuit hæc dicere. At virtutes non euerterunt, quarum gratia eas erexerant, Laertius & Plynius. 7

¶ Eunomio Locrensi, artis Citharædicæ præstantia, statuam peperit, quam Volaterranus adhuc in Italia Locris ostendit testis est. Euthyus apud Plynium legitur. De Eunomio abunde meminit Strabo libro sexto. 8

¶ Meruit & statuam Athenis Fauorinus philosophus, quæ quum in odium Hadriani venisset disiecta est. Philostratus apud Volaterranum. 9

¶ Verrius Flaccus grammaticus nepotum Augusti præceptor statuam habuit in Prænestino oppido. Tranquillus de illustribus grammaticis. 10

¶ Ilocrates orator Atheniensis, sua eloquentia statuam in Olympia meruit. 11

¶ M. Claudius Marcellus, quum propter Gallos iuxta Padum, & Annibalem apud Novam superatos, oppugnatas item Syracusas, in præmium virtutis statuam habuit in aede Palladis cum Epigrammate. 12

- 13 **M**utio Scauolæ ( qui coram porsena Ethruscorum rege Romam obsidente dextram flammis a Imouerat, vrberumque obsidione liberauerat) Romani statuam erexerunt, eique prata dederunt trans Tyberim.
- 14 **P**tolemæus philopator Homero poetarum maximo templum cum statua dicauit. Aelianus apud Volaterranum.
- 15 **O**ppianus poeta ex Anazarbo Ciliciæ ciuitate ( quide piscibus scripsit ) a suis ciuibus magnifica statua honoratus est, cum hoc Elogio. Oppianus sum suaui loquens vates, quæ crudelis, atque inhumani inuidia fati ante diem eripuit. Quod si longius in luce moras dedisset, nullus mihi par gloria mortalium in terris foret. Hoc ex Græcis authoribus citat Volaterranus.
- 16 **H**oratio Coclitæ statua posita est, quod Ethruscorum aciem in Sublicio ponte solus sustinuisse, donec pons a tergo interromperetur, quo cum in Tyberim decidit. Plynius li. 34. Plutarchus ait fuisse positam in æde Vulcani.
- 17 **P**ausanias Cleombroti filius, quum præclaris facinoribus Lacedæmones sibi demerisset, statua ab eisdem honoratus est, quam tamen postea euertierunt, quod arripere tyrannidem voluisset. Thucydides libro primo.
- 18 **P**hyne meretrix statua donata est ob formam, & pulchritudinem, cuius causa prius in iudicio fuerat absoluta, quum tunicam a pectore diduxisset. Quintilianus libro secundo.
- 19 **C**laudio secundo Romanorum imperatori statua cū aureo Clypeo erecta est, quod Gothos Macedoniam vastantes magna attriuisset clade. Eutropius.
- 20 **E**picturus Atheniensis philosophum ob doctrinam statuis æreis patria decorauit. Tortelius.
- 21 **I**osephus Iudæus propter libros de captiuitate Iudaica scriptos statuam Romæ obtinuit.
- 22 **M**inutio Augurino statua extra portam trigeminam erecta est a populo stipe collata, quæ farris precium in trinis nundinis ad assem redegisset. Plynius lib. 18. Cap. 3.
- 23 **T**rebius in Aedilitate assibus populo frumentum præstitit. Quam ob causam, & ei statuæ in Capitolio, & palatio dicatæ sunt. Idem Plynius ibidem.
- 24 **N**otatum est ab authoribus L. Actium poetam in Camænarum æde maxima forma statuam sibi posuisse, quum breuis admodum esset. Plynius Cap. 5. lib. 34.
- 25 **N**uma quoque, & Seruius statuas apud Romanos sua virtute meruerunt. Author Plynius.
- 26 **H**ominum primus & auream statuam, & solidam Gorgias Leontinus Delphis in templo sibi posuit. Plynius Cap. 4. lib. 33.
- 27 **M**ithridates Platonis gloria motus eidem statuam dicauit, egregium Sylonis opus, quæ hoc modo inscripsit. Mithridates Rhodoatæ filius hanc Platonis imaginem multis dicatæ erexit. Author Plutarchus.
- 28 **C**hoeliæ virgini Romanæ equestris statua posita est in via sacra, quod armata & equo insidens Tyberim traiecisset, ad declinandam vim Porsenæ Ethruscorum regis. Liuius libro secundo, & Plutarchus in Paralellis.
- 29 **P**lutarchus in vita Publicolæ ait positam fuisse Porsenæ statuam iuxta curiam.
- 30 **A**thenienses Phocioni suo principi mortuo æream statuam dicauerunt, ob plurima in Remp. beneficia, inuentasque eius reliquias publicis sumptibus tumulo mandauerunt. Plutarchus in eius vita.
- 31 **C**heronenses statuam lapideam in foro prope liberum patrem publice Lucullo constituerunt. Author Plutarchus in Cimone.
- 32 **M**ortuo Demostheni Atheniensis populus erexit statuam, cui hoc inscripserunt, Si pater ingenio vires Demosthenes habuisses, nunquam Græciæ dominatus fuisset Macedo. Plutarchus in eius vita.
- 33 **C**ononi Atheniensium duci & Euagoræ, positæ sunt statuæ prope Iouis seruatoris simulachrum. Plutarchus in Euagora.
- 34 **I**dem in Alcibiade ait multas Athenis statuas Mercurio fuisse erectas.
- 35 **P**olydamas Herculani roboris athleta, qui leonem in Olympia inermis iugulauit, & correptum inulitate magnitudinis taurum, quamuis præ rabido impetu profilietem retinuit, quadrigasque tota vi concitatas altera manu remoratus est, statuam meruit in Olympia. Cælius Cap. 56. libri septimi.
- 36 **C**ylon quamuis tyrannidem affectasset Athenis, nihilominus tamen ob excellentem formam (quæ

mam (quæ nullum non allicit) statua ænea honestatus est. Cælius Cap. 7. lib. 13.  
 Octavio oratori Romano Sen. P. Q. R. statuam erexit, quod legatus ad Antiochum mis- 37  
 lus regem ipsum respondere sine contatione, & mora compulisset. Crinitus lib. 7. Cap. 3.  
 Plinius hoc ascribit Gn. Popilio.  
 Veltrius Spuria Lyricus poeta in Bruçterum regem imperator cõstitutus, parta vi- 38  
 ctoria triumphalem meruit statuam. Plinius Iunior Epistola. 7. lib. 2.  
 Nerua Cocceius imperator statuas, & imagines, Sotia, Palmæ, & Celso constituit, quos 39  
 viros præ ceteris coluit, & summo in honore habuit, Author Dion Cassius.  
 Archias hybleus, quum tres ordine Olympia simul & Pythicia vicisset, statuam cū Epis 40  
 grammatis inscriptione meruit. Volaterranus in Philologia.  
 Arcadius, & Honorius petente senatu statuam Claudio poetæ Alexandrino in foro 41  
 Traiani collocari iusserunt.  
 Cludio Rustico philosopho statuam erexit M. Antonius imperator. Capitolinus. 42  
 Manuani, mortuo Virgilio multis post sæculis statuam in celebriore suæ vrbis loca ere 43  
 xerunt, tanti adhuc viri memores, quem multis ante diē suffocauerant parç. Pontanus de  
 Obedientia.  
 Berofo ob verissimas rerum prædictiones statuam posuere Athenienses inaurata lingua. 44  
 Plinius libro septimo.  
 Antonio Musæ medico Romana ciuitas statuam Aesculapio proximã locauit ob Au- 45  
 gustum morbo sanatum. Suetonius in Augusto.  
 Cata, seu Tanaquil mulier laudatissima, & Tarquinij vxor statuam in templo meruit. 46  
 Archetæram statuam Philopœmeni Delphis posuerunt, quod Machanidum Lacedæ 47  
 moniorum tyrannum interfecisset, authore Plutarcho.  
 M. Attilius Glabrio quum apud Thermopylas Antiochum Asiæ regem deuicisset, com 48  
 pos voti factus, statuam auratam patri erexit in æde pietatis, quod nemini aurea Romæ  
 contigerat, Liuius libro quarto, & Valerius de institutis antiquis.

Viri docti habiti in magno precio & honore.

1	Ennius	24	Theombrotus	48	Aur. Prudentius
2	Homerus	25	Gorgias	49	Themistocles
	Pindarus	26	Demetrius Phalere <sup>o</sup>	50	Stesichorus
4	Aristoteles	27	Zeufis	51	Democedes
5	Archilocus	28	Pamphilus pictor	52	Io. Monteregeius
6	Sophocles	29	Apelles	53	Hermolaus
7	Plato	30	Aristides	54	Petrarcha
8	Ilocrates	31	Cyclias	55	Interpres biblicorum
9	Demosthenes	32	Zeno	56	Io. Campegius
10	Thucydides	33	Plinius Historicus	57	Sabellius
11	Menander	34	Aristoteles	58	Timomachus
12	Possidonius	35	Leneus	59	Bularchus
13	Virgilius	36	Ouidius	60	Quintilianus
14	Ablabius	37	Rofcius	61	Tadeus
15	Fronto	38	Decius Laberius	62	Protogenes
16	Anaxenor	39	Alcibiades	63	Popilius Andronic <sup>o</sup>
17	Arrius Philosophus	40	Euripides	64	Arrianus
18	Claudianus	41	Iulius Calidius	65	Varro
19	Dion sophista	42	Cornelius Gallus	66	Cyrus poeta
20	Hippocrates	43	Saleius Bassus	67	Diagoras
21	Iunius Rusticus	44	Stadius	68	Xenocrates
	Cicero	45	Syllius	69	Zamolxis
22	Oppianus	46	Stertinius		
23	Daniel	47	Aufonius		

Qvanti olim aestimatae sint bonae literae, quantumque doctis concessum, nullo cer-  
 tius argumento, quæ sequentibus patet exemplis. Scipio Africanus statuam Ennii poe-  
 tae (quem in suis expeditionibus comitem semper habuerat) sepulchro suo imponi  
 iussit, cui viventi hortos suis proximos donauerat. Ouidius Libro tertio de arte, Ennius  
 n ij emeruit Calabris

- emeruit Calabris in montibus ortus Cōtiguus poni Scipio magne tibi, Politianus in Nutricia. Longe gratissimus olim Scipio magne tibi, & Calabris vicinus in hortis Virtute emeritis, cuius gentile sepulchrum Mox tenuit, Eundem & Fulvius nobilior ciuitate donauit. Vnde & Cicero. Charus inquit Africano superiori fuit noster Ennius. Sunt qui dicant Africani sepulchro tres statuas superpositas fuisse, duas P. & L. Scipionum, tertiam Ennij. De Scipionis in Ennium, aliosque literatos poetas beneuolentia Claudianus sic meminit, Maior Scipiades Italis qui solus ab oris, In proprium vertit punica bella caput, Non sine pierijs exercuit artibus arma, Semper erat vatium maxima cura duci, Gaudet enim virtus testes sibi iungere musas, Carmen amat, quisquis cariem digna gerit, Idem pau Iopost de Ennio subiungit, Hærebat doctes lateri, castrisque solebat Omnibus in medias Ennius ire tubas.
- 2 ¶ Alexander magnus capto inter spolia Darij Persarum regis vnguentorū scrinio (quod erat auro gemmisque, ac margaritis preciolum) libros Homeri (quos tanto dignos loculo existimabat) inclusit, Plynius lib. 7. Cap. 29.
  - 3 ¶ Idem quum Thebas euerteret, & in omnes sine discrimine sequiret, Pindari vatis penatibus parci iussit.
  - 4 ¶ Idem Aristotelis præceptoris sui nomini patriam condidit, eique multa hominum milia parere iussit, ad scribendos rerum naturalium libros.
  - 5 ¶ Archilochi poetæ interfectores Apollo arguit Delphis.
  - 6 ¶ Sophoclem tragicum poetam defunctum sepeliri liber pater iussit, obsidentibus mœnia Lacedemonijs, & Lyfandro eorum rege in quiete sepius admonito, vt pateretur humanari delicias suas, Lyfander vbi intellexit Sophoclem mortuū, pacem funeri dedit, Solinus, ¶ Platoni Siciliam venienti Dionysius tyrannus quamuis ad superbiam sequebanturque natus vittatam nauem misit obuiam, & egredientem in litore quadrigis albis excepit, Plus tarchus in vita Dionis, Annicetus Cyrenus eundem ab Aeginetis captū, & inter mancipia venalem expositum, ne quid indignum pateretur, Minis aliquot mercatus est, & honesto comitatu Athenas ad suos remisit, Quam pecuniam, quum a Platone sibi remissam intellexisset, profecto (inquit) peccatum videri potest, q̄ maiore summa non iuuerim tantum virum, Guarinus Veronenfis in eius vita, & Pontanus de liberalitate.
  - 7 ¶ Platonem ipsum tanti fecit Aristoteles discipulus, vt nomini eius aram in templo construxerit, statuamque consecrauerit, in qua scriptum erat hunc esse illum, quem probi omnes merito debeant, & imitari, & commendare, Vnde extant Criniti versus in Parthenicis. Hæc illa est ara floribus redimita suaue olentibus, Quam gratus bene merenti stetit discipulus seni, Tituloque hoc testatus animum suum, atque officium, Platonem probandum probe a probis.
  - 8 ¶ Viginti talentis vnā orationem vendidit Isocrates.
  - 9 ¶ Aeschines Demosthenis orationem (qua tamen in exilium pulsus fuerat) coram amicis laudauit in sua calamitate.
  - 10 ¶ Athenienses Thucydiden rerum suarum scriptorem ab exilio reuocauere, eloquentiam mirati, cuius virtutem damnauerant.
  - 11 ¶ Menander Comœdiographus ab Aegypti regibus per legatos magnis præmijs inuitatus est.
  - 12 ¶ Cn. Pompeius Possidonij sapientiæ professoris domum intraturus, fores percuti de more a licitore vetuit, & fasces licitorios ianue submisit is, cui se oriens occidēsque submiserat, Vide Strabonem libro vndecimo.
  - 13 ¶ Augustus carmina Virgilij cremari contra testamenti eius verecundiam vetuit, Eidem in Theatro recitanti vniuersus populus Ro. perinde ac imperatori assurrexit, Hactenus Plynius libro septimo, Eiusdem Virgilij diem natalem (qui fuit Octobris idibus) quotannis celebrabat, & quibusdam velut Cerimonijs venerabatur Syllius, Vnde Martialis Maiæ, Mercurium creastis Idus, Augustis redit Idibus Diana, Octobris Maro consecrauit Idus, Qui magni celebras Maronis idus.
  - 14 ¶ Constantinus imperator Ablabium Aegyptium philosophum prætorij sui præfectum, & vna cum Constantio filio imperij rectorem constituit, Erinapius apud Volaterranum.
  - 15 ¶ Frontoni philosopho M. Antonius princeps statuum erigi fecit, Authore Capitolino, quem Augustus quoque consulari ornauit dignitate.
  - 16 ¶ Anaxenori Cytharædo e Thyana ciuitate M. Antonius tributa quattuor ciuitatum legenda præbuit, Strabo libro. 14.
  - 17 ¶ Augustus Alexandrinis (in quos bellum gerebat) tribus de causis fassus est se pepercisse, Ob Alexandri





## OFFICINA

- fis prorsus aliena, solēnes tamen exequias celebravit, & sepulchrum erexit magnificum, Pontanus de magnificentia.
- 37 ¶ Quid nonne mirum est histriones maiore quondam in precio habitos, q̄ nunc habeantur vel egregie literati, quum Roscio actori Theatrico anulum aureum cum censu equestri donauerit Sylla? Quem etiam ferunt mercedem diurnam de publico mille denarios sine gregalibus accepisse. Tullius quoq; elegantissima oratione populum Romanum obiurgauit, q̄ Roscio gestum agente tumultum mouisset. Macrobius lib. 3. Cap. 7.
- 38 ¶ Decius Laberius quum in spectaculis mimos suos egisset palam, donatus est quingētis festertijs, cum anulo aureo, qui erat insigne census equestris, Authore Tranquillo.
- 39 ¶ Alcibiades ambitione quadam munera in Socratem cōgerebat, dignam viri doctrinam multo amplioribus existimans. Cælius Cap. 73. lib. 11.
- 40 ¶ Euripides Tragœdiographus Archelao Macedonū regi sola virtutis admiratione fuit familiaris, adeo, vt frequentibus conuiujs ab eo exceptus fuerit, & aureo donatus poculo. In eius quoque gratiam Syracusani plærosque Atheniensium (qui apud se feruitutem seruiebant) libertate donatos domum incolumes remisere. Cælius Cap. 7. lib. 13.
- 41 ¶ Cuius Calidius poeta quum a P. Volusio in proscriptorum numerum relatus esset, ab Attico propter ingenij & elegantem eruditionē absolutus est. Cor. Nepos in vita Attici.
- 42 ¶ Cor. Gallus Elegiographus fauore Augusti ad præfecturæ gradum conscendit, tribus nusque cohortium effectus est. Crinitus.
- 43 ¶ Vespasianus tantum concessit Salcio Basso poete, vt propter ingenium singularēque eruditionem auri. 50. festertia eidem sit elargitus. Tacitus in dialogo de oratoribus.
- 44 ¶ Statius Domitium magnifico atque apparatusimo donauit conuiuio, coronaque insigni & alijs muneribus honestauit. Crinitus de poetis Latinis.
- 45 ¶ Eiusdem imperatoris beneficio Syllius ad tertium consulatū prouectus est. Vnde Martialis. Augusto pia thura victimasque, Pro nostro date Syllio Camœnæ. Bissenos iubet en redire falces. Noto consule nobilique virga, Vatis Castaliam domum sonare, Rerū prima salus & vna Cæsar, Gaudenti superest adhuc quod optet, Felix purpura tertiusq; cōsul.
- 46 ¶ Stertinius vir clarissimus tantum concessit Martialis ingenio & doctrinæ, vt ei adhuc uenti imaginem more veterum in sua bibliotheca posuit. Crinitus.
- 47 ¶ Aufonius Cæsaris Gratiani (quem in latinis literis magna diligentia erudierat) beneficio & honestissimis suffragijs dignitatem adeptus est consularem. Idem Crinitus.
- 48 ¶ Aurelius prudentius beneficio Theodosij imperatoris ad præfecturam militiæ perductus est. Idem Crinitus.
- 49 ¶ Lampaco vrbi Hellepōti propter Themistoclem pepercit rex Persarum, Marcellinus Libro vigesimo secundo.
- 50 ¶ Phalaris agrigentinus tyrannus alias sæuissimus templum Stesichoro ædificandum curauit, suafitque diuinis illi honores in vrbe patria habēdos, quem tamen olim capitalem inimicum habuerat, Pontanus de obedientia.
- 51 ¶ Democedes medicus a Dario (quem sanitati restituerat) duobus aurearum compedum paribus, & ab vxorib⁹ ipsius Darij aureis phialis donatus est. Author Herodot⁹ i Thalia.
- 52 ¶ Matthias rex Pannoniæ, Io. Monteregeij hominem Germanum & Ephemeridum scriptorem multis auxit honoribus & diuinjs. Volaterranus.
- 53 ¶ Quum Hermolaus Barbarus, Venetorum Legatione obiret in Italia, & ad vrbem Florentiam accederet, Laurentius Medicus tanto viro cum multis amicis obtiam processit, quamuis podagricus, eumque in Cajana villa honorificentissime excepit, quam cum in structissima bibliotheca eidem obtulit. Crinitus Cap. 9. lib. 15.
- 54 ¶ Robertus Siciliae rex Fr. Petrarcham omnesque eruditos viros in precio habuit. Volaterranus in Philologia.
- 55 ¶ Ptolemæus Philadelphus senes. 70. Bibliacæ historiæ scientissimos ab Iudæa vsque in Aegyptum vocauit, quos regia vrbe acceptos hospitaliter & benigne aluit, magnisq; muneribus donatos dimisit. Sabellicus in Exemplis.
- 56 ¶ Ioanni Campegio Bononiensi in Patavinum Gymnasium (quod ad publicam literarum professionem fuerat inuitatus) proficiscenti, ab vrbs magistratibus Gymnasiarchisq; magna hominum frequentia obuiatum est. Idem Sabellicus ibidem.
- 57 ¶ Vicentina ciuitas Sabellicum argentea patera magni ponderis donauit.
- 58 ¶ Cæsar dictator duas Timomachi tabulas, 800. talentis emit in templo Veneris genitricis dicaturus, Plynius lib. 35. Cap. 11.

¶Candaules rex Bularchi picturam Magnetem haud mediocris spacijs repēdit auro. Ply 59  
 nius Capite octauo eiusdem libri.  
 ¶Quintilianus ex Hispania veniens stipendium e fisco accepit ab Eusebio sub Domitia 60  
 no. Budæus libro secundo de Affe.  
 ¶Thadeus florentinus medicus, tanta fuit nominis celebritate, vt ad curam egrotorū ex 61  
 tra vrbe vocatus, non vilius ꝑ. 50. aureorum mercede in singulos dies peregrinaretur,  
 vocatusq; ab honorio quarto centum sibi statui voluit, a quo curato decem milia repor-  
 tauit. Volaterranus.  
 ¶Propter Iahifij imaginem a Prothogene pictam Demetrius Rhodon non succendit, nē 62  
 simul tabula conflagraret. Plynius libro. 35.  
 ¶M. Popilius Andronicus opusculum quoddam annalium, 16. milibus nummum ven- 63  
 didit. Tranquillus de illust. grammaticis.  
 ¶Arrianus historicum (qui historiam magni Alexandri octo libris scripsit) Adrianus & 64  
 Antonius propter literas ad honorem consularem euexerunt. Heliconius apud Volater.  
 ¶Asinius Pollio Varronis imaginem collocavit in bibliotheca. 65  
 ¶Cyrus Panapolyta poeta beneficio Theodosij iunioris & Eudoxiæ eius vxoris præsul 66  
 factus est. Suidas apud Volaterranum.  
 ¶Democritus Diagoram Milesium philosophum seruum mille Drachmis emit, vt eum 67  
 dem crudiret. Idem Suidas apud eundem.  
 ¶Xenocratem quum Lacedæmonij certa de causa in carcerem traherent, Lycurgus homi 68  
 nis authoritati & doctrinæ assurgens, eam auertit & deprecatus est iniuriam, ipsoque sa-  
 restites multis oneravit conuitijs, quod libere adeo impetum fecissent in philosophum,  
 Plutarchus in vita Flamini.  
 ¶Zamolxis Pythagoreus in tanto habitus est honore apud Boristhenem Getarum regē, 69  
 vt cum in parte regni inuitaret vltro. Strabo libro septimo.

¶Alij qui literarum & literatorum amantiſſimi fuerunt.

1	Anaxagoras	18	Carolus magnus	35	Alexander Seuterus.
2	Democritus	19	Carolus Craſſus	36	Iulius maſſanenſis
3	Cyprianus	20	Sigismundus	37	Ptolemæus
4	Sepio	21	Scipio	38	Nicolaus quintus
5	Gordianus	22	Borſus	39	Dionysius Syracu.
6	Monymus	23	Bessarion	40	Lysander
7	Pythagoras	24	Litius Drufus	41	Ferdinandus
8	Alexander	25	Publius Craſſus	42	Terentius Varro
9	Euclides	26	Carneades	43	Cato Cenſorinus
10	Plato	27	Marcellus	44	Iulius Cæſar
11	Ariſtoteles	28	Socrates	45	Vespasianus
12	Hippocrates	29	Chryſippus	46	Philocyprus
13	Adrianus	30	Cleantes	47	Philopœmen
14	Cato	31	Sophocles	48	Fronto Ro.
15	Tacitus imperator	32	Simonides	49	M. Antoninus
16	Hieronymus	33	Carolus ſeptimus	50	Chryſippus
17	Auguſtus	34	Antonius Pius		

¶EXPLANATIO.

A Naxagoras omne patrimonium ſuis conſeſſit, remque omnem publicam & priua- 1  
 tam neglexit, vt liberius vacaret philoſophiæ. Laertius, & Valerius de ſtudio.  
 ¶Nauigauit in Aegyptum Democritus in Perſidem vsque ad rubrum mare, vt & 2  
 Chaldeos conſuleret, & melius philoſopharetur. Idem quoq; oculos ſibi cruit, quod rerū  
 naturalium, & diuinarum contēplationi impedimento eſſe viderentur. Exiſtimabat enim  
 cogitationes commentationesque animi ſui contēplandis naturæ rationibus vegetiores  
 & exactiores fore ſi eas videndi illecebris, & oculorum impedimentis liberaſſet. Vt autem  
 commodius amplecteretur ſtudia, diuitias omnes reliquit, que tamen tantę fuerant, vt pa-  
 ter eius, Xerxis exercitui epulum dare potuerit. Authores Gellius Capite. 17. Libri deci-  
 mi. Cicero lib. 5. de finibus, & Valerius de ſtudio.

OFFICINA

- 3 ¶ Cyprianus diem nullum sine Tertulliani lectione permittebat effluere, cuius libros quum peteret, dicere solebat, Da magistrum, Author Hieronymus, & Beroaldus in Epistola liminari, Sueto.
- 4 ¶ Scipio Africanus Pædiam Cyri de manibus non ponebat, Idem Beroaldus ibidem.
- 5 ¶ Gordiano imperatori bonæ literæ adeo placuerunt, vt pluris fecerit librorū quam auri vel argenti, sibi thesaurum comparare. Habuit enim in bibliotheca sexaginta duo milia librorum, Iulius Capitolinus.
- 6 ¶ Monymus Corinthij cuiusdam Trapezitæ filius, quum philosophiæ amore raperetur, cuperetque magnopere dare operam Diogeni, neque tamen hoc ipsum a domino posset impetrare, simulata insaniam monetam cepit spargere, eoque modo dimissus, ad philosophiam se conuertit, Diogenemque secutus est, Laertius.
- 7 ¶ Pythagoras ad perfiscendam philosophiam, solum vertit exilio suscepto verius quam peregrinatione, Profectus ad perlas magorum prudentiæ se formandum tradidit, a quibus syderum motus cursusque stellarū didicit. Cretam deinde & Lacedæmona nauigauit, quarum moribus & legibus inspectis ad Olympicum certamen descendit, Valerius de studio. Hoc & de Empedocle scribit Plynius libro, 30.
- 8 ¶ Alexander quum esset legendi & discendi percupidus, Iliadem Homeri (quam rei militaris viaticum solebat appellare) Aristotele exponente perdidicit, eam semper vna cū puzgione sub puluino iacentem tenere solitus. Onesicritus apud plutarchum in Alexandro.
- 9 ¶ Euclides Megarensis quum disciplinæ Socraticæ percupiens esset, neque tamen Athenas (vbi profitebatur Socrates) auderet ire, quod capitale foret, si quis Megarensium Athenis, aut Atheniensium Megaris propter mutuum vtriusque vrbis, odium deprehenderetur, sub noctem tunica longa muliebri indutus ad ipsum philosophum commeabat, vt vel noctis aliquo tempore consiliorum sermonumque eius fieret particeps, Rursus sub lucem eadem indutus veste redibat. Author Gellius lib. 6. Cap. 10.
- 10 ¶ Ferunt Platonem quum tenui admodum esset pecunia, tres tamen Philolai Pythagorici libros Decem milibus denarium mercatum, quod precium a Dione quodam Syracusano acceperat, Gellius lib. 4. Cap. 17. Idem Octogenario maior moriens sub capite Sophronis numeros habuisse fertur. Sic nec extrema quidem eius hora agitatione studij vacua fuit, inquit Valerius Maximus de studio.
- 11 ¶ Aristotelem quoque traditum est pauculos Speusippi libros post mortem eius emisse talentis tribus Atticis, Gellius lib. 4. Cap. 17.
- 12 ¶ Fuit Hippocrates discendæ medicinæ adeo studiosus, vt eum non puduerit vel detrimenta gustare, vt inde morbi naturā perfentisceret, Quod tamen aliqui Aesculapio ascribunt, Author Cælius Cap. 12. lib. 16.
- 13 ¶ Adrianus imperator impense adeo Græcæ doctrinæ inuigilabat, vt a plarisque Græculis vocaretur, Sextus Aurelius.
- 14 ¶ Cato vticensis ne quid temporis absque aliqua exercitiij parte efflueret, in curia Græcæ lectitabat, tantisper dum cogeretur senatus, Cicero lib. 3. de finibus.
- 15 ¶ Tacitus imperator Cor. Taciti viri consularis historiam de Romanis imperatoribus, nō modo in omnibus bibliothecis iussit collocari, sed etiam edicto cauuit, vt decies quotannis ad vsu publicum transcriberetur, atque in bibliothecis poneretur, Flauius Vopiscus.
- 16 ¶ Beatus Hieronymus Romæ primum, mox in Bizantio & Antiochia demum apud Solymos, discendi studio varijs præceptoribus operam dedit, Habuit in literis Hebræis Barbanum & Nicodemum Iudeos, in humanioribus literis Donatum & Victorinum, in sacris Gregorium Nazianzenum, Apollinarem Antiochenum, & Didymum Alexandrinum, Crinitus Capite sexto libri sexti.
- 17 ¶ Augustus liberalibus studijs præsertim eloquentiæ in tantum incubuit, vt nullus ne in procinctu quidem laboraretur dies, quin legeret, scriberet, declamaret, Sextus Aurelius.
- 18 ¶ Nemo studia bonarum artium fouit indulgentius, quam Carolus magnus, vt qui Parisiense gymnasium & Papiense accersitis vndecumque doctissimis viris instituerit, Bapstista Egnatius.
- 19 ¶ Fuit & Carolo Crasso singularis beniuolentia in literatos homines, quos ad scribendum solebat adhortari, Idem Egnatius.
- 20 ¶ Sigismundus imperator doctos homines etiam fouit, & magnis honestauit dignitatibus, Accusauit etiam plerumque Germanos principes, quia latinas odissent literas. Reprehensus a quibusdam, quod viros humiles, sed literatos foueret, ego (inquit) eos amo, quos virtutibus & doctrina (ex quibus nobilitatē metior) cæteris antecellere videro, Idem Egnatius.

Scipio in medijs

- C**Scipio in medijs difficillimi belli apparatusibus bonarum artium studia nō pretermisit. philo- 21  
 sophorum scholas crepidatus frequentans. Et ne post tot insignes victorias animum si-  
 bi infollescere prosperis successibus rerum permitteret, cum literis et literatis frequens ver-  
 sabatur. Pontanus de Fortitudine bellica.
- C**Borlus ferrariensis princeps, Ingenijs magnopere fauit, quæ vndeunque accersita 22  
 domi alebat, et i his T. Strotium poetam florentinum, Ioannem Aurispam, Hugonem me-  
 dicum, et Petrum Bonum Lyristem egregium. Volaterranus in Geogra.
- C**Bellarionis præsbyteri cardinalis (qui sub Eugenio quarto floruit) domus fuit liberaliū 23  
 artium officina, doctissimisque viros semper aluit atque fouit. Nec minus ipse in literis  
 versabatur. Platonem imprimis obseruabat, in cuius defensionem commentarios edidit  
 contra Trapezuntium peripateticum. Volaterranus.
- C**Liuius Drusus ætatis viribus et acie oculorum iam defectus, ius ciuile tamen populo in 24  
 terpretatus est, quod cupientibus discere vtilissima composuit monumēta. Valer. de Stu-  
**C**Publius Crassus quum in Asiam ad Aristonicum regem debellandum consul venisset, 25  
 tantum græcæ linguæ studium impēdit, vt eam in quinque diuisam genera per omnes par-  
 tes ac numeros didicerit. Idem Valerius, et Blondus Flauius libro quarto Romæ trium-  
 phantis.
- C**Carneades philosophus quum cibi capiendī causa recubisset philosophis cogitationis 26  
 bus interdum vsque adeo inhebebat, vt manum ad mensam porrigere obliuisceretur. Id  
 cum Chrysippo disputaturus helleboro se ante purgabat ad exprimendum ingenium suū  
 attentius, et illius refellendum acrius. Valerius.
- C**Capiti Syracusis Marcellus Archimedis philosophis precibus parci iussit, cuius tamen 27  
 machinationibus victoriam suam multum ac diu inhibitam fenserat. Plynius libro septis-  
 mo Cap. 37.
- C**Confecius senio Socrates fidibus tractandis operam dedit, vt tantis doctrinæ suæ diuitijs 28  
 mulcæ rationis adderet elementum. Cicero de Senectute.
- C**Chrylippus octogesium, Isocrates quartum et octogesium nati annos opera scripse- 29  
 runt hic Panathenicon, ille Logicon acutissimæ subtilitatis volumen. Valerius de Studio.
- C**Cleanthes quæstu extrahendæ aquæ nocturno tempore inopiam suam sustentabat, diu- 30  
 no Chrysippi præceptis percipiendæ operam dabat. Idem quum centesimum attingisset an-  
 num, auditores tamen erudiebat. Laertius et Valerius.
- C**Sophocles centum prope natus annos Oedipodem tragœdiam cōscripsit. Cicero in Ca- 31  
 tone maiore. Sophocles (inquit) ad summam senectutem tragœdias fecit.
- C**Simonides poeta octogesimo anno et carmina docuit, et in eorum certamen descendit. 32  
 Valerius.
- C**Carolus septimus sexti filius Gallorum rex solenni episcoporum concilio Pragmaticam 33  
 inuitit sanctionem, vt qui magna olei impensa euasissent literati, ad sacerdotia prouelicere-  
 tur. Prius enim curæ animarum (quas vocant beneficia) mulionibus aut etiam lenonibus  
 præsulum dabantur, ita vt vtilius multo videretur, in aulica vita eius rei gratia parasitari  
 et iuram agere, quam studium literis impertiri. Asini enim portabant mysteria, Doctos  
 oportebat sua fama contentos viuere, nec aliud sperare quicquam. Sed me miserum. Quo-  
 niã mea ipsa crumenæ summorum pontificum non nihil detrudere videbatur ad eius ex-  
 cidium et ruinam totis semper viribus a Romanis itum est, egre scilicet ferentibus, suas  
 bullas et appensum plumbum nobis vilescere, atque amplius vanae nō exponi. Nec pri-  
 us cessatum est machinari, quam Leoni data sit prædæ frustra renitente clero. O stolidissi-  
 ma Gallorum ingenia, qui non percipiūt dari sibi verba ab Italis, sique regni viscera cor-  
 rodi et succum hauriri. Sed adeo periculofum est hac i re quicquam dicere, vt extra fores  
 pectoris nemo ausit proderi dolorem quem intus patitur. Veh illis, qui tantam nobis, non  
 nobis sed toti Reip. calamitatem attulerunt. Et certe siquid est cœlo clementiæ, spero vota  
 mea exauditum iri. Neque propicia Gallis numina sceleris tanti (quod illis male vertat)  
 autores relinquent impunitos.
- C**Anthonijs cognomento pius Rhetoribus ac philosophis non salaria modo, verum etiam 34  
 honores ac prouincias decreuit. Pōtanus de Liberalitate.
- C**Alexander Seuerus non modo literatorum genus omne, verū aruspices et architectos 35  
 in quo quisque elucesceret profecutus est. Pontanus de Liberalitate.
- C**Julius Malfantēsis Alfonso regis censui rationibus præpositus ita louianum Pontanum 36  
 poetam elegantissimum iuuit, vt Pontanus ipse omnia sua eidem referat accepta. Idem Pō-  
 tanus ibidem.

- 37 ¶ Ptolemaeus rex Alexandrinus doctissimos quosque ad se vocatos salarijs donisque prosecutus est. Idem Pontanus.
- 38 ¶ Abundavit viris doctis Nicolai quinti Pontificis Maximi et Alfonfi regis aula, quorum hic Antonium Panhormitam obscriptum de dictis ac factis suis librum mille aureis donavit, Poggium Florentinum quingentis ob conuersum e Graeco in latinum Xenophontis librum, qui Cyri pædia inscribitur. Pontanus de Liberalitate.
- 39 ¶ Dionysius Syracusanus Heliconem Cizicentum talento donavit, quod solis deliquium prædixisset. Pontanus de Liberalitate.
- 40 ¶ Lyfander ob pauculos versiculos Antilochi, poetæ pileum argento impleuit. Pontanus.
- 41 ¶ Ferdinandus rex grandem pecuniæ summam quotannis ex ærario pendendam, statuit Rhetoribus, medicis, Philosophis, et Theologis, qui publice Neapoli docerent. Egregium sane factum, (inquit Pontanus) ingenia prosequi, virtutes ornare, et ad excolendos animos excitare iuuentutem.
- 42 ¶ Terentius varro annos seculi supergressus interiit scribendo. Blondus Flavius lib. 4.
- 43 ¶ Cato Cenforinus anno, 86. ætatis causam pro se egit aduersus temerariam iuuentutem. Literas græcas didiscit et ius civile. Defendit Galbam oratorem accusatum. Idem Flavius libro quarto, et Valerius de Studio.
- 44 ¶ Julius Cæsar (vt est apud Suetonium) omnes medicinæ et liberalium artium professores ciuitate donauit, vt libentius urbem incolerent. Idem Cæsar bibliothecas græcas publicauit, data M. Varroni cura comparandarum ac dirigendarum. Decium Laberium quingentis sestertijs et aureo anulo donauit, quum ille minium suum egisset.
- 45 ¶ Vespasianus imperator ingenia et artes maxime fouit, primusque e fisco latinis, Græcis que rhetoribus annua centena constituit, præstantes poetas muneribus ornauit, et bibliothecas incendio absumptas reparauit. Suetonius, et Blondus Flavius libro quarto.
- 46 ¶ Philocyprus rex Cypri tanti fecit Solonem philosophum, vt ab eius nomine urbem, que prius Epena vocabatur) Solos nuncupauerit. Plutarchus in Solone.
- 47 ¶ Philopomen Megalopolitanus dux fortissimus figmētis homericis intendebat animū. Oblectabatur quoque plurimum lectionibus Euangelij, de re militari et historias Alexandri complectebatur, et fere semper habebat in manibus..
- 48 ¶ Fronto nobilis Romanus poetis omnibus egregias domos pro poematum recitatione commodabat, De hoc Iuuenalis. Frontonis Platani, cōuulsaque marmora clamant. Et Martialis. Clarum militiæ Fronto, togæque decus.
- 49 ¶ M. Antonius imperator cognomento philosophus, tantum honoris magistris suis detulit, vt eorum imagines aureas in ærario haberet, ac sepulchra eorum aditu, hostijs, floribus semper ornaret, author Capitolinus.
- 50 ¶ Chryssippus philosophus adeo fertur intentus fuisse suis argutijs logicis, vt ad mensam etiam fame petiturus fuerit, nisi ancilla Melissa cibum in os ingessisset.

¶ Indocti, & qui literas oderunt.

- |   |                    |   |             |   |                         |
|---|--------------------|---|-------------|---|-------------------------|
| 1 | Licinius Imp.      | 3 | Heraclides. | 5 | Britannion.             |
| 2 | Valentinianus Imp. | 4 | Philonides. | 6 | Heronis atticij filius. |

1 ¶ Licinius imperator fuit literis adeo infestus, vt virus ac pestem publicam eas appellaret. Sextus Aurelius. Sed cur inquit Baptista Egnatius eas non odisset, quarum adeo expers erat, vt ne decretis quidem subscribere posset.

2 ¶ Valentinianus quoque imperator Gratiani filius magno literarum odio conflagrauit.

3 ¶ Cælius scribit Heraclidem Lycium hebeti fuisse ingenio, et ad literas. politioremq; cultum ineptissimo.

4 ¶ Philonides fuit Melitenfis quispiam prægrandi corpore, ceterum insulsus & indoctus. Vnde adagium fluxit Erasmo positum. Indoctior Philonide.

5 ¶ Britannion, cui victo constantius imperator pepercit) adeo expers literarum est habitus, vt ne prima quidem elementa calleret. Bap. Egnatius.

6 ¶ Herodes Atticus quum ingenio et eloquentia nulli secundus haberetur, filium habuit a deo hebetem, vt ne prima perciperet elementa, Philostratus in eius vita.

Bibliothecæ memorabiles.

¶ Tyrannion grammaticus (qui floruit ætate magni Pompeij) supra tria librorum milia possedit. Plutarchus in Sylla.

¶ Serenus Sammonicus Gordiani Iunioris præceptor, habuit in bibliotheca sexaginta duo milia voluminum, que ipsi Gordiano moriens reliquit. author Capitolinus.

Plutarchus in Antonio scribit Pergamenas bibliothecas habuisse ducēta librorum milia.

Porro ex

Porro ex antiquis Bibliopolis vnicus fere Triphon celebratur. Martialis libro quarto. Non habeo, sed habet bibliopola Triphon. Hic ille est, ad quem scribit Fabius in liminari institutionum oratoriarum epistola.

Qui multa scripserunt.

Scripti Theophrastus trecentum librorum volumina. Crypsippus septuaginta. Cseruius Sulpitius. 180. libros de iure ciuili. Atteius Capito. 60. Empedocles tria & quadraginta. Galenus. 130. Beda 36. Aristarchus grammaticus Aristophanis grammatici discipulus scripsit commentarios supra mille. Ruffinus apud Hieronymum in Apologia pro Origene scribit quendam fuisse, qui palam cōfiteretur se legisse sex millia librorum Origene. Didymus grammaticus Alexandrinus qui Romæ profitebatur tempore Augusti. scripsisse dicitur supra tria millia et quingentos libros. Seneca vltima epistola libri decimi tertij.

Laboriosi et variarum artium periti.

1	Cleantes	8	Sophocles & alij	15	Apollonius Tyane <sup>9</sup>
2	Plautus	9	Eleus hippias	16	Antisthenes
3	Turanius	10	Adrianus	17	Alphonsus
4	Iulius Cæsar	11	Aurelius alex.	18	Themistocles
5	Alexander magnus	12	Plynius	19	Philopœmen
6	Iulianus imperator	13	Diodorus Siculus	20	Demosthenes
7	Porcius latro	14	Nicaula	21	Cato Censorius

1  
Cleantes philosophus inopia mercennarium se fecit, ac noctu quidem in hauriendis aquis victum sibi comparauit, interdum liberalibus studijs dedit operam, Pinsebat quoque farinas sæpenuero, vt peniam illam necessarium plarisque malum excuteret. Laertius, et Valerius de Studio.

2  
Pugnabat Plautus in paupertatem dies et noctes. Scribebat enim fabulas suas interdum, nocturno operam locabat pistori, & in agendis molis (quas trufatiles vocant) qualemcūque faciebāt questrum. Varro apud Gellium Cap. 3. lib. 3.

3  
Turanius fuit quispiam exacte diligentiae senex, cui quum Cæsar post nonagesimum annum procurationis vacationem vltro indulgisset, id egreferens, composuisse in lecto & velut exanimem a circumstante familia plangi iussit. Nec ante tristitię finem fecit, quam pristino labori sit restitutus. Cælius libro sexto, Cap. 23.

4  
Iulius Cæsar consumptis in re bellica diebus, noctes tamen ad tripartita diuidebat officia quæ scilicet, publicę rei, et musarum. Marcellinus lib. 16.

5  
Erat teste Suetonio, laboris vltra fidem patiens. In agmine nonnunquam equo, sepius pede antebat, capite detecto, seu sol, seu imber esset longissimas vias incredibili celeritate cōfecit, expeditus meritoria rheda centena passuum millia in singulos dies. Si flumina morarentur, nando traiciens, vel innixus inflatis vtribus vt sepe nuncios de se præuenerit. Alexandria quoque circa oppugnationem pontis eruptione hostium subita compulsus in scapham pluribus eodem præcipitantibus quum defilisset in mare, nando per ducentos passus euasit ad proximam nauem elata lena, ne libelli quos tenebat, madeficerent paludamentum mordicus trahens ne spolio potiretur hostis.

6  
Legimus Alexandrum magnum (quod dormitaret) brachio extra cubile protento pilam tenuisse argenteam supposita pelui, vt quum neruorum rigorem sopor laxasset infusus, gestaminis lapsi tinnitus abrumperet somnum. Author Ammianus Marcellinus lib. 16.

7  
Iulianus Imperator dimidiata nocte semper exurgebat, non e plumis perdicum sub alaribus, vt Helioabalus, aut stragulis fericis ambiguo nitore fulgentibus, sed ex asperis stragulis, in quibus vix decumberent abiectissimi verne. Marcellinus ibidem.

8  
Porcius Latro incoæpta semel studia non poterat interrompere, vbi se ad scribendum cōcitasset, iungebantur noctibus dies, et sine interuallo sibi instabat, nec desinebat nisi desicibat. Quum se syluis et montibus tradiderat, omnes illos agrestes in syluis et montibus natos laboris patientia ac venandi solertia prouocabat. Seneca libro primo declamationū, et post eum Cælius Cap. 35. quinti libri.

9  
Sophocles, Plato, Isoocrates, Hieronymus, et alij complures ad extremam senectutem scribentes, labores subierunt, finemque dicendi cum vita fecerunt. Volaterranus.

Eleus Hippias Sophista pteget literarum studia (in quibus ætate sua nulli fuit secūdus) Olympicis ludis Zonam, vestem, calceos, ampullam, anulum, gemmam (in qua signum in sculpsit

OFFICINA

- sculperat) sibi fecit, habuitque artem multarum rerum, quæ mortales plurimos ornare potuisset. Quintilianus libro duodecimo Instit. Orato.
- 10 **¶** Adrianus Imperator fuit Arithmeticæ peritissimus, et Geometriæ Pinxit egregie, Musicem tenuit. Astronomiæ scientia omnes ætatis suæ facile superauit.
- 11 **¶** Fuit Aurelius Alexander optimus aruspex, excellens augur, musicus insignis, et vtramque orationem eruditissime scripsit. Quibus rebus tantam impendit operam, ut confueuerit in conuiujs vel legentes audire, vel alijs vescentibus legere.
- 12 **¶** Nihil vnquam legit Plinius, quin exciperet, nec in bibliotheca tantum, sed in mensa, sed in lectica, sed equitans quoque vel scribebat, vel scribendum aliquid dictabat.
- 13 **¶** Diodorus Siculus ne in descriptione vrbis (vt alij plerique) erraret, bonam Asiæ & Europeæ partem magno suo incommodo peragrauit.
- 14 **¶** Viruti maxime tribuendum est Nicaulæ Aegypti et Aethiopum reginæ, quod audita Salomonis sapientia ab extremo Arabiæ in Iudæam iuerit, ut eum audiret.
- 15 **¶** Appollonius Tyanæus vt Bragmanum scientiam haurire posset, Persas, Caucausum, Albanos, Scythas, et massagetas prætergressus, in Idiam penetrauit. Quibus auditis per Elamitas, Babylonios, Chaldaeos, Mædos, Parthos, Assyrios, Phœnicas, Arabes, Palestinos, in Aegyptum rediit, vt quaqua transiret, ibidem a doctis (si qui essent) proficeret & aliquid deciperet. Transiuit et in Aethiopiam ad Gymnosophistas.
- 16 **¶** Antisthenes audito Socrate statim conuersus ad discipulos monuit, vt alium quererent præceptorem, sibi se inuenisse dictans. Quo facto relictis omnibus fortunis Socratem secutus est.
- 17 **¶** Alphonus Aragonius Siciliæ rex iam quinquagenarius, præceptori tamen se submisit, ne loquendi vsu careret.
- 18 **¶** Themistocli si quando requies esset, a percipiendis disciplinis, non tamen ludis et inertie se dedit, sed excogitandis orationum argumentis versabatur assidue, nunc in accusatōnibus, nonnunquam etiam in defensionibus ingenium exercens. Plutarchus in eius vita.
- 19 **¶** Philopomeni Achgorum principi si quando ocium ab armis esset, alijs insuecebat laboribus, aut venatione, aut etiam agricultura sese exercens, & torporis consuetudinem euertans. Quinctiam cubitabat in stramentis, vt infimus aliquis colonorum auctor Plutarch.
- 20 **¶** Demosthenes dolebat, si quando antelucana opificum victus esset industria. Cicero libro quarto quæst. Tuscul.
- 21 **¶** M. Censorius Cato idem orator, idem historiæ conditor, idem iuris, idem rerum rusticarum peritissimus fuit. Inter tot operas militiæ, tantas domi contentiones, rudi sæculos, Litteras græcas etate iam declinata didicit. Quintilianus libro duodecimo Instit. Oratoriæ.
- ¶** Artalus Eumenis frater ocio adeo solutus est, vt fagina traditus, imperij onus in philosophemem e familiaribus vn timeret. Cælius Cap. 23. sexti libri.
- ¶** Vatia Seruilius vir prætorius nulla alia re quam ocio natus consenuit. Propterea a transeuntibus dici solebat, Vatia hic situs est. Seneca in Epistolis, et Cælius.
- ¶** Herrudas quidam quum Athenis otij damnatus foret iussit eum sibi ostendi qui in causa liberali conuictus fuisset. Plutarchus in Apophth. Laconicis.

Coronæ diuersæ.

**V**ariæ fuerunt olim coronæ quibus pensabatur hominum virtus, vt & ignavis torpor excuteretur, & in generosis virtus cresceret. Plinius lib. 22. numerat Gemmatas, Aureas, Vallares, Murales, Rostrales, Ciuicas, Triumphales, quibus nobilioribus ob honorem triumphum. Id vulgo dicitur aurum coronarium, inquit Gellius. Aureis post modum successerunt laureæ. Erantque eiusdem & virtutis & honoris præmia. De Laureâ triumphali Apollo apud Ouidium libro primo Meta. Daphnen alloquens sic inquit. Tu ducibus lætis aderis, quum læta triumphum Vox canet, et longas visent Capitolia pompas.

**¶** Corona ciuica donatus est Iulius Cæsar a Thermo prætore, in expugnatione Mitylenarum. De hac corona Claudianus. Mos erat in veterum castris, vt tempora quercu Vldaret, vltimis fulo qui viribus hoste Casurum potuit morti subducere ciuem. De hac Mantua. Si modo lex esset, qualis fuit ante latinis Cingere frontenti victricia tempora quercu Bel ligero ciuem si quos seruasset ab hoste. **¶** Oblidionalem coronam dabant obsidione liberati, ei qui liberauerat. Ea fiebat gramine, vnde et graminea dicta est. Hanc S. P. Q. R. Fabio maximo dedit, secundo bello punico, quod urbem Romam obsidione liberaffet. Ciuica dabatur ei qui ciuem a morte liberaffet, fiebat fronde querna aut ilignea. Cecilius, Aduer huntur inquit cum ilignea corona & chlamyde. L. Gel. vir, Censorius censuit. Ciceronem consulem



consulem hac ornādū corona, q̄ eius opera, atrocissima illa Catilinę cōiuratio deleta vindicata q̄ fuisset. ¶ Muralis dabatur ab imperatore, ei qui primus murū subiisset, et in oppidum hostium per vim ascendisset. ¶ Castrensem donabat imperator ei, qui primus hostiū castra pugnans introiisset, habebat autem insigne valli.

¶ Naualem merebatur, qui in maritimo prælio primus hostium nauem vi armatus transiit fuisset. Ea rostris nauium erat insignita. ¶ Muralis autem, Castrensis & naualis, sicbāt ex auro. ¶ Oualis corona erat Myrtea. Ea utebantur imperatores, qui ouantes urbem introibant. Ouatio minor erat triumpho. Ouationis causa est non triumphus, quum aut bella non recte indicta sunt, nec cum iusto hoste gesta, aut quum hostium nomen humile est, vt seruorum aut pyratarum, Aut quum deditioe facta, incruenta parata est victoria. Hęc fiebat ex Myrto. Dabatur oleagina ob conuersum hostem. In ludis Pythiis victores coronabantur æsculea corona. Vnde Ouidius libro primo Meta. Hic iuuenum quicumque manu, pedibusve, rotave viscera æsculeę capiebat frondis honorem. Nondum Laurus erat longoque decentia crine Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbas. De coronis vide Gellium libro quinto Capi. 5. Blondum foroliuensem de Roma triumphante lib. 6. Voss laterranum lib. 26. Philologię, Plynium lib. 16.

Triumphatores seu qui de diuersis regibus et populis triumphauerunt.

¶ L. Atilius Calatinus triumphauit de Sardis. Gn. Domitius de Aruernis & Bathulo eorum duce. L. Titius Salinator de Illyrijs. M. Atilius regulus, de Salētinis. Paulus Aemylius junior de liguribus et Perseo. Claudianus de triumpho Pauli Aemylij. Nec quum capitolia curru Pelleę domitor Pyrrhus conscenderet aule. Idem. Nec magis insignis marij, Paulique triumphus. Qui captos niueis reges egere quadrigis. Meneuius Agrippa lanatus de Sabinis. M. Antonius triumphauit de Armenię rege. M. Aquilius consul de Aristonico rege. Iunius Bubulcus Brutus dictator Equos subegit, ac die octaua de eisdem triumphauit. Furius Camillus Veios decenniali obsidione domuit, ac de eisdem triumphauit, s. p. Cassio duo triumphus contigerunt.

¶ M. Curius de Samnitibus et Sabinis. P. Decius iunior de Samnitibus.

¶ Gn. Duilius primus de nauali victoria triumphauit. Fabius Rullianus de Appulis, Nucernis, Samnitibus, Vmbris, Marfis, ac Thuscis triumphauit.

¶ Fabius Gurges de Samnitibus. Q. fab. max. de liguribus. Gn. Fuluius flaccus de Samnitibus. M. Fuluius nobilior ouauit de Aetholis, triumphauit de Ambraciensibus. L. Lucretius Tricipitinus de volscis. Marius de Teutonibus et iugurtha. Propertius libro. 4. Dij melius, quantus mulier foret vna triumphus Ductus erat per quas ante Iugurtha viuas. Q. Ce. Metellus de Iugurtha et Numydis. Claudianus. Fractemque metello Traximus immanem marij subvincla Iugurtham. L. Mumius de Achejs. M. Horatius consul de Sabinis, sine autoritate Senatus. L. Papyrius Cursor de Samnitibus. L. Papyrius Crassus eius filius de priuernatibus. Gn. Pōpeius magni Pōpeij pater de picentibus. Pompeius Magnus de Iarba Mithridate, Aristobolo rege iudeorum. Aul. posthumus Tubero de volscis. L. Aemylius Paulus de liguribus. Q. Capitolinus quinque consul de volscis. Scipio Africanus de Annibale & Scyphace. Sulpitius de reliquijs Brenni. L. Valerius Valeijs filius de veientibus et Sabinis. Valerius Coruinus (qui sexies fuit consul) de Samnitibus. L. Valerius potitus de volscis et Equis sine autoritate senatus. M. Atilius Glabrio de Antiocho et Aetholis. Aurelianus imperator de Zenobia Palmyrenorū regina. Septimius Seuerus imperator de Arabibus & Adiabenis.

¶ Dagobertus rex Francorum de Saxonibus. ¶ Papyrius Naso de Corsis. ¶ Iulius Cesar confectis bellis quinquies triumphauit, primum triumphum egit gallicū, sequentem Alexandrinum. Deinde ponticum, huic proximum Africanum, nouissimum hispaniensem. Triumphauit Bacchus de Indis, Tattius de Sabinis. Gordianus de Persis, Augustus curules triumphos tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum, continuo triduo. Romulus triumphauit de Veijs idibus Octobris.

¶ Antonius Commodus triumphauit de Germanis. Domitianus de Dacis et Catis. Papyrius cursor de Corsis in monte Albano. Porro autem lege fuit cautum ne quis triumpharet, qui minus quam quinque milia vna acie superasset. Nulli item licuit triumphare, qui nec dictator, neque prætor, nec consul res gessisset. Item nemini prius decernebatur triumphus, quam regionem (de qua triumphaturus erat) successori pacatam reliquisset.

¶ Triumphantes auratis curribus uehebantur, quos albi trahebant equi. Pompeij tamen currum in triumpho Africo traxerunt Elephantes, quem imitatus Cesar uetus est Elephantis

## OFFICINA

phantis quadraginta dextra leuaque Lichnos gestantibus Authore Tranquillo Et Gordiano quadrigę Elephantorū decrete sunt triūpho Perfico. Habuit et Aurelianus curum quatuor ceruis iunctū. Moris erat in magnis et solemnibus triūphis bouem immolare. In paruis vero ouem, a qua non nulli putant dictam ouationem, quę minor erat triūpho. Moris quoque fuit, vt in triūphantū curru sederēt eorūdē filij, vnde & Aemyli<sup>9</sup> Paulus speciosissimū triūpho filiū duxit, quē triduo post amisit, Triūphātē seq̄batur laureati milites. Moris item fuit, Imperatores belli ciuilibus victoria quantūuis magna non triūphare, quia ciues non hostes occidissent. Item vt milites & abiectissimi quicq; diuersis cōiicijs triūphantes in cesserent, ne prospera illa fortuna plus equo superbirent & insolecerent. Sic triūphante Cęsare milites dixerunt, Gallias subegit Cęsar, Nicomedes Cęsarem, Item, Romani seruate vxores, Mœchū caluū vobis adducimus. Ventidiū quoq; Bassum in Parthico triūpho secuti milites de cantarūt. Qui mulos fricabat, factus est consul. Porro lege cautum erat, ne dux ante triūphi initiū urbem ingrederetur. Paulus Orosius & cū eo Blondus, scribūt Romanos triūphos numero fuisse, 320. Omnium vltimus triūphauit Probus Imperator. Hęc de triumphis, de quibus qui plura scire cupiet, videat Blondum foroliuientem, libro decimo de Roma triumphante.

### Præceptores & Padagogi.

☞ Chrisippus Erasistrati, Asclepiades Temisonis, Protagoras Euathli, Agonas Zoroastris Callimachus Eratostenis, Eratosthenes Aristophanis, Volcatus Cęselij, Anaxagoras & Damon Periclis, Molo Ciceronis. Possidoniū quoq; Ciceronis magistrū fuisse fatetur ipse Cicero in libro de Fato. Eum audiendi gratia Rhodum adiit, vt in eius vita author est Plutarchus, Socion Senecę, Seneca Neronis, Cebes Phedonis, Philetas Cous, Ptolomæi, Pamphilus Amphipolyta Apellis, Empedocles Gorgię, Plutarchus Traiani, Donatus et Victorinus Hieronymi, Palemon et Flauius Virginius Perij, Architas Empedoclis, Saccas ammonius Plotini, Serbidas Scæuola Papiniani, Arnobius Lactancij, Linus Hercules, Lyfias Epaminundæ, Policetus Argij, Apopodori Alexis & Aristidis pictorum, Agesilades Myronis, Sofratus Lyfippi, Phydias Alcamanis et colotis Myron Lycij, Lyfippus Phœnicis, Euxinidas Aristidis, Eupompus Pamphili, Theophrastus Demetrii phalerei, Chiron & Phœnix Achillis. De Chirone & eius discipulo Achille Claudianus. Non ocy<sup>9</sup> hausit Achilles Semiferi præcepta tenis, seu cuspidis artes, Siue Lyræ cantus, medicas leu disceret herbas, Linus Orphei, Thamyre, & Herculis, Pherecydes Pythagore, Marianus Matheus, Fran. Puroleanus Beroaldi, Lyfimachus & Leonides Alexandri, Cōnidas Thefei, Sarpedon Catonis, Zopyrus Alcibiadis, Achilles Ptolomei, Sadragefillus Dagoberti, Sicinus liberorum Themistoclis, Hopleus Tydei, Acetes Pallantis, Hyagnes tiben Marfię, Pontanus Marulli, Silenus Bacchi, Raiuerius foroliuientis Bartoli, Bartol<sup>9</sup> Baldi, Baldus docebat Ticini, Paulus Castrensis & Antonius Rosellus Paduæ, Benedictus Capra Perusij, Barbatia Siculus Bononiæ. Fuit & Victorinus Fertinus Gonzagarum pedagogus. An. Panhormita Alphonfi Aragonis Siciliæ regis præceptor, Andronicus Theffalonicensis Politiani, Chalcidias louiniani grammatici, Andalus Genuenfis Boceacij, Amosius Origenis, Anacreon Smerdis filij polycratis samiorum regis, Thales Milefius Anaximandri, Anaximander Anaximenis, Anaximenes Anaxagore, Philoxenus Antigenidis musici, Socrates Antisthenis, Anthisthenes Diogenis, Euphranor Appionis grammatici, Asclepiades Apollodori grammatici, Apollodorus pergameus, Cęsaris Augusti, Menecrates Arati poetę, Anaxagoras Archelai Milefij, Plato Aristotelis, Socrates Aristippi, Aristophanes grammaticus Aristarchi, Crates bionis, Hermocrates Callimachi, Aristoteles calisthenis, Anaxagoras Carneadis, Socrates Cherephontis, Herodorus Chœrili, Diogenes Cratis Thebani, Paulus Dionysij Arcopagitæ, Prodicus et Socrates Euripidis.

☞ Siccinus fuit nescio quis Persa apud Athenienses captiuus, quē Themistocles liberis suis pedagogū constituit. Olbius fuit pedagogus filiorum cuiusdam nicogenis, qui exulatē Themistoclem hospitio suscepit, author Plutarchus.

☞ Docuit Aristoteles annis, 30. Quintilianus, 20. Pomponius Ietus Romæ. Io. Campan<sup>9</sup> perusie, Christophorus Landinus florentiæ. bonas artes professi sunt, Possent infinitos huiusmodi congerere, quos prætermitto, quod hoc ipsum modici videatur momenti, tamen etiam quod non putem posse fieri, vt quis ex maiori congerie fructum sibi faciat, cui hæc nihil profuerint.

Patria & locus natalis multorum  
illustrium virorum,

Rudicę

**R**vdia vrbs Appuliae Ennij, Saffina vmbrie plauti, Campania Neuij, Brundisium Calabriae pacunij, Mediolanum Statiij Cęciliij, Pisaurus accij, Carthago Terentij, Arunca Lucilij, Roma Lucretij, Bononia. L. Pomponij, Roma Decij, Laberij & Q. Catuli epigrammatista, Syria Publij Syri, Roma Porcij Licinij, Verona valerij Catulli, Roma Q. Cornificij, Cremona furij bibaculi, Atax vicus prouincie Narbonensis Pu. Terentij Varronis, Roma Iulij Calidij, Mantua Virgilij Venusium Appulie Ouidij, Parma Callij Seueri, Roma Cęsaris Germanici, verona Aemylij Macri, Corduba Hispania Lu cani, Sextilij & Senecę, Roma Afinij Galli, Volaterrę Ethruriae Persij, Neapolis Statiij Papinij, Hispania Syllij Italici, Setia Campania Valerij Flacci, Aquinum Iuuenalis, Bilbilis Hispanie Valerij Martialis, Italica Hispanie Voconij victoris, Carthago alphiij auiti, Africa Septimij et aurelij Olympij Nemesiani et mauri Terentiani, Cicilia Calphurnij Alexandria Claudianij, Brudegala Aufonij Galli, Hispania Damasi, Iuuenici, et prudentij, Africa Licentij Hipponensis Gallia Sidonij Apollinaris, Roma Pomponij secundi, Pedo min Solonis, Lacedaemon Chilonis Mitylene Pittaci, Priene Biantis Lydus Cleobolij, Corinthus perian dri, Scythia Anacharfis, Gnosfos vrbs Crete Epimenidis, Syria Pherecidis Miletus Anaximenis, Clazomene Anoxagora, Athenę Socratis, Xenophontis, Aeschia nis, Critonis & Glauconis, Cyrene Aristippi, Vmbria Propertij, & Iouiani Pontani. Idem Pontanus lib. i. Amo. O si post cineres & me quoq; iactet alunū Vmbria carminib; nō in honora meis, Vmbria pieridū cultrix, patria alta Properti, Que me nō humili cādida mōte tulit, Elis phdonis, Megara euclidis & Stilponis, Thebe Cebetis et Cratis, Athenę Platonis Polemonis, Antisthenis et Speusippi, Chalcedō Xenocratis, Soli Cratoris, Cyrene Lacydis & Carneadis, Carthago Clitomachi, Stragyra Aristotelis, Lampfacus Stratonis, Troas Lyconis, Pōt? Heraclidis, Synope Diogenis, Syracuse monymij, Aegina oneficriti, Phoenicia Menippi, Cypr? zenonis, Samos Pythagore & Melissi, Agrigētū Empedoclis, Tarētū Archite, Croton Alcmeonis, Metapontus Hippasij, Gnydos Eudoxi, Ephesus Heraclij, Colophon Xenophanis, abdera Democriti, Protagore, Anaxarchi, Elis pyrrhonis, Nicea Timonis, Athenę Epicuri, Calagurium Hispanie Quintilianij, Chraftus vrbs Siciliae Epizarmi, Pella Macedonie Alexandri, Melibœa philoctete, Panope Epei authoris machinae troiane, Asera Hesiodi, Cheronea Plutarchi, Megara Theognis, Mitylene Alcei, Lesbos Sapphus puellę, Rhodos Panerij, Stratoclis, Andronici, Pylos nestoris, De patria Nestoris et Vlyllis Tibullus libro quarto. Non pylos aut Ithace tantos gentiisse feruntur Nestora, vel parue magnum decus vrbs alumnum, Croton Alcmanis, Miletus vel phoenicia Thaletis, Imera Stefichori, Ithacavlyffis, Thebe Amphionis & pindari, Cos Apellis, Thracia Orpheti, Alexandria Appiani, Aristarchi, & Arrij, Arpinum Ciceronis, Tyana Grece Apollonij, Medaura Apuleij Paros Archilochi, Athenę Aristidis, Rhodos Aristophanis, Nicomedia Arriani historici, Methymna Arionis, Seleucia Siciliae Athenei Philosophi, Chaldaea Berofi, Agrigentū Carcini, Africa Cypriani, Carthago Clitomachi, Athenę Cratini, Eupolidis & Demadis & Demosthenis, Syracuse Dionis, Thebe Epaminunde, Hierapolis Phrygiae Epiceteti, Cyrene Eratosthenis, Athenę Hermippi, Arelate fauorini, Chalcis Syrie Iamblyciphim, Antiochia Ioannis Chrysofostomi, Iudęa Iosephi, Elis Hippie, Cos Hippocratis, Athenę Isocratis, Syracuse Lysij, Athenę Menandri & periclis, Thebe Musesij, Smyrna Homeri, Anazarbum Cilicie Oppiani, Roma Q. Hortensij, Cęsarea Cappadocie proheresij, Aegyptus Ptolomei Astrologi, Syracuse Philemonis, Cos philetę, Roma Salustij & Suetonij, Patauū T. Liuij, Athenę Sophoclis & Thucydidis, Thracia Thamyre, Egrestus vrbs Lesbij Theophrasti, Lesbos Terpandri, Carthago Tertulliani.

Formosi & formosę ex historicis  
Oratoribus & poetis.

1	Apollo	8	Atalanta	16	Alcibiades
2	Amaryllis	9	Ariadna	17	Amaracus
3	Alexis	10	Achillas	18	Asterius
4	Aegle	11	Antiopa	19	Augustus
5	Adonis	12	Argia	20	Alfus
6	Auentinus	13	Antinous	21	Amphimедon
7	Astur	14	Acanthus	22	Agarista
	Alys	15	Aegina	23	Baryne

Briscis

OFFICINA

24	Briseis	55	Galathea	89	Marathus
25	Berfabea	59	Ganymedes	90	Magnes
26	Bellorophon	57	Glycera		Medusa
27	Bathyllus	58	Galetes	91	Narcissus
38	Castor	59	Gyges	92	Nisus
	Pollux	60	Gorgon	93	Nireus
29	Chione	61	Hippolytus	94	Nearchus
30	Cenis	62	Helena	95	Omphale
31	Cyllarus	63	Hylas	96	Pyramus
32	Calisto	64	Hyas	97	Paris
33	Celeno	65	Hermione	98	Phaon
34	Calipso	66	Hippodamia	99	Phedrus
35	Cydippe	67	Hiera	100	Pregia
36	Cestus	68	Herodice	101	Parthenopeus
37	Catulla	69	Hippoclidus	102	Panthea
38	Cynthia	70	Hypsiphile	103	Rhodope
	Cliternestra		Herse	104	Rhoxana
39	Candaules	71	Iulus	105	Roscius
40	Daphnis	72	Iuencius	106	Serranus
41	Daphne	73	Iason	107	Sulpitia
42	Deiopeia	74	Ioseph	108	Semiramis
43	Dido	75	Laulus	109	Spurina
44	Deianyra	76	Lauinia	110	Sifigambis
45	Deyphile	77	Lesbia	111	Scipio
46	Diadumenus	78	Lygdus	112	Suauida
47	Democles	79	Laodomia	113	Turnus
48	Demetrius	80	Lais	114	Thysbe
	Deidamia	81	Lycoris	115	Tibullus
49	Euryalus	82	Leander	116	Thetis
50	Endymion	83	Lucretia	117	Theodotes
51	Ephestio	84	Lycaste	118	Tyro
52	Eurydice	85	Lamia	119	Violantilla
53	Fabulla	86	Ligurinus	120	Xerxes
	Eannia	87	Leida	121	Alij plerique
54	Filius maximini	88	Maia		

EXPLANATIO



- 1 Pollo. Pontanus libro primo de Amore Coniugali. Inter caelicos  
 las forma prestabat Apollo.
- 2 Amayllis puella. Virgilius. Formosam resonare doces Amas  
 3 ryllida syluas.
- 4 Alexis. Idem a gl. 2. Formosum pastor orydō Aardebat Alexim  
 Aegle nymphe. Idem a gl. 6. Aegle Nayadum pulcherrima.
- Adonis Myrrhē fuit filius. Veneri ob speciosam formam dilec-  
 ctus. Virgilius a gl. 10. Et formosus oues ad flumina pauit Ado-  
 nis. Quidius libro decimo. Laudaret faciem liuor, quoque qualia  
 namque corpora nudorum tabula pinguntur amorum. Talis erat. Propertius libro secun-  
 do. Tectis qui niuem quondam percussit Adonim Venantem Idalio vertice durus aper,  
 Illis formorum fleuisse paludibus, illuc Diceris effusa tu Venus iste coma.
- 5 Auentinus. Virg. Victoresq; ostentat equos satus Herule pulchro Pulcher Auentinus.
- 6 Astur. Virg. Sequitur pulcherrimus Astur astur equo fidens & vericoloribus armis.
- 7 Atys puer phrygius a Cybele (vt fabulantur poetae) ob formam adamatus est. Quidius  
 libro quinto Meta. Erat Indus Atys, quem flumine Gange Edita, limniace vitreis pepe-  
 rissē sub vndis Creditur, egregius forma, Catullus sic inducit loquentem. Ego adolefcens  
 ego ephebus, ego puer, Ego gymnasiū fui flos, ego eram decus olei, Mihi ian. uae frequen-  
 tes, mihi lumina tepida, Mihi floridis corollis redimita domus erat, Palladius Soranus.  
 Chare puer puero longe formosior Aty.

Atalanta

Atalanta puella fuit in arcadia venatrix & Iafij filia, liberali admodum forma. Oui, libro 8 octauo, Venit Atalante Schœnei pulcherrima virgo, Rafilis huic summam mordebat fibulavestem, Crinis erat simplex nodum collectus in vnum. Talis erat, cultu facies, quâ dicere vere Virgineam in puero, puerilem in virgine posses.

Artadne filia Minois forma fuit elegante, quam propterea Bacchus duxit in vxorē eius que coronam stellis ornata in astra retulit, Catullus de ea & Thefeo loquens sic inquit, Hunc simulac cupido conspexit lumine virgo, Regia quam suaves expirans costus odores Lectulus in molli complexu matris alebat, Quales Aurore perpingunt flumina Myrtos, Aura ve distinctos educit verna colores, Non prius ex illo flagrantia declinauit lumina, quam cuncto concepit corpore flammam.

Achillas puer, Martialis libro tertio. Huic comes herebat domini fugitiuus Achilles In signis forma nœquitiaque puer.

Antiope filia Nyctei & vxor Lyci regis Thebarum speciosissimam propter formam a loue adamata est, ex quo Zetum & Amphionem suscepit, Propertius, Tu licet Antiope formam Nycteidis, & tu Spartanam referas laudibus Hermonen.

Argia Adraasti argiuorum regis filia, & vxor Polynicis fuit itidem mirum in modum speciosa, Stautius lib. 2, Theb. Egregiam Argiam, nec formę laude secundam Deyphilem.

Antinoo Bithynico mira pulchritudine adolescenti tanta tamque elegans fuit forma, vt Adrianus imp. (a quo adamabatur) templum ei apud Mantineam constituerit, & ciuitatē apud Nilum, eiusque imaginem fecerit in sculpi nummis, Pausanias apud Volaterranum testis, Propterea Hieronymus Adriani concubinum eum vocat.

Fuit Acanthus puer speciosus quē poetę fingunt in florē sui nominis cōuersum fuisse, Aeginam Afopi regis Bœotię filiam ob excellentem pulchritudinem adamauit Iupiter, facitque cum ea in specie ignis, Ouidius, Aureus vt Danaen Afopida luserit ignis.

Forma imprimis vilenda & amabili fuisse ferunt inter Græcos Alcibiadem, sicut inter Romanos Scipionem & Demetrium cognomento, Poliorcetē, teste Cęlio, De Alcibiade, Plutarch. in eius vita, Hoc inquit Alcibiadi concessit natura sibi que cum paucis commune vt non modo in puericia aut adolescentia, sed etiam in omni ætatis gradu maximum semper decorē ac formosam hominis speciem prætulit, Sua semper ætate omnibus Atheniēsis libus & dignitate oris, & totius corporis forma longe præstitit, Hac permoti forma plerique diuites eius amore turpissime conflagrabant, inter quos fuit Democrates amator eius precipuus, Item & Anytus Socratis accusator.

Amaracum poetę fingunt in herbam odoriferam mutatū, idque propter elegantē formā,

Asterius filius fuit Veneris forma singulari, omnium tamen amores respuens, Vnde Qui dius in Ibin, Filius vt Cereris frustra tibi seper ametur, Destituatque tuas vsque petitus opes,

Cæx, Aurelius scribit Augustum fuisse mitem, gratum, ciuilibus animi, toto corpore pulchrum, sed oculis magis, quorum acies clarissimorum syderum modo promicabat.

Allus filius fuit Gygarum Danorum regis, quem tam excellenti forma ac cæsarie extitisse scribit Saxo grammaticus, vt argenteis nitere crinibus putaretur.

Amphimedon, Calentius Formosum Phiale prius arserat Amphimedonem, Amphimedon Phiales maxima cura fuit.

Herodotus scribit Agaristam Clisthenis filiam adeo formosam extitisse, vt ad habendas eius nuptias celebrata sint procorū spectacula & certamina, quo speciosissimi quique Græci adolescentes confluerunt.

Barynes meretricis formam commendat Horatius libro secundo Car. dicēs, Vlla si iuris tibi peierati Pœna Baryne nocuisset vnquam, Dente si nigro fieres, vel vno turpior vngui, Crederem, sed tu simul obligasti Perfidum votis caput, enitefcis Pulchrior multo, lus uenunque prodis Publica cura.

Bryfeis fuit adeo formosa, vt Achilles eius amore conflagrauerit, eamque quamuis ancillam plusquam puellas omnes adamauerit, Horatius, Prius insolentem Serua Bryfeis ni uo colore Mouit Achillem, Propertius libro secundo, Omnia formosam propter Bryfeis da passus, Tantus in erepto saeuit anore dolor.

Credibile est Bersabeam Vrię vxorem eleganti fuisse forma, quā sapientissimum illum regem & prophetam sanctissimum Dauidē vsque adeo titillauerit, vt solite religionis obligatus, adulterio & homicidio (Vriam enim deuouit morti) suam cōtaminauerit sanctitatem, Vnde Stroza pater, Ille sacriuates operis Iesseæ proles, Præfecit populo quē deus ipse suo, Bersabeę captus forma, tibi magne cupido Cessit, nec salomon tutior ipse fuit.

Bellorophon a Sthenobæa Proeti Argiuorum regis vxore propter formam adamatus,

- 26 & ad venerem (cui tamen assentiri noluit) postulat est. Vide Tortelium.
- 27 ¶ Fuit et Batyllus Anacreontis poetæ amafius liberali forma. Vnde Ponta, de Stellis. Nis rea sic perhibent & amatū a vate Batyllū, Picū oculis, fufumque coma, roseūque labellis.
- 28 ¶ De Castore & Polluce Oui, libro octauo Meta. At gemini nondum cœlestia sydera fratres, Ambo conspicui, niue candidioribus ambo Vectabantur equis.
- 29 ¶ De Chione Dēdalionis filia. Idem Oui, lib. 11. Meta. Nata erat huic Chione, quæ dotatis sima forma Mille prociis placuit bis septem nubilis annis.
- 30 ¶ Cœnis puella Thessala a Neptuno compressa, Idem Ouidius lib. 12. Meta. Clara decore fuit proles Elatea Cœnis Thessalidum virgo pulcherrima.
- 31 ¶ Cyllarus. Idem lib. 12. Nec te pugnantes tua Cyllare forma redemit.
- 32 ¶ Calisto. Idem Oui, libro primo Fasto. Fœdera seruasset si non formosa fuisset.
- 33 ¶ Celeno. Idem libro quarto Fast. Neptuno Alcyonen & te formosa Celeno.
- 34 ¶ Calypso Oceani & Tethyos filia, Oui, de Pō. An graue sex ānis pulchrā fouisse calypso Acquoreq; fuit cōcubuisse deq;. Idē li. 2. de art. Litore cōstiterāt illic quoq; pulchra calypso
- 35 ¶ Cydippe ab Acontio ob formam adamata est. Oui, in epif. Aut esses formosa minus pe terere modeste, Audaces facie cogimur esse tua. Tu facis hoc, oculiq; tui, quibus ignea ce dunt Sydera qui flāmē causa fuere mee, Hoc faciunt flauī crines & eburnea ceruix Quas que p̄cor veniant in mea colla, manus, Et decor & vultus sine rusticitate pudētes, Et The thidis quales vix reor esse pedes. Cetera si possem laudare beator esse Nec dubito, totum qn tua ps sit op<sup>9</sup>, Hac ego cōplexus, nō ē mirabile forma Si pign<sup>9</sup> volui vocis habere tuq;.
- 36 ¶ Cestū puerū cōmendat a forma Martia. Quanta tua est probitas, q̄ta est p̄stantia formę Ceste puer, puero Castior Hippolyto. Te secum diana velit doceat; natate, Te cybele ses cum vellet habere Phryga. Tu ganymedeo poterat succedere lecto, Securū domino bas sia sola dares, Felix q̄ tenerum vexabit sponsa maritum, Et q̄ te faciet prima puellavirum.
- 37 ¶ Catulla. Idem Mar, lib. octauo. Formosissima quæ fuere vel sunt, O quam te fieri Catul la vellem, Formosam minus, aut magis pudicam.
- 38 ¶ Propertius formam suę Cynthię sic cōmendat. Et quascunq; tulit, formosi tēporis etas, Cynthia nō illas nomen habere sinat. Idē. Illic formosę veniant chorus heroine, Quas des dit Argiuis dardana p̄da viris. Quarū nulla tua, fuerit mihi Cynthia forma Grator. Idem Fulua coma est, longę que manus, & maxima toto Corpore, & incedit el loue digna foror. Idem. Lilia non domina sunt magis alba mea. Idem. Post helenam hæc terris forma secūda redit. Hac ego non m̄rer si flagret nostra iuuentus Pulchrius hac fuerat Troia perire tibi, Digna quidam facies, pro qua vel obiret Achilles. Si quis vult fama tabulas anteire vetus stas, Hic dominam exemplo ponat in ante meam.
- ¶ Inter formosas mulieres locū habet Clitemnestra vxor Agamennonis de qua Pōta, li. 1. Amo. Hocque Clitemnestre potuit formosa videri, Cādida q̄ roseus sparferat ora rubor.
- 39 ¶ Herodotus ait Candaulis Sardiū Tyranni vxorē fœminarū omnū fuisse pulcherrimā.
- 40 ¶ De Daphnide Virgi, in Buc. Formosi pecoris custos, Formosior ipse.
- ¶ Tantra fuit forma Daphnes Penei filię, vt ea visa Apollo protinus incendio amoris exar ferit. Vnde Oui, lib. 1. Meta. Vritur & sterilem speranda nutrit amorem. Spectat inornas tos collo penderē capillos, Et quid si comantur, ait, videt igne micantes Syderibus similes oculos, videt oscula, quę non est vidisse fatis, Laudat digitosque, manusque, Brachiaque, et nudos mediā plus parte lacertos.
- 41 ¶ De iopia Nympha. Virgi, Aen. Sunt mihi bis septē p̄stanti corpore Nymphę, Quarum que forma pulcherrima. De iopiam Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.
- 42 ¶ Dido. Idem lib. 2. Aen. Regina ad templum forma pulcherrima Dido, Incessit.
- 43 ¶ De ianra Herculis vxor. Oui, lib. 9. Nomine si qua suo tandem peruenit ad aures Deia nyra tuas, quondam pulcherrima virgo, Multorumque fuit spes inuidiosa procorum.
- 44 ¶ Deiphyle vxor Tydei, Adrafi filia, Statius libro secūdo Theb. Egregiam Argiā nec for mæ laude secundam Deiphilem.
- 45 ¶ Diadumenus Augusti fuit p̄gustator, puer adeo speciosus, vt in formę certamine (q̄ fiebat Eli di) meruerit palmam, Volaterranus.
- 46 ¶ Democles puer Atheniensis fuit adeo speciosus, vt ex pulchritudine sua pulcher Demo des ab omnibus vocaretur. Cui (quod paucis ad modū formosis contingit) rāta quoq; extitit pudicitię cura, vt ad declinandam vim Demetrię (a quo petebatur ad stuprū) se in plenum feruentis aque Lebetem (quom aliter effugere non posset) cōiecerit. Plutar, in Demetrio.
- 47 ¶ Cælius scribit Demetrium cognomento Poliorcetem forma fuisse imprimis amabili. Demetri<sup>9</sup> Poliorcetes p̄cera fuit statura, forma, & pulchritudine oris adeo egregia, adeoq; p̄stanti

- p̄stati, vt pictorū aut sculptorū nemo similē vnq̄ potuisset effingere inqt Plutar. i ei⁹ vita. 47  
 ¶ Statius libro primo Achilleidos commendat formam Deidamie his verbis. Sed quantū  
 virides pelagi venus addita nymphas Obruit, aut humeris quantum Diana relinquit Nai  
 des, effulget tantum regina decori Deidamia chori, pulchrisque fororibus obstat, Illius e  
 rofeo flammatur purpura vultu, Et gemmis lux maior inest, et blandius aurum, Ac ipsi  
 par forma deę  
 ¶ Euryalus Nisi amicus, Virgilius libro quinto Aen. Euryalus forma insignis viridiq̄ iu 48  
 uenta. Idem lib. 9. Et iuxta comes Euryalus, quo pulchrior alter Non fuit Aeneadū, Troia  
 na nec induit arma.  
 ¶ Endymion Lunę amafius fuit admodum speciosus, Valeri⁹ Flac. libro octauo. Tū quoq̄ 49  
 syderea clarus procul ora iuuenta Lathmius est iua residet venator in vmbra, Dign⁹ amo  
 re deę. Stroza pater. Abstulit Endymion tenera Latoida forma.  
 ¶ Fuit in Ephestione Augusta adeo facies, vt victi Darij vxor eum pro Alexandro salu 50  
 tauerit. Ob quam formam ipsi quoque Alexandro fuit charissimus, Curtius.  
 ¶ Eurydice Orphei vxor, Quin. libro secundo, Orpheos. Hęc fata Mercurio Eurydice 51  
 formosa, puellas Tam visa est superare pares, cęlestibus aulis Quam iucunda Venus  
 dominas supereminet omnes. Idem. Venerat Eurydice sparsis formosa capillis, Cui tere  
 tes digiti, cui flaua monilia, vultus Syderei, inserto rubris candore papillis.  
 ¶ De Fabulla Martialis libro secundo, Bella es nouimus & puella, verum est. Et diues, q̄s 52  
 enim potest negare?  
 ¶ Fannia nomen est puellę formosissime apud Pontanum cuius egregiam formam poeta 53  
 ipse libro primo Amorum describit hoc modo,  
 Candidior niuea Veneris mea Fannia planta es,  
 Et Charitum tenero lactea crure magis,  
 Aureę prælata coma, prælata nitore,  
 Hebe munditijs cesserit ipsa tuis,  
 Cesserit aspectu, Lęde, Hermioneque capillis,  
 Floragenis, cedat Tyndaris ore tibi,  
 Nigraque formoso furata es lumina amoris,  
 Et per te cęcus dicitur ille puer.  
 Nayadum ille cębris quum sis lasciuior, & sit  
 Vique comes dictis gratia blanda tuis.  
 Ambrosia hinc teneris stillat tibi rosida labris,  
 Ambrosia hinc rofeo spirat ab ore tibi.  
 ¶ Scribit Aelius Sabinus tantā pulchritudinē oris fuisse in filio maximi, vt etiam caput 54  
 eius iā morte nigrū, iā maceratū defluentī tabo, pulcherrimum tamen videretur.  
 ¶ Galathæa nympa, Ouidius lib. 13. Candidior folio niuei Galathæa Ligustri, Floridior 55  
 prato, longa procerior alno, Splendidior vitro, tenero lasciuior Hęcdo, Leuior assiduo de  
 tritis equore conchis, Solibus Hibernis, est iua gratior vmbra, Nobilior pomis, platano cō  
 spectior alta, Lucidior glacie, matura dulcior vua, Mollior & cyeni plumis, & lacte coacto,  
 Et si non fugias, riguo formosior horto.  
 ¶ Non aliam ob causam poetę fabulantur Ganymedem ioui miscere pocula, quā ob elegā 56  
 tem speciem, Ouidius libro quarto Fast. Phryx pter in syluis facie spectabilis altis, Turri  
 geram casto iunxit amore deam, Horatius libro tertio Car. Qualis aut Nireus fuit, aut as  
 quosa Raptus ab Ida,  
 ¶ Glyceria, Horatius libro primo Car. Vrit me Glicere nitor Splendentis Pario marmore 57  
 purius, Vrit grata proteruitas, Et vultus nimium lubricus aspici.  
 ¶ Galetes fuit adolescens forma speciosus, decensque imprimis, Regi Ptolemeo propterea 58  
 vsque adeo charus, vt Ptolemęus ipse quibusdam (qui ad supplicium trahebatur) eiusdē  
 patrocinio pepercerit, Autor Cælius libro septimo Cap. 35.  
 ¶ Gygis pueri formam describit Hora. lib. 2. Car. dicens, Vt pura nocturno renidet Luna 59  
 mari Gnidiusq̄ Gyges, Quem si puellarum infereres choro, Mire sagaces falleret hospis  
 tes, Discrimen obscurum solutis Crinibus, ambiguoque vultu,  
 ¶ Veteres fabuloso confinxerunt in uolucro Gorgonem propter eximium venustatis de 60  
 cus, mentis inopes & stupidos reddētē spectatores in saxa deformasse, Celi⁹ lib. 13. Cap. 9.  
 ¶ Hippolytus Thesei filius fuit etiā pulcherrimus, Virgilius, Ibat & Hippolyti proles pul 61  
 cherrima bello Virbius, Pamphilus. Hippolytum superat formoso candidiore,  
 ¶ Hylam Thyodamantis filium ob formam adamauit Hercules, & Nymphę rapuerunt 62  
 o ij Mar. Pulcher

- Mar. Pulcher hylas tenerā merfit in ora manū, Proper. Cuius vt accense dryades candore puellae, Mirate solitos destituere choros, Prolapsū leuiter facili traxere liquore, Tum fornitum raptō corpore fecit Hylas. Cui procul Alcides iterat responsa, sed illi Nomen ab extremis flatibus aurā refert. Idem. Formosum nymphis credere visus Hylam.
- 64 **H**yas Atlantis ex æthra filius, Ouidius libro quinto Fast. Nondū stabat Atlas humeros oneratus Olympo, Quum fatus est forma conspiciendus Hyas.
- 65 **C**elebratur etiam hermiones Menelai felix pulchritudo. Vnde Proper. libro primo. Tu licet Antiopæ formam Nisæidos, & tu Spartanam referas laudibus Hermionem. Pontanus libro primo Amorum de Hermione sic ait, Hermionem laudant, quod erat spectanda capillis, Et sibi Apollinea fecerat arte comam.
- 66 **F**uit tam elegans & concinna Hippodamiæ pulchritudo, vt ad impetrandas eius nuptias celebrata sint certamina procorū. In quibus quū victor euassit Pelops, puellā duxit vxorem, Proper. Nec phrygium falso traxit candore maritū Aduecta externis hippodamia rotis, Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis Qualis Apelleis est color in tabulis. Idē lib. secundo, hippodamiam vocat Ischomachen ꝑ propter eam ortum sit bellum Cætaurorū. Qualis & Ischomache Lapithæ genus heroine Centauris medio grata rapina mero.
- 67 **H**iera fuit vxor Telephi mulier omnium (quas Prothelailus vidit) maxima & pulcherri-  
ma. Naferius in Valerium Flac.
- 68 **P**roposita de muliebri pulchritudine certamina plerisque in locis legimus, sicuti in Cæ-  
reris Eleusine festo prope Alpheum, vbi victrix herodice meruit palmam, Cælius Cap.  
9. libri. 13.
- H**erodotus scribit Hippoclidem Tisandri filium diuitijs & forma inter Athenienses pre-  
cipuum fuisse.
- 70 **H**ypsiphile. Statius libro quarto Theb. Errantes subito pulchram in mœrore tuetur Hy-  
psiphilem. Fuit Thoantis filia, a quo Thoantias appellatur.
- 71 **H**erse filia fuit Cecropis, cuius amore exarsit Mercurius ob liberalem puellæ formam.  
De hac Ouidius libro secundo Meta. Quanto splendidior quam cetera sydera fulget, Tā-  
to virginibus præstantior omnibus herse Ibat, eratque decus pompe, comitumque suarū.
- 72 **L**ulus filius Aeneæ ex Creusa. Virg. lib. 5. Aen. Extremus, formaq; antes omnes pul-  
cher Iulus. Idē lib. 7. Aen. primiq; duces & pulcher Iulus. Itē. Quo litore pulcher Insidijs  
cursuque feras agitabat Iulus. Oui. in Ep. Si queas vbi sit formosi mater Iuli.
- L**uenci Catulli amafius. Idem Cat. Melitos oculos tuos Iuenci. Si quis me finat vsq;  
basiare, Vsq; ad milia basiæ trecenta. Nec vnquam faturum inde cor futurū est. Idē Surri-  
pui tibi (dum ludis) mellite Iuenci Suauiolum dulci dulcius Ambrosia.
- 73 **L**ason, Medea apud Ouidium Iasoni loquens, Et formosus eras, & me mea fata trahebāt,  
Abstulerant oculi lumina nostra tui.
- 74 **I**oseph. Mantuanus in marie. Sic alacer Sanson, sic & formosus Ioseph.
- 75 **D**e Lauso Mezētij filio Vir. lib. 7. Aen. Filius hūc iuxta lausus, quo pulchrior alter Nō  
fuit, excepto Laurentis corpore Turni.
- 76 **L**auiniæ forma fuit origo belli inter æneam & Turnū, quorū vterq; eam sibi vxorem da-  
ri volebat. Virgilius libro duodecimo, flauos eius crines & roseas appellat genas, vbi ait.  
Filia prima manu flauos Lauiniæ crines & roseas lanata genas.
- 77 **C**atullus de sua Lesbia sic inquit, Lesbia formosa est, quæ quum pulcherrima tota est,  
Tum omnibus vna omnes surripuit vneres.
- 78 **L**ygdi pueri formam commendat Pamphilus his versibus Sapphicis. Lygde, qui forma  
superas Cynoedum, Nobilem, pulchrum, tenerum, proteruum, Qui sacro præbet manib;  
tonanti Nectar eburnis, Lygde, qui vincis nitidis ocellis, Qui miser disco cecidit cruento,  
Quem ferox syluis aper in iugosis Dente peremit.
- 79 **L**aodomia. Catullus, Quo tibi cum casu pulcherrima Laodomia.  
De Laodomia Pontanus libro secundo de Amore Coniugali,  
Nil fuit in toto quicquam formosius orbe  
Coniuge, qua felix Protefilaus erat.  
Nullis hæc gemmis, nullo est adiuta colore,  
Et rara nunquam cultior arte fuit.  
Ornabat faciem solo contenta pudore!
- 80 **L**ais Corinthia meretrix fuit speciosissima. Ouidius libro primo Eleg. Qualiter in thala-  
mos formosa Semiramis iste Dicitur, & multis Lais amata viris.



- C**Lycoris Cor. Galli amasia. Martialis libro sexto. Fœmina preferri potuit tibi nulla Ly- 81  
 cori, Propertius libro primo. Et modo formosa quam multa Lycoride Gallus Mortuus in  
 ferna vulnera lauit aqua.  
**C**Museus poeta formam Leandri pueri ex Abydo (qui Ero puellam adamauit, & ab ea 82  
 redamatus est) multis laudibus commendat.  
**C**Lucretie formam tanti fecerunt Romani, vt eam suis monumentis vbique celebrares 83  
 rint, & vindicauerint a mortalitate, nec solum ob eximiam pulchritudinem, verum etiã ob  
 castitatem, quod vim Tarquinij gladio sit vlta. De eius eleganti forma vide Ouidium sub  
 finem secundi Fastorum.  
**C**Lycaste Pryami filia tantæ fuit pulchritudinis, vt Polydamas Anthenoris ex Theano 84  
 Hecube sorore filius, illam ex concubina vxore sibi copulauerit. Fuit & alia Lycaste, quæ  
 ob pulchritudinem Venus vocabatur.  
**C**Lamia auctore Plutarcho puella fuit speciosissima a Demetrio adamata, quæ & tibijs 85  
 optime cecinisse dicitur. Hæc primo canendi modulandique suauitate gratiam sibi apud  
 omnes comparauit.  
**C**Lagrinus Horatii fuit amalius forma itidem eccellente, vt ipsius poetæ testimonio con- 86  
 frat. Idem quoq; Lycu celebrat dicens. Et Lycum, nigris oculis nigroque Crine decorum.  
**C**Leda, Stroza filius. Formosæ meruit quo Iuppiter oscula Leda.  
**C**Maia Atlantis filia. Ouidius libro quinto Fast. Quarum Maia suas forma superasse foro 87  
 res Traditur, & summo concubuisse Ioui. 88  
**C**Tibullus Marathi amasi sui formam versibus commendat.  
**C**Magnes Smyrneus fuit adolescens omnium sui seculi pulcherrimus, cunctisque pro- 89  
 perea gratissimus, sed maxime Gygi Lydorum regi. Quod ferentes ægre parentes, capil- 90  
 los ei totonderunt, vt aliquid de pulchritudine minueretur. Indignatus vero Gyges, bel-  
 lum mouit in Magnesos. Pausanias apud Volaterranum.  
**C**Medusam Phorci filiam egregia forma fuisse memorant poetæ, priusquam conuersa fuis-  
 set in serpentem ob stuprum cum Neptuno perpetratum in templo Mineruæ. Ouidius lib.  
 quarto Meta. Clarissima forma, Multorumq; fuit spes inuidiosa procorum. Illa nec in tota  
 conspectior vlla capillis Pars fuit, iuueni qui se vidisse referrent.  
**C**Narcissus filius fuit Cephisi, & Lyriopes, a multis Nymphis ob pulchritudinem amat, 91  
 cuius desiderio quum Nymphæ ipse intabescerent, mutatus est in florem sui nominis,  
 Virgilius in Batarum. Non illinc Narcissus abest, cui gloria formæ Igne cupidineo propri-  
 os exarist in artus. Ouidius libro tertio Meta. Multi illum iuuenes, multæ cupiere puellæ,  
 Sed fuit in tenera tam dura superbia forma. Nulli illū iuuenes, nullæ tetigere puellæ. Stro-  
 za pater. Quod si me facies, qualem Narcissus habebat. Idem Ouidius libro tertio Meta.  
 scribit fuisse illi Et dignos Baccho digitos, & Appolline crines, Impubesq; genas, & ebur-  
 nea colla, decusq; Oris & in niueo mixtum candore ruborem.  
**C**Nisus Megarensium rex ob pulchritudinem capillos aureos fertur habuisse. Tibullus 92  
 libro primo. Carmine purpurea est Nisi coma.  
**C**Nireus filius Charopi, & Alagie, puer fuit e Naxo admodum speciosus, cuius formam 93  
 Homerus suis carminibus dignatus est. Hora, libro tertio Car. Qualis, aut Nireus fuit, aut  
 aquosa Raptus ab Ida. Idem in Epodo. Formaq; vincas Nireia, Ouidius libro quarto de  
 Ponto. Tam mala Thersitem prohibebat forma latere, Quam pulchra Nireus conspicien-  
 dus erat. Propertius libro tertio. Nireia non facies, non vis exemit Achillem. Ponto. libro  
 tertio de Stellis. Nireia sic perhibent, & amatum a vate Bathyllū. Pictū oculis, fufumq; cos-  
 ma, roseumque labellis. Bapt. Pius. Nireia diuinum facit immortalis Homerus.  
**C**Nearchi formam commendat Horatius libro tertio Car. Ode. 30. vbi ait. Fertur & leui 94  
 recreare vento Sparsum odoratis humeris capillum. Qualis, aut Nireus fuit, aut aquosa  
 Raptus ab Ida.  
**C**Omphale regina Lydorū fuit facie adeo præstanti, vt ei se submiserit Hercules. Propert. 95  
 libro tertio. Omphale in tantum formæ processit honorem, Lydia Gygeo tincta puella la-  
 cu. Vt qui pacato statuisse in orbe colūnas, Tam dura traheret mollia pensa manu.  
**C**De Pyramo, & Thysbe Ouidius libro quarto Metamorphoseos. Pyramus & Thysbe 96  
 iuuenum pulcherrimus alter, Altera (quas Oriens habuit) prælata puellis, Contiguas has  
 buere domos.  
**C**Fuit & formosus Paris dicente Ouidio. Dux pari Priamide damno formose tuorum. 97  
**C**Hominum pulcherrimum fuisse prædicant Phaona, quæ inter lactucas occultarit Venus. 98  
 Diciteq; oblatū eidē ab ipsa Venere alabastrū vnguenti, quo quum se oblinisset factus est  
 o iij omnium

- omnium formosissimus, proptereaque adamatus a Mytilenorum mulieribus, sed maxime a Sappho poetria Scamandronymi filia, Cælius lib. 5. Cap. 43. Eius formam Ovidius sic describit. Hunc ne pro Cephalo raperes Aurora timebam. Et faceres, sed te prima rapina tener. Hunc si cōspiciat, quæ conspicit omnia phœbe, Iussus erit somnos cōtinuare Phæon. Hunc Venus in cœlum curru vexisset eburno, Sed videt & Marti posse placere suo. Huc ades, inque sinus formosè relabere nostros, Non ut ames oro, sed quod amare finas.
- 99 ¶ Phœdrus Eliensis Socrati Platoniq̄ue familiaris, a domino Lenone (dictū infandum) ob excellentem formam coactus est se prostituere, suoque corpore questum facere. Volater.
- 100 ¶ Plutarchus in Lucullo scribit Præciam quandam fuisse in vrbe Roma fœminam venustate formæ, nulli secundam, quæ sua pulchritudine Cethegum sibi deuinxerit, adeo ut nihil probaretur Cethego, quod præcia non iussisset.
- 101 ¶ Parthenogem Meleagri et Atalanæ filium, seu (ut alijs placet) Martis, & Menalippes, forma fuisse liberali scribit Statius. Pulchrior haud illi triste ad discrimen iuro Frons fuit in syluis, qualis iam Casside missa Parthenogem erat. Bap. Pius. Nirea diuinum facit immortalis Homerus, Arcadaque impubem Parthenogea Lyra.
- 102 ¶ Panthea vxor fuit Abradata viri nobilis apud Persas, quam Cyrus expugnatis Assyriorum castris duxerat captiuam. Abradata autem absente, & apud Bactrianos legatum a gente Araspæ Mœdo seruanda tradita est, qui apud Cyrum affirmavit nõdum esse ortam aut omnino inuentam tota Asia pulchriorem. Author Xenophon apud Cælium Cap. 53. septimi libri.
- 103 ¶ Pammiticus rex Aegypti Rhodopem meretricem ob pulchritudinem matrimonio sibi iunxit.
- 104 ¶ Magnus Alexander totius prope Orientis victor, & imperator Rhoxanã Satrapis barbari filiam matrimonio sibi iunxit ob solam eius pulchritudinem. Vnde Curtius Barbara inquit opulentiã conuiuium (quo regem accipiebat) instruxerat. Id quum multa comitate celebraret, introduci triginta nobiles virgines iussit. Inter quas erat filia ipsius Rhoxane nomine, eximia corporis specie, & decore. Quæ quamquam inter electas processerat, omnium tamen oculos conuertit in se, maxime Regis, minus iam cupiditatibus imperantis inter obsequia fortunæ, contra quam non satis cauta mortalitas est. Itaq̄ ille qui vxorem Darij, qui duas filias virgines, quibus forma præter Rhoxanem cōparari nulla poterat, haud alio animo, quam parentes alpexerat, tunc in amore virgunculæ ita effusus est, ut diceret ad stabiliendum regnum pertinere Persas, & Macedones connubio iungi. Hactenus Curtius.
- 105 ¶ Q. Catulus poeta Epigrammaticus formam Roscij pueri Amasij sui his versibus celebrat. Constiterã exorientem Auroram forte salutans, Quum subito a leua Roscius exortur. Pace mihi liceat cœlestes dicere vestra. Mortalis visus pulchrior esse deo.
- 106 ¶ Serranus, Virg. lib. 9. Et iuuenem Serranũ, illa qui plurima nocte Luserat insignis facie.
- 107 ¶ Sulpitię formam commendat Tibullus libro quarto dicens.  
Illius ex oculis quum vult exurere diuos,  
Accendit geminas lampadas acer amor.  
Illam quicquid agit, quoquo vestigia mouit,  
Componit furtim, subsequiturque decor.  
Seu soluit crines, fufis decet esse capillis,  
Seu complit, comptis est veneranda comis.  
Vrit, seu Tyria voluit procedere palla,  
Vrit, seu niuea candida veste venit.
- 108 ¶ Fuit etiam in Semiramide eximia pulchritudo, & facies imperio digna. Vnde & mortuo marito Persis imperauit vsque ad prouectam filij etatem. Ouidius libro primo Eleg. Quaaliter in thalamos formosa Semiramis isse Dicitur.
- 109 ¶ Spurina fuit egregius adolescens, qui quum fœminas virosque ad libidinem solo decoro aspectu prouocaret, pulchritudinem oris sponte vulneribus deformauit. Valerius Maximus de Verecundia.
- 110 ¶ Sisigambis vxor Darij nulli suę ætatis fœminę pulchritudine cessit. Teste Curtio. Quã tamen victo Dario Alexander non solum non violauit, sed & summam adhibuit curam, ne quis captiuo corpori illuderet.
- 111 ¶ Scribit Cælius Scipionem apud Romanos forma fuisse amabili, & elegante.
- 112 ¶ Saxo Grammaticus lib. 8. Danicę Historię scribit Suauildam reginam tantę fuisse pulchritudinis, ut quum vincita loris, exposita esset equinis calcibus obterenda, ipsi quoque iumentis horrore fuerit artus eximio decore præditos sordidis lacerare vestigns.

Turnum a forma plerisque in locis commendat Virgilius, vt lib. 7. Petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus auis, atavisque potens. Item, Ipse inter primos præstanti corpore Turnus Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est. 113

Thysbe a masia Pyrami. Ouidius libro quarto Meta. Pyramus, & Thysbe iuuenum pulcherrimus alter, Altera (quas Oriens habuit) prælata puellis. 114

Ferunt Albium Tibullum poetam Elegiographum corporis forma admodum præstanti fuisse. Vnde Horatius de eo loquens. Non tu corpus eras sine pectore, Di tibi formam, Di tibi diuitias dederant. 115

Thetidem deam maris poetæ niueam, et formosam faciunt, quod perpetuis aquis abluta. Catullus. Te ne Thetis tenuit pulcherrima Neptuni ne. 116

Paulus Diaconus scribit Theodotem puellam genere Romanam forma fuisse conspicua, & mirabili, flauis promissisque capillis ad pedes vsque pendentibus, eaque pulchritudine in scutum Cunibertum regem, amore puellæ exarsisse. 117

Tyro puella Salmoni filia ob formam Neptuno adamata est. De hac Propertius libro secundo. Vobiscum est Iope, vobiscum candida Tyro. Bap. Pius. Carmine conspicua est. Tyro Pagasæ puella. Idem. Est Helene formosa illic, est candida Tyro. 118

Violantillam Stelæ poetæ vxorem multis verbis commendat Statius libro primo Sylua. sed maxime vbi Venerem sic inducit loquentem. Hanc ego formæ Egregium mirata decus cui gloria patrum Et generis certabat honos, tellure cadentem Excepti, fouique sinu, nec colla genasque Comere, nec pingui crinem deducere amomo Cessauit mea nate manus, mihi dulcis imago Profiliuit, celsæ procul aspice frontis honores, Suggestumque comæ, Latias metire quid vltra Emineat matres, quantum Latonia Nymphas Virgo preicit, quamque egomet, Nereidas exto. Idem paulo post. At tu pulcherrima forma Itali dum tandem merito possessa marito. 119

Habuit Xerxes in exercitu. 68. myriades, quæ ratio habet bis & quinquagies centum octoginta tria milia hominum. Herodotus tamen scribit in tanto mortalium numero neminem fuisse pulchriorem rege ipso, aut proceriore statura. 120

Sunt alij permulti pueri, & puellæ, in quibus elegans fuisse pulchritudo memoratur, vt Pyramus, Pelops, Idas, Castor, Pollux, Iason, Artaxerxes, Cyrus, Troilus, Patroclus, Hyamen. Ex foeminis Paliphæ, Ariadne, Berenice, Hermione, Briseis, Penelope, Deidamia, Erilia, vxor Romuli, Ero, Virginia, Anaxarete, Antigone, Arachne, Aretusa, Arfinoe, Polixena, Pelagia, Lycaste, Iocasta, Hecuba, Cassandra, Hesperie, Cleopatra, Chœlia, Ilia, Sibylla, Vestales, Heroïnæ, & aliæ prope infinite. Quas qui scire volet, Authores reuoluat. Stroza pater libro sexto Eroticon de quibusdam sic meminit. 121

Talis erat virgo Ceneia, talis & altum

Per mare dictæo vecta puella boue.

Talis erat fului decepta cupidine nymbi.

Et quam sub falso lusit olore deus.

Talis erat vatum Omphale celeberrima cantu.

Talis & idæo rapta Lacæna proco. Item Pamphilus.

Oebalides, Cyparissus, Hylas, Dyadumenus, Atys.

Phryx puer, & ficto Parthenopeus equo.

Cuius & in gremio posuit miserabilis ora.

Quum Stygiæ vates iret ad antra domus.

Helene forma poetis omnibus cætatissima laudem meruisset maximam, nisi ea Troiæ ruinam bellique decennalis causam attulisset. At nemo est, cui non sit odio, quum tantæ cladis, & calamitatis venit in mentem. Paris apud Ouidium formam illam veneri comparat dicens. His similes vultus (quantum reminiscor) habebat, Venit in arbitrium, quum Cithærea mecum, Si tu venisses pariter certamen in illud. In dubium Veneris palma futura fuit, Magna quidem de te rumor præconia fecit, Nullaque de facie nescia terra tua est. Nec tibi per totam Phrygiam, nec solis ab ortu Inter formosas altera nomē habet. Credis & hoc nobis, minor est tua gloria vero, Famaque de forma pene maligna tua est. Propertius libro secundo. Post Helenam hæc terris forma secunda redit, Digna quidam facies, pro qua vel obiret Achilles, vel Priamus, Belli causa probanda fuit. Pamphilus, Cui modo cedebat formoso Tyndaris ore. Bap. Pius. Carmine formosa est Cycno generata lacæna, Qua quondam in cineres Troia superba ruit. Isocrates orationem scripsit de laudibus Helenæ, vbi cum mulatissime formam eius commendat. 122

Deformes.

OFFICINA

1	<b>B</b> Rotheus	7	Galba	13	Philenis
2	Hipponax	8	Epictetus	14	Vetustina
3	Corytheus	9	Hermippus	15	Gellia
4	Thersites	10	Colomanus	16	Zoilus Martialis
5	Damon	11	Polyphemus	17	Socrats
6	Aelopus	12	Vulcanus	18	Alij plerique.

- 1 ¶ Brotheus Vulcani, & Mineræ filius deformi facie dicitur fuisse, Ob quam dum plerisque esset ridiculus, animi dolore se in rogam coniecit, teste Ouidio in Ibin. Quodque ferunt Brotheum fecisse cupidine mortis, Des tua succense membra cremanda pyra.
- 2 ¶ Hipponactis poetæ iambographi deformitatem suis tabulis expresserunt Bubalus, & Anterinus pictores, eamque imaginem, quod notabili esset vultus foeditate, propoluere in ridendum circulis, magno suo malo. Indignatus enim Hipponax utrumque suis Satyris tam retalliauit scœnore, vt ambo laqueo se prefocauerint. Negat id verum esse Plinius Cap. 5. libri. 36.
- 3 ¶ Aiunt, & Corytheum quempiam fuisse hominem notissime deformitatis, quique liberos susceperit patrem infelicissima forma referentes. Vnde fluxit adagium, Corytheo deformior. Erasmus.
- 4 ¶ Homerus scribit Thersiten omnium (qui ad Troiam venerunt) foedissimum fuisse, totumque hominem a capite ad pedes ita graphice depingit & corporis vicia & animi morbos, vt dicas pessimum ingenium in domicilio se digno habitasse, inquit Erasmus. Vnde adagium. Thersitæ facies. Ouidius libro quarto de Ponto. Tam mala Thersiten prohibebat forma latere, Quam pulchra Nireus conspiciendus erat.
- 5 ¶ Damon fuit pædotriba quispiam insigni clauditate deformis, qui quum crepidas retortis suis pedibus congruentes furto amisset, imprecatus est, vt eius pedibus conuenirent, qui furripuisset. Author Cælius.
- 6 ¶ Ferunt Aelopum e Phrygia fabulatorem omnium quoque turpissimum extitisse. Fuit enim nigerrimus, vnde illi datum nomen. Nam Aelopus, et Aethiops idem fere significat. Corpore præterea gibbosus, verum ingenio (quo deformitatem illam pensauit natura) clarissimus. Cælius libro octauo Cap. 47.
- 7 ¶ Galbæ imperatori corpus fuit gibbo deforme, Authore Macrobio.
- 8 ¶ Epictetus vero philosophus fuit claudus. Vnde & hoc distichon a Macrobio positum, Seruus Epictetus genitus sum, corpore claudus, Paupertate Irus, dijs & amicis ego.
- 9 ¶ Hermippus poeta fuit Athepienlis, altero captus oculo. Volaterranus.
- 10 ¶ Colomanus rex Pannoniorum post Ladislaum dicitur fuisse ore improbo, luscus, claudus, gibbosus & lingua blesus. Volaterranus.
- 11 ¶ Virgilius scribit Polyphemum Cyclopem Siculum fuisse monoculum, vbi ait. Et telo lumen terebramus acuto, Ingens quod torua solum sub fronte gerebat. Idem. Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.
- 12 ¶ Poetæ quoque fabulantur Vulcanum claudum fuisse, ac toto deformem corpore, dicuntque propterea parentes infanti non risisse suoque cubili admisisse, Virgilius. Incipe parue puer cui non risere parentes, Nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili est. Qui dius libro secundo Eleg. Vulcano Venerem, quamuis incude relicta Turpiter obliquo claudicet ille pede.
- 13 ¶ Martialis Philenem puellam luscam fuisse & altero lippam oculo videtur innuere libro primo, vbi ait. Oculo Philenis semper altero plorat, Quo fiat istud quæritis modo? Lusca est. Idem libro secundo. Cur non basio te Phileni? Lusca es. Cur non basio te Phileni? ruffa es. Cur non basio te Phileni? Lusca es.
- 14 ¶ Idem author libro tertio ait. Vetustinam tres habere dentes, tres capillos, pectus Cicade, crus formicæ, Rugosam frontem, mammas aranearum castibus pares, os ricibus crocodili simile, cantum Ranarum & culicum, noctuæ visum, hirci foetorem & plerasque alias deformitatis inhonestas notas.
- 15 ¶ Olim creditum est eos septem diebus formosos fore, qui leporem esitassent. Propterea Idem Martialis Gelliæ deformitati illudens, ait eam nunquam esitasse leporem, his verbis, Quum leporem mittis, semper mihi Gellia mandas  
Septem formosus Marce diebus eris,  
Si verum dicis, si verum Gellia mandas,  
Edisti nunquam Gellia tu leporem.

Idem Martialis

¶ Idem Martialis libro. 12. Zoili sui deformitatem sic depingit, Crine ruber, niger ore, bre 16  
uis pede, lumine læsus. Rem magnam præstas Zoile, si bonus es.  
¶ Atant Socratem philosphum fuisse simis naribus, recalua fronte, pilosis humeris, & re 17  
pandis cruribus. Propterea quum duæ vxores Xantippe, & myrrho zelotypia quadam in  
contentiones venirent, illis inter se turgentibus dicebat, Quid propter me iurgia simul ex  
cerceis, quem adeo deformem peperit natura? Author Hieronymus in Iouinianum.  
¶ Afferuntur & alia deforma philosphorum, Zeulippus dicitur fuisse ceruice curua, A 18  
ratus panda, Zeno fronte contracta, Epicurus cute distenta, Diogenes barba comante, So  
crates candente, Aristoteles brachio exerto, Xenocrates crure collecto, Heraclitus oculis  
fletu clausis, Democritus labris risu apertis, Chryfippus digitis propter numerorem indi  
cia constrictis, Euclides propter mensurarum spacia laxatis, Cleantes propter vtrumque  
corrosis, Author Sidonius libro nono.

¶ Amasij deorum & hominum

1	Ganymedes Iouis	13	Cherinthus Tibulli,	23	Philinus Arati
2	Endymion Lunæ	14	Lygdus Phamphili	24	Iuuenicius Catulli
3	Hylas & Abderus		Saxi	25	Antinous Adriani
	Herculis	15	Bathyllus Anacreon	26	Argilius Pausaniæ
4	Hyacinthus Apol		tis	27	Agathon Platonis
	linis	16	Lycus Alexi	28	Thefeus Minois
5	Branchus Apollinis	17	Myfles Valgij	29	Chryfippus Laj
6	Ampelos Bacchi	18	Hippolitus Afiniij	30	Magnes Smyrnæus
7	Adonis Veneris		Galli		Gygis
8	Cephalus, & Tithos	19	Testylus Voconij	31	Armodius Aristogi
	nus Auroræ	20	Ligurinus, & Lyciz		tonis
9	Atys Cybeles		stus Horatij	32	Philocles Epicuri
10	Hippolytus Dianæ.	21	Rofcius, & Theotiz	33	Aufilenus Cœli Ve
11	Pindarus Panos		mus Q. Catuli		ronensis
12	Amazonicus Val.	22	Agaton Euripidis	34	Alij nonnulli,

¶ E X P L A N A T I O.



Orma est quoddam amoris illectamētum, quod nullum aliud ma  
gis efficax venenū ad irritandam venerem dari queat. Vrit enim  
non solum tactu, sed ipso quoque intuitu, & venas incendio quo  
dam populatur. Quo qui laborant, sic miseri pereunt, vt omnes a  
lias recusent, & auerferunt voluptates. Nūc ergo (quoniam prius  
locutus sum de formosis) subiungam liberalis formæ pueros, quo  
rum pulchritudo deos ipsos nedum homines irrhetiuit.

¶ Ganymedem imprimis fabulantur poetæ Iouis esse amasium, 1  
quem ob formam Aquila pedibus in Ida corripuerit, & in cœlum  
eueherit. Virgilius. Quem præpes ab Ida Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vnemis,  
Ouidius libro decimo. Rex superum quondam Phrygij Ganymedis ore Arlit. Et pau  
lo post loquens de Aquila. Arripit Iliadem, qui nunc quoque pocula miscet Inuitaque loz  
ui nectar Lunone ministrat.

¶ Endymionem formosum pastorem Luna fertur adamasse, adeo vt cœlo relicto in mon  
tem Lathmium eius osculandi gratia plærumque descenderit. Ouidius libro tertio de Ar 2  
te. Lathmius Endymion non est tibi Luna pudori. Propertius libro secundo. Nudus & En  
dymion Phœbeis cepisse sororem Dicitur, & nudæ concubuisse deæ. Stroza. Abstulit Endy  
mion tenera Latoida forma. Dum patrio niteas monte reducit oues. Pontanus libro pri  
mo de Stellis. Sed quamquam properare viam timet, Ipsa relicto Aethere (cogit amor) per  
amici deuia Lathmi Furtim faxa petit complexus inter amatos Attrectare suis tenerum  
Endymiona Lacertis.

¶ Hylam Thiodamantis filium adamauit, Hercules, secumque duxit cū Argonautis. Vbi 3  
quū aquas hauriens puer vrnæ pondere fuisset demersus, multi clamoribus ab ipso Her  
cule conuocatus est. Hinc natum Adagium. Hylan vocare. Valerius Flaccus libro tertio  
Argo. Rursus Hylan, & rursus Hylan per longa reclamatione Auiæ, responfant syluæ, & vaga  
certat imago.

OFFICINA

- certat imago. Propertius libro secundo. Tandem haurire parat demissis flumina palmis, Innixus dextro colla trahens humero, Cuius vt accensæ Dryades candore puellæ Miratæ solitos desituere choros. Prolapsum leuiter facili traxere liquore, Tum sonitum raptò cor pore fecit Hylas, Cui procul Alcides iterat responsa, sed illi Nomen ab extremis fontibus aura refert. Baptista Pius. Pyrihoum Theseus, iuuenis Phocæus Orestem, Falisparès genitum Thyodamâte deus. Politianus. Sed suus Alcideæ pocula miscet Hylas. Euristheum item Herculis delicias fuisse testis est Diotimus apud Cælium.
- 4 ¶ Adamauit etiam Hercules Abderum puerulum, non minori, quam Hylam affectu.
- 5 ¶ Hyacinthus Apollinis fuit Amasius. Ouidius libro decimo. Te quoque Amyclide possuisset in æthere Phœbus, Tristia ponendi tempus si fata dedissent. Pamphilus, Hanc premis & veluti tenerum formosus Apollo Oebalidem, puerum Iuppiter Iliacum. Plynius libro secundo. Hyacinthum comitatur fabula duplex, Luctum præferens eius, quem Apollo dilexerat.
- 6 ¶ Adamauit etiam Apollo Branchum puerum Thessalum, quem mortuum suis templis sacrum haberi voluit. Item Daphnem puellam, Penei fluminis filiam, quam fugientem in laurum conuertit. Mantuanus. Quot studuit verbis Daphnem facundus Apollo Flectere. Amavit quoque Phorbantem & Admetum, vt est apud Plutarchum in vita Numæ Pompilij.
- 7 ¶ Ampelos puer speciosus Baccho adamatus est. Ouidius libro tertio Fastorum. Ampelon intonsum Satyro Nymphaque creatum Fertur in Ismarijs Bacchus amasse iugis.
- 8 ¶ Adonis Cynaræ ex Myrrha filius Veneri fuit charissimus. Ouidius libro primo de Arte. Nec te prætereat Veneri ploratus Adonis. Propertius libro secundo. Testis qui niueum quondam percussit Adonim, Venantem idalio vertice durus aper. Illis formosum fleuisse paludibus illuc Diceris effusa tu Venus isse coma. Pontanus libro primo de Stellis. Nec deploratum Veneri linquamus Adonim. Venantem quem durus aper sub dente peredit.
- 9 ¶ Cephalus, & Tithonus charissimi fuerunt Auroræ. De Cephalo Ouidius libro tertio de Arte. Lathmius Endymion non est tibi luna pudori. Nec Cephalus rosæ præda pudenda deæ. Stroza filius. Supprime lora precor, sic a seniore marito In tenero Cephalo suscipiare sinu, Ouidius in Epistolis. Sapphus ad Phaonem. Hunc ne pro Cephalo raperes Aurora timebam. De Tithono, Stroza pater. Inuidisse deos perhibent, quum mollia cano Oscula Tithono culta puella daret. Propertius libro secundo. At non Tithoni spernens Aurora senectam Desertum Eoa passa iacere domo est. Illum sæpe suis decedens fouit in vlnis. Quam prius adiunctos sedula lauit equos. Item. Cum sene non puduit talem dormire puellam, Et canç totiens oscula ferre coma.
- 10 ¶ Athys puer Phrygius Cybeles fuit Amasius. Catullus. Tenerum vidit Athyn prope marmor Pelagi. Facit impetū ille demens fugit in marmoris fera. Ibi sæper omne vitæ spacium famula fuit. Ouidius libro decimo. Hirsuto vertice pinus Grata deum matri, siquis dem Cybeleius Athys Exiit hac hominem, truncoque induruit illo.
- 11 ¶ Amavit Hippolytum Diana, quum ob formam, tum raram in forma castitatem.
- 12 ¶ Pindari poetæ eiusque carminum amatorem fuisse Pana fabulatur. Author Plutarchus in Numa Pompilio. Syrinx quoque Arcadica fuit Nympha, quam a Pane deo mire adamam scribit Ouidius. ¶ Narcissus Liriope & Cephisti filius adamatus est ab Echo nympha. Ouidius libro tertio Metamor. Ergo vbi Narcissum per deuia rura vagantem. Vidit & incaluit, sequitur vestigia furtim. Quoque magis sequitur, flamma propiore calefcit.
- 13 ¶ Nunc super sunt hominum amasij, de quibus seriatim quoque dicendum est. ¶ Habuit imprimis Valerius Flaccus poeta Setinus in delicijs Amazonicum puerum, cuius formam commendat Martialis.
- 14 ¶ Tibullus suum Cherintum, de quo libro quarto ait. Est qui te Cherinte dies dedit hic mihi sanctus. Atque inter sanctos semper habendus erit. Idem. Inuisus natalis adest, qui rure molesto, Et sine Cherintho tristis agendus erit. Idem quoque magnopere dilexit Marathum puerum. De quo libro primo sic ait. Heu heu q̄ Marathus lento me torquet amore.
- 15 ¶ Lygdum adamavit Pamphilus Saxus. Vnde libro. 4. ait. Sed peterem Lygdum, Lygdus mea vita, meum cor, Lux mea, qui facie vulnera mille gerit. Eius quoque formam multis locis magnopere extollit.
- 16 ¶ Bathyllus fuit Anacreontis poetæ delictum. Vnde Horatius in Epodo. Nō aliter Samio dicunt arfuisse Bathyllo Anacreonta Teium. Ab eodem quoque adamatus est Megistheus puer. De vtroque Politianus in Rustico. Nunc Samium celebras (iubet Adrastæa) Bathyllum, Nunc teneram Eurypilem, tenerumque Megisthea laudas, Tandem acino passæ cadis interceptus

cadis interceptus ab vna.

**C**Lycum puerum adamauit Alceus poeta Lyricus, de quo Horatius libro primo Carmi- 17  
num. Liberum & musas, Veneremque, & illi Semper herentem puerum canebar. Et Ly-  
cum nigris oculis, nigroque Crine decorum. Politianus in Nutricia, Ipse Lyci nigros ocu-  
los, nigrumque capillum Exactosque canis pugna Alcei tyrannos.

**A**mauit Valgius poeta elegiographus Mysten, cuius mortem multis lachrymis defle- 18  
uit, dicente Horatio, Tu semper vrges flebilibus modis Mysten ademptum, nec tibi vespe  
ro Surgente decedunt amores, Nec rapidum fugiente Solem.

**A**sinus Gallus poeta filius Asinij Pollionis viri consularis, pari quoque affectu dilexit 19  
Hippolytum liberali forma adolescentem.

**V**oconius victor poeta habuit in delicijs, Testylum puerum elegante forma, Vnde Mar- 20  
tialis, Testyle Victoris tormētum dulce Voconi, Quo nemo est toto notior orbe puer, Sic  
etiam positus formosus amere capillis, Et placeat vati nulla puella tuo.

**L**igurinus Horatij fuit delicium, Vnde libro quarto Car. scribit, Sed cur heu Ligurine, 21  
cur Manat rara meas lachryma per genas? Cur facunda parum decoro Inter verba cadit  
lingua silentio: Nocturnis ego somnijs iam captum teneo, iam volucrem sequor. Amauit  
& Lycistum, de quo sic scribit in Epodo, Nunc glorientis quamlibet mulierculam Vines-  
re mollicia amor Lycisti me tenet.

**A**mauit Roscium adolescentem Q. Catullus Epigrammatista, de cuius forma hunc in 22  
modum scripsit, Constitit exoriente auroram forte salutans, Quū subito a lecta Ros-  
cius exoritur, Pace mihi liceat cœlestes dicere vestra, Mortalis vilis pulchrior esse deo.  
Amauit & Theotimū, de quo sic scribit, Aufugit mi animus, credo vt solet, ad Theotimum  
deuenit, sic est, per fugium illud habet.

**A**rist. Euripides Tragœdiographus Agathonem puerulum quem adultiorem quoque 23  
amplexabatur arctius, sua iuabaturq; etiam spectante populo & in conuiujs, Author Plu-  
tarchus in Apophtheg.

**P**ari affectu Aratus poeta Cilix Philinum adolescentulum deperijt, pro cuius reditu e 24  
Chio insula, deos multa precatus est.

**C**atullus suos amores in luuencium his exprimit verbis, Surripui tibi (dum ludis) mel- 25  
line iuueni, Suaujolium dulci Ambrosia, Verum id non impune tuli, namque am-  
plius horam Suffixum in summa me memini esse cruce, Quæ carmina plena sunt pruri-  
tus, multamque præferunt lasciuam.

**A**nthonis puer fuit elegantissimæ formæ ex Claudiopoli Bithyniæ ciuitate, quem Adria 26  
nus imperator ad infamiam vsq; adamauit, vt etiam mortuo ciuitatem construxerit, tem-  
plumque erexerit cum ara, & eius effigiem curauerit imprimendam, auctore Dione Cas-  
sio, Spartianus ait puerum illum ab imperatore muliebriter desletum.

**P**aulanias Lacedæmonius auctore Cælio, Argilium speciosa pulchritudine adolescen- 27  
tem amore Venero dilexit.

**G**ellius libro: 19. Cap. vndecimo citat hos Platonis versus amatorios de suo Agathone, 28  
quem vti meritorem dilexit, Suauia dans Agathoni, animam ipse in labra tenebam, Aes-  
gra etenim properans tanquam abitura fuit, Amauit quoque Stellam ob ingenij suauita-  
tem, & elegantiam, de qua auctore Plutarcho sequentes versus lusit, Ardentes stellas lu-  
cens mea stella tueris, Cœlū vt tinam fierem, te vt multo lumine cernam, Item, Stella prius  
superis fulgebas Lucifer, at nunc Hesperus ah fulges manibus occiduus, Hæc nouissima  
scripsit post eius mortem.

**M**inos rex Cretensium susceptus cum Atheniensibus inimicitias ob mortem filij sui An 29  
drogi, Iubens deposuit amore Thesei (quem deperibat) incensatus, Author Cælius.

**L**aius a Pelope hospicio susceptus filium eius Chrysipum ita adamauit, vt secum The- 30  
bas rapuerit, Praxilla tamen apud Cælium testis est hoc a loue perpetratum.

**G**ygēs rex Lydorum Magnetem eximia pulchritudine clarum vsque adeo 31  
dilexit, vt bellum in Magnelios mouerit, quod puero capillis totondissent, quo videretur  
deformior.

**A**ristogiton Atheniēsis Armodium insigni forma adolescentem etiam deperijt, Author 32  
apud Thucyd. lib. 6. per Vallam latinus factus.

**A**mauit Epicurus Philoclem eximium adolescentem ad quem solitus erat hoc modo scri 33  
bere, Confumor, ac deficio amabilem tuum, ac diuinum ingressum sustinens.

**C**atullus facit Aufilenum Cœlij cuiusdam Veronensis amatum, vbi ait, Cœlius Aufi- 34  
lanum, & Quintius Aufilenam Flos Veronensium depercutit iuuenem.

Inter meritorios

OFFICINA

¶ Inter meritorios pueros etiam ponuntur Euryalus, Virgilianus, Parthenopeus, Statianus, Cottalus Siculus Anacreontis, Harmodius Hippia, Afer Platonis, Pifo Galbae,

¶ Amasiae deorum & hominum.

¶ Iam diximus Daphnem Penei fluminis filiam adamatam Apollini, Sappho ad Phaeonem, Et Phœbus Daphnem, & Gnofida Bacchus amauit. Ouidius libro primo Metamor. Phœbus amat, visque cupit connubia Daphnes.

¶ Tyro Salmonei filia adamatata est a Neptuno, & ab eodem compressa. Propertius Lib. 1. Non sic Aemonio Salmonida missus Enipeo Tænarius facili pressit amore deus.

¶ Heben deam iuuentutis amauit Hercules. Idem Propertius Lib. 1. Nec sic cœlestem flammans amor Herculis Heben, Sedit in Otheis gaudia prima iugis. Amauit quoque Iolen, & Omphalen reginam Lydorum. Idem Propertius libro tertio. Omphale in tantum forma processit honorem Lydia Gyge tincta puella lacu, ut qui pacato statuisset in orbe columnas, Tam dura traheret mollia pensa manu.

¶ Hero fuit amica Leandri, de quorum mutuis amoribus Mantuanus sic inquit. Hinc ille furens Leandrius ardor, Nec medijs extinctus aquis, hinc Sestias Hero Ebria Laandro percussa cupidinis auro. Pontanus libro primo amorum. Nam neque Abydæi iuuenis, Sestæque puellæ, Aut in amore alio tanta reperta fides.

¶ Alia deorum & hominum amasiae fuerunt, Ariadne Minois filia, Bacchi, Syrinx Nympha Panos, Phyllis filia Lycurgi regis Thracum, Demophoontis, Ariadne Thefei, Atalanta Meleagri, Cydippe Acontij, Iphis Patrocli, Similax Croci. Author Plynius lib. 16. Capite, 36. ¶ Glyceria Pausia Sicyonij pictoris. Plynius, lib. 21. Capite secundo, & lib. 35. Capite decimo. ¶ Sappho Phaonis.

¶ Campaspe Alexandri, quam Alexander ipse muneri dedit Apelli pictori. Plynius lib. 35. Cap. 10. ¶ Philace Stratoelis, Authore Plutarcho. ¶ Rhoxane Alexandri, Plutarchus, & Curtius. ¶ Echo Narcissi, Ausonius. Commoritur Narcisse tibi resonabilis Echo, Cassentius. Risit Liriopes flagrantem filius Echo.

¶ Thysbe Pyrami. Stroza pater. Non magis infelix Thysbe dilexit amantem.

¶ Tyro Salmonei filia, Enipei. Propertius libro tertio. Testis Thessalico flagrans Salmoneis Enipeo.

¶ Phœbe Castoris, Ilaira Pollucis, quæ fuerunt Leucippi filia. Propertius lib. primo. Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe, Pollucem cultu non Ilaira foror.

¶ Chloris, seu Flora dea florum Zephyri, a cuius nomine dicitur Zephyritis.

¶ Galathea Nympha Polyphemi. Propertius libro tertio. Quinetiam Polypheme fera Galathea sub Aetna. Ad tua rorantes carmina flexit equos. Stroza pater. Nil magis horrendum Polyphemo fenserat Aetna, Se uior indomito fratribus ille fuit, Dum tamen æquos rea siccas in rupe capillos, Exarsit uisa te Galathea Cyclops.

¶ Bersabea Davidis. Idem Stroza. Ille sacri vates operis Iesseia proles Prefecit populo quæ deus ipse suo, Bersabeæ captus forma tibi magne cupido Cessit.

¶ Helena Paridis. Propertius libro secundo. Ipse Paris nuda fertur perisse lacena, Quum Menelaëo surgeret e thalamo.

¶ Acme Septimij. Catullus. Acmen Septimius (suos amores) Tenens in gremio mea inquit Acme, Nite perditte amo, atque amare porro Omnes sum assidue paratus annos, Solus in Lybia, Indiaque tosta Cælio veniam obuius leoni. Idem. Vnam Septimius misellus Acmen Mauult, quam Syrias, Britanniasque. Vno in Septimio fidelis Acme Facit delicias libidinesque.

¶ Aufilena Quintij. Catullus. Cœlius Aufilenum, & Quintius Aufilenam flos Veronensium depereunt iuuenum.

¶ Atalanta Mimalionis Arcadici. Propertius. Mimalion nullos fugiendo Tulle labores Sæuitiam duræ contudit Iasidos. Nam modo Parthenijs amens errabat in antris, Ibat & hirsutas ille videre feras, Ergo velocem potuit domuisse puellam, Tantum in amore preces, & bene facta valent.

¶ Antigone Hemonis Bœotij, quam quum iugulari fecisset Creon, Hemon ad mortuum se interfecit. Propertius lib. secundo. Quid non Antigones tumulto Bœotius Hemon Saucius ipse suo corruit ense latus?

¶ Briseis Achillis. Horatius. Prius insolentem Serua Briseis niueo colore Mouit Achillæ. Propertius libro secundo. Omnia formosam propter Briseida passus, Tantus in erepto se uit amore dolor. Item, Nec non exanimem amplectens Briseis Achillem, Candida vana verberat ora manu. Mantuanus. Aestuat amissa Briseide magnus Achilles, languet, & Argolicis ferre



Argolicis ferre recusat opem.

¶ Rhodope Charaxi fratris Sapphus. Sappho ad Phaonem. Arsit inops frater victus me  
retriciis amore. Mixtaque cum turpi damna pudore tulit.

¶ Andromeda Persei. Sappho ad Phaonem. Candida si non sum, placuit Cepheia Perseo  
Andromede. patriæ fusca colore suæ.

¶ Aegeria fuit amica Numæ, de qua Iuuenalis satyra tertia. Hic vbi nocturnæ Numa cō-  
stituebat amice. Nunc sacri fontis nemus. Ouidius libro tertio Fastorum. Aegeria est que  
prebet aquas, dea grata camœnis. Illa Numæ coninx consiliumque fuit.

¶ Hesperie Nympha Aefaci. ¶ Lesbïa Catulli. Catullus. Nulla potest mulier tantum se di-  
cere amatam. Vere quantum a me Lesbïa amata mea est. Hęc vero nomine vocabatur  
Claudia. Amavit etiam Ipsithillam.

¶ Quintilia Calui Licinij. Catullus. Certe non tanto mors immatura dolori est Quintilię,  
quantum gaudet amore tuo. Propertius libro secūdo. Hoc etiam docti confessa est pagina  
Calui. Quum caneret miserę funera Quintilię.

¶ Lyde Callimachi. Batthisę Philet. Ouidius libro primo de Tristibus. Nec tātum Clario  
Lyde est dilecta poetæ. Nec tantum Coö Batthis amata suo.

¶ Beatris Dantis Abgerij. ¶ Aureta Patrarchæ. Lycinïa Horatij. Horatius libro secundo  
Carminum. Me dulcis dominæ musa Lycinïa Cantus, me voluit dicere lucidum Fulgen-  
tes oculos, & bene mutuis fidum pectus amoribus. Amavit & Glyceram. De qua libro. 3.  
Carminum. Me lentus Glycere torret amor meę.

¶ Stella Platonis. Author Plutarchus.

¶ Violantilla Stellæ poetæ. Hęc Gręce hiantis dicitur. Martialis libro sexto. Perpetuam  
Stellæ dum iungit hiantida vati Lęta Venus, dixit, plus dare non potui. Aliter vocatur  
Asteris. Vide Statium in syluis.

¶ Leucadia Terentij Varronis Atacini. Hinc fluxit illud Distichon. Hęc quoque perfectio  
ludebat Iafone Varro, Varro Leucadiæ maxima flamma suæ.

¶ Delia Sulpitia, Nemesis, Neęra Tibulli. De Nemefi notum est illud. Vrit amatorem Ne-  
mesis lasciuia Tibullum. In tota iuuit quem nihil esse domo.

¶ Hostia, seu Cynthia Propertij. Propertius ipse libro primo. Illa vel angusto mecum res  
quiescere lecto. Et quocumque modo maluit esse mea, Quam sibi dotata regnum vetus  
Hippodamię. Et quas Elis opes ante pararat equis. Idem libro primo. Cynthia prima suis  
mulerum me cepit ocellis. Contactum nullis ante cupidinibus. Martialis. Cynthia facundi  
carmen iuvenile Properti Accepit famam, ne minus ipsa dedit.

¶ Melenis Domitij Marfi. Martialis. Nota tamen Marfi fusca Melenis erit.

¶ Celenia Cn. Getulici Epigrammatistę. ¶ Bissula Aufonij Galli. ¶ Metella Ticide Epi-  
grammatistę. ¶ Cytheris, seu Lycoris Cornelij Galli. Hinc illud manauit, Gallus, & Hęc  
peris & Gallus notus Eois. Et sua cum Gallo nota Lycoris erit.

¶ Pamphila Valerij Aeditui, de qua sic apud Gellium scribit. Dicere quum conor curam  
tibi Pamphila cordis, Quid mi abs te queram: membra labris abeunt, Perpectus miserum  
manat subito mihi sudor, Sic tacitus, subidus, duplo ideo pereo.

¶ Chrisis Q. Trabę Comœdiographi, de qua sic scripsit. De improuiso Chrisis vbi me  
aspexerit, Alacris obuiam mihi veniet complexum exoptans meum, Mihi se dedit, Fortu-  
nam ipsam anteibo fortunis meis.

¶ Neęra Licinij imbricis itidem Comœdiographi, de qua afferuntur hi versus. Nolo ego  
Neęram te vocent, sed Nerienem. Quum quidem Marti es in connubium data. Propertius  
libro secundo de pleſrisque poetarum amarijs sic scribit.

Hęc quoque perfectio ludebat Iafone Varro,  
Varro Leucadię maxima flamma suæ.

Hęc quoque lasciu cantarunt scripta Catulli,  
Lesbïa queis ipsa notior est Helena.

Hoc etiam docti confessa est pagina Calui,  
Quum caneret miserę funera Quintilię.

Et modo formosa qui multa Lycoride Gallus,  
Mortuus inferna vulnera lauit aqua.

Cynthia quinetiam versu laudata Properti,  
Hos inter si me ponere fama volet.

¶ Item Sidonius Apoll. libro secundo de alijs sic meminıt. Sisque oppido meminers, quod  
olim Martia Hortensio, Terentia Tullio, Calphurnia Plynio, Pudentilla Apuleio, Rustia  
cana Symmacho

## OFFICINA

cana Symmacho, legentibus meditantibusque candelas, & candelabra tenere. Reminis fecere quod saepe verſum Corinna cum ſuo Naſone compluit, Leſbia cum Catullo, Ceſſennia cum Getulico, Argentaria cum Lucano, Cynthia cum Propertio, Delia cum Tibullo, Item Stroza pater libro primo Eroticon. Abſtulit ardentem Gallum formoſa Lycoris, Carmine amatoris Cynthia clara ſui eſt, Viuit ab inſigni Nemefis celebrata Tibullo, Viuit pelignis nota Corinna ſonis. His addi poſſunt Lamia Demetrii, Phryne Timothei, Flora Pompeii, Aſpafia Periclis, Rhodope Plannitici, & Antonij Cleopatra.

### Cynædi, Pedicones, & Pathici.

1	Aemilius	8	Ibycus			Portius
	Capitolinus	9	Hipparchus			Socratio
2	Nafō	10	Libanius			Piſo
3	Phædon	11	L. Papyrius	17		Mamurra
4	Gargilianus	12	Teophrastus			Cæſar
5	Armodius	13	Alex. Abonotichetes	18		Pindarus
	Ariſtogiton	14	Pauſanias	19		Otho
6	Cratinus		Argilius	20		Amyllus
7	L. Quintius Flaminius	15	Cleocritus	21		C. Scatinius
		16	Thallus	22		Iſpo

### EXPLANATIO.



- 1 Emylij cuiusdam cynædi obſcœnos amores mollesque delicias, poſtremo infinitas libidines notat Catullus.
- 2 M. Marcellus qui quinquies conſul designatus eſt, filium habuit eiſdem nominis indole generoſum & conſpicuum forma. Hunc Capitolinus collega Marcelli propter eximiã illã oris pulchritudinem adeo deperiit, vt eidem ſtuprum inferre non ſemel tentauerit. Puer quum importunes Capitolini conatus non poſſet propullare, rem patri detulit. Id grauiſter ferens Marcellus iniuriam ſenatus nunciat. Capitolino in ius vocato & crimen inſciã ante, accitus eſt puer. Productus in mediũ quum & rubore affici, & teſtes pudoris lacrymas cœpiſſet emittere, iudices ea ex re ſceleris argumentum didicerunt. Iara que aduerſus Capitolinum ſententiã, pecunijs eum multarunt, quibus vas argenteum comparatum eſt, quod Marcellus deorum miniſterio dedicauit. Author Plutarchus.
- 3 Idem in Naſonem quendam pathicum his inuehitur verbis. Multus homo eſt Naſo, neque tecum multus homo, ſed Descendis Naſo, multus eſt & pathicus.
- 4 Phædon philoſophus quum adoleſcentulus Athenis eſſet in ſeruitute, a domino in lupanari conſtitutus eſt, vt proſtaret, & corpore faceret queſtum.
- 5 Martialis libro tertio arguit Gargilianum quendam, vt Cynædum, & mollem, quem de pilatorijs vnguentis faciem lauare conſueſſe dicit.
- 6 Armodio, & Ariſtogitoni apud Athenienſes mutua era veneris conſuetudo.
- 7 Cratinus Athenienſis Comœdiographus notatus eſt etiam Pedareſtiæ, ſeu obſcœni in pueros amoris.
- 8 L. Quintius Flaminius vir conſularis puerum ardebat, a cuius latere nunquam diſcedebat. Quinetiam ad eius votum hominem quendam ſecuri percuffit, dum ille coram ſe alium quem optaſſet interfici. Valerius Antias apud Plutarchũ ait hominem illum iuſſu L. Flamini interfectum non ad arbitrium pueri, ſed mulieris, cuius amore tenebatur. Litiuus vero ait ſcriptum in oratione Catonis, Gallum transfugam a Lucio inter epulas exceptum & obruncatum, vt ſcorto, quod deperibat, obſequeretur. Vero tamen propius eſt fuiſſe puerulum tam perditum a Lucio adamatum. Nam Cato cenſor creatus Lucium quamuis conſularem ſenatorio eiecit loco propter venerem illam turpiſſimam, quod non feciſſet ſi Lucius ſœminam tantum deperiſſet.
- 9 Ferunt Ibycum hiſtoricum patriã Rheginum, inſano puerorum amore exaſiſſe.
- 10 Hipparchus Piſiſtrati filius ſtuprato Armodio Ariſtogitonis puero, vtriuſque coniuſtionem in ſe concitauit.
- 11 Libanius Sophiſta Antiochenus Conſtãtinopoli ob impudicos amores puerorum pulſus eſt.

sus est. Demum Nicomedia (quo se receperat) eandem ob causam detrusus.  
 ¶ L. Papyrius Publium adolescentem in vinculis tenuisse, plagisque, & cōtumelijs (quod 11  
 stuprum pati nolisset) affecisse dicitur. Qua re ad senatum delata, damnatus est, lata lege,  
 ne quis in corpora libera ob res alienum ius haberet. Volebat enim hoc sibi licere Papyri  
 us, quod Publius eidem esset debitor.  
 ¶ Teophrastus philosophus Nicomachum Aristotelis filium ad preposteram vsque ve 12  
 nerem adamauit.  
 ¶ Alexander Abonotichites copiam sui corporis mercede faciebat. Author Lucianus. 13  
 ¶ Habuit Pausanias Lacedæmonius stupri cōsuetudinem cum Argilio adolescente. 14  
 ¶ Erastus in adagijs ait Cleocritum veteris Comœdię scriptorem maledictis proscissum, 15  
 quod Cynædus esset. Quam notam Argyrhio cuidam inurit.  
 ¶ Catullus in Thallum adolescentem impudicum his verbis inuehitur. Cynæde Thalle, 16  
 mollior cuniculli capillo, Vel anseris medullula, vel hinnula mollicella. Idem quoque Por  
 tium, & Socrationem suis versibus infamat, quod stupri meritis a Pisone pretore preposi  
 ti sint duobus alijs adolescentulis, scilicet Veraniolo, & Fabullo.  
 ¶ Idem Mamurram, Phormianum, & Cæsarem notat, vt Cynædos, & Pathicos, & Pathicos, dum ait. 17  
 Pulchre conuenit improbis Cynædis, Mamurræ Pathicoque, Cæsarique. Nec mirum ma  
 culæ pares vtrisque. Sed & Suetonius ait nihil famam pudicitię Cæsaris læsisse, preter Ni  
 comedis regis Bithyniæ contubernium.  
 ¶ Laborauit hac infamia Pindarus poeta, qui in gremio pueri adamati obdormiscens vitā 18  
 efflauit, teste Valerio.  
 ¶ Otho mutam habuit stupri consuetudinem cum Nerone. Idem male audiit, quod mu 19  
 liebribus delitijs esset corruptissimus. Nā & quotidie faciē rasitabat, & mædido pane deli  
 tiebat vt torus esset glaber & depilis. Frequentissime quoque vtebatur speculo. Vnde Iu  
 uenalis satyra secunda. Ille tener speculum, pathici gestamen Othonis.  
 ¶ Amyllus nomen est Cynædi & Pediconis apud Iuuenal. saty. 10. vbi ait. Quot discipulis 20  
 los inclinet Amyllus, Huius etiam meminit Martialis lib. 7. dicens. Reclusis foribus grās  
 des precidis Amylle, Ette deprendi quum facis ista, cupis.  
 ¶ Caius Scatinus filio Marcelli vim intulit, Vnde & patre accusante damnatus est. Lexq; 21  
 propterea in pedicones lata, quæ Scatinia dicta est. Iuena. Citari ante oēs debet Scatinia.  
 ¶ Ispo nomen est Cynædi apud Iuuenalem satyra secunda scribentem, Ispo subit iuuenes 22  
 & morbo pallet vtroque.  
 ¶ Plato eos qui contra leges naturæ masculam Venerem confectantur beatissimos esse, &  
 post mortem fore opinatus est. Verba legis Platonice citantur a Theodorito Cyrensi.

¶ Molles, effœminati, & elegantes.

1	Straton	11	Naratus	21	Sardanapalus
2	Mecœnas	12	Aristodemus	22	Attidius
3	Artemon	13	Andramytis	23	Diadumenus
4	Abron	14	Aristoteles	24	Miraces
5	Clisthenes	15	Aristophanes	25	Bacchus
6	Syri	16	Demosthenes	26	Cesar
7	Lysicrates	17	Hortensius	27	L. Sylla
8	Maffylenses	18	Heliogabalus	28	C. Duillius
9	Argyrhrius	19	Aristagoras	29	Clodius pulcher
10	Battalus	20	Agathon	30	Eutropius



Meopompus scripsit Stratonem Sidonium mortales omnes sus 1  
 perasse delicijs, & mollicie. Ad quod alludit Myrādula in hymnis.  
 Quam quæ Sidonium v elabat purpura regem.  
 ¶ Augustus ad Mecœnatem scribens eiufdem molliciem, & deli 2  
 cias multis expressit locis, sed hoc maxime. Vale Mecœnas melgē  
 tium, ebur Ethruriæ, Iasar Arretinum, Tyberinum margaritum,  
 Cilneorum Smaragde, Iaspi figulorum, Berille, & carbunculum  
 Porfenæ, Macrobius libro secundo, & Crinitus lib. 24. Annæus  
 quoque Seneca Mecœnatem vocat discinctum, mollissimasque  
 eius delicijs & portentosam orationem. Idem, Magnum inquit Romanæ eloquentię datu 3  
 rus exemplum

- rus exemplum, nisi illum eneruasset felicitas. Item Iuuenalis satyra prima. Et multum referens de Meccœnate supino. Et saty. 12. Vestem purpuream teneris quoque Meccœnatibus apram, id est viris mollibus. Idem Meccœnas solutis tunicis, semper incedebat, comitabanturque eum spadones duo, quibus tamen ipse erat euirator.
- 3 ¶ Aiunt Artemonem quendam fuisse mollem adeo & solutum delicijs, vt nunquam pedibus itaret, sed semper lectica circumferretur, haberetque duos vtrinque famulos peluim æream supra caput ferentes, ne quid superne noxium excideret. Propterea factus est pro urbio locus. Artemon versatilis. Plutarchus in Pericle, & Crinitus lib. 16. Cap. 11.
- 4 ¶ Fuit & Abro quispiam vitæ adeo corruptæ, & effœminatæ, vt locum parcemij sequenti reliquerit. Abro nis vitam agens. De molliter, ac deliciose viuentibus. Erasmus.
- 5 ¶ Chisthenes Comicorum conuicijs laceratus est, quod parum vir haberetur, seque cultu in decoro velut in mulierem transfiguraret. Quod fecisse dicitur Assyriorum rex Sardas napalus, vt liberius inter fœminas lasciuiet. Idem Erasmus.
- 6 ¶ Syri olim male audierunt ob morum molliciem. Vnde Adagium. Syrus quum non sis, ne Syriſſa.
- 7 ¶ Lycrates abiit in vulgi fabulam, quod iam senio confectus capillos fucaret, vt speciosus videretur, & iuuenis. Cuiusmodi ridentur apud Martialem Ollus, apud Horatium vxor pauperis Ibyci. Erasmus in Chiliadibus.
- 8 ¶ Massyllienses luxu perditæ muliebrem in modum ornabantur, comis vnguento delibutis, capillisque religatis. Hinc ortum adagium. E Massyllia venisti, in molles.
- 9 ¶ Argyrrius fuit dux quispiam effœminatus nihil habens viri præter barbam.
- 10 ¶ Battalus fuit nescio quis tibicen, qui lasciuia, & vinolenta carmine complexus est, fecitque adagio locum. Battali similis. Cælius ait hunc primum omnium calceis fœminæ in scæna vsu fuisse, artemque tibiæ omnino remolliuisse. A quo fluxos, exoluios, & parum viros Battalos vocant.
- 11 ¶ Cælius scribit Nitarum quendam fuisse, mollicie plusquam muliebri infamem.
- 12 ¶ Dionysius apud eundem Cælium testis est Aristodemum tyrannum apud Cumas in Romanis antiquitatibus mollem fuisse cognominatum, quod parum vir esset, ac pudicitiam subtrauisset.
- 13 ¶ Ferunt Andramytem Lydorum regem omnium primum fœminas Eunuchas fecisse, eisque Eunuchorum vice vsu. Xanthus apud Cælium.
- 14 ¶ Gaudebat Aristoteles mundo cultu, & elegante, comamque delicatius contondebat. Annullis præterea digitos onerabat, & in hoc placebat sibi nimium. Quo factum est, vt mollitiei suspectus haberetur. Cælius Cap. 48. lib. 10.
- 15 ¶ Aristophanes Philostratum quendam lasciuiuscule se ornantem Cynalopeca vocabat, vocabulo ex cane, & vulpe concinnato.
- 16 ¶ Demosthenem tradunt cultu corporis nitido nimis, & accurato fuisse, adeo, vt molles (quibus lasciuebat) tuniculæ ab æmulis probro date sint. Quinetiam notatus, vt parum vir, quoque polluto esset ore. Vide Crinitum Cap. 9. lib. 6.
- 17 ¶ Eodem quoque modo Hortensius orator probrosus laceratus est Satyris, quæ circumspicte & morose indutus esset, quodque manus eius inter agendum essent argute & gestuose. Sed & L. Torquatus eum Dionysie saltriculæ nomine appellabat, Author Gellius. Valerius de pronuntiatione. & Crinitus libro sexto.
- 18 ¶ Traditum est Heliogabalum (qui supra omnia prodigia fuit mollissimus) versatilia trichinia habuisse, in quibus amicos quandoque ponere consuevit, eosque violis & floribus opprimere, sic vt aliqui animam efflauerint. Author Lampridius. Idem quoque quaternos canes ad currum iunxit, processit & in publicum iunctis quatuor ceruis, coniunxit etiam Leones, & Tygres, Cybelem se & liberum patrem vocans, habuit vehicula gemmata, & aurata. Atque vt infaniam libidini adderet, iunxit etiam quaternas mulieres, nudusque a nudis vectus est.
- 19 ¶ Aristagoras quidam milesius quum in concionem prodixisset, insolita apud Lacedæmonios vestitus mollicie, quidam ex Ephoris hoc eum dicto submouit. Domi Mileſia. Suidas apud Erasmus.
- 20 ¶ Agathon fuit quispiam tibicen, cantilenarum suauitate aures maiorem in modum deliciens, quem infamia mollicie laborasse, testis est apud Erasmus Zenodotus.
- 21 ¶ Sardapanalus ob insignem molliciem prouerbio locum fecit. Fuit enim delicijs vsque adeo effœminatus, vt inter eunuchos, & puellas ipse puellari cultu deliteſceret.
- 22 ¶ Attidius melior Domitiani temporibus tantæ fuit mollicie, vt nitidus appellari meruerit, Vnde

rit. Vnde Statius. Stat que perspicuas nitidi melioris opacet Arbor aquas.  
 Diadumenus fuit quispian elegans iuuentis, cuius effigiem Polyctetus expressit iuven- 23  
 ta molliore.  
 Fuit miraces nescio quis concinnatulus, qui vnguentatos, auratosque capillos fertur ha- 24  
 buisse. De hoc Valerius Flaccus libro primo Argon. Simular nigeribat Semiuir, impu-  
 benque gerens steriliusque iuuentem. Idem. Et grauidæ maducere comæ, quas flore Sas-  
 heo Nutrierat, liquidoque parens signauerat auro.  
 Bacchi molliciem Seneca in Hercule furente. his exprimit verbis. Non erubescit Bac- 25  
 chus effusos tener Sparfisse crines, nec manu molli leuem vibrasse Thyrsum, quam pas-  
 rum forti gradu Auro decorum Syrma Barbaricum trahit.  
 Fuit Iulius Cesar adeo effeminatus, vt Curio pater quadam eum oratione omnium mu- 26  
 lierum virum, & omnium virorum mulierem appellauerit.  
 L. Sylla imperator Chlamydato sibi, & crepidato Neapoli ambulare deforme non du- 27  
 xit. Valerius.  
 C. Duellius (qui de Pœnis triumphauit) quotienscunque epulaturus erat, ad funalem ce- 28  
 reum preunte tibicine & fidicine a cœna domum reuerti solitus est. Auth. Val. Maxi.  
 Clodius pulcher eneruem & frigidam iuuentem egit, perditoque amore vulgatissima 29  
 meretricis infamis fuit.  
 Claudianus scribit Eutropium adeo effeminatum fuisse, & muliebribus corruptum de- 30  
 litijs, vt etiam dominae crines pecteret, eique nudus in balneo aquam suppeditaret & estu-  
 antem ventilaret flabro. Verba poetæ sunt hæc. Pectebat dominae crines, & sepe lauanti,  
 Nodus in argento Lympham gestabat alumne. Et quum se rabido fessam proiecerat estu-  
 Panicus roleis pagonum ventilat alis. Propterea subiungit eum aptiorem tractandis las-  
 nis, quam regendo imperio, dicens. Tu potes alterius studijs herere Mineruæ, Tu relas-  
 non tela pati, tu stamina nosse, Tu segnes operum solleos vrgere puellas, Et niueam domi-  
 nae penlis inuoluere lanam.

¶ Viri muliebrem habitum mentiti.

1 Achilles	4 Clifthenes	7 Sardanapalus
2 Hercules	5 Cleocritus	8 Dinocrates
3 P. Clodius	6 Euclides	

Regis ad expeditionem Troianam proficiscentibus, quum Thetis dea preuideret  
 Achillem filium ibidem interfectum iri, eum ex antro Chironis dormientem rap-  
 puit, & puellaribus tunicis indutum, premonitumque ne se masculum cuiquam  
 proderet, inter filias Lycomedis regis occuluit. Quarum vnam Deidamiam grauidam fe-  
 cit. Pyrrhumque ex ea suscepit. Verum quum Græci oraculo didicissent Troiam sine A-  
 chille capi non posse, missus est Vlysses vt Græcorum omnium astutissimus ad exploran-  
 dam rei veritatem. Quoniam iam facti suspitio & rumor ferebatur. Vt ergo proderet A-  
 chille, cistiferum se finxit, attulitque mercatoris instar fusos, acus, monilia, & cetera id ge-  
 nus, que puellam decent, cum arcu & sagittis. Quum ergo Achilles relictis puellaribus in-  
 strumentis arcum intendisset, vires suas & sexum prodidit, & eo commento repertus est.  
 Ouidius libro primo de arte, Turpe nisi hoc matris precibus tribuisset Achilles, Veste vi-  
 rum longa dissimulatus erat. Quid facis Accide, non sunt tua munera lanæ. Ha titulos 22  
 lla Palladis arte pete. Quid tibi cum calathis & clypeo manus apta ferendo. Pensa quid in  
 dextra (qua cadet Hector) habes: Reijce succincos operoso stamine fusos. Quassanda est  
 ista Pelias hasta manu. Statius libro quarto Achil. Stat medius trepidante domo, Peleia  
 virgo Queritur. Per virginem Peleiam intelligit Achillem.  
 Sicubi vnquam amor vires suas aut in mortaliū vlllo docuerit, maxime probauit in Her- 23  
 cule, quem tot alioqui monstrorum domitorem coegit relicta (qua virum decet) virtute  
 ad muliebres transire delicias, seque in puellam transformare, & feminam mētiri, vt libe-  
 rius eum Omphale regina Lydorum lasciuiret, qua etiam iubete fusos & lanas rudibus il-  
 lis manibus (quibus portēta subegerat) atrectauit. Quod ei magno dat probro Deianyra  
 apud ouidium loquens, Crassaque robusto deducis pollice fila. Aequaque formosa pēsa  
 rependis here. Item apud Propertium sic loquitur. Idem ego Sidonia feci seruilia palla Of-  
 ficia, & Lyda pensa diurna colo. Mollis & hirsutum cepit mihi fascia pectus, Et manibus  
 duris apta puella fui. Statius libro primo Achil. Si Lydia dura Pensa manu, mollesque tu-  
 lit, Tirinthius hastas. Lactantius. Nam illud (inquit) nemo negauit, Herculem non tantum  
 Euristheo seruisse, sed etiam impudicæ mulieri Omphale, quæ illum vestibus suis indutū  
 sedere ad pedes suos iubebat pensa facientem.

- 3 **T**ranquillus in Iulio scribit P. Clodium inter publicas bonæ deæ Cerimonias penetrasse ad Pompeiam Q. Pompeij filiam & Syllæ neptem muliebri veste, & propterea Cæsare cum ipsa Pompeia diuortium fecisse. Propterea Cicero quadam ad Lentulū epistola scribit Clodium ipsum non pluris fecisse bonam deam, quam tres sorores.
- 4 **C**liffthenes male audiit, & Comitorum laceratus est satyris, quod parum vir haberetur, seque cultu indecoro in fœminam transfiguraret. Vnde adagia nata. Cliffthenem video, & Cliffthene intemperantior. Erasmus in Chiliadibus.
- 5 **E**adem nota inuritur Cleocrito, quod ad maiorem lasciuiam tunicis, & vestibus fœminam mentiretur. Idem Erasmus.
- 6 **E**uclides Megaricus quum Socraticæ disciplinæ cupientissimus esset, neque tamen auderet Athenas ire (vbi profitebatur Socrates) quod capitale foret, si quis Atheniensium Megaris, aut Megarensum Athenis propter mutuum vtriusque vrbis odium deprehenderetur, muliebri veste indutus ad audiendum philosophum sub ipsam noctem itabat, ac deum ipso auroræ diluculo reuertebatur. Author Gellius Cap. 10. lib. 6.
- 7 **O**mnium (quos enervauit mollicies & delicię corruerunt) principem locum maioremque apud posteros ignominiam meruit Assyriorum rex Sardanapalus, qui eo illecebratum se demisit, vt relicta maiestate (qua princeps tanto debet excellere, quanto sublimior est cæteris) positus masculi sexus indumentis mentitus sit fœminam, interque puellas & Eunuchos euirator spadone delituerit. Quę fuit causa vt ab Arbacto prefecto, lasciuiam tam corruptam peroso ad incēdium domus (in quam victus se receperat) & voluntariam mortem sit coactus. Iustinus libro primo.
- 8 **D**inocrates Messenius Romæ in conuiuio temulētus, muliebri saltauit habitu. Postera die quum ab Achegorum imperio Messanam ad defectionem sollicitare vellet, peteretque propterea subsidium a Tito Flaminio de his (respondit Titus) viderimus. Te vero miror vina tractare, saltare, & fœminam mentiri posse, quum res huiusmodi molliri audeas. Plutarchus in Philopœmene.

**Mulieres habitum virilem mentitæ.**

1	Semiramis	5	Pelagia	Axiothea	
2	Theodora	6	Ioanna Gallia	Phlialia	
3	Marina	7	Ioanna Anglica	9	Eugenia
4	Euphrosina	8	Lasthenia		

- 1 **L**onge vero aliter fecit Semiramis Assyriorum regina, quę quum certo intelligeret, graue esse populo fœminam pati principantem, mortuo marito virum mentita est, vt tantisper imperaret, dum filius Ninus (qui per impuberem adhuc aetatem regnare non poterat) adolefceret, regnoque foret idoneus. Iustinus libro primo. Vnde Claudianus in Eutropium. Seu prima Semiramis astu Assyrijs mentita virum, neu vocis acutæ, mollicies, lenesque genę se prodere possent, hos sibi coniunxit similes, hos scilicet Eunuchos. Mantuanus. Quæ Tomyris, quæ ve Assyriæ regina gerendo imperio exhibuit, sexum mentita virilem.
- 2 **L**audabile fuit nec minus astutum Theodorę virginis Antiochenę cōmentum, quę militis ad se stuprandam missi libidinem & furorem adeo verbis emolliuit, vt non solum flagitio deterruerit hominem, verum etiam mutatis cum eo vestimentis exitum a carcere (quo per Diocletianū fuerat intrusa) & impunitatem meruerit. Ambrosius lib. 2. de virginibus.
- 3 **M**arina virgo natione Græca sexum quoque dissimulauit, sed honesta de causa, vt scilicet licet admitteretur in cœnobium quoddam, in quo soli viri recipiebantur, vbi ad mortem vsque sanctissime vixit nomine Marini. Volaterranus.
- 4 **E**uphrosina virgo Alexandrina quum animæ tenus curiosa, corporis cultum nihil face ret, virum mentita, profecta est in cœnobium, in quo pater degebat, vbi durauit. 36. annos nemini nota. Idem Volaterranus.
- 5 **P**elagia mulier fuit Antiochena voluptatibus & illecebris primum deditissima, vt quæ nulli rei attentius vacaret, quam corpori comendo, Tandem tamen meliore ducta spiritu, vbi aspernari cœpit, quod pridem amabat maxime, virū se finxit. Et ne rediuius aliquis pristinæ vanitatis fomes denuo repullularet, relictis hominum colloquijs secessit in solitarias nemorum latebras, vbi ad mortem perseuerauit constantissime.
- 6 **N**ihil grauiore stomacho aut maiore animi indignatione excipiunt Angli, quam quum audiunt verba

audiant verba fieri de Ioanna virgine Gallicana & bellatrice. Medij crepant & apud se non sunt præ furore, existimantque suam imbelliam & turpissimam fugam redargui, quod tunc cumque tam generosæ tantique spiritus puellæ aliquis incidit sermo. Habent pro res diuino vlcere, quod ab ea vestimentis armisque virilibus induta instar leporum galeatorum fugati sint & extrusi Gallia, principante apud Gallos Carolo septimo.

Scitum est ex Chronicis & a maioribus scriptum Ioannam Anglicam ab Ephebis sexū 7 viridem simulasse, & tandem fato nescio quo aut fortuna volente ad pontificatum peruenisse, in quo annis circiter duobus federit post Leonem quartum, neque prius innotuerit facti veritas, quam a quodam ex domesticis impregnata, tandem emiserit partum. Sabellicus, & Cælius.

Dicæarchus apud Cælium testis est Lastheniam Mantineam & Axiotheam Phlasiā 8 Platone vsas præceptore, & ornatu virili auditorium nonnumquam intrasse.

Eugenia filia cuiusdam Philippi inter Romanos potentissimi, virum quoque mentita est 9 in cœnobio, quo se inclusit, vt domino commodius seruiret.

Meretrices quædam.

1	Rhodope		Eutropia		Anthi
2	Baryne	15	Maria Aegyptia.	31	Sappho
3	Spatale	16	Maria Magdalena	32	Mintha
4	Lais	17	Campaspe	33	Pandemus
5	Thais	18	Legna	34	Cynna
6	Phryne	19	Lyde		Saluacha
7	Faucula	20	Cyrene		Casaurium
8	Flora	21	Aspasia	35	Abrotonum
9	Glycerium	22	Pithonica	36	Anticyra
10	Leontium	23	Timandra	37	Hermia
11	Sinope	24	Chione	38	Archidice
12	Metra	25	Lycisca	39	Pyrrhine
13	Niceta	26	Philenis	40	Cælia
	Aquilina	27	Faula	41	Lauronia
14	Aphra	28	Alce		Tædia
	Digna	29	Manulia		Procula
	Eumenia	30	Stagonium		Laufella

EXPLANATIO.



Hodope meretrix fuit Aegyptia, quæ tantas opes meretricio que 1  
stu sibi comparauit, vt superbam & magnificam in Aegypto Pyramidem construxerit. Eam Sappho doricam vocat, & fratris sui Charaxi amicam his verbis. Arlit inops frater victus meretricis amore, Mixtaque cum turpi damna pudore tulit. Sunt qui putant alteram fuisse Rhodopen Thraciam genere, quam Xanthus Sarmius in Aegyptum detulerit, itidem meretricem, Pyramidis illius Authorem, & Aesopi fabulatoris Phrygij conseruam, Cui opinio ni astipulatur Plynus libro. 36. Nat. histo. De hac etiam meminit Plutarchus in Nicia, & Herodorus in Euterpe, & Strabo libro. 17. Fuit & altera Rhodope meretrix ætate Iuuenalis, de qua poeta ipse satyra nona scribit, Dum Rhodopes vda terit inguina barba.

Baryne Romana fuit meretrix, quam Horatius suis carminibus illustrauit dicens. Villa 2  
lituris tibi peierati pœna Baryne nocuisset vnquam.

Simili modo Martialis de Spatale scribit. Nouit Loturos Dasius numerare, poposcit Mā 3  
mosam Spatalem pro tribus, illa dedit.

Lais meretrix fuit Corinthia, ad quam propter formæ elegantiam Græci omnes turmas 4  
tim conuolabant. Claudianus in Eutropium. Haud aliter iuuenum flāmis Ephyreia Lais, Ergemino ditata mari. Aristippo Cyrenaico cum ea fuit consuetudo, quod tamen flagitium philosophus sic defendebat, vt diceret multum inter se & cæteros Laidis amatores interesse, quod ipse haberet Laidem, Alij vero haberentur a Laide, Author Lactantius, qui  
p ij etiam hoc ait,

etiam hoc ait. Quid ergo interfuit, quo animo philosophus ad meretricem famosissimam commearer, quum eum populus & riuales sui viderent omnibus perditis nequiores. Ab hac meretrice quom Demosthenes petisset, vt sui copiam faceret, & illa decem Drachmarum millia pro concubitu poposcisset, pecunia magnitudine deterritus & expavidus philosophus, pœnitere, inquit, tanti non emo. Author Gellius, & post huc Macrobius. Quam historiam Architreus quoque versibus mandauit. Non patitur Lais dubio Demosthenes, nec quæ Mouerat, euellit, perdendo prodigus auro, Non emit amplexus, thalamos quæ vendit, ementem Fallit & emptorem, mox pœnitit empta voluptas. De hac meretrice meminit Propertius. Non ita complebant Ephyræ Laidos ædes, Ad cuius iacuit, Græcia tota fores, Ouidius. Multis Lais amata viris.

- 5 **T**hais fuit itidem meretrix, quæ Atticam iuuentutem in sui amorem pellexit. Hanc suis carminibus celebrauit Menæder poeta Græcus, Vnde & Menædra dicta est. Propertius. Turba Menandræ fuerat nec Thaidos olim Tanta, in qua populus lusit Erictonius, Martialis. Tale lemma est Menædri Thais. Idem. Thaida nocte volo. Fuit & altera Thais, quæ suafu beati Panutiij, ab impudica vita ad honestatē morum se conuertit.
- 6 **P**hryne meretrix Thespiensis (quæ ciuitas est Bœotia) olim in iudicium vocata, dum sibi timeret a sententia iudicij, sublatis tunicis corpus denudauit, Cuius pulchritudine per moti iudices, liberam abice permiserunt. Neque tam profuit puellæ Hyperidis actio & patrocinium, quam venustas formæ. Authore Quintiliano. Vnde Hieronymus Angerianus, Hyperides fileat, potuit sua pectora Phryne Denudans rigidi flectere iura fori. Eidem quum Praxiteles dedisset optionem eligendæ imaginis omnium (quas haberet) pulcherriam, nec tamen ipse prodere voluisset, quæ nam esset pulcherrima, hoc fabricauit commertum. Subornauit enim qui Praxiteles nunciaret officinam cum signis & tabulis conflagare. Quo tristis nunciatio permotus Praxiteles, percontari cœpit, esset ne saluus suus Cupido. Hoc itaque dolo explorauit meretrix, quæ nam esset tabula omniū ditissima. Author Pausanias apud Volaterranum, & Crinitum in lib. 24. Cap. 10. De hac meminit Propertius li. 1. Nec quæ deletas potuit componere Thebas Phryne, tam multis facta beata viris.
- 7 **F**aucula clunia meretrix fuit alioqui tam enpientissima. Nam Annibale Capuam tenente, alimenta captiuis egentibus furtim suppeditabat. Liuius lib. 26.
- 8 **F**lora meretrix fuit, quæ populum Romanum constituit heredem. Vnde Floralia sacra eidem consecrata sunt, alio nomine Larentia vocatur. De hac vide Gellium lib. 6. Capite septimo.
- 9 **G**lycerium Thespiensis fuit meretrix, quæ tabulam Cupidinis (quam a Praxitele gratis acceperat) Thespiensibus quoque dono dedit. Strabo.
- 10 **L**eonitium Gellius scribit fuisse meretricem, quæ Theophrasti libris doctissime responderit. Plynius in præfatione historiarum naturæ. Ceu vero nesciam inquit, aduersus Theophrastum hominem in eloquentia tantum, vt nomen diuinum inde meruerit, scripsisse estiam feminam.
- 11 **S**inope scortum fuit nobile celebræque lasciuia, hinc Sinopiffare verbum est libidinari & lasciuire. Erasmo.
- 12 **E**risicon quidam Thessalus, quum assumptis facultatibus ad extremam deuenisset inopiam, coactus est filiam (quam habebat liberali forma) Metram nomine prostituere. Ad quam qui cōmeabant adolecentes, corporis copiā non assequebantur, nisi equos, boues, amplissimaque deferrent mūnera, quia nondum id temporis repertus fuerat gemmarum vsus. Porro Thessali per iocum dicebant Metram Erisiconis verti in ea omnia quæ illi ab amatoribus donabatur. Vnde fluxit prouerbiū. Mutabilior Metra Erisiconis. Erasmo.
- 13 **N**iceta & Aquilina sorores, quum corporis questu mererent, missæ sunt a rege Dagnæ ad corrūpendum beatum Christophorum, inculcandumque ei falsæ religionis cultum. Verum aliter res se habuit, Nam & ipse ad fidem conuersa sunt, & iussu regis interfectæ.
- 14 **A**phra fuit meretrix in Creta, quæ vna cum tribus ancillis, Digna, Eumenia, & Eutropia, cunctis se prostituēbat. Tandem tamen a Narcisso Hierosolymarum episcopo ad bonam frugem reuocata, voluptati repudium misit, & Christianam secuta est religionem, pro qua etiam martyrium passa est.
- 15 **M**aria Aegyptia annos nata duodecim, relictis parentibus Alexandriam se contulit, vbi .17. annos corporis sui copiam fecit cuiicumque petenti, adeo, vt quū nō haberet sitis pem, quam nauis exolueret, corpus suum obtulerit pro nauo. Tandem autem quum ad adorandam crucem (in qua pependerat Christus) vna cum alijs profecta, ab omnibus ob impudicam repelleretur vitam, cœpit protinus moneri pœnitentia, & corpus conterere, quod prius



- quod prius voluptati deuouerat. Profecta ergo trans Iordanem fecessit in latebras nemo-  
rum, ubi tribus (quos secum tulerat) panibus annos, 17. vixit. Perstititque adeo feruenter  
& durauit, vt vestimētis putrefactis remanserit nuda, membris omnibus æstu denigratis.  
Peractis illis. 17. annis, durauit alijs triginta mansitque sine cibo, gratia spiritali abunde  
pasta.
- ¶ Eodem modo Maria Magdalena Syri & Euchariz filia, Lazarique & Marthæ soror, ali  
quor annis voluptatibus indulfit, adeo vt peccatricis meruerit nomē. Demum tamen ubi  
ad Christi in Simonis leprosi domo recumbentis pedes se prouoluisset, suisque rigasset la-  
chrymis, capillisque absterfisset, & delibuisse vnguento, veniam impetrauit.
- ¶ Plynus scribit Campaspen meretricem fuisse forma admodum liberali, quam Alexan- 17  
der Apelli pictori eam depereuntis dono dedit.
- ¶ Authorum monumentis celebratur Leena meretrix, quæ nullis tormētis cogi potuit, vt 18  
Amodium & Aristogitonem tyrannicidas proderet. In hoc Anaxarchum imitata, qui cū  
similide causa torqueretur, præcisam dentibus linguam in tortores expuit. Authores Ply-  
nius & Lactantius, & Crinitus lib. 9. Cap. 8.
- ¶ Lyde scortorum celebratur Horatio libro secundo carminum dicenti. Quis deuium scor 19  
tum Eliciet domo Lyden.
- ¶ Ferunt scortum quoddam fuisse nomine Cyrenem, quæ in peragendavenero duodecim 20  
figuris vsa sit. Author Erasmus in explanatione illius ad agij. Duodecim artium homo.
- ¶ Alpsia meretrix fuit, cuius gratia & suafu Pericles Sanios expugnauit. Author Plu- 21  
tarchus.
- ¶ Idem in Phocione scribit Pithonicam fuisse meretricem, quam Harpalus Alexandri do 22  
mesticus supra modum adamauerit.
- ¶ Eodem teste Alcibiades Atheniensis meretricem habuit charissimam Timandram no- 23  
mine, quæ mortuo tumulum pro facultatib<sup>9</sup> suis magnificum erexit. Cum hac oppressus  
est Alcibiades ipse a Lyfandro.
- ¶ Chione nomen est scorti apud Martialem libro primo dicentem. A Chione saltem, vel 24  
Laide disce pudorem, Abscondunt spurcas hæc monumenta lupas. Idem. Digna tuo cur-  
lis, indignaque nomine, dicam, frigida es, & nigra es, & es Chione. Chion grece, Latine di-  
citur nix. De hac etiam meminit Iuuenalis satyra tertia, dicens, Et dubitas alta Chionem  
deducere sella?
- ¶ Apud eundem Martialem notatur Lycisca, vt fellatrix & lupa, his verbis. Facere in Ly- 25  
scicam Paule me iubes versus, Quibus illa lectis rubeat & sit irata, O Paule malus es, irru-  
mare vis solus. Item apud Iuuenalem, Nomen mentita Lycisce.
- ¶ Philenis meretrix fuit, quam Philocrates poeta Græcus suis carminibus lacerauit, De 26  
hac etiam meminit Martialis libro septimo.
- ¶ Verrius apud Lactantium testis est Faulam Herculis scortum fuisse. 27
- ¶ Alcen quandam fuisse meretricem palam est ex verbis Gellij libro quarto scribētis. Dis- 28  
cebat Pythagoras se Euphorbum primo fuisse, deinde Pyrandrum, deinde Callidenam,  
deinde femina pulchra facie meretricem, cui nomen fuerit Alce.
- ¶ Manulia fuit meretrix, cui Hostilius Mancinus diem dixit ad populum, quod de ambu- 29  
lacro eius noctu lapide ictus esset. Author Gellius.
- ¶ Apollodorus prodit meretriculas quasdam fuisse Aphias, i. Apuas cognominatas, quod 30  
minutule foret, albæque oculis grandioribus. Nomina eis fuere, Stagonion & Anthis. De  
his Cælius Cap. 19. lib. 5.
- ¶ Scribit Cælius Sapphone Lesbo meretricem fuisse, sed non poetriam, quoniam Lyrica 31  
Scandronymi fuit filia altera a scorto.
- ¶ Pingunt fabulæ Mintham Platonis fuisse pellicem, quam Proserpina dolis circunuene- 32  
rit & in hortensem mentem commutauerit. Huius meminerūt Strabo libro octauo, & Cæ-  
lius Capite. 22. libri sexti.
- ¶ Pandemus meretricula cuiusdam fuit nomen. Authore Cælio. 33
- ¶ Aristophanes in Comædijs scripsit Cynniam, Saluacham & Casaurium fuisse Athenis 34  
celebres, & forma exuperanti meretriculas.
- ¶ Abrotonum meretricis nomen est, quam Themistoclis fuisse matrem Amphicrates a- 35  
pud Cælium prodit in libro de viris illustribus.
- ¶ Fuit Anticyra meretrix, quam inde nuncupatam ferunt, quod cum mentis emoræ hor- 36  
minibus furentibusque discumberet, vel quod Nicostratus medicus moriens hellebori  
vime magnam reliquerit, Cælius Cap. 6. lib. 13.

- 37 ¶ Hermia fuit meretrix, cui pre nimio amore sacra fecit Aristoteles, eiusque laudibus hymnos dicauit. Vnde ab Eurimedonte seu Demophilo accusatus relictis Athenis (vbi triginta annos docuerat) Chalciden se recepit. Author Origenes.
- 38 ¶ Herodotus in Euterpe scribit Archidicem Græcam fuisse meretriculam, cuius amore infaniens Charaxus frater Sapphus Mitylenen redierit.
- 39 ¶ Inter Corinthias meretrices nominatur Lais, Cyrene, Leena, Sinope, Pyrrhine, Sicyone.
- 40 ¶ Martialis libro septimo Epig. notat Celiã, quod cuicumque petenti corporis sui copiam faceret. Vide versus in historia de libidinosis.
- 41 ¶ Porro quando de prostitutis huiusmodi mulieribus incidit mentio, non alienum fuerit adijcere legem Solonis qua voluit, vt qui e meretricibus nati essent, parentes alere non tenerentur. Qui enim in commertio & concubitu mulieris, legem & decorum non seruat facile docet se non liberorum gratia impelli ad Venerem, sed voluptati potius indulgere. Itaque mercede se priuat, nec sibi ius parentis in liberos reliquum facit. Author Heraclides Ponticus apud Plutarchum.

## ¶ Lenones &amp; Lenæ.

1	Dipfas	4	Silo	6	Eutropius
2	Crobylus	5	Hylaria	7	Latinus
3	Cinnarus				

- 1 **D**ipfas nomen est Lenæ, quam Ouidius lib. 1. Eleg. suis carminibus insectatur, quod puellam suam meretricia arte instrueret. Sic autem scribit. Est quædam (quicumque volet cognoscere lenam Audiat) est quædam nomine Dipfas anus, &c.
- 2 ¶ Crobylus leno fuit scelestissimus. Is duo scorta domi alebat, quorum lenocinijs quam plurimos adolescentes in perniciem alliciebat, affectos compilabat furto. Vnde natum adagijs um. Crobyli iugum, quod de conuentu & societate duorum hominum (qui pari sunt improbitate) dici consuevit. Erasmus in Chiliadibus.
- 3 ¶ Timeus apud Erasinum testis est Cinnarum quempiam fuisse, patria Selinusium, arte Lenonem, qui quoad vivebat, pollicebatur se facultates omnes veneri consecraturum, Ceterum moriens populo diripiendas exposuit.
- 4 ¶ Catullus inuehitur in quendam Silonem, quem vt lenonem arguit.
- 5 ¶ Aphra meretrix (quam diximus a Narcisso Hierosolymarum episcopo a turpi & immundo quaestu reuocatum fuisse) matrem habuit Hylariam, quæ solis Lenocinijs victum sibi comparabat.
- 6 ¶ Claudianus Eutropium incesit vt peritissimum lenonem, eiusque hac in re astutiam describit his verbis. Acutum aggreditur lenonis opus, nec segnis ad artem Mens erat, officijque capax, omnesque pudoris hauserat insidias, custodia nulla tuenda fida toro, nulli poterant excludere vinctes. Ille vel grata Danaen sub turre latentem Eliceret, fletus domini fingebat amantis, Indomitasque mora, precio lenibat amaras, Lasciuasque iocis, nec blandior vllus emitis Ancilla tetigisse latus, leuiterque reductis Vestibus, occulto crimen mandare susurro. Idem paulopost. Quis enim committere vellet lenoni Thalamum?
- 7 ¶ Latinus mimus Domitiani adeo indulsit vxoris sue Thymelle, vt eam velut impurissimum leno, alijs prostitueret, & a mœchis nonnunquam cederetur. Huic ex notissimis Thymelles adulterijs, & opprobrio Latini, nouam personam in scena fecerunt mimographi. Martialis. Qua Thymellen spectas, derisoremque Latinum, Illa fronte precor carmina nostra legas. Idem ad Marianum. O quam dignus eras alapis Mariani Latini.
- ¶ Placet in medium afferre verba scitu dignissima, quibus Aegidius Maserius familiaris meus doctissimus, lenarum dolos & perniciem ad vnguem exprimit. Turpissimum (inquit in Valerium Flaccum) lenarum studium, quæ virgineas mentes melle perungunt, vt fel infundant. Promissis euerberant, molliunt dulciloquijs, honestatis specie & vtilitatis damna ingerunt & inhonesta, oportunitate tempus aucupantes laqueos tendunt, quos vix Luscetia vitaret, Escam parant, quam vel satur Hippolytus fumeret, Arma mouent, quæ virginitatis dea Aegide non propulsaret. Munera ostendunt (Danaen omisso) inconcussim Penelopes animum euerlura. Minas obijciunt, quas Susanna expaueret. Quot quæso Proserpinas his harpagonibus Pluto corripit? Hæc & alia multo plura, Maserius.

## ¶ Proci diuersarum mulierum.

¶ Hippocides Tisandri fuit filius, qui quum multis alijs iuuenibus Clisthenis Sicyonijs filiam ambiuit. Author Herodotus, qui filiam illam Agaristam vocat, aliosque eius procos enumerat

enumerat Smyndridem, Sybaritem, Syritanum, Damafum, quos ab Italia ad certamen venisset scribit. Venerunt eodem teste ex Ionio sinu Amphimnestrus Epidamnus, Aetolus, Meges. E Peloponneso Leocides Phidonis Argiuorum tyranni filius Amianthus, Archas, Laphanes, Heleus. Ex Attica Megacles Alcmeonis filius. Ex Ethruria Lyfantias, E Theffalia Diaforides, Crannonius. Ex Moloffis Alcon. Conuenerant autem in Graeciam, vt in Olympico certamine vires suas ostentarent, quoniam pater puellae Clifthenes Aristonymi filius proclamauerat, ei se daturum filiam, quam in certamine praestantissimum reperisset.

¶ Proci Hippodamiae Oenomai filiae numerantur Marmax, Alcathus Parthaonis filius, Euryalus, Eurymachus, Crotalus, Acrias Lacedemonius, Capetus Lycurgus, Lasius, Chalcodus, Tricolonus, Aristomachus, Prias, Pelagus Aeolius, Cromius, Erythrus Leucis filius, Alij tamen enumerantur Merinnes, Hippotous, Pelops, Opontius, Acarnan, Eurymachus, Eurylochus, Automedon, Lasius, Chalcon, Tricononus, Alcathus, Aristomachus, Crocalus. Celius scribit Marmaca omnium primum venisse Hippodamiae proscum, & ante alios ab Oenomaio necatum. Equasque eius tradunt vocatas Partheniam & Enipham, quas quum iugulasset Oenomaus, iussit sepeliri.

¶ Absente Vlyffe proci ex diuersis locis conuenerunt, vt castitati Penelopes infidiaretur, fueruntque Dulchij, 52. Samij, 24. Zacynthij, 20. Ithacenses, 22. ex quibus hi ab Homero nominantur. Antinous, Eurynous, Eurymachus, Leocritus, Nefo, Pysander, Hefippus, Agaltes, Leocles, Ampinomus, Demotholomeus, Medon preco, Euphemus Cytharædus. Quos omnes reuerfus Vlyffes occidit, Ouidiana Penelope nonnullos his verbis enumerat. Dulchij, Samijque, & quos tulit alta Zacynthos Turba ruunt in meluxuriosa proci. Quid tibi Pisandrum, Polybon, Medontaque dirum Eurymachique auidas, Antinoique manus Atque alios referam? quos omnes turpiter absens Ipse tuo partis sanguine rebus alis. Ilus egens, pecorisque Melanthius author edendi Vltimus accedunt in tua damna pudor. De Antinoo Propertius libro quarto meminit Penelopem quoque neglecto rumore mariti. Nubere lasciuo cogeret Antinoo.

¶ Fuit Hippomenes vnus ex procis Atalantæ virginis Arcadicæ, quæ cū amatoribus certabat cursu. Vnde Statius libro primo Sylvarum, Vidi ego & immitti cupidum decurrere campo Hippomenem.

¶ Claudianus libro primo de raptu facit Martem & Apollinem Proserpinæ (priusquam a Plutone rapta fuisset) procos, vbi ait. Perfonat aula proci, pariter pro virgine certat. Mars donat Rhodopen, Phœbus largitur Amyclas, Mars clypeo melior, Phœbus præstantior arcu. Virgilius, Ouidius, & Aufonius inter procos Didonis numerant Hiabam Getulorum regem. Propterea Dido ipsa apud Aufonium sic loquitur. Sed furias fugiens, atque arma procacis Hiarbæ Seruati fateor morte pudicitiam. Saxo grammaticus facit Otharū quendam fortissimum, procum Syritæ virginis pudicissime, Hildigisleum vero Theotonium Sygnis puellæ, Sigari cuiusdam filia.

¶ Riuales, seu eiusdem puellæ amatores.

¶ Anausis (de quo meminit Vale. Flaccus lib. 6. Argon.) riualis fuit Stiri Albanij.

¶ Exandeseit Catullus in raudum riualem, vt puellæ suæ furem, vbi ait, Quæ nam te mala mens miselle Raude Eggit præcipitem in meos iambos?

¶ Idem Catullus egrefert Lesbium riualem sibi ob pulchritudinem a Lesbia præpositum, vbi ait. Lesbius est pulcher, quid ni, quem Lesbia malit, Quam te cum tota gente Catulle tua. Idem Catullus vocat Mamurræ Phormianum & Cæsarem socios riuales, Quam durum sit autem & intolerabile riualem pati, Propertius docet illis versibus,

Tefocium vitæ, te corporis esse licebit,  
Te dominum admitto rebus amice meis.  
Lecto te solum, Lecto te deprecor vno,  
Riualem possum non ego ferre louem.

¶ Raptores diuersarum puellarum.

1	Pluto rapuit pserpi.	6	Telamon Hesionem		& Sabinas
2	Euryt Hippodamæ		Achilles Briseidam,	9	Pyrrhus Androma.
3	Thefeus Ariadnen		& Diomedam	10	Ajax Cassandram
4	Paris Helenam	7	Boreas Orithysiam	11	Nessus Deianynam.
5	Tarquinius Lucre.	8	Romulus Hersilia	12	Apharetus marpissã
				p iij	Catheus Siliam

OFFICINA

13	Catheus Saliam	17	Hercules Pyrenem	21	Axus perhibiam
14	Tlepolemus Astio.	18	Iupiter Aeginam		Iupiter Europen
15	Aiax Telamonius	19	Castor Phœben		Hercules Augen
	Tecmessam		Pollux Ilairam		Dryope Hylam
16	Iafon Medeam	20	Apollo Marpissam	22	Cephus Liriopen



- Apuit Pluto Proserpinā, Cereris filiam, vnde a Claudiano inferus raptor dicitur. Ouidius. Raptor agit currus, & nomine quēque vocando Exhortatur equos. Syllius li. 14. Hac Stygius quondam stimulatē cupidine raptor Ausus adire diem, mœstosq; Achēronte relicto, Illicitas egit currū per inania terras. Tum rapta p̄ceptus Ennēa virgine cessit. Pōtanus de stellis. Hinc etiam Graj̄ va-tes, Aetneia furta, Et raptus Siculę toties fleuere puellę.
- 1 **R**Eurytus Centaurus hippodamen rapuit. Ouidius lib. 12. Eurytus Hippodamen, alij quam quisq; probabat, Aut poterat rapiūt.
- 2 **T**hefeus Ariadnen Minois regis filiam, & Helenam ipsam, priusquam paris non offensa tamen eius virginitate. Ouidius. Te quoque qui rapuit, rapuit Minoida Thefeus. Idē, lib. 1. de arte. Forma viros neglecta decet. Minoida Thefeus Abstulit a nulla tempora comptus acu. Rapuit & Anaxonam Troezeniam forminam.
- 3 **P**aris Helenam, vnde fax belli Troiani secuta est. Ouidius libro. 12. Victus es a timido Graj̄e raptore maritę. Idem in Epistola Hermiones. Tyndaris idēo trans æquora ab hospite rapta Argolicas pro se vertit in arma manus. Sidonius. Raptor depopulatus est Amyclas Prędam trans pelagus petens sequacem.
- 4 **T**arquinius sextus Lucretię virginis Romanę pudicitiam per vim expugnauit. Cuius rei dolore manum sibi intulit puella. Hunc raptum graphice describit Ouidius lib. 2. Fastorum. Seneca in Octauia. Nata Lucreti stuprum seui passa tyranni.
- 5 **T**elamon Græcus Hefionem puellam Troianam, & Achilles Briseida. Ouidius in Epistola Acontij. Aefionem Telamon, Briseida cepit Achilles. Vtraque victorem nempe secura suum. Idem Achilles rapuit Diomedam Phorbantis filiam e Lesbo.
- 6 **B**oreas Orithyiam filiam Ericthei Athenarum regis. Ouidius li. 1. Eleg. Si fatis es raptę Borea memor Orithyę. Propertius lib. 3. Infelix Aquilo raptę timor Orithyę.
- 7 **R**omulus Sabinas & Herfiliam. Ouidius de arte. Primus sollicitos fecisti Romule ludos Quum iuuuit viduos rapta Sabina viros. Pamphilus. Romani si forte duces rapuere Sabinas.
- 8 **P**yrhus Achillides Lanassam Herculis neptem, & Andromachen.
- 9 **A**iax Oilei filius Callandram. Ouidius in Ibin. Vtque ferox perijt, & fulmine, & æquore raptor.
- 10 **N**essus Centaurus Deianyam Herculis vxorem, vt scite docet idem Ouidius lib. 9.
- 11 **E**uenus Martis & Stropę filius ex Alcippa Oenomai filia Marpissam suscepit, quam Apharetus visam ex chorea rapuit. Author Plutarchus in Paralellis.
- 12 **S**imili modo Catheus nobilissimus adolescens Saliam virginem Anij Tuscorum regis filiam adamauit vsque ad raptum. Idem testis ibidem.
- 13 **T**lepolemus Astyothiam ex Ephyra Peloponnesi vrbe rapuit.
- 14 **A**iax Telamonis filius Tegmessam. Horatius. Mouit Aiace Telamone natum Forma captiue dominum Tegmessę.
- 15 **I**afon Medeam Aartę Colchorum regis filiam, quam postea reliquit superinducta Creusa.
- 16 **H**ercules Pyrenem virginem Bebryciam, a cuius nomine montes Pyrenę nomen sumpsērunt. Syllius. Nomen Bebrycia duxere a virgine colles. Hospitis Alcideę crimen, qui forte laborum Geryonis peteret quum longa tricorporis arua, Possessus Baccho se qua Bebrycis in aula lugendam famę sine virginitate reliquit Pyrenem.
- 17 **I**upiter Aeginam rapuit prope Acrocorinthum.
- 18 **C**astor Phœben. Pollux Ilairam sorores Leucippi filias. Propertius lib. 1. Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe. Pollucem cultu non Ilaira soror.
- 19 **A**pollo Marpissam Eueni filiam & Idę vxorem. Idem Propertius. Non Idę & cupido quondam discordia Phœbo Aucta externis Hippodamia rotis.
- 20 **A**xus Oceani filius rapuit Perhibiam. Iupiter Europam. Seneca. Modo per fluctus raptam Europam, Taurum tergo portasse truceam.

Hercules Augen

Hercules Augem. Idem Seneca. Arcadia nempe virgo Paladios choros Dum necit au-  
ge, vim stupri passa excidit. Dryope Nympa Hylam.

Rapuit Cephifus fluuius Liriopeum nympham, vt fabulatur poetę, & ex ea fufcepit Nar-  
ciffum. Ouidius libro tertio Meta. Cęrulo Liriope, quam quondam flumine curuo Implis-  
cuit, claufę que fuis Cephifus in vndis Vim tulit.

Nutrices diuerforum hominum.

1	Philix Domitiani	9	Nyfa Bacchi	14	Ino Bacchi
2	Policha Oedipi	10	Amycla alcibiadis	15	Hypsiphile arfinoes
3	Barce Sichei	11	Hellanice Alexātri	16	Caphyrna Neptuni
4	Charme Scyllę	12	Eupheme mufarum	17	Spaco Cyri
5	Caieta Aeneę	13	Amalthea Iouis	18	Euryclia Vlyffis
6	Beroe Semeles		Meliffa	19	Coryna Ariadnę
7	Acefte filiarū adra.		Adraftea		
8	Acca laurętia romu.		Ida		

Philix nutrix fuit Domitiani, quę domini cadauer populari Sandapila per vespillo-  
nes exportatum in suburbano suo latina via funeravit, Author Suetonius  
Policha nutrix fuit Oedipi, quem pater laius deuouerat, quod eius manu periturū  
se ab oraculo didiciffet.

Barce nutrix Sichei Phœnicum ditiffimi & mariti Didonis, Virgili⁹ libro quarto Aene,  
Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichei, Annam chara mihi nutrix huc fiste fororē.

Charme Scyllę puellę. Vnde Virgilius in Cyri. Illa autem quid nunc me inquit nutri-  
cula torques.

Caieta Aeneę, Virgilius libro feptimo Aen. Tu quoque littoribus noftris Aeneia nus-  
trix Aeternam moriens famam Caieta dediffi. Martialis, Seu placet Aeneę nutrix, feu fi-  
lia Solis.

Beroe Semeles, quę fuit mater Bacchi, Ouidius libro tertio Meta. Ipsaque erat Beroe Se-  
meles Epidauria nutrix.

Acefte nutrix fuit filiarum Adrafte, Staius libro primo Theb. Tunc rex longęuus A-  
ceften (Natarum hæc altrix, eadem & fidiffima custos) Imperat acciri.

Accam Laurentiam Romuli fuisse nutricē testis est Plynius libro decimo octauo Cap.  
2. Item Staius libro primo Syl. lam fecura parens Thufcis regnabat in vndis lia, portan-  
tem laffabat Romulus Accam.

Nyfa Bacchi fuit nutrix, quam Plynius ait feulptam fuisse prope Scythopolin.

Habuit Alcibiades nutricem nomine Amyclam, vel (vt alij legunt) Amydam, Pędagog-  
um vero zopirum. Testis Plutarchus in Lycurgo & Alcibiade.

Fuit & Hellanice nutrix Alexandri, teste Curtio.

Eupheme nutrix fuit mufarū, quę filium nomine Erotum fufcepit Parnafi incolā, & ve-  
nationi deditum.

Amalthea & meliffa iouem infantulum caprino lacte fouerunt, hinc orta fabula, qua poe-  
te nutritum a capra fabulati funt. Pontanus. Post hinc & pecus Olenium, & Iouis inclyta  
nutrix. Alij tamen dicunt iouem ab Adraftea & Ida Meliffę filiabus nutritū, vt docet Era-  
mus in illo adagio. Copię cornu. De Meliffa Pontanus libro fecondo de amore Coniuga-  
li. Qualem quum teneris lac inffillaret alumnis, Spirabat niueo dia meliffa finu.

Ino fuit nutrix Bacchi. Ouidius in Ibin. Vt teneri nutrix, eadem mater tera Bacchi, Sta-  
tius libro fecondo Syl. Quid te post cineres decepraque funera matris Tutius Inoo reptā  
tem peccore Bacche? Ammonius grammaticus ponit Fefulam vnam e Bacchi nutricibus.

Archemorus filius Lycurgi regis Thracum nutricem habuit Hypsiphilem, quę quū in  
fantem in herba reliquiffet, depaftus est a serpente, Statio auctore.

Caphyrna feu Calphurnia Oceani filia Neptunum educavit vna cum Rhodij. Testes  
Annius in Berofum, & Calderinus in Statium.

Spaco nutrix fuit Cyri, quę dictio quoniam moedorum lingua canem fignificat, factum  
est, vt Cyrus creditus fit nutritus a cane. Testis Herodotus in Clio.

Euryclea feu Euryclia nutrix fuit Vlyffis, de qua Ouidius in Epiftola Penelopes intelli-  
git, dicens. Hoc faciunt cultosque boum, longęuaque nutrix.

Coryna nutrix fuit Ariadnę, quam rapuit Thefeus, author Plutarchus.

Obfetrices.

Plynius

OFFICINA

¶ Plynius lib. 28. Cap. 7. Sotyram & Salpem obstetrices facit, quarum etiam placita in quibusdam morborum remedijs citat. Idem lib. 32. Cap. 6. de Salpe meminit,

Ancillæ quædam.

1	Cibale Simili	8	Naera Cleopatæ	15	Lardana
2	Lathris Cinthiæ		Charmione	16	Titula
3	Cypassis	9	Agar Abrahæ	17	Pleusa Dianæ
4	Phyllis phocei	10	Gyge paryfatis	18	Melissa /
	Bryseis Achillis	11	Treita Thaletis		Lagopice
5	Galantis Alcmene	12	Rhodope Iadmonis		Proconessa
6	Ocryfia Tanaquilis	13	Elos athamantis		
7	Tegmessa aiacis	14	Chionta Anastasiæ		

- 1 **C**ybale ancilla fuit pauperis cuiusdam Simili, cuius paupertatem Virgilius describit in Moreto, Idem ibidem. Exiit interea Cybale quoque fedula panem.
- 2 ¶ Lathris ancilla fuit Cynthiæ Propertianæ, Idem libro quarto. Deliciæque meæ Lathris, cui nomen ab usu est.
- 3 ¶ Cypassis ancilla fuit Corinæ, Ouidius libro secundo Eleg. Comendis in mille modis perfecta capillis, Comere sed solas digna Cypassi deas.
- 4 ¶ Phyllis Troiana Phocei, Bryseis Achillis, Horatius, Ne fit ancillæ tibi amor pudori Xanthiæ Phoceu, prius insolentem Serua Bryseis niuco colore Mouit Achillem.
- 5 ¶ Galantis ponitur ab Ouidio ancilla Alcmene matris Herculis libro nono ubi ait, Vna ministrarum media de plebe Galantis Flaua comas aderat faciendis streuua iussis.
- 6 ¶ Plynius libro 36. Cap. 27. facit Ocryfiam Tanaquilis reginæ ancillam, Huius vultum obfcurare, nec mores fortuna potuit, Plutarcho teste de Romanorum Fortuna.
- 7 ¶ Tegmessa Aiacis Telamonij, Cassandra Agamennonis, Horatius, Mouit Aiacem Telamone natum forma captiuæ dominum Tegmessæ, Arfit Atrides medio in triumpho virgine rapta.
- 8 ¶ Naera & Charmione duæ fuerunt Cleopatæ ancillæ, quæ spontaneam dominæ mortem secute sunt, c suis gladijs se confoderunt, Author Plutarchus.
- 9 ¶ Agar ancilla fuit Abrahæ, a cuius nomine Agareni dicti sunt, qui & Sarraceni a Sarra eiusdem Abrahæ vxore nominantur, Iosephus libro primo Antiquitatum.
- 10 ¶ Gyge ancilla fuit Paryfatis reginæ Persarum & matris Cyri, Author Plutarchus
- 11 ¶ Threita Thaletis fuit ancilla, quæ Thaletem ipsum in foueam colapsam obiurgasse dicitur, quod cœlestia scire cuperet, quum ne prospicere quidem potuisset, q̄ ad pedes essent, Author Theodoricus Cyrensis.
- 12 ¶ Herodotus in Euterpe scribit Rhodopen Thraciam ancillam fuisse Iadmonis Samij.
- 13 ¶ Elos ancilla fuit Athamantis, a cuius nomine dicta est vrbs Achaïæ Alos.
- 14 ¶ Chionia beatæ Anastasiæ fuit ancilla.
- 15 ¶ Lardana apud Herodotum nomen est ancillæ, a qua fluxerunt Heraclidæ.
- 16 ¶ Titula seu Philotis nomen est ancillæ Romanæ apud Plutarchum in Camillo, et apud Macrobiū libro primo Saturnalium.
- 17 ¶ Pleusa fuit ancilla Dianæ, de qua Martialis libro secundo. Et cecidit secus ic̄ta Pleusa comis, Ancillas Dianæ ponit Ouidius libro tertio Metamor. dicens, Ismenis, Crocale sparfos per colla capillos Colligit in nodum, quamuis erat ipsa solutis, Excipiunt laticem nymphæque, hyalæque, rhanisque, Et Psecas, & Phiale, funduntque capacibus vrnis, Apud eundem lib. 7. Lagopice nomen est ancillæ
- 18 ¶ Chrylippus philosophus adeo fertur intentus fuisse argutijs logicis, vt ad mensam etiã fame periturus fuerit, nisi ancilla Mellissa cibum in eos ingessisset
- ¶ Proconessa ancilla est apud Plynium, quæ eiusdem dicitur coitu alterum domino similem alterum procuratori eius peperit.

Eunuchi & Spadones.

¶ Aristonicus fuit Eunuchus Ptolemei, Phileterus Lyfymachi, Dorotheus præsul Antiochenus natura fuit Eunuchus.

¶ Fauorinus quoque philosophus Arelate oriundus fuit Eunuchus Hadriano præcipi maxime infensus, Propterea tria de se mira prædicabat, se Gallum Græcificare, Eunuchū mœchum putari, inimicum imperatori viuere. Hyacinthus & Prothus Eunuchi fuerunt Eugeñij filij præfecti sub Maximiano.

Narles fuit

¶ Narfes fuit Eunuchus. Iustini principis cubicularius, e Cartulario & Bibliopola pri-  
ceps copiarum factus post Belisarium, qui multis rebus preclare gestis tandem siue inuidia  
siue fortuna, siue populi accusatione in odium Iustini & eius vxoris deuenit, adeo vt  
imperator literas ad eum dederit plenas ignominie, quibus eum monebat, vt ad colum-  
penum, & lanas rediret. Tum ille iratus, ducam (inquit) tale pensum, talemque ordiar res-  
lam, quam non facile sit vobis explicare. Itaque vt iniuriam vlsceretur, Logobardos Ro-  
mam iandiu inuadere cupientes conuocauit, Paulus Diaconus.

¶ Parthenius & Calocerus Eunuchi Tryphonie vxoris Decij, martyres facti sunt sub eos-  
dem principe. ¶ Ananias, Azarias & Misael pueri nobiles, natione iudei fuerunt, quos Nas-  
buchodonosor captos duxit Babylonem, & ibidem castrauit, deditque Aphanam Eunuchorum  
prefecto. ¶ Paronetenus fuit Spado, quem Plynius ait ingenti precio fuisse emptum.

¶ Arnaces Eunuchus fuit, quem Themistocles accepit in deditioem. Plutarchus in Aris-  
totele. ¶ Tyreus Eunuchus fuit & cubicularius vxoris darij. ¶ Didymus fuit quispiam Eunu-  
chus, qui vxoris sue copiam omnibus faciebat, vt eo ditesceret modo. ¶ Photinus fuit  
Eunuchus Ptolemei qui in gratiam Cesaris victoris, Pompeium suasit interimendum, Lu-  
canus. Aufus Pompeium Leetho danare Photinus. ¶ Ganymedes fuit Eunuchus & nutri-  
cius Arfinoes, de quo Lucanus libro decimo. A famulo Ganymede dolis peruenit ad hos-  
tes Cesaris Arfinoe. ¶ Bagoas fuit spado, qui Alexandrum obsequio corporis sibi deuin-  
xit. Author Caelius.

¶ Cor. Tacitus scribit Pelagonem fuisse Spadonem, quem Nero Centurioni & manipulo  
ministrum regium preposuerit. ¶ Possidius fuit Eunuchus Messaline vxoris Claudij Ti-  
berij, cui imperatrix ipsa, post triumphum Britannicum inter militarum fortissimos arma  
insignia tanquam participi victorie dono dedit. Author Sex. Aurelius. Hic a Iuuenale di-  
citur Posides, saty. 14. vbi ait. Vt spado vincebat capitolia nostra Posides. ¶ Sporus fuit  
Spado Neronis, quem Nero ipse executum formare in mulierem tentauerat. Hic dominum  
iuit ad inferendam sibi mortem. Sextus Aurelius. ¶ Fuit Menophilus Mithridatis Ponti-  
ci regis Eunuchus. Author Ammianus Marcellinus. ¶ Amatius fuit Eunuchus Iustini Im-  
peratoris. ¶ Hermotimus Xerxis, Author Herodotus.

¶ Candaces Aethiops natione fuit Eunuchus & Christi discipulus. ¶ Sylla & Cotta cum  
vnicotesticulo nati sunt. Author Blondus. ¶ Halotus fuit Eunuchus Agrippine & pre-  
gustator Cesaris Claudij, qui suauiter imperatricis, boleto medicato dominum interfecit. Au-  
thor Suetonius. ¶ Bochis Eunuchus fuit Statyre & Rhoxane fororum Mithridatis.

¶ Bagoas a Persis dicitur spado, hic Ouidius. Quae penes est domina seruadi cura bagoe.  
¶ Hermias Eunuchus fuit trapezite cuiusdam, qui Athenas profectus, Platonem, Aristote-  
lemque audiuit, Strabo lib. 13.

Incestuosi.

1	Anchemolus	13	P. Clodius	28	Pto. Philadelphus
	Casperia	14	Secundus philosophus		Arfinoe
2	Artaxerxes	15	Antiochus	29	Hypermetra
	Atossa	16	Stratonice	30	Hemon
3	Tereus	17	M. Antonius		Rhodope
	Philomela		Faustina	31	Leucon
4	Menephron	18	Ant. Caracalla	32	Armitus
5	Caunus		Iulia		Medulina
	Biblis	19	Ptolemus		Cyanippus
6	Myrrha		Berenice		Cyane
	Cynara	20	Theodoricus	33	Valeria
7	Macareus	21	Capronia		Valerius
	Canace	22	C. Caligula	34	Papyrius
8	Cleopatra	23	Commodus		Canusia
9	Themison	24	Aufilena	35	Gidica
10	Oedipus	25	Nereus		Phædra
	Iocasta		Doris	36	Tucia
11	Cydon	26	Phoenix	37	Syfmibritas
12	Thyestes	27	Phinide	38	Agrippina
	Europa		Cleopatra	39	Perdix

Polycaste

OFFICINA

40	Polycaste	43	Scythes		Nyctimene
	Claudius Cefar		Opœa	46	Domitianus
	Agrippina	44	Philippus		Iulia
41	Io. Armeniacensis		Christiana	47	Crispinus
42	Cambyfes	45	Nycteus		

EXPLANATIO:



- 1 Nchemolus filius Rheti Marrhubiorum regis no uercam suã Cal periam stuprauit. Virgilius libro decimo. Hinc Sthelenum petit, & Rheti degente uetusta Anchemolum thalamos aufum incestare nouerçę.
- 2 ¶ Artaxerxes puellam Atossam perditissime adamauit. Quo factum est, ut post frequentem ueneris consuetudinem, eam in matrimonium duxerit contemptis Græcorum legibus, auctor Plur.
- 3 ¶ Tereus rex Thracum Martis filius ex Bistonide Nympha, Philomelam filiam Pandionis regis Athenarum, uxoris suę Prognese sororem stuprauit. Ouidius libro sexto Meta. Falsusque nefas & uirginem & uenam Vi superat, frustra clamato sepe parente. Ausonius. Intulit incestam tibi vim Philomela ferus Trax
- 4 ¶ Menephron iacuit cum matre. Ouidius libro septimo Metamor. Dexteræ Cyllene est, in qua cum matre Menephron Concubitus erat sequarum more ferarum. Quintianus in Cleopol. Flagret si matris amore Menephron.
- 5 ¶ Caunus Mileti ex Cyane filius, quum esset forma liberali, adamatus est a sorore Biblide ad incestum vsque, cuius pœnitentia postea se interfecit. Ouidius libro nono, Biblis Apollinæ correpta cupidine fratris Non soror ut fratrem, nec qua debebat, amauit. Idem libro primo de Arte. Biblida quid referã, uerito quę fratris amore Artit, & est laqueo fortiter uita nefas? Architrenius, Biblisque sororia fratri. Alij dicunt Biblidem ab ipso Cauno repulsam sibi mortem intulisse. Petrarcha. Biblida qui uetito cantaret amore furentem. Calentius. Quas non per terras, quę non per littora Biblis, Teque tuamque gemēs Caune secuta necem est?
- 6 ¶ Myrrha Cynarę Cypriorum regis filia, rem habuit cum patre, & ex eo concubitu suscepit Adonidem. Ouidius libro decimo. Accipit obscœno genitor suauiscera lecto Virgines osque metus leuat, hortaturque timentem. Plena patris thalamis excedit, & impia diro Semina fert utero, conceptaque crimina portat. Stroza pater. Et ignaro subdita Myrrha patri. Architrenius. Hic patris amplexus uisurpat Myrrha Calentius. Myrrha patris ueritum potuit temerare cubile. Propertius libro tertio. Crimen et illa fuit patria succensa senecta, Arboris in frondes condita myrrha nouę.
- 7 ¶ Macareus filius Aeoli rem habuit cum sorore Canace. Ouidius libro secundo Trist. Nobilis est Canace fratris amore sui. Idem in Epistolis. Canaces. Cur uinquam plus me frater quam frater amasti? Et tibi non debet quod soror esse, fui. Idem in Ibin. Utque sua Macareus, sic potiare tua. Idem, Biblidos & Canaces sicut facis ardeat igne. Nec nisi per crimē sit tibi fida soror, Calentius. Tentauit Canacę fratris fulchra soror.
- 8 ¶ Cleopatra a fratre (quem pro marito habebat) polluta est. Vnde Lucanus libro octauo. Degener incestę sceptris cessure sororis. Et lib. 10. Miscuit incestam ducibus Ptolemęida nostris. Idem. Nupsit soror impia fratri, id est Ptolemęo. Sidonius. Profugis que bibax Antonius armis incestam uacuat patrio Ptolemęida regno.
- 9 ¶ Martialis scribens ad Fabullum lib. 12. arguit Themisonem quendam incestus cum sorore, ubi ait. Quare non habeat Fabulle quęris Vxorem Themison? habet sororem.
- 10 ¶ Oedipus mortuo patre Laio (quem ignotum occiderat) nescius & imprudens duxit Iocastam matrem suam, ex qua suscepit Etheoclem & Polynicem. Statius libro primo Theba. Scandere quinetiam thalamos hic impius heres Patris, & immerite gremium incestare parentes Appetit, proprios monstro reuolutus in ortus. Ouidius in Ibin. Nec plus aspectas, quam quem sua filia rexit. Expertus scelus est cuius uterque parens. Claudianus in Eutropium. Oedipodes matrem natam duxisse Thyestes Cantatur. Idem in Ruffinum. Hac auspice teqę Oedipodem matri natę iunxere Thyesten. Idem apud Senecam sic in ducitur loqui. Occidi patrem, sed matrem amauit, proh loqui hymenęum pudet. Idem quoque scribit. Egit in ortus semet, & matri impios fetus regeffit, quique neque mos est feris fratres sibi



- fratres ipse sibi genuit.
- ¶ Statius libro nono Theb. ait Cydonem quendam adamatum a sorore, Eius verba sunt 11  
hec. Et male dilectum miserę Cydona forori.
- ¶ Thyestes rem habuit cum Europa fratris vxore, & cum Pelopeia filia, Ouidius, Filia si 12  
fuerit, sit quod Pelopeia Thyesti, Myrrha suo patri, Nyctimeneque suo
- ¶ M. Tullius Cicero postulauit P. Clodium inimicum incestus cum fororibus, Ait enim 13  
eum non pluris fecisse bonam deam, quam tres sorores. Plutarchus & Valerius de Luxu-  
ria auctores. Cicero quoque libro primo epistolarum ad Atticum, multis in locis de hoc  
Clodij incestu meminit.
- ¶ Secundus philosophus quum matri nescienti esse filium, se commiscuisset, & illa facto 14  
cognito sceleris horrore intulisset sibi mortem, ipse quoque quum incestus poenitentia, tū  
dolore maternę mortis æternum tacuit, vt vlceretur vocem, qua in concubitu matri in-  
notuerat. Author Diogenes.
- ¶ Antiochus Sother rex Syrię, quum Stratonicem nouercam impatienter deperiret, in- 15  
dulgentia patris obtinuit. Author Volaterra. in Geogra.
- ¶ M. Antonius imp. consuetudinem veneris habuisse dicitur cum Faustina sorore, ex qua 16  
& Lucillam genuit, quam L. Antonio fratri copulauit.
- ¶ Antonius Caracalla imp. quum Iuliam nouercam impotenti amore deperiret, Vellem in- 17  
quite si liceret. Quibus verbis ostendebat se eius concubitum appetere. Tum illa, si libet, li-  
cet, respondit. Leges dat imperator, non accipit. Quibus verbis audacior factus Caracalla,  
nouercam ipsam sibi copulauit, cui<sup>9</sup> filium Getam paulo ante interfecerat. Auctores Sex-  
tus Aurelius, & Aelius Spartianus.
- ¶ Ptolemęus Evergetes Berenicem sororem adamatam in matrimonium duxit. 18
- ¶ Theodericus Francorum rex fratris a se interfecti filiam duxit in vxorem. 19
- ¶ Fuit & Ioui deorum maximo stupri frequens consuetudo cum Cerere & Iunone forori- 20  
bus, vt volunt poetę, qui quum deorum furta carminibus suis detegunt, nihil aliud faciunt  
quam quod indicant non esse ijs credendum, quos stupris, incestibus, & adulterijs conta-  
minatos docent.
- ¶ Capronia virgo Vestalis comperta incestus, laqueo suffocata est. 21
- ¶ Caligula tres sorores suas stupro contaminauit, ob quem incestum Iouem se vocabat. 22  
Auctores Sextus Aurelius & Tranquillus, cuius verba sunt hæc. Cum omnibus forori-  
bus suis stupri consuetudinem fecit, plenoque contuiuo singulas infra se vicissim collo-  
cabat, vxore supra cubante. Ex his Drusillam viciaisse virginem prætextatus adhuc credi-  
tur.
- ¶ Commodus quoque imperator (qui natus est eo die, quo Caligula) sorores constupra- 23  
uit, concubinasque sub oculis suis constuprari ab amicis iubebat. Lampridius.
- ¶ Aufilena quedam profcinditur a Catullo, quod patruo se prostituisset, & ex eo genuit 24  
ser liberos. Hęc sunt eius verba. Aufilena viro contentam viuere solo Nuptarum laus est  
laudibus eximijis, Sed cuius quanuis potius succumbere fas est. Quam matrem fratres ef-  
ficere ex patruo.
- ¶ Fabulantur poetę Nereum maris deum, iacuisse cum Doride sorore, & ex ea suscepisse 25  
Nymphas, quas Nereides vocant.
- ¶ Phoenix Amyntoris filius rem habuit cum patris pellice, Author Domitius Calderinus 26  
in Ibin Ouidij.
- ¶ Phineus duos habuit filios, qui nouercam Cleopatram Dardani Scytharum regis filiam 27  
violauerunt. Vnde & a patre excecati sunt. Ouidius in Ibin.
- ¶ Ptolemęus Philadelphus stupri consuetudinem fecit cum Arfinoe sorore, vt Herodes 28  
Antipas cum Philippi fratris vxore.
- ¶ Hypermetra concubitum fratris (quem deperibat) nocturno tempore affecta est. Ouj 29  
dius in Ibin. Quęque sui Venerem iunxit cum fratre mariti Loeris in ancillę dissimulata  
necem.
- ¶ Hæmon Rhodopen filiam pro vxore habuit, Dijs incestum vindicantibus ambo in mō 30  
res conuerli sunt. Ad quod allusit Ouidius in Ibin dicens. Nec tibi si quid amas, felicis<sup>9</sup> Hæ-  
mone cedat.
- ¶ Leucon interfecit Oxilochum regem ponti fratrem suum, vt eius vxore frueretur. 31
- ¶ Aruntius quum Bacchi sacra despicaretur, vlcerente numine in ebrietatem lapsus, fili- 32  
am Medullinam corrupit. Quod ægreferens puella, patrem ipsum interfecit. Plutarchus  
in Paralellis.

Idem quoque

OFFICINA

- Idem quoque contigit Cyanippo, qui vlcifcente Baccho (cuius sacrificia itidem spernebat) lapsus in ebrietatem, Cyanen filiam stuprauit, a qua postea interfectus est. Author Plutarchus in Paral.
- 33 ¶ Valeria Tusculana Valerio patri (quem deperibat) fraude ancille cōcubuit. Quod vbi rescitit Valerius, intulit sibi mortem. Idem Author.
- 34 ¶ Papyrius Romanus nomine, Papyrii volucris filius, sororem nomine Canusiam grauidam fecit. Rei certior factus pater, vtrique gladium milit, quo se interfecerūt. Author Idē Plutarchus.
- 35 ¶ Gidica Pomminij Laurentin iv xor, Comminium priuignum adamauit vsque ad incestum. A quo repulsam passa, laqueo se suspendit. Quo mortis genere periit Phædra, ab Hippolyto priuigno itidem spreta. Testis idem Plutarchus in Paralell.
- 36 ¶ Luciam virginem Vestalem incestam fuisse testis est Plynius lib. 28. Capite. 2.
- 37 ¶ Symithritas Perfarum satrapes duos ex matre liberos suscepit. Nam Authore Curtio, apud Perfas parentibus stupro coire cum liberis fas est.
- 38 ¶ Scribit Cor. Tacitus Agrippinam se plegrumque ad incestum obtulisse Neroni filio, quū per vinum & epulas incalcesceret.
- 39 ¶ Perdix venator fuit infando matris Polycastes amore correptus, quam & contaminauit. Vnde perdicis libido abiit in prouerbium. pro efferata, turpi, atque infami. Author Celsus.
- 40 ¶ Claudius Cæsar Agrippinam Germanici fratris filiam nouercam duobus liberis superē induxit, cuius insidijs & venenis postea interfectus est. Sextus Aurelius.
- 41 ¶ Ioannes Armeniacensis sororem suam duxit vxorem. Author Pontanus de Obediētia.
- 42 ¶ Herodotus scribit Cambysem regem Perfarum, vni ex fororibus stuprum intulisse, easque mortua, alteram iuniorē itidē violasse & vxorem duxisse, quam postea interfecerit.
- 43 ¶ Scythes rex Scytharum Opœā nouercam duxit in matrimonium. Author idem Hero.
- 44 ¶ Philippus frater Alfonsi decimi Hispaniæ regis, Christianam Dacię regis filiam & fratris sui vxorem sibi per vim copulauit, sprete religione, ac sacerdotio, quum esset abbas & præsul Hispanensis.
- 45 ¶ Nycteus rex Aethiopię cum Nyctimene filia concubuit. Ouidius libro secundo Meta. An que per totam res est notissima Lesbos Non audita tibi est patrium temerasse cubile Nyctimenen, cuius illa quidem, sed conscia culpę Conspecten lucemque fugit tenebrisque pudorem Celat & a cunctis expellitur æthere toto.
- 46 ¶ Domitianus Iuliam Titi fratris filiam adamauit, coegitque ad abigendum conceptum, vt culpam tegeret. Vnde Iuuenalis satyra secunda. Qualis erit nuper tragico pollutus adulter Concubitu, qui tunc leges reuocarat amaras. Omnibus atque ipsis Marti, Veneriq; timendas. Quum tor abortiuus fœcundam Iulia vuluam Solueret.
- 47 ¶ Iuuenalis Satyra quarta, Accusat Crispinum quod virginem vestalem stuprauerit. Hęc autem eius verba. Corruptor & idem Incestus, cum quo nuper vittata iacebat, Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdos.

Adulteri & adultere.

1	Paris	12	Limone	25	Zoe
	Helena	13	Ioannes duodecim <sup>9</sup>	26	Michael paphlago
2	Aegyptus	14	Vgolinus	26	Constantinus
	Clytemnestra		Isabella	27	Cęsar
3	Leuina	15	Lug. Gonzaga		Posthumia
4	Thelesina		Meisalina		Lolia
	Proculina	16	Fabia		Tertulia
	Lectoria		Petronius		Mutia
	Aufilena	17	Vectius valens		Serulia
5	Hippia	18	Eudemus		Iunia
6	Poupeia		Liua	28	Augustus
7	Agrippina	19	Alcibiades		Terentilla
8	Domitianus		Thimea		Drusilla
	Critheis	20	Salustius		Salua
9	Dauid	21	Phaon		Citiscenia
	Bersabea	22	Molurus	29	Frigga
10	Conradinus	23	Phauorinus	30	Deuteria
11	Egica	24	Phocas	31	Dagulphus

Aefopus

32 Aefopus

33 Gyges

34 Aripertus

## EXPLANATIO.



**P**aris, quod Helenam Menelai vxorem rapuerit, & Helena quod  
maritum reliquerit, inter adulteros numerantur. Ouidius in Epi-  
stolis, Sit facie quamuis insignis, adultera certe est. Deseruit focis  
os hospite capta deos. Idem, Quid petitur tanto nisi turpis adu-  
ltera bello? Hora, lam nec lacene splendet adultere Famofus hospes.  
Clytemnestra amore Aegypti, quo cum moechari consueuerat  
maritum Agamennona Troia redeuntem interfecit. Propertius  
libro tertio. Quid ve Clytemnestre, propter quam tota Mycenis  
Infamis stupro stat Pelopea domus. Ouidius libro primo de reme-  
dio. Queritur Aegyptus, quare sit factus adulter. In proptu causa est, desidiolosus erat, Stro-  
za pater. Arsit in Aegyptio furiosi mater Orestis.

Martialis arguit Leuinam mulierem, quod casta venerit Baia, & adultera redierit. Hec  
eius verba. Incidit in flammis vengeremque secuta relicto Coniuge, Penelope venit, abite  
que Helene. Idem quoque arguit adulteri Paulam aliam foeminam.

Idem libro secundo de Thelesina, scribit, Vxorem nolo Thelesinam ducere, quare? Moe-  
cha est. Sed pueris dat Thelesina, volo. Idem libro sexto. Et nubit decimo iam Thelesina  
viro. Que nubit toties non nubit, adultera lege est.

Proculina quoque, Lectoria, & Gellia ab eodem notantur vt adultere, vta Catullo no-  
tatur Aufilena.

Hippia Iuuenalis. Promptius expediam, quot amauerit Hippia moechos.

Suetonius scribit Iulium Caesarem diuortium fecisse cum Pompeia vxore Q. Pompeii  
filia & Sylla nepte, quod fama ferret, eam a P. Clodio inter sacra bonae deae adulteratam.

Clodia Agrippina mater Neronis adulteri consuetudinem fertur habuisse cum Domitia  
no. Iuuenalis. Quum tot abortiuis foecundam Iulia vuluam Solueret.

Homerus poetarum maximus natus est ex adulterio matris Critheidis, virginis Cuma-  
ne. Author Plutarchus.

David lumen sapientiae & religionis speculum cum Bersabea vxore Vrii adulterium  
commisit, cui sceleri adiecit ipsius Vrii mortem, quem bello perdendum exposuit.

Conradinus imperator Conradi filius, vt vxore comitis Casertani potiretur, virum ho-  
noris specie ablegauit. Volaterranus.

Egica rex Hispaniae fasillam ducem Tudensem (vt eius vxore potiretur) interfecit.

Hippomenes filiam Limonem in adulterio deprehensam equo famelico deuorandam ex-  
posuit. Ouidius in Ibin. Solaque Limone poenam ne senserit illam, Et tua dente ferox vis-  
serra carpat equus. Idem. Vtque nouum passa est genus Hippomenia poene.

Quum turpissimum sit ab his virtute nos superari, quos antecellimus dignitate, nihilo-  
minus Iohannes duodecimus Pont. max. exuta morum honestate relegataque verecundia  
reges meretricum aluit, Quibus flagicij non defuit vltio. Ad extremum enim deprae-  
hensus in adulterio ibidem interfectus est. Platina, et Sabellicus.

Vgolinus Gonzaga princeps Mantuae cum Isabella vxore Luchini Vicecomitis Italiae  
moechatus est. Volaterranus.

Ludovicum Gonzagam in adulterio deprehensum Mantuani capite punierunt

Messalina vxor Claudij Tiberij primo clam, mox passim quasi iure adulterij vtebatur.

Ex quo facto plures metu abstinentes extincti sunt. De hinc atrocius accesa nobilissimas  
quaeque nuptas & virgines turpitudinis suae comites delegit, coegitque mares vt adesset.

Quod si quis recusaret, ficto crimine in ipsum omnem eius familiam subebat sequi. Quine-  
am (quod turpius est multo) prouocauit ad lecti palestram vnam ex ancillis, quae meretricis  
cio questu victum sibi queritabat. Sextus Aurelius. De hac Iuuenalis Satyra sexta. Clau-  
ditus audi Que tulerit dormire virum quum senserat vxor. Ausa Palatino tegetem pre-  
ferre cubili Dumere nocturnos meretrix Augusta cucullos Linquebat, comite ancilla no-  
amplius vna. Et nigrum flauo crinen abscondente galero Intrauit calidum veteri centos  
ne lupanar. Et sellam vacuam atque suam, tunc nuda papillis Excepit blanda intrantes, at  
que aera poposcit. Mox lenone suas iam dimittente puellas Tristis abijt, sed quod potuit  
tantum vltima sellam Clauisit adhuc ardens rigidae tentigine vuluae. Et lassata viris nondum  
fatiata recessit.

Fabia Fabij Fabricani vxor dum Petronium Valentinum liberali forma adolescentem

(quo cum

- (quo cum adulterij consuetudinem habebat) maxime deperret, maritū interfecit, vt adultero fruere tur securius. Plutarchus in Paral.
- 17 ¶ Plynius libro vigesimo nono, ait Vectum valentem medicum fuisse adulterio Messalinæ imperatricis nobilitatum.
- 18 ¶ Idem ait adulteria fuisse in domibus principum, vt Eudemi in Liuiā, Drusi Cæsaris, & Valentis medici in Messalina.
- 19 ¶ Alcibiades Athenensis cum Thimea Agidis regis vxore libidinari solitus est. Author Plutarchus. Erat ei ingenium ad ea omnia que voluptatem parium maxime proclue, Luxurieque & incontinentie deditissimum.
- 20 ¶ M. Varro apud Gellium testis est C. Salustium historiarum scriptorem deprehensum in adulterio ab Anno Milone, & loris cæsum, dataque pecunia dimissum. Cicero improperat ipsi Salustio, quod paternam domum vendiderit, vt adulterij pœnam declinaret.
- 21 ¶ Cælius scribit Phaonem spectabili forma adolefcentem a Mitylenæorum mulieribus ardentem adamatum, Vnde factum, vt in adulterio deprehensus iugularetur.
- 22 ¶ Hyettus vir quidam Argiuus, Molurum quendam in adulterio cum vxore deprehensum interfecit. Author Idem Cælius.
- 23 ¶ Phauorinus philofophus quum Eunuchus foret, & Androgynus, adulterasse tamen visiri consularis vxorem creditus est. Idem Testis.
- 24 ¶ Qui imperatorum vitas scripserunt, testantur Phocam imperator diuersis adulterijs infamem fuisse.
- 25 ¶ Zoe imperatrix Romanum Argyropylum maritum interfecit, quo liberius moecharetur cum Michaelē Paphlagone, qui imperio successit, Bap. Egnatius.
- 26 ¶ Constantinus Monomachus imperator, concubinam egregia admodum forma loco legitime vxoris habuit, quam efflictim deperijt. Idem Egnatius.
- 27 ¶ Corrupti Iulius Cæsar plurimas illustres fœminas, vt Posthumiā Seruij Sulpitij, Loliam Auli Gabini, Tertuliam M. Crassi, & Cn. Pompeij Mutiam. Sed ante alias dilexit M. Bruti matrem Seruiliam, cui & sexages festercium gemmam mercatus est. Corrupti quoque Seruilię filiam Luntiam tertiam M. Crassi vxorem. Dilexit & reginas, vt Euriem mauram Bogudis vxorem sed maxime Cleopatram, cum qua & conuiuia in primam lucem sepe protraxit, & eadem naue thalamoque pene Aethiopia tenuis Aegyptum penetrauit. Author Suetonius.
- 28 ¶ Exereuit & Augustus adulteria, vt cum Liuiā, quam quum grauidam reddidisset tegerendi sceleris causa, nuptias festinauit, vt obiecit Antonius. Abduxit & fœminam consularē et trichinio, viro coram, quam rursus ad conuiuium rubentibus oculis, & in comptiore caspillo reduxit. Rem quoque habuit cum Tertulia, Terentilla, Drusilla, Saluia, & Ciusceania. Author Suetonius.
- 29 ¶ Daxo Grammaticus ait Friggam Othimi Danorum regis vxorem cuidam familiarium se stupro subiecisse.
- 30 ¶ Gregorius Turonensis scribit Deuteriam quandam fœminam a Theodeberto Francorum rege adulteratam.
- 31 ¶ Idem ait Dagulphum abbatem in adulteria admodum procliuem fuisse.
- 32 ¶ Scribit Macrobius Aesopū libertū demosthenis, conscium adulterij, quod cum Iulia patronus commiserat, tortum diutissime perseverasse non proderet patronum, donec alijs cōscijs coarguentibus Demosthenes ipse fateretur.
- 33 ¶ Plato in secundo de Rep. scribit Gygen stuprassse Candaulis Lydorum regis vxorem, quod & confirmat Herodotus.
- 34 ¶ Aripeptus Clotarij filius Francorum rex, ob amorem in ancillas, cum vxore diuertium fecit.
- ¶ Solon suis legibus voluit fas esse deprehendenti moechum interficere in ipso adulterio. Zalencus legem tulit, vt quisquis moechus aut adulter deprehensus fuerit, erutis oculis pœnas lucret. Adulterij pœnam apud Romanos ex Catonis oratione refert Gellius libro decimo Cap. 23.

¶ Alij Libidinosi, & Lasciu.

1	Pasiphae	4	Alexander	7	Q. Flaminius
2	Aiax	5	Hipparchus	8	Iulia
3	Celia	6	P. Clodius	9	Palemon

L. Papyrius

10	L. Papyrius.	34	Sotades.	55	Agathocles.
	C. Plotius.	35	Socrates.	56	Crathis.
11	Philippus Macedo.	36	Nero.	57	Pausanias.
12	Semiramis.	37	Galua.	58	Proculus.
13	Victorinus.	38	Timarchus.	59	Heliogabalus.
14	Aristo.	39	L. Torius.	60	Augustus.
15	Tullus Stellus.	40	Sardanapalus.	61	Celmis.
16	Demetrius.	41	Pygmalion.	62	Tiberius Cæsar.
17	Theodegofillus.	42	Adolefcens athen.	63	Domitianus.
18	Caligula.	43	Ant. Caracalla.	64	Nicomedes.
19	Commodus.	44	Dionysius iunior.	65	Amythone.
20	Childericus.	45	Orpheus.		Theleſſippa.
21	Gordianus.	46	Rufus.		Megara.
22	Vgutius.		Gallus.		Athis.
23	Xerxes.	47	Cæſar.		Cidno.
24	Meffalina.	48	Thamyraſ.	66	Ariſtoteles.
25	Arellius.		Thalo.	67	Hercules.
26	Crallus.	49	Cretenſes.	68	Periander.
27	Surinas.		Chalcidenſes.	69	Alchidas.
28	App. Claudius.	50	Sophocles.	70	Anthia.
29	Tigillinus.		Aelchylus.	71	Gemellus.
30	Papilus.	51	Lufius.	72	Catilina.
31	Hoſtius princeps.	52	Bagoas.	73	Aufidius.
32	Agrippina.	53	Cicero.		
33	Eunus.	54	Pindarus.		

EXPLANATIO.

**P**Alſiphae ſolis filia & vxor Minois regis Crete, taurum ad coitum uſque fertur ad male, ex quo & biſforme illud monſtrum Minotaurum ſuſceperit. Propertius. Vxo rem quondam magni Minois (vt aiunt) Corrupti torui candida forma bouis. Idem lib. 3. Teſtis Creteſi faſtus quæ paſſa iuueni Induit abiegnæ cornua falſa bouis. Virgil. Et fortunatam ſi nunquam armenta fuiſſent, Paſiphaen, niuei ſolatur amore iuueni.

**F**uit in Aiace Oilei filio tantus libidinis feruor, vt temperare ſibi nequiverit, quin Caſandram Priami filiã in tẽplo Palladis oppreſſerit. Quo factum eſt, vt dea iniuriam vlcifcẽte fulminatus ſit in mari cum aliquot alijs Græcis, vt docet Virgi. libro primo. Aened.

**C**limmoderatam Celię libidinem notat Martialis libro ſeptimo epigram. ſcribens.

Das Cattis, das Germanis, das Celia Dacis,  
Nec Cilicum ſpernis, Cappadocumque toros;  
Et tibi de Pharia Memphiticus vrbe futuror,  
Nauigat, a rubris & niger Indus aquis.  
Nec recutorum fugis inguina Iudeorum,  
Nec te Sarmatico tranſit Alanus equo.  
Qua ratione facis, quum ſis Romana puella?  
Quod Romana tibi mentula nulla placet.

**H**erodotus apud Celiũ teſtis eſt Perſas a Græcis didiciſſe pueri abuti. In quos debaccha riſolitiu Alexandrũ ſcripſit Athengus, quũ etiã Bagoan inſpectante theatro niuerſo ſua uita riſeque nō erubuerit. Contra tamẽ pleriq; ſentiũt, ferũtq; tãta caſtitate præditũ iuiſſe, vt præter vxorem & Berſanen e Damasco viduam mulierem nullã aliã cõplexus fuerit.

**H**ipparchus Piſiſtrati filius, quum Armodium, & Ariſtogitonem excellenti forma pueros per vim pedicaffet, coniurationem in ſe concitauit. Iuuenes enim probrum egreſſerent non prius finem inſidijs fecerunt, quam eum de medio ſuſtulerint, libidinem hominis, magis quam tyrannidem perteſi. Author apud Volaterranum Thucydides,

**C**lam docuimus quomodo P. Clodius præter ſupratas ſorores, mulierem mentitus inter publicas bonę deę cõrimonias ad Pompeiam Q. Pompeiam filiã furtim penetrauerit, eã que adultera uerit. Plutarchus in vita Cice.

**Q** Flaminius vir conſularis puerum impudice deperijt, adeo vt quocunq; proficiſceſſet, nunquam ab eius latere diſcederet. Quoque magis inferuiret amaſio, quendã in cõuiuiu ſecuri percuffit, quum puer aliquem ſe præſente optaſſet interfici, licet hoc in cõmune gratiam factum dicant nonnulli. Volaterranus.

q Coactus eſt

- 8 ¶ Coactus est Augustus Iulias filiam, & neptem omnibus libidinum probris contaminatas relegare. Constat filiam infamem fuisse vulgatis per urbem adulteris.
- 9 ¶ Ferunt Palemonem Grammaticum flagrasse libidinibus in mulieres vsque ad oris infamiam. Tranquillus de illustribus grammaticis.
- 10 ¶ L. Papyrius Publium adolescentem in vinculis tenebat & afflicbat plagis, quod eius stuprum pati nollet. Re ad Senatum delata dānatus est Papyrius, lata lege, ne quis in corpora libera ob aēs alienum ius haberet. Liuius libro octauo. Idem in T. Verurium adolescentem fecisse dicitur C. Plotius, auctore Valerio.
- 11 ¶ Habuit Philippus Macedo Alexandrum adolescentem Olympiadis vxoris suae fratrem non ad alium vsu, quam ad stupri consuetudinem. Trogius libro octauo.
- 12 ¶ Semiramis Assyriorum regina, quae masculam virtutem semper fere prae se tulit, & omnium calculis laudata est, ad extremum tantis delicijs tantoque pruritu libidinis incaluit, vt mortuo marito non admiserit solum, at etiam prouocauerit plerisque ex suis militibus, quae forma essent elegantiore, quos postea crudeliter necabat. Diodorus libro tertio. Producta & nonnulli eam a Nino filio interemptam, quum eius congressura appeteret. Trogius libro secundo. Et quod omnium longe turpissimum est) equum ab ea adamatam vsque ad coitum, luba testis est apud Plynium libro octauo.
- 13 ¶ Victorinus tyrannus (qui Galeni temporibus Gallias rexit) causa libidinum in matronas interfectus est apud Agripinam. Trebellius Pollio.
- 14 ¶ Aristo Ephesius genus foemineum perofus cum asina concubuit, ex eoque concubitu genita est puella, cui a cruribus asininis nomen inditum Onosceli. Author Plutarchus in Parall.
- 15 ¶ Idem ait Publium Stellum (quem Fuluium alij vocant) mulierem odio equae se commisituisse, ex qua formosam susceperit puellam, Hipponam nomine.
- 16 ¶ Demetrius Poliorcetes Antigoni filius Democli laudabilis formae adolescentulo stuprum inferre voluit. Quod quum per inualidas etatis vires puer non posset aliter effugere, in proximum fertentis aequae lebetem se coiecit, ibique mortuus est. Idem Demetrius Lamię alijque scortis talenta, 250. erogauit. Author Plutarchus.
- 17 ¶ Non erubuit imperator Caligula fororibus suis congregari, quarum ambas exoletis suis prostravit, quo facilius eas in caula Aemylj condemnaret, tanquam adulteras. Liuiam Horastillam C. Pisoni nuptam, sibi iunxit, & intra biennium repudiavit, repudiatam relegauit. Loliam Paulinam C. Memmio ablatam coniunxit sibi, breuicque missam fecit, interdicto cuiusque in perpetuum coitu. Cesoniam adamauit, quam amicis plerumque ostendit nudam. M. Lepidum & M. Nestorem Pantomimum dilexisse fertur commercio mutui stupri. Valerius Catullus consulari familia iuuenis, stupratum se ab eo & latera sibi contubernio eius defessa vociferatus est. Author Suetonius.
- 18 ¶ Commodus imperator sorores constuprauit, suasque concubinas videns, ac volens ab amicis constuprari passus est. Adolescens infamauit omne genus hominum, quod erat secum, & ab omnibus est infamatus. Habuit in delicijs homines appellatos nominibus verendorum vtriusque sexus, quos libentius oculis suis applicabat. Author Lampridius.
- 19 ¶ Idem Commodus cum 300. concubinis, quas ex matronarum meretricumque delectu ad formae speciei constituerat, ac trecentis alijs puberibus exoletis (quos ex plebe & nobilitate collegerat in palatio) bacchabatur & lasciuiebat. Idem Lampridius.
- 20 ¶ Childericus Francorum rex ob libidinem in matronas regno pulsus est, demum tamen restitutus. Volaterranus.
- 21 ¶ Gordianus Iunior (qui cum patre imperauit) totus fuit mulierosus, ac libidini deditus, concubinas habuit. 22. & ex omnibus ternos & quaternos liberos, Vnde & Priamus sui saculi vocatus est, & a nonnullis per cauillum Priapus. Author Capitolinus.
- 22 ¶ Vgutius princeps Florentinus interfectus est a ciuibus, ob procliuem in foeminas libidinem. Volaterranus.
- 23 ¶ Xerxes rex Persarum eo lasciuiae se demisit, vt Spintrij nouarumque voluptatum reperoribus premia constituerit. Author Val. Max. & Cicero lib. 5. Quest. Tuscula.
- 24 ¶ Messalina Claudij Caesaris coniunx ad certamen veneris elegit nobilissimam ex prostitutis ancillam mercenariae stipis, eamque die, ac nocte superauit, quinto, ac vicefimo concubitu. Author Plynus libro decimo Cap. 62. Prius citauimus Iuuenalis carmen, de hac infamata eius libidine. Vide in adulteris, De huius Libidine inexplebili meminit etiam Cornelius Tacitus libro vndecimo.

Idem Plynus

- Idem Plinius scribit Arellium celebrem fuisse Romæ pictorem paulo ante diuum Au- 25  
 gustum, qui semper alicuius amore foemine flagrauerit.  
 Crassus Romanorum ditissimus vni e fratribus mortuo illius vxori congressus est, & ex 26  
 ea filios aliquot procreauit. Author Plutarchus.  
 Surinas Parthorum ditissimus & secundus a rege, ducentas pellices habebat in castris. 27  
 Idem Author in vita Crassi.  
 Appius Claudius decēuir Virginiam puellā plebeā, sed forma excellentē (quā Virgini<sup>9</sup> 28  
 pater L. Licio Tribunicio viro & experte virtutis homini desponderat) per vim stupra-  
 uit, quum nec precio, nec spe posset allicere. Quæ fuit causa abrogandi magistratus decem-  
 uirorum, quemadmodum reges prius ob stupratam Lucretiam ciecti fuerant. Author Lis-  
 uius, & Cicero libro secundo de finibus.  
 Tigellinus fuit quispiam inter Romanos vitæ corruptissimæ, qui per impudiciā mul- 29  
 ta a Nerone consecutus est, quem ad omne corruperat. Cor. Tacitus lib. 17.  
 Martialis libro septimo taxat Papillum quendam velut cunnilingum, & irrumatorem.  
 Hostius princeps quidam fuit obscœnitatis perditissimæ, preferuideque libidinis Augu- 30  
 sti temporibus, vtrique veneri masculæ scilicet & muliebri deditissim<sup>9</sup>, qui fecit specula ei<sup>9</sup> 31  
 nota, vt imagines multo redderent maiores. Quum ergo veneri sedaret, ea ita disponebat,  
 vt quum virtum pateretur, omnes admittarij sui motus in speculo videret, ac deinde falsa  
 ipsius membri magnitudine tanquam vera gauderet. Author Seneca libro primo quæstio-  
 num naturalium.  
 Agrippina filij Neronis cōcubitū desyderasse fertur. Author Cli. apud Tacitū lib. 14. 32  
 Aulonius inuehitur suis carminibus in quendam Eunum, quem vt liguritorem & irru- 33  
 matorem taxat.  
 Sotades poeta fuit iambographus impurissimus, qui versus adeo Pathicos, Cynœdicā 34  
 que Venerem spirantes conscripsit, vt ab eius lectione casti abhorrerent oculi. Quo factū  
 est, vt Sotadica poemata prouerbio locum fecerint. Politianus in Nutricia. Pars quoq; So-  
 tadicos ceu desituere Cynœdos.  
 Conuenit inter multos Socratem (qui tamen Apollinis oraculo mortalium sapientissi- 35  
 mus est habitus) Athenis in ius fuisse vocatum, & ab Anyto accusatum, quod puerorum  
 mores corrumpere. Theodoritus Cyrensis author. Quod etiam Tertullianus confirmat.  
 Quum multa sint exempla crudelitatis in Nerone, libidinis quoque non pauciora turpis- 36  
 simam eius vitam infamant. Quorum hæc præcipua. Rubricæ vestali virginī vim intulit.  
 Puerum Sporum ex cæcis testibus in muliebrem naturam transfigurare conatus est, quem  
 & solemnī nuptiarum officio ad se cum dote perductum pro vxore habuit. Propterea ema-  
 narat iocus, bene agi potuisse cum rebus humanis, si Domitius eius pater talem habuisset  
 vxorem. Preterea matris concubitum appetiit, cum qua (dum in vesticā vnaveheretur) li-  
 bidinatus est, Viros & foeminas ad stipites quandoq; deligauit, vt eorum inguina & intra-  
 deret & delamberet, Doryphoro liberto (sicut ipsi Sporus fecerat) denuptit, voces, & ciula-  
 tus, vim patientium virginum imitatus. Hæc Tranquillus. De hac eius portentosa libidi-  
 ne Cornelius Tacitus abunde scribit.  
 Fuit Galuia Crispillina magistra libidinum Neronis, digna discipulo magistra. Author 37  
 idem Tacitus lib. 17.  
 Adchines criminosa & virulenta oratione Timarchum de impudicitia accusauit. Apud 38  
 Athenienses. Gellius Cap. 3. libri. 18.  
 Cicero libro secundo de finibus ait L. Torium Balbum ita vixisse, vt nulla tam exquisi- 39  
 ta posset inueniri voluptas, qua non abundaret.  
 Omnes libidinum voluptates experiri voluit Assyriorum rex Sardanapalus, dum viri 40  
 les perosus tunicas, in mulierem se trasformauit, relictaque regni cura, lasciuia se totū des-  
 uouit, ac perdendum commisit. De eo Trogius libro primo, & Cice. lib. 5. Quæst. Tuscul.  
 Quid iam mirum debet videri, si concinna & elegans puellarum forma viros torreat, & 41  
 ad venerem titillet, quum etiam reperiuntur, qui inanimatarum rerum amore, & desyderio  
 no intabuerint: Aiunt enim Pygmalionem quendam fuisse, qui statuam formosam dilexe-  
 rit, eamque ceu egregiā aliquā Nymphā, & frequentibus oculis suauitatus fit, & lecto di-  
 gnatus. Vnde Quintianus in Cleopoli. Concedat honori Pygmalio, licuit cui eburnea mē-  
 bra puellæ Complecti & pulchro componere corpora lecto.  
 Adolescens quoque Atheniensis speciosum fortunę simulachrum, ad tantam adamauit 42  
 infaniam, vt ipsum & arcūissime cōplecteretur, & suauaretur blandissime. Quo desyderio  
 quū indies acrius intabesceret, impatiens amoris perrexit ad senatū, extenuis que precibus

## OFFICINA

- rogauit fieri sibi statuae potestatem, largum auri cumulum paratus erogare. Qua in re quā repulsam passus esset, ad statuam ipsam corpus confodit. Cælius Cap. 32. libri septimi.
- ¶ Est & aliud simile exemplum apud Plynium de puero, qui Praxitelis simulachro cōgressus sit, Cuius concubitus relictae maculae fuerunt indices. De hoc Quintianus, Cedat Praxiteles, cuius muliebris imago procacem impulit ad coitum iuuenem.
- 43 ¶ Antonius cognomento Caracalla Iuliam Nouercam in matrimonium duxit. Author Aelius Spartianus.
- 44 ¶ Dionysius iunior quum se in locrensium urbem contulisset, per summam læticiam uirgines eius loci constuprabat, quas pulso paulopost in exilium tyranno ciues peremere impactis sub unguis acubus, ossibusque in mortario attritis. Author Cælius.
- 45 ¶ Ferunt Orpheum Thraca detestandæ in mares libidinis principem & repertorē fuisse, quum tamen aspernaretur fœminas. Cælius Cap. 30. 8. lib. Vnde Ouidius lib. 10. Meta. Ille etiam Thracum populis fuit author, amorem In teneros transferre mares, citraque iuuentam Aetatis breue ver. primos decerpere flores.
- 46 ¶ Catullus Rufi cuiusdam Bononiensis libidinem amarulente lacerat, quod mulieris magis os irrumaret. ¶ Satyrus felle aspergit quendam Gellium patruī sui irrumatorē, matrisque & fororis stupratorem. ¶ Conuicis quoque profecit Gallum quendam, qui ut facilius posset fratrum suorum liberos & uxorem in suam libidinem allicere, ipse leno eos stupra committere docuit. Hæc autem Catulli verba. Gallus homo est bellus, nam dulces iungit amores Cum puero, ut bello bella puella cubet, Gallus homo est bellus, nec se videt esse maritum, Qui patruus patruī monstret adulterium.
- 47 ¶ Nihil prope (quod virum perfectum deceat) Cæsari defuisset, si pudicitiaē famam seruasset tenacius. Verum, seu malis artibus, siue natura hoc Cacoethes pestilensque virus ei uel que adeo inhesit, ut Curio pater quadam eum oratione omnium mulierum virum et omnium uirorum mulierem appellauerit. Quod (ut cetera taceamus exempla) portentosam eius libidinem satis arguit. Suetonius.
- 48 ¶ Sunt qui dicant Thamyram primum flagitiosus puerorum amoribus, ac præposteri concubitus fœditate pollutum, quum cœpisset efflictim deperire Hymenæum Calliopes, & Magnetis filium. Alij tamen Thaloni Cretensii rei tam probrosæ initia contribuunt, quæ Rhadamentum adamarit. Cælius libro octauo Cap. 30.
- 49 ¶ Aristoteles prodit permissam fuisse in Creta masculam Venerem, lata quoque de hoc lege. Traditum est, & Chalcidenses in Euboiâ, pueriles amplexari amores ad stuporem uel. Idem Cælius ibidem.
- 50 ¶ Sophocles & Aeschylus hac peste famam suam corruerunt, non tacentibus theatris.
- 51 ¶ Lusius Marij ex forore nepos, quum Trebonio pudicæ sanctitatis militi vim & stuprum uellet inferre, ab eodem interfectus est. Vide caput de Castitate.
- 52 ¶ Deuinxit sibi Alexandrum Bagoas spado, nec alio obsequio, quam impudica sui corporis copia. Propterea quum Orfines Persa nobilissimus Alexandrum eiusque amicos numeribus cumularet, soli Bagoæ nihil honoris detulit. Rogatus causam, respondit se amicos regis non scorta colere. Cælius Cap. 30. libri octauī.
- 53 ¶ Salustius impingit Ciceroni, quod filiam habuerit pellicem matris, Sed inimici uerba fidei non capiunt.
- 54 ¶ Testatum est Græcorum monumentis Pindarum nouem lyricorum principem in gremio dilecti pueri mortuum in gymnasio repertum. Valerius de mortibus non vulgaribus.
- 55 ¶ Ferunt & Agathoclem Siciliae tyrannum forma & venustate corporis præminentem diu vitam stupri patientia exegisse. Propterea Timeus dixit illū primæ uo aetatis flore scortum promiscuum, impudentissimo cuique expositum. Iustinus lib. 22.
- 56 ¶ Crathis pastor quum in uenerem esset procliuor, Capram omnium formosissimam deperire cœpit, cui congre die batur frequenter, demumque uti amicam grate amplexabatur eum multa suauitate. Quod contemplatus Hyrcus zelotypicæ œstro concitatus, dormientem Crathim cornibus inuasit & interfecit. Hoc ex Græcis aduocant. Cælius & Volateranus.
- 57 ¶ Pausanias dux Lacedæmonius Argillum forma conspicuū adolescentē mire dilexit, sed amore Venereo. Habebat enim puerum pro scorto. Cælius Cap. 62. lib. 16.
- 58 ¶ Proculus imperator centum Sarmatas uirgines bello captas intra dies. 15. (ut ipse gloria batur) grauidas reddidit, magno libidinis argumento. Flavius Vopiscus, & Sabellicus in exemplis.



- C**ollegit Hellogabalus naturæ monstrum lenones, meretrices, exoletos, & subactores, pe  
 pe innumeros, quibus adiecit nafatos homines, i. mutoniatos, quoniam his ad libidinē &  
 flagitium vtebatur scelestissime. Quocirca Lampridius ad Constantinum imperatorem,  
 de prodigiosa eius venere scribens ait. Quis ferre possit principem per cūcta caua corpo  
 ris libidinem recipientem, quum ne beluam quidam talem quisquam ferat Romæ? Habu  
 it insuper emissarios, quibus nihil aliud erat negocij, nisi vt bene nafatos perquirerent, eos  
 que ad aulam perducerent, vt illis se compollueret.
- F**ertur Augustum inter duodecim Catamitos, totidēque puellas accubare solitum. Idem  
 abiecta vxore Scribonia, amore alienę conjugis possessus, Liuiam quasi marito conceden  
 te sibi coniunxit. Quumque esset luxurię mancipium, eius tamen vicij seuerissimus fuit  
 vltor. Testis Sex. Aurelius, M. Antonius dicebat eum adoptionem auūculi stupro meruis  
 se. Fertur & Aulo Hircio in Hispania trecentis milibus nummum se substrauisse. Idem fos  
 litus est suburere crura nuce ardentī, quo mollior pilus surgeret. Suetonius.
- C**elmis vnus fuit ex Idęis Dactylis, qui matrem deorum Rheam violauit stupro. Sueto  
 nius apud Erafmum.
- T**iberius Cæsar auctore Tranquillo sellariam excogitauit sedem arcanarum libidinū,  
 In quam accersiti puellarum, & exoletorum greges, monstruosique cōcubitus reptores  
 triplici serie connexi incestarent se coram ipso. In syluis quoque Venereos locos commen  
 tus est, quibus impenetrabat prostantes. Instituit & pueros primę temeritudinis (quos pis  
 sciculos vocabat) vt natanti sibi inter fœmina versarentur, ac luderent, lingua moriūq; ten  
 sum appetentes. Eosque quasi infantes firmiores, nec dum tamē lacte depulso inguini ceu  
 papillæ admouebat. Fertur & in sacrificando, quondam facie ministri Acerram præferens  
 tis nequiuisse abstinere, quin pene vix dum re diuina peracta ibidem statim seducium cōs  
 stupraret, fratremque eius tibicinam, quibus tamen postea crura infregit, quod flagitium  
 mutuo exprobrabant.
- E**xercuit imperator Domitianus assiduitatem nīmiā libidinīs, quam Clinopalen, i. lecti  
 palestram vocabat. Inter vulgatissimas meretrices quandoque natale dicitur. Fratris filiā  
 adhuc virginem alteri collocatam vltro corripuit. Suetonius.
- N**icomedes rex Bithinię stuprum Cæsari intulit, non sine maxima vtriusque nota, thea  
 tricisque conuicijs. Extant enim C. Licinij versus. Bithynia quicquid & pedicator Cæsar  
 vnquam habuit. Dolobella quoq; Cæsarem ipsum pellicem regiņ vocabat. Curio stabus  
 lum Nicom. dis & Bithynicam fornicem. Et Bibulus proscripsit collegam suum Bithynis  
 cam reginam, cui dicebat regem antea fuisse cordi, nunc esse regnum. Et C. Memminis, ob  
 seuit ad ciathum & vinum Nicomedis stetit, cum reliquis exoletis pleno conuiuio accu  
 santibus. Gallico denique triumpho milites eius inter cætera carmina illud pronunciaue  
 runt. Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem. Author idem Suetonius.
- A**mythone, Thelesippa, Megara, Atthys, Cidno, ancillæ fuerunt Sapphus, quibus Sapp  
 pho ipsa ad libidinem vtebatur. Eas enim subagitabat, & mutuo ab eis patiebatur. Vnde  
 in eius epistola ad Phaonem legitur. Vilis Amythone, vilis mihi candida Cidno. Non ocu  
 lis grata est Atthys, vt ante meis.
- F**uit Aristoteles in amore tam infelix, vt pellici sacra faceret. Author Mirandula in suis  
 super hymnos suos Annotationibus.
- H**ercules tanta in fœminas licentia fuisse fertur, vt quinquaginta virgines vna nocte di  
 catur stuprasset. Author Io. fr. Mirandula, & Theodorus Cyrensis.
- P**eriander Corinthius (qui tamen inter septem sapientes Gręcię numeratus est) rem ha  
 buit cū Melissa vxore, vel (vt alijs placet) meretrice mortua. Author Herodotus libro. 5.
- A**lehidæ Rhodius formoso cuidam simulachro se commiscuit, reliquitque indices tam  
 immoderate libidinīs maculas. Author Plynius.
- A**nthia vxor Præti regis Argiuorum Bellerophontem ad stuprum voluit inducere,
- G**emellus Tribunitius lupanar domi suę instituit, in quo Mutiam, & Fuluiam fœminas  
 illustres, nobilemque puerum Saturninum prostituit.
- F**ecit Catilina multa stupra, cum virgine nobili, & cum sacerdote Vestę. Postremovt Au  
 relia Orestilla frueretur filium suum pro certo interemisse creditur, quod ea nubere illi du  
 bitaret, timens priuignum iam adultum. Salustius & Valerius auctores.
- A**ufidius crebris fuit adulterijs famosus, & matronarum frequentissimus corruptor apud  
 Romanos. Inuentalis Saty. 9. Notior Aufidio mœchus celebrare solebas. Martia. Pro  
 curatorem vultu qui proferat ipso, Acrior hoc cuius non erit Aufidius.

OFFICINA

¶ Amatores quorundam animalium.  
& aliarum rerum.

¶ Semiramis adamauit equum, vt diximus. Pasiphæ taurum. Aristo Ephesius aine se cōmiscuit. Fuluius eque. Hortensius orator amaui Murenam, quam atraxit multos dies fleuit. Aristomachus solensis tanto apum amore captus est, vt duo de sexaginta annis nihil aliud fecerit. Hyliscus quoque Thasius apes coluit in desertis. Morum arborem atate Plynij adamauit Passienus Crispus, bis consul, osculari, complectique eam solitus, atque etiam cubare sub ea, vinumque illi effundere.

¶ Multorum quoque literis proditum est amatam a Xerxe platanum. Iam diximus Cra thidem pastorem amore Capre exercisse, Puerum Atheniensem, & Pygmalionem statuas adamaue. Alchidam Rhodium ad statuā se, pstri tuisse. Iunius Pisciculus simulachrum vni us e Thespiadibus pari feruore complexus est. Antonia Drusi Murenā adeo dilexit, vt ei in aures & monilia addiderit. Cyparisso tantus fuit in Ceruam amor, vt ea mortua, pre dolore quoque expirauerit. Pontius Pylatus legatus Caij principis, imagines Atalætæ & Helenę nudas a Cleophanto Corinthio pictas carū libidine captus, rapere conatus est.

Amati a diuersis animalibus.

¶ Egēfidemus apud Plynium testis est Hermiam puerum adamatam a Delphino vectum que per maria. Quumque tempestate suborta perijisset Hermias amasij perditū dolore Pis kcem in sicco exspirasse. Varia sunt ibidem exempla, de pueris ab huiusmodi piscibus adama tis. Argis puer Olenus nomine adamatus est ab anser. Glauce quedam cytharistria ab Ariete. Lacydi philosopho anser adhefit perpetuus comes, nusquam ab eo non in pu blico, non in balneis, non noctu, nō interdū digressus. Plynius Cap. 22. lib. 10. Apud Cis licia Solos, Xenophontis puerum forma precellentem dilexit canis. Cælius lib. 7. Spar te quoque adolescentem Craculus. Nicander apud Cælium testis est galogallinaceo, esse amoris intellectum in hominem. Quod ne cui videatur fabulosum, ait secundum (qui pin cerna regius fuit in Bithynia) a Gallo amatum eximie, cui nomen foret Centaurus. Pueri nomen fuit Amphiocus, genere Olenius. In Leucadia virginem in tantum adamauit Pa uo, vt ea mortua cōmorretur. Educata a virgine apud Seston vrbem Aquila retulit gra tiam, aues primo, mox deinde venatus aggerens. Quin dum mortuæ virginis cremarentur ossa, in defunctę rogum se coniecit volucris, simulque conflagrauit. Author Ply. lib. deci mo Cap. 5. Virtus filiam cuiusdam patris familias in agro Suetico, cū ancillis lusū egres sam, deturbatis comitibus rapuit, exceptaq; vnguibus pre se leniter ferēs, ad notā nemo ris latebram deportauit. Cui<sup>9</sup> egregios artus nouo genere cupiditatis aggressus, petitam laniatam predam in vsū nefarię libidinis vertit. Effectus enī ex raptore amator, famē cōcu bitu soluit, ardorēq; gulę, Veneris fætietate pensauit. Author Saxo Gramaticus lib. 10. His torię Danicę.

Zelotypi.

¶ Cyrece filia solis Venefica egre ferens Scyllam Nympham amatam a Glaucō deo ma rino, fontem (quo illa se lauare cōsueuerat) infecit venenis. Quo factum est, vt Scyl la in monstrum marinum sit conuersa.

¶ Phanus quum vxorem haberet adulteriꝝ suspectam, atrij fores sic occlusit, vt non nisi cū stridore sonituque possent aperiri. Verum quum illa per tegulas adulerum intromitteret vicini per iocum dicebant. Phani hostium. Quo prouerbio innuebant aliquid seruatuū fru stra. Erasmus in Chiliadibus.

¶ Procris suspicata maritum Cephalum alterius fœminæ amore captum, eundē in sylvas secuta est, delituitque in dumis, vt obseruaret clanculum, quid maritus faceret. Quum aus tem vepres (in quibus latebat) aliquantum mouisset, Cephalus arbitratus esse feram, eam iaculo confodit. Plutarchus in Paral. idem memorat de vxore Cyniappi, & vxore Acmylij adolescentis.

¶ Dirce vbi sensit maritum suum Lycum amore Antiopæ captum, puellam raptam tauri ceruicibus alligauit. Quo tormento cruciata Antiopæ, tantisper vociferata est, dum a vicini nis sit conculsum. Erasmus in Adagijs.

¶ Memmius Romanus quum ageret Tarracine, deperibat in quendam mulierculam non sine largio quodam rituali. Cum hoc igitur quum aliquando rixa incidisset, eo iracundię prouectus est Memmius, vt ipsi Largio brachium mordicus arripuerit. Vnde fluxit adagi um in vulgus. Lacerat lacertum largi mordax Memmius, Erasmus.

¶ Helena post mortem Menelai a Megapentho, & Nicoftrato filijs Orestis fugata in Rho dum, ad Polyzo vxorem Tlipolemi peruenit, que iussit eam arbori suspendi ob viri Zelo typiam. Pausanias apud Volaterranum.

Castissimi,

Castissimi.

1	<b>P</b> Enelope	33	Petrus Vrfeolus.	66	Augustinus.
2	Daphne	34	Vandegifillus.	67	Ioanes Anachoreta.
3	Biblia	35	Fara.	68	Arsenius.
4	Asbylus	36	Vvencelaus.	69	Pion.
5	Cestus.	37	Cazinus.	70	Vrfinus.
6	Lucretia	38	Henricus primus.	71	Hilario.
7	Alexander.	39	Iulianus martyr.	72	Euagriu.,.
8	Democles.	40	Ifacius.		Bernardus abbas.
9	Amœbeas.	41	Ludouicus episcop <sup>9</sup>		Aniumarus.
10	Apollonius.	42	Triptolemus.		Franciscus Afilius.
11	Clitomachus.	43	Sulpitia.	73	Iudich.
12	Chrysanthus	44	Melanio.	74	Anna.
	Daria	45	Rhodogune.	75	Essenij.
	Ictus	46	Pontia.	76	Timoclia.
13	Hippolytus.	47	Scipio.	77	Damon.
14	Origenes.	48	C. Gracchus.	78	Cyane.
15	Publius.	49	Chie mulieres.	79	Medulina.
16	Pausanias.	50	Trebonius.	80	Abfalon.
17	Sophonias.	51	Euripides.	81	Constantinus imp.
18	Spurina.	52	Iulianus imperator.	82	Hieron Syrac.
19	Veturius.	53	Syritha.	83	Marcia.
20	Zenobia.	54	Dryas.	84	Eugenia.
21	Amos.	55	Patauinæ.	85	Ioannes Malatesta.
22	Anianus.	56	Diogenes.	86	Ludouic <sup>9</sup> Senefcha.
23	Alfonfus.	57	Pontius Aufidianus	87	Fr. Gonzaga.
24	Erelfrida.	58	Pub. Meuius.	88	Rodulph <sup>9</sup> Gōzoga
25	Bellerophon.	59	Q. Fab. Seruilianus.	89	Pastor.
26	Baldraca.	60	Pub. Attilius.	90	Hugo Carthusiēsis.
27	Xenocrates.	61	Hippo.	91	Fulca.
28	Dula.	62	Theutonicę mulie.	92	Lysidice.
29	Euphrosina.	63	Amator.	93	Philotera.
30	Edeltrudis.	64	Leo Pont.	94	Theano.
31	Eduardus tertius.	65	Benedictus abbas.	95	Dugna.

EXPLANATIO.



Enelope Icarī filia nullis procorū blandimentis, nullis posslicitatio-  
nibus adduci potuit, vt absente per viginti annos marito Vlyssie,  
castitatem corrumperet. Vnde Propertius libro tertio. Hæc etiā  
clausas expugnant arma pudicas. Quæque terunt fastus Icariorū  
tuos. Idem. Nec fida Euadne, nec pia Penelope. Idem libro secun-  
do. Penelope poterat bis denos salua per annos Viuere, tam mul-  
tis foemina digna procis. Ouidius libro tertio Eleg. Penelope mā  
fit (quamuis custode careret) Inter tam multos intemerata procos.  
Claudianus. Penelopesque suum decus est, cui tanta paratur Scē-  
ua pudicitie. Idem Penelope trahat arte procos, fallatque furentes. Stamina nocturnę rele-  
gens sollertia tele.

¶ Daphne Penei filia fuit seruandę castitatis adeo studiosa, vt procos omnes reiecerit, sp-  
sumque Apolliniē quīs perpetua iuuēta, intōsisq; crinibus speciosum. Ouidius libro pri-  
mo Meta. Multi illam petiere, illa auerfata petentes Impatiens, experſque viri nemora a-  
uia lustrat. Nec quid Hymen, quid amor, quid sint connubia, curat. Et paulopost. Illa velut  
crimen tēdas exosa iugales Da mihi perpetua virginitate frui.  
¶ Biblia vxor Duilli Romani (qui primus nauali certamine triumphauit) tantę fuit pudic-  
e, vt suo seculo castitatis norma, & speculum videretur.  
¶ Plato de Rep. testis est Asbylum athletam Crotoniatam perpetua virginitate præditum 4  
fuisse ob studium cursus.

- 5 ¶ Martialis libro octauo. Cęsti pueri castitatem, & formam commendat his verbis. Quanta tua est probitas, quanta est prestantia forme Cęste puer, puero castior Hippolyto. Te se cum Diana velit, doceatque natate, Te Cybele secum velle habere Phryga.
- 6 ¶ Lucretia ob acceptum a Tarquinio stuprum, temerataque pudicitiam, facinus sua morte vindicauit.
- 7 ¶ Alexandrum Macedonem sunt qui libidinis arguant, Contra tamen reperiuntur exempla, que hoc ipsum refellant, & in eo doceant castitatem. Nam & victi Darij vxorem filiasque captiuas non solum non corrupit, at etiam edicto cauit, ne quis aliquid in eas moliretur. Preter vxorem & Berfanen e Damasco viduam, ac regiam mulierem, nullam aliam complexus est. Puerorum insuper abstinentissimus, quorum viginti millia ad militare in disciplina iubebat erudiri, quum tamen ætatis illius homines mascula, & prepostera libidine passim obbrutescerent. Curtius lib. 3. & Gellius Cap. 8. libri sexti.
- 8 ¶ Democles puer dubium maiore pudicitia, an forma corporis elegantiore, quum videret se ad stuprum sollicitari a Demetrio Poliorcete, nec aliter vim tyranni importunam posset effugere, in proximum feruentis aque lebetem se coniecit, ibique ad mortem durare maluit, quam quid inhonestum perpeti. Testis Plutarchus.
- 9 ¶ Amœbeas citharœdus tanta fuit castitate, vt vxorem (quam habebat formosam) nunquam attigerit. Aelianus apud Volaterranum.
- 10 ¶ Apollonius Tyanęus philosophus a puero titillationes Venereas adeo repressit, & contudit, vt pregnis in eo nosceretur castitas, a qua nunquam postea reclinauit. Cęlius libro octauo Cap. 6.
- 11 ¶ Fuit in Athleta Clitomacho tanta castitas, vt si forte canes vidisset coeuntes, statim vulnum auerteret. Aelianus apud Volaterranum.
- 12 ¶ Crysanthus Alexandrinus eiusque vxor Daria nomine virgines manserunt in cōiugio.
- 13 ¶ Cętus Tarentinus athleta nobilis, quum certo sciret corporis vires eneruari libidine, toto vite tempore durauit expertus veneris, vt palestricis ludis esset accommodatior. Volater.
- 14 ¶ Hippolytus Thesei filius, quum a Phędra nouerca adamaretur supra fidem, nullis tamē precibus adduci potuit, vt ei congrederetur. Seneca. Exofus omne fœminæ nomen fugit lmmittis annos celibi vite dicat.
- 15 ¶ Origenes Adamantius virilia sibi amputauit, ne molestam sibi Venerem experiretur. Imitatus Hierophantas Atheniensium sacerdotēs, qui forbitiōne Cicutę se castrabāt, quo mundius in sacerdotio vherent.
- 16 ¶ Publius adolescens L. Papyrii cliens, & libertus, quum domini stuprū pati nollet, in vincula & carcerē cōiectus, & multis postremo plagis affectus est. Malluit tamen egregius adolescens oia tormenta corporis experiri, q̄ prepostera illa Venere contaminari. Liuij lib. 8.
- 17 ¶ Pausanias Macedo per vim stuprum passus est ab Attalo, prouocant ad Philippum, iniuriā q̄ non sine magna querimonia ad eum detulit. Quem quum rudentem facinus eoque risu probantem conpiceret, iram in eum conuertit, exegitque vltionem ab iniquo iudice quam a stupratore non poterat. Trogus author libro nono.
- 18 ¶ Sophronia Romana mulier, quum vim & stuprum Decij principis non posset effugere, gladium marti consensu arripuit, eoque corpus sibi confodit. Eusebio teste.
- 19 ¶ Spurina adolescens, quum egregia sua forma decoroque aspectu viros, & mulieres ad libidinem concitaret, faciem, & pulchritudinem oris, sponte vulneribus deformauit. Author Valerius Maximus de Verecundia.
- 20 ¶ Veturius carcerem, plagas, diuersaque tormenta maluit pati, quam Cęlio Plocio stuprandum se committere. Valerius de Pudicitia.
- 21 ¶ Zenobia regina Palymireorum, tanta fuit castitate, vt ne cum viro suo quidem, nisi proliis causa congrederetur. Trebellius Pollio.
- 22 ¶ Amos Aegyptius, mulieri (quam in matrimonium duxerat) nunquam congressus est, quinetiam eidem amorem virginitatis in animum induxit.
- 23 ¶ Anianus Alexandrinus episcopus, beati Marci Euāgelistę discipulus oculū sibi perforauit, quod intuitu parum pudico transeuntes fœminas aspexisset. Sabellicus in Exemplis. d.
- 24 ¶ Alfonso secundus Alfonsi Catholici nepos, & Hispanię rex nunquam vxori congressus est. Vnde & casti meruit cognomentum. Volaterranus in Geogra.
- 25 ¶ Estelfrida Anglię regina post primum partum abstiniuit a viro. Volaterranus.
- 26 ¶ Bellerophon Glauci Corinthiorum regis filius, quum a Sthenobea vxore Proeti Argiuorum regis efflictim adamaretur, nullis tamen precibus induci potuit, vt cum ea stuprū committeret. Toxtelius.

- C**Baldraca puella generis obscuri, peregrinæque cōditionis, quamuis multarum rerū ob  
 27  
 paupertatem esset indiga, noluit tamen corporis sui copiam facere Othoni imperatori, q̄  
 uis montes & maria (quod aiunt) promittenti. Volaterranus in geographia.
- C**Xenocrates philosophus, quum magnam castitatis opinionem sibi comparasset, accessit  
 28  
 fit ad eum Phryne meretrix, petijtque partem lecti, quam ille concessit. Nec tamen vllō no  
 cū tempore attigit puellam, quamuis formosissimam. Hinc illa mane rediens dixit se non  
 a viro, sed a statua venire. Quod argumentum est magnæ castitatis. Nam proxime volu  
 ptates magis titillant & multos (quorum mores in tuto positi videntur) seducunt, & euer  
 berant. Laertius, & Valerius de continentia.
- C**Dula maluit a milite quodam interfici, quam ab eodem violari. 29
- C**Euphrosina virgo Alexandrina, virum mentita, domum patris panutiij reliquit, ne ad nu  
 30  
 ptias cogeretur.
- C**Edeletrudis regina, duobus in Anglia regibus nupta, castitatem semper illibatam serua  
 31  
 uit, vtroque ad pudicitiam inducto.
- C**Eduardus tertius Anglorū rex vxorem (quam duxerat) nunquam attigit, Matrem Eui  
 32  
 nam (quam adulteri suspectam habebat) in cœnobium relegauit. Volaterranus.
- C**Petrus Vrseolus dux Venetorum, post susceptum filium, vxorem nunquam attigit. 33  
 Quod vtriusque voto factum est. Volaterranus.
- C**Vandegisillo comiti Palatino (qui sub Dagoberto rege floruit) quum per vim data es  
 34  
 set vxor, eam ad amorem castitatis induxit. Quo factum est, vt vterque in cœnobio se ins  
 chuserit.
- C**Fara virgo fuit Gallica clarissimis orta natalibus Heraclio imperante. Quam dum pa  
 35  
 renes Hagericus, & Leodegunda per vim cogere vellent ad matrimoniū, in tantas pros  
 rupit lachrymas, vt inde cecitatem contraxerit.
- C**Venceslaus filius Borfinoi regis Bohemorum perpetuam seruauit castitatem. 36
- C**Cazimirus quoque rex Poloniae perpetuo celebs, & castus mansit. Volaterranus. 37
- C**Henricus primus imperator, perpetuam in matrimonio seruauit castitatem cum vxore  
 38  
 Sinegunda. Baptista Egnatius.
- C**Julianus martyr, & Basilissa vxor impolluti quoque manserunt in coniugio. 39
- C**Cladius Comnenus imperator tanta fuit continentia, vt vxorem nunquam inire volue  
 40  
 rit post prolem semel ex ea susceptam, quamuis tamen ad morbi remedium medici consue  
 larant, vt coitu frequentiore vteretur.
- C**Ludouicus episcopus Tolosanus Caroli secundi Siciliae regis filius ea fuit castitate, vt  
 41  
 nulli prorsus scēminæ præterquam matri, & sororibus verba faceret, ne vel colloquio san  
 ctitatem corrumpere.
- C**Triptolemo Cereris filio quum pleræque virgines amplissimam offerrent dotem, vt cū  
 42  
 corruptas contraheret, aspernabatur omnes & reijciebat. Ouidius in Ibin. Filius vt Cee  
 renis frustra tibi semper ametur, Destituatque tuas vsque petitus opes.
- C**Pudicissima foemina semel matronarum sententia iudicata est, Sulpitia Paterculi filia. 43  
 Author Plynius lib. 7. & Valerius vltimo Capite cctauū.
- C**Melanio quidam odio mulierum in solitudinem demigravit, perq̄ auia montium & nes  
 44  
 morum cane vno feras insectari solitus est nec vnquam domū reuocari potuit. Vnde na  
 tum adagium. Melanione castior. Erasmus. Huius Melanionis meminit Pontanus lib. 1.  
 amorū dicens. Melannion nostros nequeat sufferre labores, Vna sed lasidi cura placere suę.  
 manum. Non labor huic fuerat varios cōtemnere amores, Vna sed lasidi cura placere suę.
- C**Rhodope Darij filia, mortuo marito nutricem dedit morti secundas nuptias iurandem. 45
- C**Cor. Tacitus scribit Pontiam quandam Romanam foeminam nullis verborum lenoci  
 46  
 nns, aut pollicitationibus ad adulterium cum Octauio tribuno plebis committendum im  
 pelli potuisse, quin ab eodem interfici maluisse.
- C**P. Scipio Africanus expugnata Carthagine Hispania ciuitate, virginem empestiuam  
 47  
 forma egregia, & nobiliviri filia, perductam ad se, patri inuiolatā reddidit. Author Gellius  
 lib. 6. Cap. 8. Idem Scipio in omnibus locis quibus hostem superauit, abstinuit semper vi  
 ctrices manus a captiuis mulieribus, Plutarcho in eius vita, & Liuii lib. 26. testibus.
- C**Quadiu C. Gracchus Sardiniam puinciam administravit, nulla meretrix introiuit eius  
 48  
 domum, nulli pueri eximia facie ei ad sciathum steterunt. Idem Gellius.
- C**Chia mulieres tanta fuerunt castitate, vt neque adulterium, neque illegitimus concubis  
 49  
 tus apud eas vnquam prodatur accidisse. Plutarchus de virtutibus mulierum.
- C**Trebonyus pudicæ sanctitatis miles Lusium Marij ex sorore nepotem, castitati suæ stus  
 50  
 prum & insidias

- prum & insidias molientem dedit morti. Plurarchus in Apophthegmatis. Hinc cicero sub principū orationis Milonianæ. Pudicitiam quum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marij propinquus eius imperatoris interfectus ab eo est, cui vim afferebat, face-  
 re enim probus adolescens periculose, quam perpeti turpiter maluit.
- 51 **F**ertur Euripides perpetuo mulierum odio conflagrasse, siue quia natura esset talis, ab-  
 horreretque a mulierum cœtu, siue quod duas habuerat uxores simul pro Atheniensium  
 decreto, quarū matrimoniū quum pertēduisset, toti sexui bellum induxit. Gellius cap. 27.  
 libri septimi, & post eum Cælius lib. 13. Cap. 10.
- 52 **C**ulianus imperator tanta enituit castitate, vt post amissam coniugem nihil vnquam Ve-  
 nereum attigerit. Author Ammianus Marcellinus lib. 25.
- 53 **S**yritha Syualdi regis Danorum filia tantæ fuit pudicitia, vt quum ob elegantiam for-  
 mæ magna procorum frequentia peteretur, neminem tamen inspexerit. Saxo lib. 7.
- 54 **D**ryas Fauni filia aspectum virorum vsque adeo refugit, vt in publicum prodire nunq̃  
 visa sit. Quo factum est, vt vetitum sit, ne eius sacris interessent mares. Author Plutar.
- 55 **O**lim tanta fuit Patauinarū mulierū castitas, vt non nisi operta facie prodiret in publicis  
 cum. Cælius lib. 7. Cap. 27. Vnde Martialis. Tu quoque nequitias nostri lususque libelli  
 vda puella leges, sis Patauina licet.
- 56 **D**iogenes tragædus ab uxore perpetuo abstinuit.
- 57 **P**ontius Aufidius vbi rescituit filiam a Fannio Saturnino pedagogo suo corruptam,  
 vtrumque puniuit morte. Valerius Maximus.
- 58 **P**ublius Meuius libertum (quem vnice diligebat) propter illatum filia iam nubili oscu-  
 lum interfecit. Idem Valerius de pudicitia.
- 59 **Q**. Fabius Seruilianus, quum suspectam haberet filij pudicitiam, eum morti dedit, demū  
 voluntario secessu conspectum patriæ vitans exulauit. Idem Valerius.
- 60 **P**ub. Attilius Philiscus filiam suam interemit, quod stupri se crimine coinquinasset. Idē  
 Valerius.
- 61 **H**ippo mulier Græca capta a nautis, quum pudicitia suæ stuprum & insidias parari sen-  
 sisset, noctū se in aquas præcipitem dedit, maluitque mori pudica, quam impudica viuere.  
 Idem Valerius.
- 62 **C**aptiua Theutonicorum coniuges Marium victorem orarunt, vt ab eo virginibus Ve-  
 stalibus dono mitterentur, affirmantes æque se, atque illas virilis concubitus expertes futu-  
 ras. Quare non impetrata, laqueis sibi nocte proxima spiritum eripuerunt. Valerius, &  
 Hieronymus in Epistola ad Gerontiam.
- 63 **A** amator (qui postea Altissiodorensis fuit Antistes) quum uxorem eleganti forma claris-  
 que natalibus ortam duxisset, eam tamen ad studium castitatis induxit, tantum aberat, vt  
 ei congrederetur. Sabellicus in Exemplis.
- 64 **L**eo pontifex manum (qua aliquando osculum matronæ contigerat) vltro sibi abscidit,  
 quod inde secuta esset tacita quedam libidinis appetentia. Sabellicus.
- 65 **B**enedictus Abbas ad incestam recordationem mulieri a se visa castigandam, vsus est  
 crebra corporis volutatione super sentes. Sabellicus.
- 66 **N**oluit beatus Augustinus habitare cum sorore, ne aliqua titillatio carnis, aut pruritus  
 suboriretur. Interrogatus cur hoc faceret, quoniam inquit malum videre foeminam, peius  
 alloqui, pessimum attingere. Sabellicus in exemplis.
- 67 **N**ulla vnquam foemina a Ioanne Anachoreta visa est, nec ab vlla videri voluit.
- 68 **A**rrenius abbas viros omnes iuxta & foeminas ad sanctiorem vitæ cultum refugiebat.
- 69 **P**ion Aufonij abbatis discipulus, dum congressum quoque mulierum sollicitè declinaret  
 precibus expugnatus, vt sororem morbo laborantem inuileret, alieno ductu, clausisque os-  
 culis eius domum subijt, ac retro abiit. Sabellicus.
- 70 **V**rfinus Nursia presbyter moriens quum uxorem (quam multis ante annis ad se venis-  
 re nulla de causa permiserat) admotam sibi cognouisset, Facefle inquit mulier. Nondum  
 penitus extinctus est ignis. Idem Sabellicus in exemplis.
- 71 **H**ilario abbas ingenitam corpori concupiscentiam alloquens, dicere solebat, Conficiam  
 te inedia, vt de cibo cogites, non de voluptate. Idem author.
- 72 **E**uagrius quoque abbas ad reprimendam Veneris tentiginem varia tormenta membris  
 suis irrogauit. Nam & corpus inedia confecit, & hibernas plerumq̃ noctes in puteis egit,  
 vt Bernardus abbas in lacu Aniumarus Tamenensis in vepribus, Franciscus Asisias in  
 Hibernis niuibus. Author Sabellicus.
- 73 **L**udich mulier vidua, quum ad recens connubium impelleretur, cilicium ornatu prætus-  
 lit, obiccitque

- lit, obicitque libidini ieiunium, vigiliis somno, & ocio laborem inquit Sabellicus,  
**C**Anna Phanuelis filia post septimum connubij annum viduafacta, ad quartum vsque 74  
 octogefimum caste vixit, Sabellicus in exemplis.  
**C**Esseni populi Syriae vitam olim duxerunt alienam ab omni mulierum commercio, Ves 75  
 nere abdicata, inquit Plynius.  
**C**Timoclia mulier Thebana, stuprum a quodam Barbaro Thracu p̄ncipe per vim pas 76  
 sa, iniuriam hoc modo vltā est. Odio enim dissimulato dixit stupratorise scire locum, vbi  
 plurimum esset auri, perductusque est ab ea ad profundissimum puteum, qui fuit i remo-  
 tiore domus parte. Quo quum Thrax explorabundus venisset, & iam iam pronus immi-  
 neret puteo a Timoclia (quæ a tergo stabat) deiectus est in præceps, & saxo obrutus. Au-  
 thor Sabellicus in exemplis.  
**C**Damon Peripolta insigni forma adolefcens, videns Romanum quendam præfectum 77  
 Cheronæ, stuprum sibi per vim machinari, quia prius blandiendo nihil profecisset, ad pu-  
 dicitia munimem aliquot focios conuocauit, qui omnes fuligine tincti, ne agnoscerentur,  
 præfectum in foro sacrificantem obruncarunt.  
**C**Cyane virgo Syracufana violatam ab ebrío patre pudicitiam ægreferens, apprehensum 78  
 capillis stupratorem ad aram traxit, eumque pro victima cecidit, ad pacandam pestē, quæ  
 propter facinus Syracuse laborabant. Author Plutarchus in Parallellis.  
**C**Medullina quoque virgo Romana ab ebrío patre in tenebris violata, vt stupri autho 79  
 rem agnosceret, digito eius anulum detraxit. Vbi ex pignore patrem esse comperit, eun-  
 dem ad aram gladio confodit. Idem author.  
**C**Abfalon Amon fratrem occidit, quod immodeste Thamar forem communem depe 80  
 ribat, eique vim intulerat.  
**C**Constantinus imperator Crispum filium capite puniuit, quod nouercam Faustam stu 81  
 pri compellasset.  
**C**Hieron Syracufanus Epicarmus poetam Comicum multauit, q̄ præfente ipsius coniu 82  
 ge, lacerius recitasset versus.  
**C**Marcia Varronis filia, quum suo sæculo sculpendi, pingēdique arte insignis haberetur, 83  
 abstinuit semper ab effingenda virili figura, ne pudibunda quoque exprimeret.  
**C**Eugenia virgo Philippi proconsulis Alexandrini filia, quum ab imperatore Commodo 84  
 stuprum sibi timeret, Monachi habitum mentita est & nomen.  
**C**Ioannes Malatesta vxorem nomine Franciscam in complexu Pauli Malatestæ fratris 85  
 sui deprehensam gladio transfixit vna cum adultero.  
**C**Ludouicus quoque Normaniæ Seneschalus Carlottam vxorem cum Ioanne Lauerno 86  
 eius adultero, morti dedit.  
**C**Franciscus Gonzaga Agneti adulteræ caput adimi iussit. 87  
**C**Rodolphus quoque Gonzaga quum vxorem adulteri compertam haberet, eam vna 88  
 cum adultero in concubitu deprehensam occidit.  
**C**Pastor presbyter, & Anachoreta matrem ad se venientem sella clausa reppulit, causa ser 89  
 uandæ castitatis.  
**C**Hugo Carthusiensis per annos. i. 5. mulieris faciem nunquam videre voluit. 90  
**C**Pontanus libro primo Tumulorum castitatem Fuscæ matronæ sequenti laudat Epita 91  
 phio. Centum Fusca procos habuit, nec casta cubile polluit, aut sancti iura verenda tori.  
 Centum Fusca procos risit, coluitque maritum, O rarain in longa posteritate fidem. Hoc  
 virtutis opus dura inter & aspera sese Erigere, & fortes exeruisse manus. Viue Fusca igitur  
 tur celebris post fata, fidemque testantur, nullo marmora victa situ.  
**C**Lyfidice Græca mulier, quum lauabatur præ insigni quadam pudicitia subuculam non 92  
 exuebat.  
**C**Philotera quoque alia mulier itidem Græca, quum in balneum descenderet tantum cor 93  
 poris ab inferiori parte solebat detegere, q̄tum aquæ immerferat, subucula paulatim ad su-  
 periora subducta. Quumque aquis lota emergeret, eadē ratione superiora corporis amis-  
 ctu obtegere.  
**C**Theano Pythagorica vestem induens quum brachium nudasset, cuidam se intuenti cu 94  
 pidinisque effato. Pulchrum, dij boni, brachium. At non publicum inquit illa, Plutarchus  
 in præceptis connubialibus.  
**C**Quum Attila Pannoniæ rex Aquileiam oppugnaret, Dugna fœminarum nobilissima, 95  
 nequid indignam a sordidissimis hostibus pateretur, mox ingressum hostium, captamque  
 vr̄bem præfensit, e summa turre obuoluto capite in Natissam fluiuium se præcipitem de-  
 dit, metumque

OFFICINA

dit, matrumque amittendæ pudicitie memorabili exitu terminauit. Paulus Diaconus libro demoquinto rerum Romanarum.

¶ Mulieres doctæ.

1	Corinna Thebana	19	Zenobia	42	Istrina
	Corinna Thespia	20	Alpaides	43	Cassandra fidelis
	Corinna Ouidiana	21	Catharina Senensis.	44	Themistoclea
	Myrtis	22	Delbora	45	Proba Valeria
2	Erinna	23	Hildegardis	46	Amalthea
3	Sappho	24	Ioanna Anglica	47	Elizabeta
4	Polla	25	Luceia Mima	48	Baptista prima
5	Aspasia	26	Lasthenia	49	Ifota
6	Cleobulina		Axiothea	50	Damifella
7	Cornificia	27	Michale	51	Minerua
8	Cornelia	28	Diotima	52	Manto
9	Lelia	29	Themiste	53	Nicostrata
	Hortensia	30	Arete	54	Catharina Costis
	Licinia	31	Dama	55	Fabiola
	Mutia	32	Thargelia	56	Marcella
10	Anastasia	33	Mulca	57	Eustochium
11	Damophila	34	Charixena	58	Genebria
12	Hypathia	35	Moero	59	Constantia
13	Leontium	36	Agallis	60	Blessilla
14	Pamphila	37	Telefilla		Noffis
15	Praxilla	38	Hipparchia		Agacle
16	Phemonoe	39	Cassandra Priami		Anyte
17	Sosipatra	40	Claudia		Myto,
18	Theano	41	Eudocia		

¶ EXPLANATIO.



Orinnæ tres fuerunt. Prima Thebana, seu Tanagraea, Archelodori, & Procratiæ filia, & Myrtidis discipula, quæ Lyricorum principem Pyndarum quinquies vicisse, & Epigramatum quinque libros edidisse fertur. Cælius Cap. 1. lib. 8. De hac Propertius libro secundo. Et sua cum antiquæ committit scripta Corinnæ. Statius libro quinto Sylvarum. Sophronaque implicitum, tenuisque arscana Corinnæ. Baptista Pius. Nec tetigit dulcem trina Corinna Lyram. Idem. Non tres dulciloquo præstent sermone Corinnæ. Politianus. Sed Tanagraea suo, mox iure poetria risit. Secūda fuit

Thespia veterum quoque monumentis celebrata plurimum, Tertia floruit Ouidij temporibus, poetæ charissima. De hac Martialis. Norat Nafonem sola Corinna suum.

2 ¶ Erinna poetria Teia aut Telia (est enim Telos insula prope Gnydon) floruit Dionis Syracusani temporibus. Scripsit Dorica lingua elegans poema, trecentis versibus absolutum. Aliaque item Epigrammata. Ferunt eius carmina ad Homericam accessisse maiestatem. Mortua est annos. 19. nata. De hac Propertius libro secundo. Carminaque Erinnæ non putat æqua suis. Baptista Pius. Erinna credet Græcia docta suam. Idem. Non melior coluisse sacras Erinna sorores. Fuit contemporanea Sapphus. In eam elegans est apud Græcos distichon, cuius talis habetur sensus. Quanto Erinna in Lyricis Sappho præstantior, tanto Sapphus gloriam Erinna hexametris præcellit.

3 ¶ Sappho Lesbica Lyrica floruit temporibus Alcei, & Stesichori poetarum. Maritum habuit Cercylam ditissimum virum ex Andro, ex quo filiam suscepit Clio nomine. Scripsit Lyricorum libros nouem. Præterea Epigrammata, Elegias, Iambos, & Monodias. Carmini Sapphico (cuius inuētrix fuit) dedit nomen. Sunt qui dicant aliam fuisse Lesbiam, poetriam quoque quæ adolescentem Phaonem adamauerit, & e Leucade in aquas se demiserit. Vtracumque fuerit, vnam tantum commendant Latini poetæ. Statius libro quinto Sylvarum. Stesichorus que ferox, saltusque ingressu viriles, Non formidata temeraria Leucade Sappho.



Sappho, Sidonius. Aut quod composuit puella Lesbi. Baptista Pius. Mascula quæq; suos cantat moritura calores, Leucadij Sappho crimen, honorque freti.

¶ Polla argentaria Lucani fuit vxor testimonio Martialis. Hęc est illa dies, quę magni cōscia partus Lucanum populis, & tibi polla dedit. Tanta dicitur fuisse doctrina, vt maritum iuuerit, in emendandis tribus primis libris Pharfalia. Stautius libro secundo Syluarū, Huc castæ titulum decusque Polle, lucunda dabis allocutione. Sidonius. Quid quod duplici bus iugata redis Argentaria Polla dat poetas, Eadem inceptos a marito per multos ver sus periciebat pari grauitate & elegantia.

¶ Aspasia Mulier Milesia magna doctrinæ fama claruit. In studijs Philosophicis abunde promouit. Rhetoricen exercuit, Fuit Periclis magistra, & tandem vxor, Plutarchus in Pericle.

¶ Cleobulina Cleobuli Lindij ( qui fuit vnus ex septem sapientibus Gręciæ ) filia scripsit Aenigmata quędam versibus hexametris, quorum hoc vnus adhuc extare fertur. Est vnus genitor, nati bona pignora bis sex, Triginta cuius natae, sed dispere forma. Hęc niuce aspectu, nigreque coloribus illæ, Atque immortales omnes moriuntur ad vnam, Laertius. ¶ Cornificia soror Cornificij poetae elegantissima scripsit Epigrammata.

¶ Cornelia vxor Africani & mater Gracchorum Epistolas reliquit ornatissime scriptas, vnde & filiorum fluxit eloquentia. Vnde Quintilianus. Nam Gracchorum eloquentiæ (inquit) multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cuius doctissimus sermo in po steros quoque est epistolis traditus.

¶ Eadem de filiabus Lęlij & Q. Hortensij sic inquit. Lęlij filia reddidisse in loquendo pater nam eloquentiam elegantiorē dicitur. Et Q. Hortensij filia oratio apum Triumuiros ha bita legitur, non tantum in sexus honorem. De Hortensia etiā meminert Valerius, & Appianus libro quarto bellorum ciuiliū. Liciniarū quoque in dicendo lepos a patre L. Crasso emanauit. Mutiæ duæ filiae ab vtroque parente eloquentiam didicere.

¶ Anastasia discipula Gryfogni martyris fuit & vxor Publij Romani, cuius torum simu lato verbo euitauit. Scripsit epistolas ad Gryfognum, quibus conquerebatur facultates suas a sacrilego viro absumi, seque in carcere detineri. Hęc ad palum cremata est, q; sanctis ministraret. Volaterranus.

¶ Damophila Gręca vxor Pamphili sociæ Sapphus poetriæ, poemata scripsit amatoria, & Dianæ laudes. Teophrastus in vita Apollonij.

¶ Hypathia mulier Alexandrina Theonis Geometræ filia, & vxor Isidori Philosophi, vixit imperante Arcadio. Scripsit in Astronomiam. Professa est Alexandriæ varia discipli narum genera, magno & frequenti auditorio, conuolantibusque turmatim, & vndecumq; discipulis. Suidas apud Volaterranum.

¶ Leontium Gręca adolefcentula Philosophicas disciplinas adeo sefata est, vt etiam non dubitauerit cum magna sui nominis laude in Theophrastum philosophum alioqui lauda tissimum scribere. Plynius in præfatione historię Naturalis, suppresso tamen Leontij no mine.

¶ Pamphila scripsit commentarios in Grammatica. Citatur a Gellio.

¶ Praxilla Sicyonia fuit poetria, quę in suis carminibus Adonidem inducit ab inferis in terrogatum, quid apud superos pulcherrimum reliquerit, respondere, solem, cucumeres, mala. Quod quum vehementer infulsum videretur, cucumeres & mala cum sole compos nere, fluxit inde prouerbium, Stultior Praxillę Adonide. In homines nullius iudicij. Vnde Erasmus.

¶ Phemonoe prima Apollinis Delphici vates fuisse, carmenque Heroicum inuenisse dicitur. Suidas apud Volaterranum.

¶ Sospitria vates fuit lyda multis disciplinis cumulatissima, quam propterea creditum est a numinibus quibusdam fuisse educatam. Eunapius apud Volaterranum.

¶ Theano mulier fuit apud Locros in Lyricis præcellens. Cęlius. Alia fuit Metapontina, seu Cressa genere, mulier Pythagorę vxor Brotini Crotoniatæ, quę scripsit commenta rios in philosophia, de virtute, Poemata quoque & Apophthegmata Pythagorę. Author Laertius. Theodoritus Cyrensis ait Theanon vxorem fuisse Pythagorę, eoque defuncto scholas cum Telange, & M. Nefarcho filijs regendas suscepisse.

¶ Zenobia regina Palmyreorum Gręci, Aegyptijque sermonis fuit peritissima, & latini non ignara. Scripsit Epitomen in Orientalem, Alexandrinamque historiam, Herennianū & Timolaum filios literis erudit. Elegantissimas orationes ad milites suos, plerumque ha buit, quas galeata recitabat. Pollio Trebellius. Vsa est ad Gręcas literas Longino philoso pho Vopisco

- fopho Vopifco authore.
- 20 ¶ Alpaides virgo quum religionem magno cultu amplecteretur, cœlitus meruit fcripturę facre bibliorumque fenfum percipere.
- 21 ¶ Catharina Senenſis puella adeo profecit in facris literis, vt libros fcripferit cum Theologorum doctrina conferendos. Volaterranus.
- 22 ¶ Delbora mulier de tribu Efraim vaticinio claruit.
- 23 ¶ Hildegardis virgo Germana, ſpiritu quodam imbuta prophetico multa prædixit de futuris, ſcripfitque aliquot catholicę doctrinæ libros. Hanc epiftolis ſuis dignatus eſt beatus Bernardus. Scripfit ſuper Benedicte diſciplina, triginta Theologas queſtiones erudiſſime abſoluit. Excellentium virtute virorum vitas ſcripfit, de altaris ſacramento. Omnia in Euangelij, Præterea in medicina, Quę ſimplicia, & quę cõpoſita tollendis egritudinibus profint. Item carmina & epiftolas teſtimonio Apoſtolicę authoritatıs comprobata. Quo factum eſt, vt Eugenius tertius, Anaſtaſius quartus, Adrianus quartus pontifices, Conradus tertius, & Federicus primus Cęſares ad eam plarumque ſcripferint.
- 24 ¶ Ioanna Anglica ab Ephebis virum mentita, Athenas ſe contulit, vbi literis ſtudioſe ad deo operam impertiuit, vt Romam rediens, paucos haberet doctrina pares & facris literis. Vnde tantum apud omnes beniuolentię & authoritatıs ſibi demeruit, vt artibus illis pontificatum ſit adepta poſt Leonem quartum, quum vir eſſe crederetur. Sabellicus libro primo nonę Enneadis.
- 25 ¶ Luceia Mima authore Plynio centum annis in ſcena pronunciauit.
- 26 ¶ Laſtheniam Mantineam, & Axiotheam Philiſiam Platone vſas præceptore ſcribit Plutarchus, ornatuque interim virili auditorium ingreſſas. Teſtis etiam Laertius.
- 27 ¶ Michale Centaura mulier docuit Theſſalas remedium amoris. Seneca.
- 28 ¶ Diotima & Aſpafia mulieres adeo in philoſophicis promouerunt diſciplinis, vt alteram Diotimam appellare magiſtram, alterius lectionibus intereſſe non erubuerit Socrates philoſophorum omnium lōge optimus. De Diotima meminit Plato in Sympoſio, & de Aſpafia in Menexemo.
- 29 ¶ Lactantius ait philoſophos nullas vnquam mulieres philoſophari docuiſſe, præter vnā ex omni memoria Themiftem. Sed quę nam hæc & cuius fuerit, non docet.
- 30 ¶ Arete mulier eo doctrine conſcendit, vt filium etiam inſtitueret, qui appellatus eſt Ariſtippus. Fuit Cyrenaica, & Ariſtippi patris Socratici dogma ſequuta eſt. Mortuo patre ſcholam rexit in philoſophia magno & frequenti auditorio.
- 31 ¶ Dama Pythagoræ filia, & ipſa philoſophię ſectatrix ingenium & doctrinam in exponendis paternis ſententiis exercuit. Hipparchus apud Laertium hanc Damosen vocat.
- 32 ¶ Thargeliam quoque ſœminam ſola illuſtrauit philoſophia. De hac Plutar. in Pericle.
- 33 ¶ Ferunt & Muſcam poetriam fuiſſe Lyricam, quæ & Epigrammata ſcripferit, & Lyricos nomos. Cælius Cap. i. lib. 8.
- 34 ¶ Fuit & multorum carminū author Charixena, cuius meminit Ariſtophanes Comicus, eodem Cælio authore.
- 35 ¶ Celebratur idem Mæro condito in Neptunum hymno.
- 36 ¶ Fuit Agallis Corcyræa illuſtris in arte grāmatica, cui inuentum pilæ nonnulli aſcribunt. Idem Cælius ibidem.
- 37 ¶ Teleſillam in poetica illuſtram celebrat Pauſanias, cui etiam apud Argos ante Veneris templum ſtatua lit erecta. Hanc Teleſillidem vocat Plutarchus in libro de virtutibus mulierum, de Argiis mulieribus loquens, vbi de Teleſillide ſic ſcribit. Eam mulierem poetice diſciplinę fuiſſe peritam memorię proditum eſt. Namque parentibus nobiliſſimis orta, quum valetudine aduerſa laboraret, ab oraculo reſponſum accepit, ſtudioſe muſas aſcolendas eſſe, ſi amiſſam valetudinem recipere vellet. Quapropter ipſa deorum præceptis obtemperans, omne ſtudium operamque ad muſicos cantus, atque ad harmonias conuertens breui tempore amiſſam valetudinem recepit, atque ad artis poetice diſciplinam, plurimum apud cæteras mulieres famæ ac laudis eſt conſecuta, hæc ille.
- 38 ¶ Philoſophicis quoque diſciplinis valde excelluit Hipparchia mulier Græca. Vide quæ de Hipparchia ſcribit Laertius.
- 39 ¶ Caſſandra Priami filia, vaticinio & doctrina illuſtris habita eſt, & apud hoſtes in Lacedæmone templo fuit inſignita.
- 40 ¶ Staius Papinius vxorem habuit nomine Claudiam, magno ingenio, doctrina non vulgari præditam. Crinitus.

- Eudocia** Theodori iunioris vxor præter egregiam formam, singularemque pudicitiam 41  
 etiam literis excelluit, adeo vt librum quendam emiserit, Baptista Egnatius.  
**Clirina** Scytharum regina, Arripithis vxor, Sylem filium Græcam linguam, literasque 42  
 docuit, Author Herodotus in Melpomene.  
**Politianus** magnis laudibus commendat Cassandram fidelem Venetam puellam, quam 43  
 ait pro lana librum, pro fuso calamum, stylum pro acu tractasse, Latinasque epistolas scripsit.  
 Sic enim de ea in principio cuiusdam epistolæ meminit, O decus Italię virgo, quas  
 dicere grates, Quas ve referre parem, quod etiam honore metuarum literarum non dedis-  
 gnaris? Mira profecto fides tales proficisci a fœmina (quid fœmina dico?) immo vero a pu-  
 ella & virgine potuisse: Non igitur iam musas, non Sybillas, non Pythias obijciant nobis  
 vetusta sæcula. Non suas Pythagorę philosophantes fœminas, Non Diotimam Socratis  
 ci, nec Alpasiam, Sed nec poetrias illas Græca iactent monumenta Telefillam, Corinnam,  
 Sapphon, Anyten, Erinnam, Praxillam, Cleobulinam.  
**Themistoclea** foror fuit Pythagoræ, cuius placitis & opinionibus, plerisque in locis vsus 44  
 est Pythagoras.  
**Proba** Valeria Romana puella Græcis latinisque literis eruditissima truncatos Virgilij 45  
 versus, ad fidem & mysteria Catholicæ religionis conuertit, fecitque de Christi gestis &  
 eius morte opus nobilissimum, quod Centones appellauit.  
**Amalthea** Sybillæ Cumanę libris non secus ac diuinis oraculis in imperij administra- 46  
 tione populus Romanus semper vsus est.  
**Elizabetha** abbatissa Germanica multas orationes ad sui conuentus sorores conscripsit, 47  
 opusque de vijs, quibus ad eum itur.  
**Baptista** prima Galeatij Malatestę Pisauriensis principis filia & Guidoni Montefeltren- 48  
 si Vrbinatum comiti matrimonio copulata cum doctissimis viris, plerumque magna sui  
 laude disputauit. Libros quoque de humana fragilitate, & de vera religione conscripsit.  
**Isota** Nouarolla Veronensis philosophiam verbo & opere professa est. Scripsit quando 49  
 que ad Nicolaum quinotum & Pium secundum pontifices, Scripsit quoque dyalogũ, quo  
 disputatur vter grauius peccauerit, Adam ne, an Eua, Quibus literarum laudibus adiecit  
 perpetuum virginittatis votum.  
**Damifella** Triulcia Mediolanensis virguncula annos non amplius quatuordecim nata 50  
 iam cepit eloquentiæ insuefcere, bonasque imbibere disciplinas, adeo vt nouum terris  
 prodigium esse videretur. Patrem habuit Ioannem equestris & Senatorię dignittatis virũ,  
 matrem Angelam literarum non expertam. Qui ambo musis innutriti, filiam quoque his-  
 dem artibus voluerunt institui, in quibus adeo profecit, vt quum latine vel scriberet, vel  
 loqueretur, omnes traheret in admirationem, ita vt plerique dicerent parienti matri affuis-  
 se musas obstetrices. Habuit orationis genus luculentum, & sparsum fruge bonarum les-  
 ctionum vsque ad luxuriam. Nunquam loquebatur, quin verborum aculeos auditorum  
 animis imprimeret. Dicentem omnes suspiciebant, & ab eius sermone pendebant attoni-  
 ti. Fuit præterea tam fœcunda, tamque tenaci memoria, vt vel Mithridati par haberetur.  
 Nam si quem vel publice concionantem aut declamantem audisset, reuerfa a confessu, om-  
 nia ad vnguem verbatim syllabatimque repetebat. Latinis insuper non contenta literis,  
 Græcarum studio deflagrauit, quas vsque ad promptum & peculiarem didicit sermonẽ.  
 Ne multis agam, propter immentas corporis & animi dotes, lusum est in eam sequentibus  
 versibus, qui circumferebantur passim.  
 Quid facis in terris Damifella Triulcia? cœlum  
 Ingenijs debet talibus esse domus.  
 At scio, quid facias, flores cum coniuge ditis  
 Non legis, ad stygios vt rapiare lacus.  
 Cura tua est virtus, & iter meditaris ad astra,  
 Nam virtus comites tollit ad astra suos.  
**Placuit** nobis propter morum eius puellę honestatem, præcipuamque formam corporis  
 mentiri & confingere nomen Amasię non ad lasciuiam, sed carminis argumentum, quam  
 & nos Damifellam vocauimus.  
**Minerua** Iouis primi filia non aliam ob causam relata est in numerum deorum, quã pro- 51  
 pter bonarum artium (quarum fuit inuentrix) peritiam. Vnde & veteres illę Athenæ sui  
 nomini im mortalitatem mutuatae sunt.  
**Manto** Tyresia vatis filia (que Mantuę nomen indidit) doctrina quoque & vaticinijs 52  
 claruit, adeo, vt ex pecudum fibris, extorumque intuitu futura præsentificeret, ac præfagiret.  
 Nicolstrata seu

OFFICINA

- 53 ¶ Nicostrata seu carmentis Græcas literas impense docta, plerasque ex latinis primū reperit. Quo coniectare licet mulierem versatili ingenio, variaque doctrina fuisse præditam.
- 54 ¶ Catharina virgo costæ Alexandriæ regis filia sacris literis partim studio, partim diuini spiritus afflatu deo imbuta, vt accersitos a patre vñdecunq; doctissimos viros & philosophos ad persuadendam idolatriam, referendamque vñius dei religionem, viuacissimis terruerit argumentis, sueque opinioni attraxerit, nedum non succubuerit eorum rationibus.
- 55 ¶ Fabiola Romana mulier quum magno studio sacras literas amplecteretur, Prophetias, Euangelia, & Psalmos frequentissime reuoluebat, vt iterata plarumque lectio amorem diuine religionis (qua deflagrabat) augetet vehementius. Vnde & beatus Hieronymus librum de veste sacerdotali, eidem nuncupauit.
- 56 ¶ Marcella Romana propter sacras literas (quas egregie callebat) frequentibus epistolis a beato Hieronymo salutata est, Ad eam enim scripsit de mundi contemptu, de decem nominibus, quibus apud Hæbreos dicitur deus, de fide nostra & hereticorum doctrina, de blasphemia in spiritum sanctum, de studio Theophili episcopi Alexandrini, & alia id genus per multa.
- 57 ¶ Eustochium Paulæ mulieris Romanæ filia, Latinarum, Hæbraicarum, & Græcarum literarum studijs plurimum excelluit. Vnde & suo tempore nouum orbis prodigium vocata est, Ingenium sacris literis deuouit maxime, atq; adeo, vt Psalmos Hæbraice legeret cursim & mira celeritate, Qua in re amorem beati Hieronymi multum sibi demeruit.
- 58 ¶ Genebria mulier natione Veronensis tempore Pij secundi pontificis Romani, sua egregia eruditione meruit nomen immortale. Epistolas scripsit luculentas & maxima refertas doctrina. Recitabat decoro gestu, voce virili permixta suauitate.
- 59 ¶ Cōstantia Alexandri Sfortiæ vxor numeratur inter claras mulieres & excellētes doctrina. Ab infantia bonis disciplinis operā dedit, adeo vt imparata quoq; disertissime loqueretur. Habebat assidue præ manibus opera, Hieronymi, Ambrosij, Gregorij, Ciceronis & Lactantij. Valebat etiam scribendis ex tempore carminibus, non sine magna multorum admiratione. Quod sine præceptore ferebatur didicisse. Nec fuit tam illustri foemine germen simile. Habuit enim filiam Baptistam nomine, tanta doctrina, vt doctissimos quosque sua terreret eloquentia.
- 60 ¶ Blefillam Græce & Latine ad miraculum vsque doctam innuunt verba Hieronymi ad Paulam eius matrem ita scribentis, Si Græce audisses eam loquentem, Latine eam nescire putares. Si in Romanum sonum lingua eius se verterat, nihil omnino peregrinus sermo redolebat.
- ¶ Politianus in Nutricia plerasque mulieres doctas & eruditas his carminibus enumerat.
- Non illi praxilla suos, prædocta que Nossis  
Contulerint Myrtisque modos, non dulcis Agacles,  
Non Anyte, non que versus Erinna trecentos  
Castalio ceu melle rigat, non candida Myto,  
Non Telefilla ferox, Non quæ canit Aegida seuæ  
Pallados, effusum crimen vittata Corinna.

¶ Musæ nouem.

Calliope  
Clio  
Thalia

Euterpe  
Melpomene  
Polyhymnia

Erato  
Terpsicore  
Vrania.

**M**Vsas poetæ fingunt esse Iouis & memorię, seu Mnemosynes filias, quod doctum oporteat fecunda esse memoria. Dicunt insuper has musicæ præesse & carminum inuentricas vocant, quod Musa cantū significet, & poësis proxime ad Musam accedat, quum præsertim & numeris constet & prosodia. Fingunt earum sedem esse in Helycone Bœotię monte prope Phocidem, a quo vt a confinibus locis diuersa meruerunt nomina. Vocantur siquidem Helyconides & Helyconiodes ab Helycone. Parnasides a Parnaso Phocidis monte, vbi etiam finguntur habitare. Aonides & Aoniæ, ab Aonia, que est propinqua Phocidi. Cytheriades a Cytherone Bœotię monte. Pierides a Pieria regione Macedonię, vbi etiam musarum domus esse dicitur, Thespiades a Thespia oppido Helyconi propinquo. Pægasides a Pegaso equo Bellerophontis, qui pedum vngulis fontem e terra dicitur eliciuisse, sacrum Musis, nomine Hippocrenen, a quo & Hippocrenides dicitur, Libethrides

tur, Libethrides a Libethro Macedoniae monte sibi sacro, Pympleides seu Pymplee, vel a Pympleo Macedoniae fonte, vel monte Orchomenorum, Castalides quoque pari ratione dicuntur a poetis a Castalio fonte Parnasi, quem etiam sacrum musis fabulantur. Superest ut haec omnia testimonijs confirmemus. Virgilius in Buccolicis. Nymphæ nosfer amor Libethrides. Columella libro vndecimo. Nunc vos Pegasus comites Acheloidas oro. Ovidius in epistola Sapphus. At mihi Pegasus carmina dicant. Idem ibidem. Nec mihi Pierides subeunt, Dryadesve puellæ. Nec me Thespiadum caetera turba iuuat. Lucretius libro tertio. Adde Helyconiadum comites, quorum vnus Homerus. Ovidius libro quarto Fastorum. Pandite mandati memores Helyconis alumnae. Statius libro primo Sylvarum. Et superet Pymplea sitim. Sidonius. Hippocrinifatas iungebat Pegasus alas. Dicuntur etiam Aganippides & Aganippe ab Aganippe Beotiae fonte. Marullus. Nec melior vita scientia est. Exemploque Aganippidum. Item Ilissidae a fluuio Athenarum. Ligyobanorum genus. Corycides a colle vel antro apud Delphos. Mnemosynides a memoria. Calliope dicitur bona vox, Clio gloria vel celebritas. Erato amor vel cantus amoris, Thalia cantus lasciuia, Melpomene cantus, Terpsicore exultans choreis, Euterpe concentus suauitas, Polyhymnia multitudo cantionum & hymnorum, Varia sunt earum inuentata. Clio inuenit historiam, Thalia Georgiam & circa plantas Pragmatiam, Euterpe mathematicam, Terpsicore Pædiam, Erato Orchestim, Polyhymnia lyram, Melpomene cantum, Variam Astrologiam, Calliope poësim, Musis in Helycone rem primum diuinam fecerunt Orpheus & Ephialtes, sacrum illis dixerunt montem, quas tres tantum intelligi voluere. Meletem Mnemen, Aæden. Nouem postea fecit Pierus Macedo, nominibus (que nunc habentur) impostis, inquit Cælius Cap. 8. lib. 10. ¶ Pyrrhus rex is qui aduersus Romanos bellum gessit. Achatem in annulo habuisse dicitur, in qua nouem musæ, & Apollo cytharam tenens spectaretur. Non arte (inquit Plinius lib. 37.) sed sponte nature ita discurrentibus maculis, ut musis quoque singulis sua redderentur insignia. De mularum officio vide Diodorum libro quinto, & Ciceronem libro tertio de natura decorum.

¶ Gratia tres.

Pasythea

Egyale

Euphrosyne

Quas vocamus Gratias Latine, Graeci Charites vocant. Hesiodus posuit Aeglen, Euphrosynen & Thalam. De his Mætuanus. Properate sorores Gratia ab Orchomeno, tu primum Aglaia decoro Laticiam præ te ore ferens, tecumq; Thalia Cinthea sacrum viridi strophio caput, Euphrosineque læta genas, læta os roseum vaga lumina læta. Homerus vnâ ex his Pasytheam vocat. De Euphrosyne Baptista pius. Gestibus Euphrosyne, blandus amos oculis. Pinguntur autem facie virginum, hilari vultu vestibus lucidis & fluentibus. Item ut iuuenes, manibusque complexis seipsas inspicientes. Inducuntur a poetis saltantes verno tempore. Vnde Horatius. Iunctæque Nymphis Gratia decentes Alterno terram quatunt pede. Politianus in Rusis. In medijs resoluta comas, nudata papillas Ludit, & alterno terram pede gratia pulsat. De Pasythea Statius libro secundo Theb. Non hoc Pasythea blandarum prima sororum. Finguntur Iouis & Eurynomes fuisse filia & Veneris pedissequæ. De his vide Cælium Cap. 2. lib. 12, & Volaterranum in Philologia.

¶ Sibyllæ decem.

Perfica

Cumea

Cumana

Tyburina

Lybica

Eritheta

Hellepontia

Delphica

Samia

Phrygia

Fuerunt primis seculis puellæ vaticinio spiritu afflatæ & futura præfagientes, quas Sibyllas dixerunt. Decem autem scribit fuisse Varro. Cumana proprio nomine vocatur Amalthea, a Virgilio Deiphobe. Tyburinam veteres Alburneam appellant. De Cumana loquitur Tibullus libro secundo dicens. Hæc dedit Aeneæ fortes, postquam ille parentem dicitur & captos sustinuisse lares.

¶ Denominibus Sibyllarum meminit Mantuanus in Maria scribens.

OFFICINA

Disparitas facit ista fidem, nam Persica primum  
 Hæc cecinit, post hanc Lybicæ telluris alumna,  
 Delphicaque, & Cumas veniens a Chalcide virgo,  
 Antiquumque trahens cognomen ab equore rubro,  
 Et Samia, & regi quæ terna volumina Prisco  
 Attulit, angustæque fretum quam nominat helles,  
 Et Phrygio nutrita solo, quæque ardua tecta  
 Tyburis, & magnæ coluit iuga proxima Romæ.  
 Politianus in nutricia qualdam enumerat his verbis.

Quin & veteres prompsere Sybillæ  
 Carmen, Amalthea, & fati Marpesia diues  
 Herophileque idæa genus, prædoctaque Sabbe,  
 De moque, Phygoque, & veri gnara Phaennis  
 Et carmenta parens, & Manto, & Pythia longos  
 Phæmonoe commenta pedes, & filia Glauci.  
 Deiphobe. Sed hæc forte nomina sunt aliarum Phœbadum, Herophile ex Ioue & Lamia  
 Nepruni filia genita est. Prædixit excidium Troiæ & Helenæ raptum, Lactantius scribit  
 Amaltheam eandem esse cum Herophile seu Demophile, Qui omnium vaticinia volunt co  
 gnoscere, videant Lactantium.

¶ Nomina quarundam fœ minarum illustrium.

¶ Hecuba vxor Priami, Andromache Hectoris, Creusa Aeneæ, Artemisia Mausoli, Mo  
 nyma Mithridatis, Ersilia Romuli, Herpilida Aristotelis, Hipficrathea Mithridatis, Ama  
 strix Xerxis, Hermodice Myde, Semiramis Nini, Fundania Varronis, Plotina Traiani,  
 Cassadane Cyri, Atossa Darij, Sarra Abrahæ, Penelope Vlyssis, Dido Sichæi, Portia Bru  
 ti, Poppea Neronis, Eurydice Orphi, Pyrrha Deucalionis. ¶ Pirictione mater Platonis,  
 Ceres Proserpinae, Agrippina Neronis, Alcmena Herculis, Veturia Coriolani, Olympias  
 Alexandri, Helena Constantini, Critheis Homeri, Beronice Ptolemæi Philadelphi, Ilia Ro  
 muli, Elbia Ciceronis, Aurelia Iulij Caesaris, Alcimede Iasonis. ¶ Cassandra filia Priami,  
 Hesiione Laomedontis, Helena Lædæ, Musæ Iouis, Proserpina Cereris, Aegina Aesopi,  
 Andromeda Cephei, Ariadna Minois, Hypermetra Danaï, Niobe Tantali, Polixena He  
 cubæ, Deidamia Lycomedis, Europa Agenoris, Hypsiphe Thoantis, Ino Cadmi, Lauis  
 nia Latini regis, Maia Atlantis, Antigona Iocastæ, Manto Tyresæ, Vesta Saturni, Dire  
 ptis Mithridatis, Dionassa Lycurgi legumlatoris. ¶ Semiramis regina Assyriorum, Camil  
 la Volscorum, Nicaula seu Saba Aethiopum, Athalia Hæbreorum, Thomyris Scytharū,  
 Hester Persarum, Cleopatra Aegypti, Zenobia Palmyreorum, Amalafuntha Gothorum,  
 Theolinda Longobardorum, Radegundis Franciæ, Cassiope Aethiopum, Harpalice A  
 mazonum, Hippolyte Magnesiæ, Teuca Illyricorum. ¶ Item Minerua, Rhea, Iuno, Isis,  
 Diana, Delbora, Medea, Nicostrata, Penthesilæa, Sappho, Iudich Hæbrea, Lucretia, Chœ  
 lia Irene imperatrix, Ioanna Gallica, Briseis, Phyllis, Dirce Erigone, Iuturna soror Turni,  
 Oenone amica Paridis, Amazones omnes, Sybille, Poetrie, Atalâta venatrix, Nyssa, Scri  
 bonia, Victoria, Elpinice, Faunia Hyparetha, Locris, Macaria, Metella Myrtha, Nycia, Ol  
 bia, Papyria, Perictoria, Phestias, Phila, Phitais, Sandane, Seruilia, Sophonisba, Stratonice,  
 Terentia, Testa, Tymeia, Tymoclia, Naufica, Victorina, Sisigambis, Cæcilia, Panthea, Phe  
 dalia, Thargelia, Mammea, Theodora, Phya, Nitocris, Euryale, Hiera. Sunt & aliæ prope  
 infinite, quorum nuda nomina crescerent in volumen. Non ego commentarium hac in re  
 volui contexere, quum quod esset operis prope infiniti, tum etiam ne alienis vestigijs inis  
 sterem. Nam hoc iam negocium præmoliti sunt, Boccatus & aliquot alij. Si cui videbor  
 inaudita confinxisse nomina, legat Plutarchi vitas. Reperiet eorum, quæ videntur inuisita  
 ta) partem non modicam.

¶ Stroza pater illustres qualdam fœ minas  
 sequentibus verbis enumerat

Magnanimam Tomyrim, fortem propone Camillam,  
 Et subeat menti Penthesilæa tuæ.  
 Adde & Amazonias reliqua de stirpe sorores,  
 Respice Carmentam, respice Penelopen.  
 Vlti nephas animo, propriaque Lucretia dextra  
 Inuictio occurret clara pudore tibi.  
 At rapidum nando transmittere Chæli Tybrim,

Ausa, suis

Ausa, suis animis præmia digna tulit.  
 Quid te commemorem vestalæ Claudia virgo,  
 Qua stetit attoniti vindicæ fratris honos?  
 Quisve tuum dignis nomen Cornelia tollat  
 Laudibus? Aut animum Portia casta tuum?  
 Quis te prætereat generosi peccatoris Hæster,  
 Non bene damnatos protinus vltæ Syros?  
 Quisve Palestina genitam te stirpe virago,  
 Spem taceat patriæ subsidiumque tuæ?  
 Si fortasse petes exempla recentia, nonne  
 Cognita perpetua laude Mathildis erit?  
 Sponte opibus spretis regnum Violanta reliquit,  
 Sequæ sacri fociam maluit esse chori.

¶ Mulieres bellicosæ & masculæ virtutis.

1	Penthesilæa	11	Ioanna Gallica	21	Margarita
2	Camilla	12	Artemisia	22	Gaditanæ
3	Cleopatra	13	Amazones	23	Germanæ
4	Helerna	14	Atalanta	24	Bellouacæ
5	Candace	15	Thomyris	25	Lesbia
6	Semiramis	16	Delbora	26	Amalafuntha
7	Hippolyte	17	Hasbite	27	Maria put. olana
8	Zenobia	18	Tyburna	28	Bona Longobarda
9	Hypsiratea	19	Teuca	29	Arabicæ
10	Valasca	20	Lacynæ	30	Titula



**P**enthesilæa Amazonum regina, muliebrem aspernata molliciem  
 operibus semper (quæ virum decent) innutrita est. Troianis sauit  
 contra Græcos, fuitque vexillifera & turmas equitum duxit. Pro-  
 pertius libro tertio. Ausa ferox ab equo quondam oppugnare sas-  
 gittis Meotis Danaum Penthesilæa rates, Aurea cui postquam nu-  
 dauit castida frontem, Vicit victorem candida forma virum. Vir-  
 gilius libro primo Aeneidos.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis  
 Penthesilæa furens, medijsque in milibus ardet,

Aurea subnectens exerta cingula mamme  
 Bellatrix, audetque viris concurrere virgo.  
 Pæphilus. Nō probo peltatas inter quæ tela cateruas Hectore sub fortis sanguinolenta tulit?  
 ¶ Cumabula Camillæ Volscorum reginæ manifestum futuræ virtutis lumen promiserunt.  
 Nam ab ipsa iam tum infantia, non molliculis inuoluta est pannis, nona bladienibus nutri-  
 culis educata, sed a patre Metabo in medijs sylvarū latebris ferino lacte pasta est. Relictis  
 demum crepūdijs paulo prouectior facta, neq; tractandis insuevit lanis, nec fusos aut pen-  
 sa manibus accepit, sed ferinis amicta pellibus fundas cœpit circumagere, complicare ara-  
 cus, sagittas torquere, ceruos & capreas lassare cursu. Cui virtuti adiecit studium virginis  
 tatis. Orto demum inter Turnum & Aeneam bello, Rutulis adhæsit, fuitque ductrix co-  
 piarum. Quam eius virtutem Virgilius in fine septimi sic describit,  
 Hos super aduenit Volca de gente Camilla  
 Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas  
 Bellatrix, non illa colo, Calathis ve Mineræ  
 Fœmineas assueta manus, sed prælia virgo  
 Dura pati, cursuque pedum præuerrere ventos.  
 Illa vel intactæ segetis per summa volaret  
 Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.  
 Vel mare per medium fluctu suspensa tumentis  
 Ferret iter, celeres nec tingeret equore plantas.  
 ¶ Cleopatra Aegypti regina Dionysij Auletis filia, quum mortuo iam Cesare Antonium  
 lasciuientibus momordisset oculis, & in amorem sui pellexisset, præter Syriæ & Arabiæ re-  
 gnum aulæ est

gnum aufa est Romanum quoque imperium sperare. Quum ergo magis ac magis in dies crederet libido, imperium ipsum ab Antonio petere non dubitavit. Quod quum exorasset, sumptis cum eo armis, in Augustum eiusque generis Agrippam copias duxit, movitque bellum, cuius fortuna anceps aliquandiu pependit. Victis ad extremum Antonianis effrenata mulier cecinit receptui, ac se in pedes dedit cum adultero. Quos secutus victor Augustus ita oppressit, vt neglecta pacis conditione Antonium ad inferendam sibi mortem compulerit. Quo extincto vbi nullum rebus afflictis subsidium vidit Cleopatra, brachium Aspidi mordendum prebuit, ne in triumphum captiva raperetur. De hac Propertius libro tertio sic inquit,

Scilicet incesti meretrix regina Canopi  
 Vna Philippæo sanguine adusta nota,  
 Aufa Ioui nostro latrantem apponere Anubim,  
 Et Tyberim Nili cogere ferre minas,  
 Romanamque tubam crepitanti pellere fistro,  
 Baridos & contis rostra liburna sequi,  
 Fœdæque Tarpeio Conopea tendere faxo,  
 Iura dare statuas inter & arma mari.

- 4 Helerna Iani filia, mortuo patre apud Tyberim regnavit, p̄suevitq; viris sine viri auxilio,  
 5 Apud Meroem quoq; principata est Candace regina, & imperavit Aethiopum genti.  
 6 Semiramis regnandi libidine tota pruriens petisse fertur a marito Nino, vt quinque dies tantum imperaret, & scepro vteretur. Quod quum exorasset, satellitibus iussit, Nino vt interficerent. Hoc itaque modo regnum consecuta, Assyrijs tantisper dominata est, dū a Nino iunioris filio interfecta sit, quod eius concubitum rogasset. Eadem muros Babylo- nis condidit, aut a Nitocri regina conditos auxit & condidit. De hac Mantuanus lib. 3. de calami. Rex erat Assyrijs Ninus, atq; Semiramis vxor, Extincti post fata viri victricibus armis Protulit imperij fines, per Bactra, per Indos.  
 7 Hippolyte Amazonum regina quum instar cæterarum bello infuisset, aufa est arma capere in Theseum, a quo expugnata & in vxorem ducta est. Propertius. Felix Hippolyte nuda tulit arma papilla, Et textit galea barbara molle caput.  
 8 Zenobia Palmireorum regina post mortem Odenati mariti sui imperium arripuit in Syria, Nec dubitavit arma capere in Aurelium imperatorem, a quo victa & in triumphum ducta est. Quum autem probro daretur ipsi Aureliano, quod de ea triumphasset, Nihil inquit me pudet de femina triumphasse, quæ virtute plusquam virilis sit prædita. Pōtanus. Qualis & Aethiopum quōdam sitientibus aruis In fulsum regina gregem sese armat, & audet sola pedes sese irato obiectare leoni, Insignique arcu, & duplici Zenobia telo. De eius bellica virtute abunde meminerunt Flavius Vopiscus & Trebellius Pollio.  
 9 Hypsicratea Mithridatis coniunx in omni bellorum discrimine adiutrix astitit marito. Quinctiam capillos sibi rasit, ne ferendæ galeæ essent impedimento, Plutarchus in vita Pompeij.  
 10 Valasca Bohemorum regina facta cum cæteris mulieribus coniuratione de excutiendo virorum principatu, copiarum ductrix bellum movit, interfectis que viris foeminas omnes afferuit libertatem, adeo vt Amazonum instar multos annos principatq; sint sine viris. Vo lateranus in Geographia.  
 11 Regnante apud Gallos Carolo septimo quum Angli omnia populabundi passim irrumperent, & iā prospero fortunæ Zephyro adiuti nihil sibi non pollicerentur, desperatis Gal- lorum rebus adfuit Ioanna magni spiritus virguncula, quæ attritos Gallos animans ad v- tionem & libertatis gloriam, prima belli campum ingressa, non prius suos hortari & ipsa certare desijt, quam hostem in fugam verterit reportata victoria.  
 12 Artemisiam reginam Carix, & Mausoli coniugē mirantur Græci, quod irruentes Rhos- dios classe exuerit, insulam quoque domuerit erecta in vrbe statua, quæ civitati stygmata videretur inurere. Herodotus ad hunc modum de ea scribit. Verum ( inquit ) Artemi- sia præcipua me tenet admiratio, mulieris expeditionem aduersus Græciam secutæ, quæ defuncto viro nulla adacta necessitate, sed præstantia animi atque virilitate in militiam con- cessit. Nomē ei erat Artemisij Lydami filix, Paternum genus ex Halicarnasso, maternum ex Creta. Hæc Halicarnassais & Cois, & Nisyrijs, & Calydnijs quinque cum naualibus venit omni copia instructis.  
 13 Vulgata est & nota Amazonum virtus, quæ reiecto virorum & principatu & commer- tio solæ sibi imperauerunt, suamque libertatem armis defenderunt.

Atalanta venatrix



- C**Atalanta venatrix fuit Arcadica, vibrandis iaculis & arcubus complicandis assuefacta, que inusitate magnitudinis apru vniuersę formidolosum Aetholię prima aggressa est & vulneravit vna cum Meleagro. Pontanus libro tertio de Stellis de hac puella, de eiusque virtute sic meminit. 14  
 Qualis in Aetholum campis Meleagria virgo stravit aprum, primamque manu stringente sagittam  
 Intorquens, aUSA est spumanti occurrere monstro,  
 Mox lata & spolijs, famosa & cade superba.  
**C**Thomyris Scytharum regina potentissimo Persarum regi Cyro, bello congressa est, ipsa sumque & vita & castris spoliavit ad vlciscendam filij mortem, quem ille prius occiderat. Author Herodotus libro primo, vbi non Scytharum reginam sed Massagetarum vocat. Scythas autem pro Massagetis intelligi docet Strabo libro vndecimo.  
**C**Delbora mulier bellatrix, imperavit Israelitis, quos ab incursionibus vicinorum plerumque tutata est, quorumque remp. & imperium varijs auxit honoribus. 16  
**C**Virtutem Hasbites foeminae bellis exercite sic describit Syllius libro primo.  
 Hęc ignara viri, vacuoque assueta cubili  
 Venatu & syluis primos defenderat Amos. 17  
 Non calathis mollita manus, operata ve fuso,  
 Dycinam, & saltus, & anhelum impellere planta  
 Cornipedem, ac strauisse feras immitis amabat.  
 Idem libro secundo ait Tyburnam Sagunthinam fuisse foeminam Murrhi vxorem, & bellatricem. 18  
**C**Teuca Illyricorum regina, viris fortissimis imperavit, & Romanorum vires fregit saepe numero. Fuit Argonis vxor, De hac Plynius, & Florus meminerunt. 19  
**C**Lacena mulieres virorum obibant munera, sese in gymnasio, in bello, in venatione exercentes. Hęc cum viris in certamen aduersus Messenios fortiter descenderunt. 20  
**C**Margarita Henrici sexti Britannia regis coniunx aciem viri deficientem restituit. 21  
**C**Gaditanae mulieres, a partu statim surgunt, ministeriaque domus obeunt. 22  
**C**Qlim Germanorum mulieres, inclinatum aciem, & iam ad Triarios virgentem restituerunt. 23  
**C**Bellouaca mulieres a Carolo Burgundiorum duce longa obsidione fatigata, moenia defenderunt, & obsessorem e scalis in fossas vrbs detruferunt, reportatis ad suos vexillis. 24  
**C**Lesbia puella murorum parte machinis Turcarum defecta, oppidanis fugam aut dedicationem meditantibus salutem peperit. Obtulit enim se primam impetui & iaculis inimicorum pro tutandis ipsis muris. 25  
**C**Amalafuntha Gothorum regina principata est apud Rauennam, Burgundiones & Alemanos Liguriam populates Italia pepulit, adiuuante Theodato, quem regni consortem suscepit. Volaterranus. 26  
**C**Maria Puteolana a Puteolis Campanię vrbe nomen adepta, bellica virtute maxime floruit etate Fracisci Petrarchae. Erat laborum apprime patiens ab ipsa iam inde adolescentia. Abstinebat vino, Erat parca cibi & verborum. Reiciebat colos, pensa, fufos, & lanas, & cetera que muliebrem decent molliciem. Gaudebat arcubus, iaculis, pilo, galea, scuto, Noctes perpetuas quandoque vigilabat, nec dormiebat nisi coacta idque sub dio & humi, reclinans caput in scutum pro puluinari. Inter armatos versabatur. Quod quamuis impudentia speciem preferat, nihil tamen vehemētius curauit, quam studium virginittatis, in qua permanfit ad mortem vsque. Cultum corporis aspernabatur. Quibus artibus bellicosa admodum facta est. 27  
**C**Bona Longobarda bellatrix itidem puella floruit anno domini. 1468. Nupsit Brunorio Parmensi egregio bellatori. A teneris annis lustrabat syluas venatricibus stipata canibus, Maritu in omni discrimine comitabatur. Quam quum Alphonfus rex Siciliae aliquando certa de causa in vincula conicisset, miserta captiui foemina ad diuersos principes instar Pagasarij cursoris currit, vt ab eis literas & patrociniū obtineret pro viri salute, quod obtinuit. 28  
**C**Arabice mulieres suos maritos ad bellum comitantur, iisdemque armis accinctę, eidem periculo vitam exponunt. Pontanus libro primo de amore coniugali. Felices Arabum gētes, quibus vxor in armis Astat, & audaci strenua fertur equo. Illa fudes, hastā que viro, iaculumque ministrat. Adiuuat, & nulli non fauet ipsi loco. Communisque vtrique labor, fortunaque belli, Atque idem casus, vitaque, morsque manent. 29

OFFICINA

30 ¶ Quum Latini & Volsci iunctis copijs impetum fecissent in Romanos, petissentque siue ad querendam belli occasionem, seu ad suæ prolis incrementum dari sibi ingenuas ad con nubia virgines, ancilla quædam Romana nomine Titula, vel (vt quidam scribunt) Philo tida primores vr̄bis monuit, vt se reliquasque ancillas in morem nobilis sponsæ ornatas, eas maxime, quæ amabili forma & liberali essent aspectu, ad hostes mitterent, testata se cu raturam vt ea res male verteret inimicis. Eius consilio quum principes vr̄bis paruissent, vna cum reliquis puellis in castra inimicorum profecta est, vbi facinus egregium, & mai⁹ quam vt a fœmina factum credatur, ausa est molliri. Quum enim vidit latinos iam pericu li securos, viuo sepultos & fomno stertere, dormientibus gladios subduxit, Demum altis simam conscendens arborem, Romam versus, vt cum principibus conuenerat, inflamma tam faciem intendit. Quo signo Romani paratum & excubantem exercitum adducentes, dormientem hostem adorti sunt, multisque interfectis beneficio puellæ victoriam confe cuti sunt. Plutarchus in Camillo.

¶ Amazones.

Harpalice  
Antianyra  
Antiopa  
Lampedo  
Minythia  
Harpe  
Parthoe  
Phœbo  
Penthesilæa

Artemisia  
Hippolyte  
Orithya  
Thalestris  
Allea  
Eribie  
Archenis  
Menalippe

Molpodia  
Thomyris  
Myrina  
Marthesia  
Strongylios  
Euryale  
Philippis  
Cœleno



¶ Amazones Scythicæ fuerunt mulieres ad Tanaim & Thremodoon ta fluuios habitantes. Vnde Claudianus. Thremodoontica Tanaim fregere securi. Syllius lib. octauo. Perstrepit & tellus, & Amazonius Thremodon. Hæ quum nuptias seruitutem esse, non matrimonium opinarentur, animam nubendi omiserunt, Duxerunt temp. sine viris. Solebant inire finitimos, ne gens periret. Si qui mares nascerentur, interficiebant. Virgines non ocio neque la nificio, sed armis, equis, venationibus & sagittis exercebant. In fantibus dexteriores inurebant mammæ, ne sagittarum ictus im pediretur. Duæ primum his reginæ fuerunt Marthesia & Lampedo, quæ maiore Europe parte suis armis potenter subacta, Asiæ quoque nonnullas ciuitates occupauere. Marthe sie successit Orithya, seruata in omne æuum virginitate commendabilis. Hac principante cum Antiopæ forore, bello petitæ sunt ab Hercule, quas quum vicisset, Antiopem & Menalippen rapuit Hercules, Theseus Hippolyten. Orithyæ successit Penthesilæa, quæ dum Troianis suppetias ferret, ab Achille iuxta multorum opinionem interfecta est. Quæ mor tua reliquæ iam egre se tutantes ad Alexandri ætatem durauerunt. Huius Minythia concubitum per dies. 14. obtinuit, vt filiū haberet paternæ virtutis heredem. ¶ Molpodia no men est Amazonis apud Plutarchum, quam Theseus in bello contra Amazonas interfecit. ¶ Myrina regina fuit Amazonum, quæ triginta millia peditum, & duo millia equitum in exercitu habuisse dicitur. Diodorus lib. 4. Ceterum Peltæ & securim primæ omnium inuenerunt. Vnde securigeræ & peltiferæ dicuntur. Pelta quoque & securis Amazonicæ & Penthesileæ dicuntur. Ouidius in epistola Phædræ. Prima securigeras inter virtute puell las. Val. Flac. lib. 5. Vtque securigeras stimulauerit ira cateruas. Statius lib. 12. Non cum peltiferis atque hæc tibi pugna puellis. Horatius li. 4. Car. Amazonia securi dextras obar met. Ouid. lib. 2. de Ponto. Nec tibi Amazonia est pro me fumenda securis. Mantuanus. Penthesileæa non inferiora securi, Amazonum quædam poetarum carminibus celebratæ sunt. ¶ Harpalice. Virg. lib. 1. Aeneid. Vel qualis equos Threïssa fatigat Harpalice, Volus cremque fuga præuertitur hebrum. ¶ Penthesileæa. Idem. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesileæa furens, medijsque in millibus ardet. ¶ Hippolyte. Seneca in Agamennone. Vidit Hippolyte ferox pectore e medio rapi Spolium & sagittas. Claudianus. Inter frementes Hippolyte tubas strictam securim languida poneret. ¶ Harpe. Valerius Flaccus libro sexto. Qua Pelta vacat, iamque ibat in harpem. Menalippe. Virg.

lippe, Virg. Threiciã sexto spoliavit Amazona baltheo. Porro autẽ Stephanus Bizantius scribit Amazonas Sauropatidas a Græcis fuisse appellatas, q̄ lacertis vefcerentur, quas illi Sauras vocant. De earum moribus pauca admodum Curtius refert libro quinto de geſtis Alexandri his verbis, Veſtis non toto Amazonum corpori obducitur, nam læua pars eſt ad pectus nuda, cætera deinde velantur, nec tamen finus (quem nodo colligunt) infra tur dextra, vt arcus facilius intendant, & tela vibrent. Stroza pater libro primo Eroticon de quibusdam ſic meminit.

Virginitas vltro ſeruata, & bellica virtus

Magnum Orithyie contribuere decus.

Lampidon, Hippolyten, Menalipen iane videmus

Illuſtres inter nomen habere viros

His quoque ſe comitem merito Martheſia iungit.

Nec caret Antiopæ laude, nec Harpalice.

De Amazonibus meminerunt Trogius lib. 2. Herodotus lib. 4. Valerius Flaccus libro. 5. & Diodorus Siculus libro quarto.

¶ Bella & alia quædam mala a mulieribus orta

**B**ellum Græcorum in Troianos ortum eſt ab Helenæ raptu. Ouidius lib. 1. Elegia. Qualis ab Europa Phrygijs aduecta carinis, Coniugibus belli cauſa duobus erat. Propertius libro ſecundo, Olim mirabar, quod tanti ad Pergama belli Europæ atque Aſiæ cauſa puella fuit. Idem libro ſecundo. His olim (vt fama eſt) vicij ad prælia ventum eſt. His Troiana vides funera principijs. Seneca. Quisquam dubius ad thalamos eat, Quos ſuadet Helenæ peſtis exitium, Lues, Vtriuſque populi. Cernis hos tumulos ducẽ, Et nuda totis offa (quæ paſſim iacent) inhumata campis. hæc hymen ſparſit tuus, Tibi fluxit Aſiæ, fluxit Europæ cruor.

¶ Pelops quum Phrygiæ regno ſuceſſiſſet, bellum mouit in Oenomaum patrem Hippodamie propter puellam ipſam adamatam, & negatam ſibi in matrimonio.

¶ Alia fuit Hippodamia Atracij filia & vxor Pyrithoi, quam quum mero caeſcentes & aſtuantes libidine Centauri rapuiſſent, bello petiti ſunt a Pyrithoi. Vnde puellam ipſam Propertius Iſcomachen vocat. Iſco enim Græce ſignificat habeo, & mache dicitur pugna. Verba eius ſunt hæc. Qualis & iſcomache Lapithæ genus heroinæ, Centauris medio grata rapina mero. Idem. Alpera Centauros eadem dementia iuſſit Frangere in aduerſum poſtula Pyrithoum, Ouidius libro. 14. Helene non pluribus eſſet Sollicitata procis, nec quæ Lapithæia mouit Prælia.

¶ Archelaus rex Macedoniæ interfectus eſt ab adolescente Crateua nomine, quem habebat in delicijs, quod ei promiſſam filiam, alteri poſt habuerit. Volaterranus.

¶ Archilochus poeta Iambographus Lycambem ſocerum ad præpoſteram laquei mortem impulit, propter eius filiam ſibi in matrimonio denegatam. Vnde Ouidius. Poſt modo ſi perges, in te mihi liber iambus Tincta Lycambæ ofanguine tela dabit.

¶ Penelles propter Alpaſiam concubinam, Samios infeſtos mileſijs debellauit. Plutar.

¶ T. Coruncanum liberius in legatione ad Teucam Illyricorum reginam locutum regina ipſa interfici iuſſit violato gentium iure, Liuius, & Florus.

¶ Propter Cryſeidem filiam Cryſæ (qui ſacerdos fuit Apollinis) ab Agamennone raptam Apollo peſtem in caſtra Græcorum immiſit, quæ non prius deſijt ſerpere, quam patri ſuo reddita ſit puella. Tortellius.

¶ Propter Lauiniam Latini regis & Amate filiam ortum eſt bellum inter Aeneam & Turnum, dum vterque eam ſibi in matrimonium dari cuperet. Pontanus libro quarto de Stelis. Hinc atrox bellum exoritur, pro coniuge certat Hinc rutulum manus, hinc fulgentibus Arcadis armis. Ac tandem victor potitur regnoque toroque, Sed fato cadit infelix caua ad antra Numyci.

¶ Roma condita quum Romulus ad augendum vrbis populum, Sabinorum fœminas rapuiſſet, inde bellum ortum eſt & motum a maritis raptum vlcisci & raptas repetere volentibus. Propertius libro ſecundo. Cur exempla petam Graium? Tu criminis ather Nutritus duro Romule lacte Lupe, Tu rapere intactas docuiſti impune Sabinas, Per te nũc Roma quidlibet audet amor.

¶ Mortuo Menelao Megapenthus & Nicoſtratus Oreſtis filij Helenam in Rhodum fugauerunt, vbi a Polyzo Tilipolemi vxori arbore ſuſpenſa eſt ob Zelotypiam. Pauſanias apud Volaterranum.

OFFICINA

- C**lysimachus filius Agathoclis filium Agathoclem ( cuius auspicijs multa bella feliciter gesserat ) veneno sustulit instigante Arsinoe nouerca Ptolemæi forore, Volaterranus.
- C**Lucretius poeta amore fœminæ in furorem versus amatorij hausit poculum, quo spiritum efflauit, Volaterranus.
- C**Tullia procurauit, vt maritus suus Seruius Tullius a Tarquinio superbo interficeretur.
- C**Sanfon cum Dalidæ vxori crinem fatalem ostendisset, in quo prodigioſe vires conſiſtebant, dormiens ab eadem ralus incidit in manus inimicorum.
- C**Iphis egregia forma adoleſcens ſpretus ab Anaxarete puella ſe ſuſpēdit.
- C**Deiānyra author fuit duelli inter Herculem & Neſſum Centaurum atque etiā mortis ipſius Hercules. Seneca. O turpe fatum, fœmina Herculeæ neſcis author feretur, Fuit etiā cauſa belli inter eundem Herculem & Acheloum, Vnde Claudianus. Herculeas vidit fluuiō luſtante paleſtras Mœnibus ex altis Calydon, præcumque laboris Deiānyra fuit.
- C**Achab rex Iſraelitorum ſuaſu Iezabelis vxoris, occidit prophetas.
- C**Chilpericus Clotharij filius opera Fridegundis ſeu fridegundæ vxoris, dum venatu rediret, interfectus eſt.
- C**Seleucus Callinicus rex Syriæ dum nouercam Berenicem Ptolemæi fororem expulſiſſet ab ipſo Ptolemæo bello petitus eſt. luſtinus lib. 27.
- C**Deiphobus inſidijs Helenæ ( quam poſt mortem Paridis coniugem duxerat ) occiſus eſt toto corpore inhoneſtis plagis deformato.
- C**Amphiaraus vates quum præuidiſſet ſe periturum Thebis, ſi eo ad bellum proficiſcere tur, coniecit ſe in latebras & occuluit, Eum tamen prodidit vxor Eryphile ſpe habendi moniliſ aurei, quod gerebat Polynices, Itaque vxoris fraude coactus ire Thebas, hiātu terræ abſorptus eſt.
- C**Euander Pallantis Arcadum regis nepos, ſuaſu Nicoſtræ matris occidit patrem ſuum, Tortellius.
- C**Eduardus Anglorum rex & martyr, vxoris ſuæ fraude occiſus eſt.
- C**Pterelas Thebanorum rex, proditiōe filia, Polydices interfectus eſt a Creonte.
- C**Niſus quoque Megarenſis rex obſeſus a Minoe rege Cretæ, proditiōe Scyllæ filia ( quæ Minois amore tenebatur ) fatalem amiſit crinem, atque ita ab hoſte interfectus eſt. De vtroque Ouidius. Filia ne ve magis capiti ſit fida parentis. Quam tua vel Pterela, vel tua Niſe fuit.
- C**Cleopatra cauſa fuit belli inter Ptolemæum Philopatorem patrem ſuum & Alexandrū Syriæ regem.
- C**Gandulphus martyr dum vxorem adulterij increparet, eiſdem inſidijs interfectus eſt ab adultero.
- C**Hippolytus a Phædra nouerca ſtupri falſo accuſatus, dum Theſei patris furorem vellet declinare, diſcerptus eſt ab equis.
- C**Propter Hermionem Oreſtes Pyrrhum occidit.
- C**Othocarus rex Bohemiæ inſimulatus ignauie & timoris ab vxore Margarita, quum Rodulpho Cefare fœdus inſiſſet, bellum mouit, in quo proſtigatus eſt, Volaterranus.
- C**loram Iſraelitarum rex ſuaſu Athaliæ vxoris infinita prope commiſit flagitia.
- C**llis cauſa fuit, cur Mercurius mandato Iouis Argum occiderit.
- C**Luchinus Italiæ comes mouit bellum in Vgolinum Gonzagam propter Iſabellam vxorem ſuam ab ipſo Vgolino vitiatam, Volaterranus.
- C**Martia meretrix Antonium Commodum Impera, ( cuius erat concubina ) fecit occidi ab Athleta quodam, quo cum adulterij conſuetudinem habebat, Sextus Aurelius.
- C**Rodericus Gothorum rex, quum filiam Iuliani cuiuſdam præfecti ( qui Tingitanā prouinciā adminiſtrabat ) adulteraſſet, dolore animatus pater, Sarracenos conuocauit, mouitque bellum, in quo ſeptingenta vtriuſque millia hominum perierunt Volaterranus.
- C**Alexander inſtinctu Thaidis meretriculæ Perſepolim vrbeſ combuſſit. Curtius libro quinto. Ebrio ( inquit ſeorto ) de tanta re ferentem ſententiam, vnus & alter, & ipſi mero ones rati aſſentiuntur, rex quoque fuit audior, quam patientior. Quin igitur vlcifimur Greciam, & vrbi faces ſubdimus. Omnes incaluerant mero, Itaque ſurgunt temulenti, ad incendendam vrbeſ, cui armati pepercerant. Primus rex ignem regie iniecit, tum coniuſ, & miniſtri, pellicesque. Author etiā Cælius Cap. 15. lib. 8.
- C**Violata Lucretia cauſa fuit exigendi regum principatu, quemadmodum per virginiam Triumuir deſierunt.
- C**Octauia foror Auguſti ab Antonio repudiata, cauſa fuit belli ciuiliſ

Antiochus dum bellum gereret in Romanos, vino & veneri dies multos indulfit, cum puella quadam Chalcidenii, quam deperibat. Ex quo factum est, vt mollicie illa delicijsq; corruptus hosti, victoriam reliquerit. Lius libro, 36.

Stelicea mulier fuit admodum elegante vultu & rara in alijs pulchritudine, cuius spectabilis forma causa fuit externarum litium inter Aristidem & Themistoclem, quum ab eorum utroq; adamaretur. Plutarchus Themistocle, 1

Quidius libro secundo Eleg. de quibusdam bellis & alijs multis malis, quorum autores extit erunt foemine, ad hunc modum scribit.

Nec belli est noua cura mei, Nisi rapta fuisset.

Tyndaris, Europe pax Asię que foret.

Foemina syluestres Lapythas populūq; biformē

Turpiter apposito vertit in arma mero.

Foemina Troianos iterum noua bella mouere

Impulit in regno iuste Latine tuo.

Foemina Romanis iterū nunc vrbe recenti

Immisit soceros, armaque faua dedit.

Vidi ego p niuea pugnātes cōiuge tauros

Spectatrix animos ipsa iuuenca dabat.

Item Horatius libro primo Ser. Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli Causa.

Item Pamphilus Saxus.

Baccatum caperet coniūnx vt aurora monile,

luit ad infernas Amphiaras aquas.

Tyndaris ad Phrygi vultum cor flexit amantis,

Et Menelaem liquit iniqua domum.

Vertit opes Asia, dilicet moenia Troię,

Hectora vulneribus fodit & Acacidem.

Fraude Clytemnestre clarus maclatur Atrides,

Fraude cadis natę tu quoque Nise tuę.

Ad Ptolomeęam nam munera transtulit vrberem

Caesaris & magni sceptrā beata Numę.

Que tenuit Pharium meretrix scelerata Canopū,

Opponens latijs stridula sinistra tubis.

Vineta, faces, ferrum, læthalia spicula, virus.

Sub roseis claudit queque puella genis.

Mantuanus, Hinc veniunt rigę, veniunt & iurgia & arma, Sepe etiam dirę multo cū sanguine mortes, Hinc quoque dilectis euerse moenibus vrbes. Idem Egloga. 4. Que criminosa non sunt.

Foemine tentata manu, dedit hostibus arcem.

Decepta ornatu brachi Tarpeia sinistra.

Sequit in natos manibus Medę cruentis.

Tyndaris ægeas oneravit nauibus vndas.

Scylla hostem sequitur patri furata capillum,

Fratrem Biblis amat, subicit se Myrrha parenti.

Concubitus nati Longęua Semiramis ardet.

Causa necis vati coniunx fuit Amphiarao.

Occidere viros nocturnis Belides armis.

Orphea membratim Cicones secuere poctam.

Cognita Luxuria petulantia Palsiphęę.

Phædra pudicitiam contra crudeliter ausa est.

Decepit Iudęa virum Rebecca, suamque

Progeniem valens hircino guttura tergo,

Porrigit Alcide coniunx fatale venenum.

Decipit hippodame patrem Lauinia Troes.

Implicat ancipiti bello, Bryseis Achillem

Depulit e castris, demens Bryseide factus

Fulminat Atrides, & sentit Apollinis iras.

Eua genus nostrum felicibus expulit aruis.

Idas et lynceus



Das & lyncus Aruene & Apharej filij pro leucippi filiab<sup>9</sup> Phoebe & llaira aduersus Castora & pollucem prope Spartam dimicant. In quo congressu perijt Castor. Polluci autem profuit immortalitas. ¶ Contra tamen nonnullę reperuntur fœmine, quę maximi quandoque boni authores exuterunt, sed breui admodum numero.

¶ Dominica vxor Valentis Imp. Gothos ad euertendam Constantinopolim irruentes pacauit. Paulus Diaconus.

¶ Anno verbi incarnati circiter. 412. constituerat Ataulphus Gothorum rex, urbem Romam, vel diripere, vel expugnare saltem, eamq; Gothiam appellare, nisi Placidia honorij, foror & vxor ipsius barbari ferocientem animum & iam paratum secleris verbis emolluisset. Idem Diaconus.

¶ Inguldus foror Childeberti Hermogillum Lemogildi Gothorum regis filium, & maritum suum ad christianam conuertit pietatem. Volaterranus.

¶ Clotildis regina Francię Clodoucum regem maritum suum Childerici filium, eodẽ modo ad cultum sacre religionis induxit. Volaterranus.

¶ Pompeia Plautina Iulianum imp. maritum suum auertit ab extorquenda populo pecunia & colligendo fisco. Author Sextus Aurelius. His adduntur Helena Cōstantini mater, Monica Augustini, & nonnullę alię.

Nouerę quædam.

Ino.	Hippodamia.	Casperia.
Phædra.	Stratonice.	Iulia.
Gidica.	Ida.	Iuno.
Opœa.	Eriboœa.	Alfrida.
Martina.	Nuceria.	

**I**nophryxi & helles Athamantis filię fuit nouerca. ¶ Hippodamia Chryssippi. ¶ Casperia Archemoli. ¶ Phædra Hippolyti. ¶ Stratonice Antiochi Sotheris. Iulia Antonij Caracallę. ¶ Gidica Comminj. ¶ Ida Phinidarum. ¶ Iuno Herculis. ¶ Opœa Seylis regis Scytharum. ¶ Eriboœa Mercurij. ¶ Alfrida Eduardi secundi Anglorū regis. ¶ Martina Constantini heraclij quem veneno sustulit. ¶ Nuceria vxor Hebij, nouerca fuit firmi, quem morti dedit. Author Plutarchus in parall.

¶ Textrices & Lanificę.

Pholoe.	Pamphile.	Arachne.
Closter.	Penelope.	

**P**holoe Cretensis fuit fœmina, lanificij et texturę admodum perita. Virgilius libro quinto Aeneid. Olli serua datur operum haud ignara Mineruę, Cressa genus Pholoe, geminique sub vberē nati.

¶ Prima tales texere, easque retorqueri inuenit in Co, Pamphile mulier Platis filia. Author Plynus libro vndecimo Cap. 22.

¶ Arachne (vt fabulantur poete) quum esset lanificij peritissima, ausa est Mineruam eius artis inuentricem ad certamen prouocare. A qua victa, in araneã mutata est, quę nũc quos que nere non definit, suisque filis, heret adhuc pensilis. Architrenius Nobile surgit opus, leuius quam torfit Arachne, Pollice Lyda manus & vestibus impluit aurum, Pectinis ingenio nulli cessura.

¶ Fusos in lanificio reperit Kloster filius Arachnes Linum & Rhetia Arachne ipsa, Author Plynio.

¶ Fuit & optima textrix Penelope poetarum testimonio. Ouidius. Nec mihi quęrenti spaciociam fallere noctem, Lassaret viduas pendula tela manus. Vnde & tela Penelopę & icariotis dicitur, quod icari filia fuerit Penelope. Idem Ouidius libro tertio de Ponto. Morte nihil opus est, nihil Icarotide tela.

Vestales quędam virgines.

Oppia.	Claudig.	Fonteia.
Marcia.	Minutia.	Floronia.
Posthumia.	Sextilia.	Tutia.
Caig.	Suffecig.	Licina.
Vidibia.		

**O**ppia vna fuit ex vestalibus, quę comperta stupri viua defossa est. Stroza filius vestalis virgo lęsi damnata pudoris, Contegor hoc viuens Oppia sub tumulo. Liuius libro vigesimosecundo

vigesimosecundo hanc Opimiam vocat.

Fuit Fonteia Vestalis soror M. Fonteij, qui quum Gallie exercitui preesset, accusatus est, prouincie male administrate. ¶ Marcia item incesti damnata. ¶ Minutia propter elegantem corporis cultum venit in suspensionem libidinis. Vnde & viua defossa est. Liuius libro octauo. ¶ Floronia conuicta stupri sibi mortem intulit metu grauioris supplicij. Liuius lib. vigesimosecundo. ¶ Posthumiam Vestalem nimius corporis cultus stupri quoque suspectam fecit. Pontificum tamen absoluta est sententia. Liuius libro quarto.

¶ Stupri damnata est Sextilia, vt etiam Tutia. Authore Liuius. ¶ Thracie Caiæ, siue Suffetiae statua posita est Authore Plynio. ¶ Plutarchus in Gracchis ait Liciniam fuisse vnam e Vestalibus. Plotinus accusauit M. Crassum incestus cum Licinia, vt testatur idem Plutar.

¶ Vbia Vestalis fuit, quam Messalina misit ad pacadum Claudium maritum suum, quæ iratum sibi intellexerat. Cornelius Tacitus.

¶ Ferunt Geganiam & Bereniam vestales a Numa primum sacratus fuisse, deinde Camillam & Tarpeiam. His autem virginibus annorum triginta ab rege castitas prescripta est. Plutarchus in vita Numæ.

¶ Fuit & Cornelia vestalis virgo, quam stupri conuictam Domitianus imperator defossit. stupratoribus in comitio ad necem cæsis. De hac Cornelia vide vndecimam epistolam libri quarti Plynij.

¶ Claudia virgo fuit vestalis, quæ quum in stupri venisset suspensionem, ad testimonium & argumentum suæ pudicitie simulachrum Cybeles hærens in Tyberis vado, cingulo suo circum circum traxit cum nauis in qua erat, quam tamen multa hominum millia vestigio educere ne quiterant. Perpetuus libro quarto. Vel tu qui tardam mouisti fune Cybelem, Claudia turpiter rara ministra deæ. Huius rei meminerunt Liuius libro vigesimo nono, Lactantius lib. secundo, & Ouidius libro quarto Fastorum.

#### Exercitus numerosi.

1	Exercitus Tartarorum	28	Exercitus Marij & Catulli
2	Exercitus Pompeij in Cæsarem.	29	Exercitus Mithridatis.
3	Exercitus Cæsaris in Pompeium.	30	Exercitus Pompeij in pyratas.
4	Exercitus Mardonij.	31	Exercitus Pelopidæ in Syracusanos.
5	Exercitus Hieroboam,	32	Exercitus Heluetiorum.
6	Exercitus Athilæ.	33	Exercitus Ariouisti Germanorum regis.
7	Exercitus Amuratis.	34	Exercitus Neuiorum in Cæsarem.
8	Exercitus Brenni & Senonum.	35	Exercitus Luculli in Mithridatem.
9	Exercitus Theodorici.	36	Exercitus Persei.
10	Exercitus Tamburlani.	37	Exercitus Tigranis Armenie regis.
11	Exercitus Antigoni.	38	Exercitus Terentij Varronis.
12	Exercitus Antiochi.	39	Exercitus T. Q. Flaminij.
13	Exercitus Annibalis.	40	Exercitus eumenis.
	Exercitus Hispanorū in Annibalem.	41	Exercitus Radagasi Gothorum regis
14	Exercitus Acheorū.	42	Exercitus L. Acmylij & C. Attulij.
15	Exercitus Atheniensium in Syracusanos.	43	Exercitus vectigis.
16	Exercitus Artaxerxis.	44	Exercitus Gallorum,
17	Exercitus Darij in Alexandrum.		Exercitus Q. Fabij Maximi.
18	Exercitus Alexandri.	45	exercitus Aruernorum.
19	Exercitus Antigoni.	46	exercitus Besoftris.
20	Exercitus Seleuci & Antiochi.	47	exercitus Nini in Bactrianos.
21	Exercitus M. Antonij in parthos.	48	exercitus Xerxis.
22	Exercitus parthorum in Antonium.	49	exercitus Græcorum in Troianos.
23	Exercitus Antonij in Cæsarem.	50	exercitus Troianorum in Græcos.
24	Exercitus Cæsaris in Antonium.	51	exercitus Mosis.
25	Exercitus Crassi in parthos.	52	exercitus Hierosolymarum.
26	Exercitus Carthaginensium in Siciliam.	53	exercitus Caroli Martelli.
27	Exercitus Demetrii.	54	exercitus Antiochi.

#### EXPLANATIO.

Bela quarto

- 1 **B** Ela quarto Andree Hierosolymitani filio apud Pannonios regna te Tartari cum quingentis armatorum millibus Pannonia ingressi sunt, a quibus superatus Bela aufugit. Volaterranus.
- 2 **P**ompeij in Caesarem dimicantis acies habuit. 40. millia peditum, equitum in sinistro cornu septem millia, in dextro quinque. Prætoris Orientis auxilia, totam urbis nobilitatem, senatores, Prætorios, Consulares, Eutropius.
- 3 **C**æsar in acie habuit peditum, 30. millia, equites non amplius mille. Author Eutropius.
- 4 **M**ardonius Persa (quem Xerxes apud Salaminem reliquit, ut dispartatos milites reficeret) habuit in exercitu peditum ducenta millia, equitum viginti millia. Victus est tamen apud Plateas a Paulania Lacedæmonio turmis longe minoribus stipato. Cælius Cap. 62. libri. 16.
- 5 **H**ieroboam rex Israelitarum in exercitu (quem contra Abyam iudeorum regem duxit) habuit. 80. millia bellatorum, Abyas vero. 40. Iosephus octavo Antiquitatum.
- 6 **A**thyla rex Hunnorum in exercitu quinquaginta armatorum millia, Sabellicus.
- 7 **A**murathes rex Turcarum Pannoniam cum centum hominum millibus ingressus est, quam bis domuit. Volaterranus.
- 8 **S**enonum dux Brennus (qui primus Romanam superbiam retudit) habuit. 300. millia
- 9 **T**heodericus Clodouei primi filius in Italiam cum. 80. millibus traiecit, quibus impetu repentino Belisarii copias fregit, omnemque trāspadanam subiugavit regionem. Vola.
- 10 **T**amburlanus Scytharum rex Euphratem fluium cum sexcentis peditum millibus, equitum vero trecentis traiecit, quo numero Asiam minorem obtinuit. Regem Turcarum Pazaitem captiuum duxit, Scythas, Moedos, Albanos, Mesopotamiam, Parthiam, Persiam, Armeniam sibi subiugavit. Volaterranus in geogra.
- 11 **E**xercitus Antigoni habuit peditum viginti millia, Equites trecentos.
- 12 **E**xercitus Antiochi, 300. millia armatorum, quibus Romanos inuasit. Falcatis etiā curribus, & Elephantis aciem instruxit. Author Sextus Aurelius.
- 13 **C**ertum non est quantæ fuerint Annibalis copię. Alij centum millia peditum & viginti equitum fuisse dicunt. Quidam aiunt addita ex Gallis & Liguribus. 80. millia peditum, decem equitum. Plutarchus ait Annibalem habuisse in armis ad ceterum & quinquaginta bellatorum millia in expugnatione Sagunthi. Eutropius centum quinquaginta millia peditum equitum viginti. Quamuis autem exactus ad fidem numerus dari nequeat. hoc tamen argui potest numerolum habuisse exercitum, quod amissis in Alpium traiectu triginta milibus, adhuc Romanorum potentiam non expauerit.
- H**ermandici Arbocolani, Olcades, & Carpentani hispanię populi supra centum hominum millia in Annibalem a Vacceis eiusdem regionis populis redeuntem armauerint, Authore Plutarcho, quam tamen multitudinem Annibal multis prius interfectis in fugam vertit, & post hanc victoriam cunctos trans iberum populos ad deditionem compulsi præter Sagunthinos.
- 14 **A**cheorum exercitus in Cleomonem ducem Spartanorum fuit viginti millium peditum equitum mille.
- 15 **A**thenienses in Syracusanos certaturi duce Alcibiade, habuerunt supra centum, & quadraginta triremes, Centum, & quinque millia peditum, tum sagittarios, & funditores mille & trecentos. Tormentorum præterea, ac machinarum expugnandis urbibus copiam ingentem. Plutarchus in Alcibiade.
- 16 **E**xercitus Artaxerxis regis Persarum in Cadusios, habuit triginta peditum millia, pedites mille. Sabellicus.
- 17 **C**entaurus in Alexandrum Darius habuit sexcenta hominum millia. Plutarchus scribit, Dario fuisse decies centena millia militum. Q. Curtius minorem illi facit copiarum numerum libro quarto quum ait, Summa totius Darij exercitus equites, 45. millia pedestris acies, 200. millia expleuerat.
- 18 **C**opiarum Alexandri qui minimum asserunt numerum, tricena millia peditum, equitum vero quinque fuisse tradunt. Fertur in Asiam traiecisse cum millibus armatorum non amplius. 48. Volaterranus. Iustinus libro vndecimo scribit eum tantum habuisse peditum triginta duo millia, equitum quattuor & quingentos, naues centum. 82. Hac tam parua manu (inquit idem) vniuersum terrarum orbem, vtrum sit admirabilius, vicerit, an aggressi ausus fuerit incertum est.



- Antigonus** Philippi filius, & pater Demetrii Poliorcetes Macedoniae regis habuit in exercitu contra Seleucum Syriae principem & alios reges supra, 70, millia peditum, equitū vero decem millia, Item Elephantos, 75. 19
- Seleucus** vero & Antiochus eius filius armarunt in ipsum Antigonum, 94, millia peditum, equites supra decem millia, Elephantos quadringentos, currus centum & viginti. 20
- Bellans** in parthos M. Antonius habuit, 60, Romanorum peditum millia, & his auxilia equitum adiuncta, Hispanorum, & Gallorum decem millia, Caeterarum nationum equitū peditumq; trecenta millia, Plutarchus, 21
- Parthorum** vero exercitus in Antonium habuit, 400, millia equitum, 22
- Exercitus Antonij** contra Caesarem habuit peditum centum millia, Equitum, 22, Naues quingentas, Plutarchus, 23
- Exercitus Caesaris** contra Antonium habuit naues ducentas quinquaginta peditum, 80, millia, equitum, 22, Idem Plutarchus in Antonio, 24
- Exercitus Crassi** contra Parthos habuit peditum legiones septem, Equitū quattuor millia ac totidem velites, 25
- Carthaginenses** Siciliam cum septuaginta millibus militum, ducentis triremibus & mille nauibus inuaserunt, Quos tamen superauit Timoleon dux Corinthiorum, eorumq; castra diripuit desideratis decem millibus, 26
- Demetrius** Antigoni & Stratonices filius & Macedoniae rex habuit in copijs, peditum decem millia, equitum decem, naues quingentas, 27
- Exercitus Marij** & Catuli contra Cimbros habuit quinquaginta hominum millia cum trecentis militibus, Plutarchus, 28
- Mithridates** rex Ponti habuit peditum centum millia, equitum decem, currus falcatos nonaginta, Caelius ad hunc modum de Mithridate, Habuit (inquit) equitum, 50, peditum, 250, millia, Machinarum vero ac omnis bellici instrumenti par eius summa, Depugnabāt cum eo reges Dynastaeque Armeniae, ac Scytharum, qui circa Pontum incolunt supra Meotidem paludem, 29
- Pompeius** in bello contra Pyratas habuit quingentas naues, peditum centum & viginti millia, Equitum quinque, Plutarchus, 30
- Pelopidas** dux Thebanorum duxit contra Syracusanos septuaginta millia militum, 31
- Heluetiorum** in Galliam Aquitanicam irrupere volentium tempore Iulij Caesaris exercitus habuit trecenta hominum millia, Volaterra, in geogra, 32
- Credibile est** Ariouistum Germanorum regem numerosas habuisse copias, vel hoc vno argumento, quod a Cesare victus octoginta militum suorum millia amiserit, auctore Plutarcho, Scribit Eutropius fuisse in exercitu Germanorum qui sibi Gallias subicere parabant, 440, millia, 33
- Neruij** (quos Lucanus rebelles vocat, quiq; nostro tempore Tornacenses vocantur) in bello contra Caesarem sexaginta hominum millia amiserunt, Eutropius libro sexto scribit eos habuisse in exercitu, 272, millia, 34
- Luculli** copiae in Mithridatem Armeniae regem fuerunt triginta millia peditum, equitum duo millia cum quingentis, 35
- Perseo** Macedoniae regi in Paulum Aemylum dimicaturu fuisse quattuor millia equitū peditum vero, 48, millia, 36
- Tigrani** regi Armeniae, fuisse ducenta quinquaginta quinque armatorum millia contra Romanos, qui e tanto exercitu peditum centum millia, equitum vero quinquaginta Lucullo duce interfecerunt, 37
- Terentius** Varro consul & Aemilij Pauli collega habuit in exercitu octo & octoginta hominum millia contra Carthaginenses, 38
- Quintus** Flaminius in bello contra Philippum Macedoniae regem habuit, 26, millia hominum, 39
- Habuit** Eumenes rex Pergami in exercitu contra Macedones, 36, millia bellatorum, 40
- Radagasus** Gothorum rex (qui floruit Arcadij & honorij imperatorum temporibus) habuit in exercitu supra ducenta bellatorum millia, Author Paulus Diaconus, 41
- L. Aemilius** & Atilius consules principio sui consulatus quattuor legiones vrbanas in Gallos armauerunt, quarum singulis quinque millia & ducenti pedites, equites vero trecenti inerant, Habebant & ex sociorum auxilijs triginta millia peditum, Equitū vero duo millia, Cui numero Thufci & Sabini septuaginta addiderunt millia, vbi primum Galli Apenninum transire nunciati sunt, Post hos Vmbri & Sarfennate Apennini incolę viginti millia contulerunt 42

- contulerunt. Sanites, 70. millia peditū. Equitū septē millia. Iapigenſes, & Meſapij. 50. millia peditū. Equitū. 16. millia. Lucani. 30. millia peditū. Equitū tria millia. Marſi, Maricini, ſerentani, & Veſtini peditū viginti millia. Eoq; modo ceterę totius Italię vrbes ſuas ſuppeditias contulerunt, ita vt numerus excreuerit ad ſepties centena millia peditū. Equitū vero 70. millia. Author Polybius, qui dū forte ſuis mendacijs Gallos deprimere, Romanos vero laudare ſtudet, ſua ſpe fallitur. Nam ſi ita eſt, nihil a ccedit Gallis opprobrij, quin potius plurimum laudis meruerunt, q̄ Italię (quę totius orbis ſe vocabat imperatricem) tantū terrorem inculſerint, vt nullo, quolibet numeroſo exercitu ſe ſatis tutos opinarentur. Sed asge, quid egerunt Galli? Nondubitarunt (vt eſt gens ipſa periculi contēnens, & vitę ſue p̄dīga) contractis vndiq; tot centurijs, quinquaginta non amplius millia opponere. De hoc Italię numeroſo exercitu Vide Volaterranum de Gallorum rebus geſtis.
- 43 ¶ Veſtigis rex Gothorum poſt Atalaricū filiū Amalafunthę reginę, ad obſidionē vr̄bis Romę cū ducentis armatorū millibus profectus eſt. Volaterra.
- 44 ¶ Scriptores (qui gloriā Gallorū, nō niſi retortis oculis poſſunt inſpicere) aiūt ducenta Gallorū millia proſligata fuiſſe a Q. Fabio maximo triginta vix millibus ſtipato. Hoc autē quā fabuloſum ſit, cęcis pateat, vel hoc vno argumento, q̄ eo tempore quo altera manu orientem, altera occidentem complecti ſe gloriabantur. Brenno Senonum duci, nec in ſuis p̄mœrijs, atque adeo ſterquilinijs reſiſtere potuerint.
- 45 ¶ Soli Aruerni (modica Gallorum portio) ducenta bellatorum millia obiecerunt Aemyliano Maximo ad Iſare, & Rhodani confluenta. Strabo.
- 46 ¶ Sefoſtris rex Aegypti (qui inſuetam ſeruitij Arabiam ſubegit, maximam lybię partē occupauit) habuit in pedeftribus copijs ſexcenta peditum millia, equitum vero, 24. Curruū bello aptorum octo millia & viginti. Diogenes libro ſecundo.
- 47 ¶ Ninus Aſſyriorum rex armauit in Baſtrianos decies ſepties centena millia peditum, equitum, ducenta. Curruum, 100. millia, author apud Diodorum Ecclēſias.
- 48 ¶ Xerxes rex Perſarum in Gręcos dimicaturus habuit de regno ſuo ſeptingenta millia de auxilijs trecenta Roſtratas naues mille, & ducentas, Onerarias ad tria millia. Toto numero habuit tria millia nauium, in quibus fuerunt hominum Myriades, 23. Terreſtris autem exercitus fuerunt centum, & ſeptuaginta Myriades. Equitum octo. Herodotus lib. 7.
- 49 ¶ Ad vindicandum Helenę raptum, Gręci armauerunt in Troianos, 886. bellatorū millia. Volaterranus.
- 50 ¶ Contra vero Troiani habuerūt, 676. millia, Carinas circiter mille, Author Dares Phrygius.
- 51 ¶ Exercitus ſub Moſe habuit, 63. millia. Imbellis autem popelli, 550. millia. Tota ſumma millies mille, & centum quinquaginta. Iosephus libro tertio Iudaicę hiſt.
- 52 ¶ Obſeſſis a Veſpaſiano Hieroſolymis vndecies centena millia ferro, & fame perierunt. Author Iosephus.
- 53 ¶ Carollo Martello Gallorum regi fuerūt trecenta armatorum millia. ¶ Porro autem Laedęmones prodibant in bellum cum tibiarum modulatione, vt ſuauiſſimo cantu deliniri nō reminiſcerentur periculi. Pari modo Cretenſes canebant cithara.
- 54 ¶ Maſſagetę rubras induebant tunicas, ne vulneratorum cruor terrorem ceteris afferret. ¶ Parthi in fuga ſagittas a tergo iaculantur. Lucanus. Ocyor & miſſa Parthi poſt terga ſagitta.
- ¶ Habuit Antiochus in expeditione quam in Parthos mouit octingenta millia armatorū & trecenta lixarum millia, ex quibus coquorum, piſſorum, ſcēnicorumq; maior fuit numerus. Iuſtinus lib. 38.

¶ Bella in quibus multum  
cruoris effuſum eſt.

1	Bellum Abyę in Hieroboam;	9	Bellum Cyri in Scythas;
2	Bellum Phaceę regis.	10	Bellum Milciadis.
3	Bellum Adadi regis Syrię.	11	Bellum Claudij Neronis & Liuij Salinatoris.
4	Bella Cęſaris.	12	Bellum Scytharum.
5	Bellum Gedeonis.	13	Bellum M. Claudij, & C. Cornelij;
6	Bellum Athylę.	14	Bellum Erioleę regis Hiſpanię.
7	Bellum Ladillai regis Pannonię.	15	Bellum Eduardi quarti.
8	Bellum Caroli Martelli.		

Bellum Claudij

16	Bellum Claudij Imperatoris	20	Alia pleraque bella,
17	Bellum Cosrois regis Perfarum	21	Bellum Annibalis in transitu Alpium
18	Bellum Roderici.	22	Bellum Scipionis contra Annibalem.
19	Bellum Q. Fabij.	23	Bellum Aetolorum contra Theſſalos.

EXPLANATIO.



Byas iudeorum rex bellans in Hieroboam regem Israelitarū quin-  
gēta millia ex eius exercitu deleuit, Iosephus libro octauo Antiqui-  
tatum.

¶ Phaceas rex vno die deleuit ex copijs Achab Iudeorū regis post  
Iotham. 120. millia bellatorum, & ducenta vtriusque sexus millia  
captiua duxit.

¶ In bello Adadi Syriæ regis contra Achab Israelitarum regem pe-  
rierunt ferre hominum centum millia, ruina murorum viginti ses-  
ptem millia. Iosephus.

¶ C. Cæsar dictator prædicare solitus dicitur vndecies centum, & nonaginta millia præter,  
eos qui ciuilibus bellis perijissent, suo ductu, & auspicijs cæsa. Sabellicus in Exemplis.

¶ Gedeon nocte vna apud Iordanem centum, & viginti millia Madianitarum interfecit.

¶ In agro Tholosano Attila rex Hunnorum congressus est cum Aetio, & Theodorico Go-  
thorum regibus. In quo confecti. 120. millia virorum decubuerunt. Paulus Diaconus.

¶ Quantam suorum stragem acceperit Ladislaus rex Pannoniæ, dum in Amuratem regē  
Turcarum confingeret, hinc auspicari licet, quod ex ipsis etiam victoribus quadringenta  
millia post pugnam desiderata sint. Sabellicus in exemplis.

¶ Carolus Martellus Gallorum rex Abidiramum Visigothorum regem (qui in Galliā ho-  
stiter iruperat) ad Burgadalam domuit. Ceciditque eius exercitu. 385. millia, quum ta-  
men Franci non amplius mille perierint. Sabellicus in exemplis.

¶ Cyrus Perfarum rex traiecto Araxe cum ducentis millibus in Scythas profectus, tam in-  
felicitè bellauit, vt ne nuncius quidem tantæ cladis superfuerit. Sabellicus.

¶ Milciades Atheniensium dux in Marathone Atticæ campo centum millia ex Darij Per-  
farum regis exercitu profligauit. Sunt etiam qui ducenta dicant deleta. Sabellicus.

¶ Claudius Nero, & Liuius Salinator sexaginta Pœnorum millia apud Metaurum Vm-  
bricæ fluiuium ceciderunt, dum Afrubal fratri suo Annibali suppetias ferre conaretur. Plu-  
tarchus.

¶ Nicodoniā, seu Hadrianopolim Thraciæ vrbem, quum cepissent Scythæ, in ea centū  
hominum millia iugulata sunt. Volaterranus.

¶ M. Claudius & C. Cornelius consules quinquaginta Gallorum millia profligarunt.

¶ Friola filius Alphonſi Catholici regis Hispaniæ, 50. millia Sarracenorum in bello occi-  
dit. Volaterranus.

¶ In bello Eduardi quarti Anglorum regis contra Scotos, perierunt Scotorum. 60. millia,  
Anglorum septem solus. Idem Volaterranus.

¶ Claudius secundus imperator. 320. millia Gothorum cecidit ad Martinopolim, & nauis  
um merſit duo millia, author Trebellius Pollio.

¶ Cosroes rex Perfarum Palestinam cum hierosolyma, ac nongentis millibus christiano-  
rum evertit. Volaterranus.

¶ In bello Roderici regis Gothorum contra Sarracenos. 700. millia hominum vtrinque pe-  
rierunt. Idem Volaterranus.

¶ Q. Fabius Allobrox de exercitu Bituiti Aruernorum regis, 120. millia hominum ceci-  
dit. Liuius lib. 61.

¶ Cæsa sunt ab Alexandro ex Darij exercitu peditum centum millia, equitum decem. Cur-  
nius libro tertio. ¶ Cæsa sunt a Crasso duodecim millia de Spartaci exercitu. ¶ Cæsa ad can-  
nas Romanorum. 50. millia. Liuius & Plutarchus aiunt cæsa fuisse apud Cannas ex roma-  
nis ad. 40. millia peditum, equitum vero duo millia & septingentos. Polybius maiorem fa-  
cit interfectorum numerum. In eo bello perijt Paulus Aemilius consul Terentij Varronis  
collega. Quanta fuerit clades illa hinc argui licet, quod aurei annuli Romanis equitibus q-  
ui in bello ceciderant, detracti, modij vnus ac dimidij mensuram excesserint. Eutropius scri-  
bit viginti consulares perijisse in eo bello, Senatores captos aut occisos triginta, viros nobi-  
liores trecentos, pedites quadraginta millia, equites tria millia et quingentos.

Cæsa ad

OFFICINA

¶ Cæsa ad Graniū flumen a Lucullo ex Mithridatis copijs hominum viginti millia, præter captos. ¶ Cæsa sunt a Pompeio ex Iberis nouem millia. Cæsa Sylla ex Marianis viginti millia. ¶ Decem millia ex Mithridatis exercitu a Pompeio. ¶ Cæsa a Ptolemeo ex Demetrii exercitu, 50. millia. ¶ Cæsa ab Alexandro Perfarum, 22. millia.

¶ Cæsa a Parthis, Romanorū decem millia duce Crasso. Cæse ex Scipionis & Catonis exercitu a Cæsare quinq; hominum myriades. Cæsa a Mithridate septem Romanorū millia. Cæsa a Lucullo, ex Tigranis Armenicę regis exercitu peditum cētum millia, equitum quinquaginta. Cæsa octo millia Cilicum a Lucullo. Cæsa, 80. millia Germanorum sub Ariouisto duce a Cæsare. Cæsa Pœnorum, 40. millia a Scipione. Cæsa, 15. millia Romanorum ad Trasymenum. Cæsa, 60. millia Neruiorum a Cæsare. Cæsa, 30. millia hominum de exercitu filiorum Pompeij a Cæsare. Cæsa in bello Macedonum contra Lacedæmonios quinque millia, & trecenti, ex Macedonibus trecenti, & non amplius. Cæsa in vrbe Hierosolymitanæ excidio vndecies centena millia. Cæsa a Britannis Romanorum, 70. millia ducibus Petilio, & Suetonio. Author Cornelius Tacitus. Cæsa paulopost a Romanis Britannorum, 80. millia. Quam cladem ægreferens Boudicea eorum regina Veneno clausit vitam. Cæsa a Gratiano imp. triginta Alemanorum millia, apud Argentarium oppidum. Author Sextus Aurelius. Cæsa ab Annibale ex Romanis, 18. millia duce Fulvio prætore.

¶ Annibal in transitu Alpium amisit supra triginta millia hominum, non tantum in conflictibus contra montanos susceptis, verū etiam propter angustias asperitatesque viarum, in quibus superandis tantum insumpsit laboris & operę, vt quibusdam in locis peringentia saxa, igni acetoque putrefacta sibi aperuerit iter. Plutarchus.

¶ In conflictu Scipionis Africani contra Annibalem apud zamam Africę ciuitatem, cæsa sunt aut capta ex Carthaginensium copijs supra quadraginta millia. Annibal tamen effugit incolumis. Victor demum Scipio quum suo arbitrio leges & conditiones pacis imponeret, eorum naues quibus maxime confidebant, quingentas numero cremari iussit. Plutarchus & Lilius lib. 3.

¶ Aetoli & Latini Tito Quinto Flaminio duce, triginta Thessalorum millia opprefferunt, & Philippum Macedonum principem ad fugam impulerunt. Vnde tale est apud Plutarchum Epigramma. Fletibus & busto indecores terdena viator Thessalię oppetimus millia in hoc tumulto. Martem sub Aetolum domiti, & virtute Latinum. Quod Titus immensa duxit ab Italia. Emathicę cladem trux spiritus ille Philippi. Ceruorum cursu præpete lapsus abijt. Hęc Alcęus poeta in Philippi vituperium edidit.

¶ Belicofī viri, cum illis  
stribus victorij.

1	Alexander	22	Codrus	42	T. Sempronius
2	Xerxes	23	Idanthyrus	43	Manl. Capitolinus
3	Arfaces	24	Arturus	44	M. Cl. Marcellus
4	Tamburlanus	25	Leonidas	45	C. Marius
5	Amurathes	26	Clodoueus		Porfena
6	Seleucus	27	Theodericus	46	Cocles
7	Antiochus	28	Carolus Martelus	47	Scipio Africanus
8	Cyrus	29	Carolus Magnus	48	Scipio Aemylianus
9	Darius	30	Gedeon	49	M. Scæua
10	Mithridates	31	Cleophantus	50	Paulus Aemylius
11	Annibal	32	Conon	51	Aurelianus
12	Aratus	33	Pompeius	52	Iustinianus
13	Cleomenes	34	Cæsar	53	L. Sicinius Dětatus
14	Demetrius	35	Marcus Antonius	54	M. Sergius
15	Epaminundas	36	Attilius regulus	55	Vespasianus
16	Lyfimachus	37	Acilius	56	Manl. Torquatus
17	Pyrrhus		Cynegyus	57	Augustus
18	Philippus Macedo.	38	Acilinus	58	M. Probus
19	Timoleon	39	Furius Camillus	59	Nonnulli Romani
20	Ceneus	40	M. Curius	60	Gylippus
21	Archidamus	41	T. Q. Flaminius	61	Alia plerique.

Alexander



Alexander Macedo Philippi ex Olympiade filius tantum nomen  
 bellica virtute sibi comparauit, vt recens quoque sit semper eius  
 memoria. Viginti natus annos Thebaseuertit. Traiecto Hellespō  
 to Ilium profectus est, vbi animaduerso Achilles sepulchro Achilē  
 lem ipsum felicem predicauit, q̄ laudū suarū præconem habuisset  
 Homerum. Dariū Persarū regē ad Granū flumem perdomuit cæ  
 sis viginti Persarū millibus, vbi Dariū ipsum cū vxore, & filiabus  
 captiuū duxit, quē tamē iterū donauit venia. Verū vbi tertio redī  
 tegrasset copias, victo regnū eripuit. Eius tamē interfectiorē Bel  
 sum supplicio affectit. Scythas demū lacessiuit. In India Porum regē numerosis armatū co  
 p̄is, & quattuor cubitis cū palmo procerū fudit, cui & pepercit. Curtius & Plutar. autho.  
 C Xerxes rex Persarum centena millia armauit in Græciam. Athon montem aceto dirupit,  
 dirupit fecit peruium velis. Cum Themistocle congressus est, & apud Salaminem ab  
 eodem victus. Post aliquot annos cum Cimone Atheniensium duce manu conferens, quū  
 fortunam vbique nouercam experiretur, voluptati se dedit.  
 C Arfaces obfcure conditionis homo collecta Scytharum exulum manu Parthos subegit,  
 Syriæ regem Seleucum, & Hircanos redegit in seruitutem.  
 C Amburlanus Scytharum rex Mædos, Albanos, Mesopotamiam, Persiam, Parthiam, &  
 Armeniam subiugauit. Traiecto cum, 600. millibus peditum, equitum vero trecentis Eu  
 phrate Asiam minorem obtinuit. Regem Turcarum Pazaitem captiuum in laqueos con  
 iecit, tanta feritate, vt enim instar beluę Clatris inclusum, secum semper duxerit, & sub mē  
 sa in modum canis micas, & frustilla comedere iusserit, equumque alcensurus, eius humer  
 os pro scabello pedibus conculcauerit.  
 C Amurathes rex Turcarum Theffalonicam urbem vi captam diripuit, Epyrum & Aes  
 tholiam subiugauit, Pannoniam cum centum armatorum millibus ingressus est. Pannoni  
 os bis bello fudit.  
 C Seleucus Nicanor rex Syrię Babylonem cepit, Baçtrianos expugnauit, Penetrauit ad  
 Indiam. Compositis in Oriente rebus Lyfimachum domuit & interfecit. Trogus libro. 15.  
 & Volaterranus in Geographia.  
 C Antiochus maximus Syriæ rex Babyloniam, Aegyptum, & Iudæam patrio adiecit impe  
 rio. Græciam cum sexaginta millibus intrauit.  
 C Cyrus Aftyagem regno Persarum expulit translato in Persas Mædorum imperio. Baç  
 bylonios cum Cræso Lydorum rege domuit, quem primo venia donatum, ac secundo res  
 bellantem vita, & regno spoliavit. Subacta Asia, ac toto Oriēte aggressus est Scythas, vbi  
 a Thomyri eorum regina victus est, & interfectus.  
 C Darius Istaspis filius Babylonios perdomuit. Ionas nauali prælio superauit. Atheniens  
 libus congressus est, sed magno suo incommodo.  
 C Mithridates Phraatis filius, Parthorum auxit imperium. Armenios nunquam antea sub  
 iugum missos adortus est. Babylonios accepit in deditioem, fratre interfecto, quem sub  
 ditū regno præfecerant ob ipsius Mithridatis crudelitatem. Cum Romanis bellum gerens  
 Crallum cum filio, ac toto exercitu deleuit.  
 C Annibal Amilcharis filius viginti annos natus Sagunthum expugnauit. In Italiam quin  
 to mense superatis Alpibus ab Hispania peruenit. Apud Ticinum Cornelium Scipionē  
 patrem Africani maioris occurrentem superauit. Sempronium consulem apud Trebiā in  
 genti clade affectit. C. Flaminiū quoque profligauit ad Thrasimenum, interfectis ex eius  
 copijs, 25. millibus. P. Aemiliū, & Terentium consules cum exercitu deleuit apud Can  
 nas, vbi senatores, 90. alij ad. 45. millia perierunt, vbi & annulo: um modij tres reperti  
 sunt. Inde omnium metu accessit proxime Romam, & ad tertium vsque lapidem Claudiū  
 Marcellum Romanorum ducem iterum fudit, & ad extremum victus a Scipione, Romam  
 liberauit metu. Liuius.  
 C Aratus dux Sicyonius collecta coniuratorum manu patriam seruitute liberauit, expulit  
 que Nicoclem tyrannum. Composito patriæ statu dux Achæorum factus, eorum Remp.  
 annos. 24. felicissime administruit. Locridem, & Calydoniam depopulatus est, Acroco  
 nithum expugnauit, Macedonibus inde repullis Argeorum tyrannos Aristonicum pri  
 mo, deinde Aristippum bello sustulit. Aetholos Achæis inimicos plerumque debellauit,  
 Sublatus demum dicitur, & veneno: potus a Philippo Macedonum rege, cui erat formido  
 losus.

- 13 **C**leomenes dux Lacedæmoniorum Aratum ducem Achæorum multis affectit cladibus, Argos antea nulli expugnatum in potestatem recepit. Annos. 14. felicissime imperauit, suisque reliquit multas illustres victorias.
- 14 **C**Demetrius Poliorcetes Antigoni Macedoniæ regis filius traiecto Euphrate Babyloniam occupauit, Athenas a Cassandri & Ptolemæi imperio redemit, Cyprum expugnato Ptolemæo nauali bello recepit. Bœotios accepit in deditionem. Pyrrhum ab oppugnatione Thessaliam repressit. Ad extremum fortuna insidiante venit in manus Antiochi.
- 15 **C**Epaminondas Thebarum princeps, cum Lacedæmonijs congressus multas victorias retulit. Traiectus lancea, & in castra semianimis relatus, ubi audiuit saluum esse scutum suum, nec ab hostibus raptum, Bene res habet inquit, mortem hanc morior lubens, Atque ita veluti gratulabundus expirauit. Mantuanus. Thebanumque ducem strictos ea misit in hostes, Qui sua pro populo moriens complectitur arma.
- 16 **C**Lysimachus Agathoclis filius Leoni famelico, Alexandri iussu datus in prædam (quod Cassiodorus in Iustheni captiuo ad remedium calamitatis dedisset venenum) manum amiculo inuolutam in os leonis intulit, arreptaque lingua feram examinauit. Quo illustri facinore conciliatus est Alexandro. Trogus lib. 15.
- 17 **C**Pyrrhus Epyrotarum rex Leuinum consulem apud Heracleam bellorum nouitate turbauit. Ad vigesimum ab vrbe lapidem castra posuit. Curio, & Fabricio congressus est. Argos obsedit, ubi tegule iactu ad extremum fertur perisisse.
- 18 **C**Philippus Macedo Athenienses vicit, Traiecit in Illyricum, Larissam urbem cepit, expugnauit Thessaliam & Methonem Magnesię urbem. Dux a Thebanis delectus contra Phocenses, eos diripuit, Olynthios deleuit, Arisbam Epyri regem regno deiecit. Bizantiũ obsedit, ubi longa mora consumptus, ad Pyriticam se conuertit, Scythas stratagemate superauit. Rebellantes iterum Athenienses domuit.
- 19 **C**Timoleon dux Corinthius Syracusas a Dyonisij tyrannide liberauit, tyrannum in exilium misit, Leontinorum principem nomine Ictem bello captum interfecit. Mamercum
- 20 Catanzę tyrannum in fugam vertit. Leptinum (qui Apoloniam pervim ceperat) captum & vincitum Corinthum misit. Carthaginenses in Siciliam irrumpentes superauit, eorumque castra diripuit.
- 21 **C**Ceneus Thessalus, quum multis interfuisset prelijs, nunquam tamen ledi potuit. Hinc natum prouerbiũ. Inuulnerabilis vt Ceneus. Erasimus. Nestor apud Ouidium libro duodecimo. Vestro fuit vnicus æuo, Cõtēptor ferri, nulloque forabilis ictu Cycnus, at ipse olim patientem vulnera mille Corpore non læso perrhebum Cęnea vidi, Cęnea perrhebum, qui factis indlytus Othryn incoluit.
- 22 **C**Archidamus lacedæmoniorum princeps Methonem ad Athenienses deficientem recepit. In bello contra Pylon primus e nauis profiliens, nec vulneratus est, nec scutum amisit. Aduersus Amphipolim strenue decertauit, Tandem insimulatus, quod Agnoni Thracię regi faueret, damnatus est.
- 23 **C**Codrus Atheniensium rex, quum in bello Peloponnesiaco, accepisset ab oraculo victricem fore gentem, cuius princeps bello periret, relictis vestibus imperatorijs, gregarium se finxit militem, eoque modo inimicis occidendum se prebuit.
- 24 **C**Danthyrus Scytharum rex bello res magnas gessit, multum Asię subiugauit, & totam prope Aegyptum peruagatus est.
- 25 **C**Arturus rex Britannię adeo bellica virtute excelluit, vt quadringentos, & sexaginta viros in prelio solus interfecerit, ac regna plurima suę adiecerit ditioni. Vtebatur galea aurea in qua sculptum Draconem prefebat, Ferebat clypeum, in quo picta erat Christi paregenitricis effigies, vt in omni discrimine, rebusque omnibus eam semper haberet præ oculis velut adiutricem. Vtebatur lancea ardua, & inusitata ponderis, quam secum deferri semper volebat. Cantatissima est eius virtus, & recens prope memoria frequensque fama in ore omnium.
- 26 **C**Leonidas Spartanus quattuor, nec amplius suorum millibus stipatus, ausus est manum conferere cum numero illo & omnium post homines natos populosissimo xerxis Persarum regis exercitu apud angustias Thermopylarum, ubi parta victoria, immortale quodque sibi nomen peperit. Idem quoque milites solebat hortari, vt pranderet tanquam apud inferos cœnaturi, quo verbo iubebat eos esse vacuos metu. Iustinus libro secundo.
- C**Clodoueus Gallorum rex Alemanos domuit, Gothos regno suo expulit, Alaricum eorum regem

rum regem cecidit, Aliaque permulta egit facinora, quibus docuit gentem suam ad arma 26  
natam.

¶ Huius filius Theodericus Turingiam cum rege subiugauit, Traiecit in Italiam cū. 80.  
millibus armatorum, Belisarij copias repentino fregit impetu, Transpadanam regionem 27  
vicit, Decem Burgundiorum millia, Gothis auxilio misit.

¶ Carolus Martellus Pipini primi filius Aurelianos vno impetu fudit, Traiecto Rheno  
Alemanos, Sueuos, Bauaros, regno Frācorū adiecit, Sarracenos ab Eudone duce in Aequi 28  
taniā vocatos profligauit caelis ex eorundem exercitu. 385. millibus, Amorrem alterū  
eorum regē suppetias Achimo apud Narbonem obfesso ferentem deleuit, Gothos (q̄ His  
paniam citeriorem Gallie partem annos iam, 300. turbauerant) profligauit, Omnem pos  
tremo Galliam Francorum regno subiecit, Volaterranus.

¶ Carolus magnus Pipini secundi filius, euidentis virtutis Gallicæ reliquit argumentū, In  
primis Aquitanorum regem Himuldum in deditionem accepit, Accersitus ab Adriano 29  
pōtifice, Longobardos cum duce Delyderio Italia expulit, quam annos iam, 204. possede  
rant, Domum reuersus bellum Saxonum (quod annos prope, 34. durauerat) quamuis in  
terpolatum prosecutus est, Quos sub iugum redactos ad Christianæ quoque pietatis cult  
um induxit, Aigolandum Sarracenum, Hispanosque male de Christo sentientes subius  
gauit, Beneuentanorum (qui duce Araiso in Romanum pontificem tumultum parabant)  
reprellit, Taxilonem Bauaricū ducem res nouas molientem sola pacauit legatione, Hūnos  
(qui Pannoniam occupauerant) magnis affecit cladibus, Godefredum Normānorum ducem  
Francorum socios vexantem in potestatem suam redegit, Leonem tertium Pont. a Ro  
manis expulsum suæ sedi restituit, Cui tantę virtuti adiecit amorem literarum, quas vsq̄  
re procevo, vastis præter consuetudinem viribus, Volaterranus.

¶ Gedon iudex Hebręorū percussit quatuor reges Madianitarum Oreb, Zeb, Zebeg,  
& Salmanam, Interfecitque ex eorum exercitu, 120. millia hominum apud iordanē nocte 30  
vna, Iosephus libro quinto Antiquitatum.

¶ Fecit Themistocles filium suum Cleophantum in equestri facultate adeo strenuum, vt  
equis rectus insisteret, & rectus iacularetur, aliaque permulta efficeret stupenda, Cælius 31  
Cap. 12. octauū libri.

¶ Conon dux Atheniensium fuit bellica virtute clarissimus qui Lyfandrum Lacedemō  
norum ducem terrestri prælio vicit, & Athenarum restituit libertatem, Iustinus libris quī 32  
to & sexto factum adagiū, Bellum Cononi curę fuerit.

¶ Pompeius magnus Syllæ primum partibus adhæsit, Domitium expugnauit, De Iarba re  
ge Mauritanie triumphauit nondum patientibus annis, Contra Sertorium in Hispaniam 33  
profectus Metelli copijs se coniungens, eum cum tota factione sustulit, Pyratum bellum  
tribus confecit mensibus, Triumphauit de Mithridate rege Ponti, Tigranem vicit regem  
Armenie, quem tamen ad genua sua prouolutum regno restituit, Iberos, Albanos, Iudæ  
os debellauit capto eorum rege Aristobolo, & in triumphum vna cum filio Tigranis duc  
cto, Reuersus ex oriente triumphum egit biduo, Prenotatis victarum gentium titulis, Ad  
extremum verso fortunæ Zephyrus victus a Iulio Cæsare in campis Pharsalicis, coactus  
est velut profugus ad Aegypti regem Ptolemęum se recipere, vbi hospitii (cui se commise  
rat) perfidia interfectus est, Author Plutarchus & Plynius.

¶ Victor Pompeij Cæsar Galliam omnem decennio subegit, eāq̄ redegit in prouincię for  
mam, Germanos pōte super Rhēnū fabricato maximis affecit cladibus, Aggressus est Bri 34  
tannos ignotos antea, superatisq̄ pecunias & obsides imperauit, Macedoniā trāsgressus,  
Pompeij per. 4. pene menses maximis obfessum operibus ad extremū Pharsalicū prælio  
fudit, & fugientem Alexandriam persecutus occisum vt deprehendit, cum Ptolemęo rege  
bellum difficillimum gessit, Victor Aegypti regnum Cleopatrz, fratricę eius minori per  
misit, Ab Alexandria Syriam, & inde Pontum transijt vrgentibus de Pharnace nuncijs,  
quem Mithridatis magni filium multis iam successibus præferocem intra quintum (qua  
affuerat diem) vna profligauit acie, De hinc Cornelium Scipionem Pompeij focerum  
& Iubam reliquias partium in Africa refouētes deuicit, & Pōpeij liberos in Hispania, Cō  
fectis bellis quinquies triumphauit, Primum triumphum egit Gallicum, Sequentem Ale  
xandrinum ex victo, et interfecto Ptolemæo, Huic proximum Africanum ex Iuba de  
bellato, Deinde Ponticum de Pharnace, Nouissimum, Hispaniensem de Pompeij  
liberis, Reslante demum Fortuna, quum optimatium partibus esset formidolosus,  
I ij Brutū, Cassij,

- Bruti Cassij, & aliorū coniuratione, tribus & viginti vulneribus in senatu confossus est. Suetonius, & Plutarchus.
- 35 **C**M. Antonius Triumuir interfecto Cæsare fœdus cū Lepido, & Augusto contraxit. Brutum & Cassium Cæsaris interfectores vicit in Macedonia. Profectus in Asiam multos in oriente reges debellauit. Antigonum iudæorum regem securi percussit. Phaati Mœdorum regi congressus, quum victor euassisset, victum ad Araxem vsque persecutus est. Armenie regem, Alexandriam duxit in triumphum, Quum ergo vidit se positum in gremio luxuriantis Fortunæ (in quo parum sibi cauet mortalitas) delicijs captus incidit in amorem Cleopatrarum, quam repudiata Octauia Augusti sorore sibi copulauit. Hinc orta fax belli ciuilis. Hinc Augusti nata indignatio, cui apud Actium congressus & ad extremum victus, profugit in Alexandriam, ibique gladio se confodit. Ex Plutarcho.
- 36 **C**Attilius Regulus consul, fulus Salētinis triumphauit, primus Romanorum ducum in Africam classe traiecit. Quassata Amilcharis classe naues longas, 63, oppida, 200, ac totidē hominum millia cepit. In Africa portentosa magnitudinis serpentem occidit, Captus demum insidijs Xantippi Lacedæmonij mercenarij militis, miserabili exitu ab inimicis enecatus est.
- 37 **C**C. Acilius Cæsaris miles nauali ad massiliam prelio, iniecta in puppim hostium dextra, & obruncata eam leua apprehendit, Nec ante dimicare desijt, quam captā profundo mergeret, Atheniensem flum Cynegirum imitatus, qui in consecranda xerxis classe, idem legitur fecisse. Authores Suetonius, Plutarchus, & Herodo, lib. 6.
- 38 **C**Acilius Belisarij miles solus ad portam Pintianam Gothorum repressit impetum, Autho Procopius.
- 39 **C**Furius Camillus Faliscos obsedit, Veios decennali obsidione domuit, Gallos Senones Roma pepulit, eisque vexilla Romanorum extorsit, Quinto dictator Celtas iterum Romanam petentes ad Anienem fluuium superauit. Lilius & Plutarchus,
- 40 **C**M. Curius Dentatus triumphauit de Samnitibus, iterum de Sabinis, Tertio de Lucanis ouans urbem ingressus est. Pyrrhum Epyrotarum regem ex Italia pepulit, Legatis Sānitum aurum offerentibus respondit se malle imperare aurum habētibus, quam accipere. Sabellicus. De Pyrrho ab Italia per Curium fugato. Claudianus, Sublime certe Curium canit ore vetustas, Ac aciden Italo pepulit qui litore Pyrrhum. Idem. Plus fuga laudatur Pyrrhi, quam vincla lugurthę. Idem. Plena datur Curio pulsi victoria Pyrrhi.
- 41 **C**T. Q. Flaminius eius Flamini filius (qui ad Thrasymenum Annibali inauspicato congressus cecidit cum exercitu) Philippum Macedonia regem prelio fudit, castris exiit, Thessaliam iuuantibus Aetholis & Acarnanibus vexauit. Ciuitates (que sub Philippo erant) per preconem liberas esse pronunciauit, Demetrium obsidem accepit, quem postea pecunia multatum in regnum restituit. Nabin lacedæmoniorum tyrannum subegit. Legatus in Græciam contra Antiochum, & Aetholos ad confirmandas in fide Romanorum ciuitates missus est. Plutarchus.
- 42 **C**Titus Sempronius Gracchus Gracchorum pater Celtiberos in deditionem accepit, Prætor Galliam domuit, Subiugauit Sardiniam, cuius incolas plurimos exposuit venales. Lilius.
- 43 **C**Manlius Capitolinus ob Capitolinum a Gallis defensum nomen sortitus annos, 16, natus militem voluntarium se obtulit, Militaribus donis, 37. a suis ducibus donatus est. Cicerones habuit, 33. in corpore. Plynius.
- 44 **C**M. Claudius Marcellus (Gallos qui se insubribus iunxerant) iuxta Padum vicit interfecto eorum duce Viridomaro, Annibalem inuictissimum ducem primus apud Nolam superauit. Vnde Claudianus, Primus fulmineum lento luctamine Pœnum Compressit Fabi? campo post ausus aperto Marcellus vinci docuit. Contra Syracusas profectus, triennio urbem oppugnauit, Tandem interfectus est ab exercitu Annibalis apud Venusiam. Authores Plutarchus & Lilius.
- 45 **C**C. Marius septies consul Iugurtham captum in triumphum duxit, Cimbros in Gallia, Teutones in Italia oppressit, deque his triumphauit. Apulcium, & Glauicium prætores seditiones interemit, Sylla victum coegit Minturnis delitescere inter paludes, Spiculatorem Gallum ad inferendam sibi mortem missum, vultus maiestate deteruit. Plutarchus, De Teutonibus & Cimbris per Marium triumphantis, Claudianus. Hæc & Teutonico quondam patefacta furori Collo catenati vidit squallentia Cimbri.
- 46 **C**Porfena rex Ethruscorum dum Tarquinius in urbem restituere tentans ianiculū cepisset. Horatius



Horatius Cocles pro ponte Sublicio stetit, sustinuitque hostilē impetū, donec pōs a tergo 46  
frangeretur, quo cum in Tyberim decidit, Liius libro secundo, Vnde Mantuanus. Ipsa  
quoque armatus docuit transmittere Coclem, Flumen, & excisis excludere pontibus hos  
stem, Sabellicus, Quique sibi pōtem passus post terga reuelli, Ipsa licet contra staret Etrū  
sca phalanx.

Scipio Africanus annū agens, 17. principio secundi belli punici ductus in castra, circum 47  
uētū ab hostibus patrē liberauit, Post Cannensem cladem, quū iuuetus de relinquēda Ita  
lia cogitaret, ipse gladio supra capita erecto iurare singulos coegit se non relictuos patriā.  
Mortuo in Hispania patre, quum omnes id bellum refugerent, sponte se obtulit natus an  
nos, 24. vbi Carthaginem nouam vno die expugnauit, Aldrubalem superauit, Masanissē  
nepotem in bello captum auo remisit, Syphacem regem vi cepit, Annibalem ex Italia ac  
cerlitum superauit, Carthaginemque Romanis fecit tributariam, Reuerfus Romam triū  
phauit, Consul in expeditionem Asiaticam profectus, omnia suis auspicijs rexit, Antiochū  
sub iugum misit, Accusatus demum quod prædam Asiaticam non totam in ærarium con  
tulisset, Linternum secessit in villam suam, pertesus ingratitude vrbis, Plutarchus &  
Liius.

Scipio Aemilianus Pauli Aemylj filius Numantiam euertit, Carthaginem penitus su 48  
frulit.

M. Scæua Centurio Cæsaris in Gallia solus in acie restitit, Quum in hostes rueret, & iā 49  
relo femur transfixus esset, confususque caput icū faxi, clypeo & galea diffectus, gladio  
fractio, duplici lorica munitus se in mare proiecit, Et quum natando peruicisset ad suos,  
Parce, inquit, imperator, Arma perdidit, Valerius de fortitudine, Tranquillus scribit eū ef  
fuso oculo, trāsfixisque humero & femore, ac clypeo centum & viginti foraminibus tere  
brato castelli commissi portam non reliquisse.

Paulus Aemilius Aemylj Pauli consulis college Terentij Varronis filius, de liguribus 50  
triumphauit, Perseum Macedonię regem cepit, demum in triumphum duxit, Proconsul  
in Hispania cum Vasctanis & Lusitanis aduerso Marte pugnauit, Anno tamen sequenti  
Lusitanos fudit caesis ex eorum exercitu, 18. millibus, Capus vero, 3300.

Aurelianus imperator irrumpentes in Italiam Sarmatas bello fudit, e quibus vno die 08  
cio, & quadraginta sua manu interfecit, Zenobiam quoque Palmyrę reginam in triump  
phum duxit, Profectus in Galliam Tetricum subiugauit, Mox in Aegyptum trañciens, re  
gionem pacauit, sublato Firmo factiones ibidem sulcitate, Romam postremo reuerfus de  
his omnibus triumphauit, Flauius Vopiscus.

Clustianus imperator Persas domuit, Vandalorum gentem deleuit, Africam Roma 51  
no imperio totam restituit, Gothos iterum in Italiam irrumpantes fudit, Mauros Africam  
infectates cum Athila rege subiugauit, Quæ magna ex parte auspicijs Belisarij gessit, Pro  
pter tot victorias dicebatur Alemanicus, Gothicus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Vis  
de Paulum Diaconum lib. 18. rerum Roma.

L. Sicinius Dentatus propter ingentem fortitudinem Achilles Romanus vocatus est, 52  
Pugnauit in hostem, 120. prælijs, Cicatricem auersam nullam, aduersas, 45. tulit, Coronis  
datus est aureis, 8. Obsidionali vna, Muralibus tribus, Ciuicis, 14. Torquibus 83, Armis  
his plus centum, & sexaginta, Hastis, 18. Phaleris item quinquies, viciesque, Triumphauit  
cum imperatoribus suis triumphos nouem, Author Plynius, & Gellius.

M. Sergius (vt scribit Plynius) secundo stipendio dextram manum perdidit, Stipendijs 53  
duobus, ter & vicies vulneratus est, Bis ab Annibale captus, Bis vinculorum eius profus  
gus, 20. mensibus nullo non die in cathenis, & compedibus custodibus, Sinistra manu for  
la quater pugnauit, duobus equis insidente eo suffosis, Dextram sibi fecit ferream, ea que  
relegata præliatus est, Cremonam obsidione exemit, Placentiam tutatus est, Duodena cas  
stra hostium in Gallia cepit, Vicit etiam Fortunā, Huius rei testis est etiam Solinus, & Pō  
tanus de Fortitudine bellica.

Cornelius Tacitus prodit Vespasianum consuesse anteire agmen, Locum castris cape 54  
re, cibo fortuito, veste habituque vix a gregario milite discrepante, legiones habuisse exer  
citas bello, noctu stetit in excubijs, milites stratagematibus, dolisque bellicis instruxisse.

M. Valerius Torquatus, Gallum prouocantem scuto, & gladijs duobus armatum, ornatum 55  
que torque, & armillis, viribus, adolescentia, magnitudine, & virtute antestatem ceteris oc  
cidit, mortuo torque de traxit, eamque sanguinolentam collo suo imposuit, Quo facta ip  
se posterique eius Torquati cognominati sunt, Gellius Cap. 13. noni libri.

- 56 ¶ Augustus imperator Cantabros, Aquitanos, Rhetos, Vindelicos, Dalmatas Romano subiecit imperio. Suevos Catosque deleuit. Sicambros in Galliam transtulit. Pannonios stipendiarijs adiecit. Getarum populos, Basternasque lacessitos bellis ad concordiam impulit. Obsides accepit a Persis, creandique regis arbitrium. Ad eum Aethiopes, Indi, Scythæ, Garamantes legatos cum donis miserunt. Bella ciuilia quinque gessit Mutinense, & Actia cum aduersus M. Antonium, Philippense in Brutum, & Cassium. Perusinum aduersus L. Antonium Triumuirum fratrem, Siculum aduersus Sextum Pompeium Cn. Pompeij filium in bello Mutinensi, non modo ducis sed etiam militis functus est munere. Nam aquilifero legionis suæ grauitur vulnerato, ipse aquilam humeris subiit diuque portauit. Quod fuit argumentum, & indicium magnæ fortitudinis. Ex Sexto Aurelio, Tranquillo, & Appian no.
- 57 ¶ Probus imperator bello Sarmatico tribunus trāsmisso Danubio multa fortiter fecit Donatus est hastis puris quattuor, Coronis vallaribus duabus, ciuica vna, vexillis puris quattuor, armillis aureis duabus, torque aureo vno, patera vna librarum quinque ad rem diuina. Pontanus de Fortitudine bellica.
- 58 ¶ Sabellicus in Elegijs Romanos quosdam bellicosos his verbis enumerat.
- 69 Et quem deceptę plestantem crimina dextræ  
Cernere magnanimus Porfena non potuit.  
Tercentum Fabios, assertoresque Camillos  
Nec quibus agnomen Africa terra dedit.  
Nō Catulos, Deciosque duos, geminosque Catones  
Non Capitolini nomina magna laris  
Nec taceat Cossus, nec te Marcelle relinquat,  
Non Curios parcos, Fabriciumque senem,  
Tollat in immensum Syllam, Mariosque feroces,  
Pompeiosque duos, Cæsareamque domum.
- 60 ¶ Gylippus vir Lacedæmonius bello strenuus, Athenienses multis bellis multisque cladi-  
bus affecit. Tibullus libro quarto. Non magni potior sit fama Gylippi.
- 61 ¶ Pericles nonies victor pro patria tropæum statuit.
- 62 ¶ Diomedes Tydei filius solus comitante tantum Vlysse noctu ausus est irumpere in ca-  
stra & exercitum Rhesi Thracum regis. Claudianus in sextum consul. honorij. Nunc mihi  
Tytidem attollant carmina vatum, Quod iuncto fidens Ithaco, patefacta dolonis Indici-  
cio, dapibusque simul, religataque fomno Thracia sopiti penetrauerit agmina Rhesi. Gra-  
iaque rettulerit captos ad castra iugales. Ouidius i Epistolis. Ausus es o nimium nimium  
que oblire tuorum Thracia nocturno tangere castra dolo, Totque simul mactare vires ad-  
iutus ab vno.
- 63 ¶ Sunt & alij plærique virtute bellica memorabiles, vt ex Troianis, Priamus, Aeneas, He-  
ctor, Paris, Deiphobus, Troilus. Ex Græcis Agamennon, Menelaus, Achilles, Ajax vter-  
que, Patroclus, Vlysses, Nestor Diomedes. De Achille, Catullus. Non illi bello quisquam  
se conferet heros. Horatius. Scriptor honoratum si forte reponis Achillem, Impiger, iracū-  
dus, inexorabilis, acer, Iura neget sibi nata, nihil non arroget armis.
- 64 ¶ Bellicam Aeneæ virtutem Diomedes apud Virgilium libri vndecimi sequentibus aper-  
rit versibus.  
Munera (quæ patrijs ad me portastis ab oris)  
Vertite ad Aeneam, stetimus tela aspera contra,  
Contulimusque manus, experto credite, quantus  
In clypeum allurgat, quo turbine torqueat hastam;  
Siduo præterea tales Idæa tulisset  
Terra viros, vltro Inachias venisset ad vrbes  
Sardanus, & versis lugeret Græcia fati.  
Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ.  
Hectoris Aeneæque manu victoria Graium  
Hæsit, & in decimum vestigia rettulit annum.  
Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis.  
¶ His adduntur Adrastus rex Argiuorum, Agefilaus, Brennus, Cambyfes, Catilina, Cis-  
mon Atheniensis, Croesus, Euander, Iugurtha, Iason, Hercules, Pacorus rex Parthorum,  
Perseus, Thefeus, Pyriothous, Pyrrhus Achillides, Tideus, Thrafybulus, & alij plærique,  
poetarum carminibus cantatissimi.

¶ Fortissimi fortitudine corporea.

1	Herilus	16	Taurea Iubellius		Vffo
2	Gratianus	17	Tritanus		Freficus
3	Cleomedes	18	Agatho		Starcatherus
4	Milo	19	Tideus	31	Amelongus
5	Titormus	20	Seleucus	32	Odenatus
6	Cacus	21	Firmus	33	Smerdis
7	Monychus	22	Maximinus	34	Dioxippus
	Rhoetus	23	Aristomenes	35	Euthymus
8	Scinis Iatro	24	Fufius Saluius	36	Carolus magnus
9	Turnus	25	Athanatus	37	Telamon
10	Junius Valens	26	Artilius	38	Peleus.
11	Lyfimachus	27	M.Seruilus	39	Periclymenus
12	Polydamas	28	Bithon	40	Nestor
13	Sabinus Syrus	29	Cynergrius	41	Thefeus
14	Sanfon		L.Glaucus	42	Hercules
15	Scillis	30	Skyodus	43	Corbulo

EXPLANATIO.



Irgilius libro octauo Aeneid. fingit Herilum tres animas habuisse, ter laetho sternendum fuisse, Nec aliã ob causam (vt conijcere est) quam propter inusitatas, & portentosas hominis vires. Sic autem loquitur Euander Maronianus.

Et regem hac Herilum dextra sub tartara misi,  
Nascenti cui tres animas Feronia mater,  
(Horrendum dictu) dederat, terna arma mouenda,  
Ter laetho sternendus erat, cui tunc tamen omnes,  
Abstulit hæc animas dextra, & totidem exiit armis.

¶ Gratianus pater Valentiniã imp. funarius est appellatus, quod venaliciũ funem por-  
tanti quinque milites non possent extorquere, Sextus Aurelius.

¶ Cleomedes Astypaleus Iacchum Epydamnium pugilẽ armatum vnico ictu inermis oes-  
cidit, occisi latera aperuit, & iniecta manu eduxit intestina. Ob quam feritatem, quum a iu-  
dicibus in ius vocaretur, per forum abiens, columnam (qua ludi literarij domus fulcieba-  
tur) dissecit, eaque ruina pueros omnes adobruit. Alij dicunt fugientem in minerũ tẽplo  
arcam ingressum operculo se obtexisse, vbi nusquam repertus sit, Plutarchus invita Ro-  
mali, & Crinitus Cap. primo libri. 15.

¶ Milonem Crotoniatam (dum cõstitisset) nemo vestigio educebat, Malum tenenti nemo  
digitis poterat extorquere. Plinius. In Olympia bouem per stadium retento anhelitu por-  
tauit, quem ictu pugni interfecit, & vno die integrum deuorauit. Quum autem nimia ner-  
uorum fiducia arborem veller diducere, brachijs hinc inde constructis, & deficienti cona-  
tu retentus, lupis fuit præda. Iuuenalis Satyra decima. Viribus ille Confusus perijt, admis-  
randisque Iacertis. De milone meminerunt Gellius Cap. 16. lib. 15. Valerius de mortibus  
non vulgaribus, & Cælius Cap. 11. libri quarti.

¶ Titormus Bulsequa fuit quispiam procero corpore viribusque portentosis, cuius vires  
quum Milo vellet experi, ille in Euenũ descendens per magnum arripuit lapidem, quem  
ad se protraxit, & inde propulit, bisque & ter hoc ipsum effecit, postea erexit, erectũque &  
humero impositum ad. 50. vlnas vexit. Hũc autẽ lapidem vix emouebat Milo. Aliud item  
roboris sui argumentũ exhibuit Titormus. Maximi enim tauri pedem corripuit, furentẽ  
que, & inde proripere se cupientem constantissime retinuit. Quod videns Crotoniates, O-  
Iuppiter inquit, an alterum nobis profeminasti Herculem hunc? Cælius Cap. 69. lib. 11.

¶ Poetæ scribunt Cacu immanẽ fuisse latronem, Vulcani filium, ignes & flammã ore vo-  
mentẽ, qui boues cauda raptos, inuersis vestigijs causa tegendi furti in spelũcã traxerit. Fa-  
bulantur quoq; tam prodigiosis fuisse viribus, vt cavernam suam obice montis præstrues-  
ret. Ouid. lib. 1. Fast. ille aditu fractũ præstruxerat obice mōtis. Vix iuga mouissent, quicq; bis  
illud onus. Nititur hic humeris (cœlũ quoq; federat illis) Et vastũ motu collabefactat onus.  
f iij Quod semel

OFFICINA

- Quod semel euulsum est, fragor æthera terruit ipsum. Istaque subsedit pondere mollis humus. Scribens demum eius confictum in herculem, subiungit. Prima mouet Cacus collata prælia dextra, Remque ferox saxis, stipibusque gerit. Queis ubi nil agitur, patrias male tortis ad artes Cõfugit, & flammam ore sonante vomit. Quas quoties perflat, spirare Typhoea credas. Et rapidum Aetneo fulgur ab igne iaci.
- 7 ¶ Monychus nomen est Centauri, qui arbores, & saxa pro telis iaculabatur. Lucanus libro sexto Pharsa. Asperate Pholoes frangentem Monyche saxa. Ouidius in Ibin. Quiq; trabes pressas ab humo mittebat in auras. Iuuenalis Satyra prima. Quantas iaculetur monychus ornos. Eadem quoque fingitur de Rhæto Centauro. Lucanus. Teq; sub Oethæo torquentem vertice uulsa Rhæte ferox (quax uix Boreas inuerteret) Ornos.
- 8 ¶ Scinis latro fuit prope Corinthum, qui summas arbores in terram complicabat, hisq; alligatos homines discerpebat, truncis cum magno impetu in æra laxatis. Ouidius in Meta. Occidit ille Scinis magnis male uiribus usus, Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto Ad terram late sparsuras corpora Pinus.
- 9 ¶ Quantæ fuerint Turni vires, hoc licet arguere, quod singulari certamine Saxū antiquū ingens (campis quod forte iacebat Limes) in Aeneam contorsit. Authore Virgilio. Vix illud lecti bis sex ceruice subirent Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
- 10 ¶ Iunius Valens (qui in prætorio Augusti meruit) uehicula cum culeis sustinebat. Carpentata comprehensa vna manu retinebat contra nitentibus iumentis. Rusticellus mulū suū tollebat, inquit apud Plinium Varro.
- 11 ¶ Lyfimachus leonem (cui Alexandri iussu fuerat expositus) strangulauit arrepta eius lingua. Plinius.
- 12 ¶ Græcorum monumentis proditum est leonem insolita magnitudine cõfectum in Olympo monte a Polydamante athleta inermi. Eundem quoque scribunt in armenta bouum intrasse, ubi taurum magnitudine insignem altero posteriorum pedum arripit, ferociens temque, & præarido impetu profilicentem non dimiserit prius, quam in eius manu unguilam reliquerit. Narratur etiam quadrigas tota uicinitas constantissime retinuisse. Quam fortitudinis fama permotus rex Darius Artaxerxis filius, uirum magnæ mercedis pacto ne Susa pellicuit. Eo quum uenisset Polydamas, tres omnium Persarum fortissimos (quæna ex prouocatione arma susceperant in aduersum) solus contrucidauit. Cui inusitato robori confidens dum forte fortuna cum aliquot alijs in spelunca recumberet ad mensam, conuulsusque superne scopulus ruinam minaretur, & omnes ad fugam impelleret, solus ibidem remansit fore sperans, ut saxum decidens facile sustineret, quo tamen oppressus est. Pausanias apud Cælium Cap. 56. libri septimi.
- 13 ¶ Sabinus Syrus uir fuit memorandæ fortitudinis, qui tempore Titi uespasiani primus Hierosolymę muros ascendit. Iosephus libro septimo belli Iudaici.
- 14 ¶ Sanson mille quondam Philistęos asini maxilla interfecit. Ligatus domum concussit, ac diruit, eaq; ruina oppressit quam plurimos. Portas urbis euellit. Capillis demum a Dãida meretrice rasis, in quibus robur fatale continebatur, uenit in hostium manus.
- 15 ¶ Scyllis Sicyonius classis Perficæ (qua xerxes Græciæ bellum inferebat) anchoras nando uirinandoque præcidit. Pausanias apud Volaterranum.
- 16 ¶ Taurea lubellius Campanus uir fuit memoranda fortitudine, qui in castris Annibalis Claudium Asellium Romanum ingenti hominem robore ad duellum prouocauit. Idẽ capta a Fuluio Capua, vxorẽ, liberos, ac se postremo ante pedes imperatoris gladio confodit. Liuius lib. 26.
- 17 ¶ Tritanus hostem ex prouocatione dimicantem inermi dextra uo digito superauit, & postremo correptum in castra transtulit. Plinius libro septimo.
- 18 ¶ Agatho uir fuit Athenis monstrosæ fortitudinis, & magnitudinis octo pedum in ipa etiã annu adolescentia, uasta coma, hirsutis oculis, & iunctis, ut unus prope uideretur. Laeta facie naso Aquilino, ceruice torosa, pectore uasto, cruribus breuibus & extrema incuruatis. Erat ei tegmen lupina pellis, Frequens cum apris, lupis, & tauris certamẽ, quorum uulnera offerebat. Vefcebatur lacte asinino. Cratera sibi iussu Herodis oblatum respuit, dicẽs haud purum esse, quod odore muliebri offenderetur, author Philostratus citante Volaterrano.
- 19 ¶ Tydeus Oenei Calydoniæ regis filius, quum Mycenis moraretur, neminem sibi uiris conferendum reperit. Missus ad Etheoclem legatus, Thebanos ad quolibet certaminis genus prouocauit, omniumque euasit victor. Quod quũ egreferrent insidias in oppotuno loco tetenderunt, Constituerunt enim iuuenes omnium fortissimosq; transeuntẽ illac Tydeum

Tydeum interciperent, & obruncarent. Quos omnes tamen interfecit. Tortellius.

Seleucus Nicanor Syriæ rex corpore fuit ingenti & robusto, adeo vt taurum syluestrem in Alexandri sacrificio elapso sese opponens, vtraque manu tenuerit. 20

Firmus imperator (quem Aurélius latronem Aegyptium vocabat) statura fuit ingenti, oculis promicantibus, capillo crispo, fronte vulnerata, fusco vultu, reliquum corpus pilosus, & hispidus. Ita vt Cyclops vulgo diceretur. Robore autem adeo insignis, vt Triarium vinceret. Nam & incudem pectori superpositam, tudentibus fabris constanter pertulit, quum resupinus, & in manus curuatus pedere magis videretur quam iacere. Flavius Vo-  
piscus, & post eum Crinitus.

Legimus Maximum Imperatorem (qui Trax fuit) appellatum fuisse Milonem sui sæculi, quod is hamaxas traheret. Rhedam honestam propelleret, equo si pugnum dedisset, dentes solueret, si calcem, crura frangeret, aliaque item plurima perficeret, fidem vix capientia. Author Capitolinus.

Aristomenes Messenius solus, 300. Lacedæmones occidit. Tandem vulneratus, & capus poenam per cuniculos subterraneasque caernas effugit. Iterum captus, custodibus hominis sepultis, accessit ad ignem, & lora combussit. Tertio captum quum Spartani dissecissent, introspexissentque qualis esset, repertus est hirsuto corde. Author Plynius libro vndecimo, Cap. 37.

Filius Saluius duo cētenaria pondera pedibus, totidem manibus, & ducenaria duobus humeris contra scalas ferebat. Idem Plynius Cap. 20. lib. 7.

Plynius ait se vidisse Athanatum quendam prodigiosæ ostentationis, quinquagenario thorace indutum, cothurnisque quingentorum pondi calciatum per scænam ingredi.

Attilius seu Acilius Cæsaris miles nauali apud Massiliam prælio hostilē ingressus pupibus nauem occupavit victor. Author Plutarchus in Cæsare.

M. Seruilius vir consularis, tricies & vigesies in singulari certamine pugnavit, ac semper trucidavit hostem. Idem Plutarchus in Amylio.

Bithon quidam (vt apud Cælium testis est Pausanias) taurum humeris gestabat, cuius memorabilis & prodigiosæ fortitudinis indicem habuit statuam Argis.

Cynergus Atheniensis in bello Persico magna pertinacia in conlectandis hostibus vsus est. Nam & nauem onustam dextera manu tenuit, eam amputata sinistra iniecit. Quam & ipsam quum amisisset, nauem mordicus arripuit, morsuque retinuit furenti similis. Authores Trogius & Herodotus. Idem quoque dicitur accidisse Lucio Glauco viro Romano, vt vtramque amiserit manum, quum Aldrubalis nauem detinere voluisset.

Skyoldus, Vffo, Fresicus, Starcatherus nomina sunt apud Saxonem Grammaticum, hominum magnis viribus, & magno robore præditorum, quorum Skyoldus Lothari Dani regis filius, quum ab adolescentia venandi studio flagraret, immanem (cui nemo audebat congregi) beluam subegit, quæ futuram in eo fortitudinem ominata est. Idem postea repertum miræ magnitudinis vrsum, & insolite granditatis cingulo detinuit, sociisque præbuit occidendum. Complures quosque spectatæ fortitudinis Athletæ ab eodem superati sunt. E quibus Attalus & Scarus illustres fuere. Vffo maiore erat corpore, quam vt armis vti posset alienis. Oblatis compluribus gladijs, manu capulum stringens frustillatim singulos agitando comminuit. Nec erat tanti rigoris gladius, quæ non ad primæ conditionis motum, in varias partes effringeret, ac dissolueret. Author Saxo lib. 4.

Vbbo Fresicus Harald regis miles, præter vndecim, quos in acie vulnerauerat, vnginti quinque delectorum, pugilum interfecit. Idem nemine propius cum ipso congregi audente, sagittis impetitus, 144. ictibus prius perforatus est, quam lapsis corporis viribus genua reclinaret.

Starcatherus iam senex gemino cinctus ense, totidem baculis infirmam senectutem iuuabat. Cui quum popularium quidam illudens, inutilem, & superuacuum dixisset gladiatorum vsu, ac propterea alterum sibi donari per ludibrium petisset, iussu accedere ipse petitionis Starcatherus gladio transuerberauit. Ad cuius facti ultionem, quum duo Hætheri milites magno equorum concursu aduolassent, vtrumque occidit. Facti e. usum percontati Hæthero respondit se semper poenas ab irrisoribus exigere solitum, nec vquam impune sibi procaecibus insultatum.

Paulus Diaconus scribit Ame longum Romualdi Longobardorum regis militem quendam Græcum equitarem, ictu baculi sella excussisse & in aera supra caput suum leuasse.

Ferunt Qdenatum Zenobie Palmyreorum reginæ (de qua Aurelius triumphauit) martirium primum

OFFICINA

ritum primam ætatem exercuisse in capiendis Leonibus, pardis, vrsis, cæterisque syluestria-  
bus feris, Famem insuper, æstus, frigora, pluuiaſ vbiq̄ue pertuliſſe. Quibus duratus bella-  
cas poſtea difficultates tum aduerſus alios, tum maxime aduerſus Perſas tulerit, Pollio  
Trebellius, & Pontanus de fortitudine.

- 33 ¶ Smerdis frater Cambyſis ſolus arcum ad duos digitos complicabat, quem nemo Perſa-  
rum poterat incuruare. Author Herodotus libro tertio.
- 34 ¶ Dioxiſſus Alexandri fuit miles fortiſſimus, qui prouocatus a Corrago milite, eundem  
claua interfecit. Curtius.
- 35 ¶ Euthymus Athleta patria Locrenſis, quum ingenti eſſet robore, ſaxum miræ magnitudi-  
nis allatum humeris pro porta Locrenſium ſtatuit, quod miracula gratia viſebatur. Idē  
quoque Themefeum quendam reddere compulit, quæ cuique magno ſcœnore extorſerat.  
Eraſmus & Volaterranus.
- 36 ¶ Fuit Carolus magnus (vt iam dictum eſt) procero corpore, vaſtiſque præter humanam  
conſuetudinem viribus, Cuius rei haud dubia ſane reliquit argumenta, tam præclaris, tam  
que multiplicibus victorijs,
- 37 ¶ Telamon propter inſignem corporis fortitudinem Herculis amicus habitus eſt, & He-  
ſionam poſſidere meruit.
- 38 ¶ Peleus ſeras omnes (ad quas diſcerpendas fuerat miſſus) viribus ſuſtulit.
- 39 ¶ Periclymenus congreſſum Herculis ſuſtinere auſus eſt.
- 40 ¶ Neſtor apud Ouidium lib. 12. vires ſuas ſic exprimit. Tunc ego debuero capiendâ ad præ-  
gama mitti. Tunc poteram magni ſi non ſuperare, morari Heſtoris arma meis.
- 41 ¶ Theſeus Aegæi filius Herculeæ virtutis æmulus Scyronem, & Procuſtem latrones, Scis-  
nin arbores complicantem, Creontem Thebarum tyrannum, Minaurorum monſtrum bi-  
forme, Centaurosque plurimos interfecit, & (vt fabulantur poeſe) ad inferos deſcendit cū  
Pyrothoo, vt Proſerpinam raperent, Quæ omnia Phyllis apud Ouidiū declarat his verbis,  
Quum fuerit Cyron lectus, toruusque procuſtes,  
Et ſcinis, & Tauri, mixtaque forma viri,  
Et domitæ bello Thebæ, ſulique bimembres,  
Et pulſata nigri regia cæca dei.
- 42 ¶ (Si poëtarum verba fidem capiunt, nemini dubium eſt, quin omnium (qui prodigioſis vi-  
ribus extitere) laudem multis interuallis exceſſerit fortiſſimus ille Iouis & Alcmenæ filius  
Hercules, Qui odio noueræ lunonis agitatus multa paſſus eſt. & plerisque naturæ porten-  
tis expoſitus a quibus tamen ſemper redijt victor. Imprimis dum adhuc eſſet infans, duos  
anguis arctatis gutturibus eliſit. Prouectior factus in Lerna palude certamen ſuſcepit cū  
Hydra rediuiuis capitibus pullulante, dum vnicus amputabatur vertex. Leonem Nemeū  
toti populo formidoloſum, precibus Molochi paſtoris (a quo ſuſceptus fuerat hoſpiti-  
o) interfecit. Alterum item in Theſſalia non minus terribilem. Aprum in Mænalo Arcadiæ  
monte, cuncta vaſtantem, itidem iugulauit. Ceuam eripedem & aureis cornibus decorâ  
curſu arripuit. Harpyas volucres immundas virginum præferentes vultum prope Sty-  
phalum Arcadiæ lacum ſagittis confodit. Taurum furioſum & flammas vomentem diſtē-  
tis faucibus iugulauit in Attica. Acheloum in varias formas ſe commutantem vicit. Dio-  
medem regem Thraciæ equos hoſpitiū cruore paſcentem occidit. Buſyrim regē Neptu-  
ni & Lybiæ filium hoſpites maſtantē & adiacentes Nilo regiones, latrocinijſ depredantem  
itidem interfecit. Antequam Gygantum (cui terra mater ſuppeditabat vires) luſta ſuperauit  
Abylam & Calpen columnas in occidēte poſuit. Aurea mala ſuſtulit Heſperidibus, inter-  
fecto (qui eorum cuſtos erat) Dracone. Geryona tricoporem vita ſpoliauit & armento. Ae-  
mazonum regiæ Balteum abſtulit. Cacum Vulcani filium & latronem flammas ore vos-  
mentem de medio ſuſtulit. Centaurum Deſanyræ raptorem confodit iaculis, Heſionā Lao-  
medontis filiam liberauit a moſtro. Troiam deleuit. Lacinium latronem in Italia peremit,  
Cœlum humeris (vt ad exprimandas vires ſingitur) ſuſtulit, Iunonem in papilla vulnera-  
uit, velut laborum ſuorum authorem. Deſcendit ad inferos, ibique Cerberum rapuit, ras-  
prum & cathenis vincitum in auras eduxit. Theſeum liberauit. Lycum Thebarum regem  
(quod Megaræ vxori ſuæ ſuprum inferre voluiſſet) morti dedit. Vnicum fuit monſtrum  
cui non potuit ſuperelle, Amor. Vnde Ouidius, Quem non mille ſeræ, quem non Sthele-  
neius hoſtis, Non potuit Iuno vincere, vicit Amor.
- 43 ¶ Corbulo fuit quidam græte Neronis fortiſſimus, procero admodum corpore, qui res cla-  
riſſimas geſſit in Armenia. De quo Iuuenalis ſatyra tertia, Corbulo vix ferret tor vaſa in-  
gentia, tot res Impoſitas capiti.

Gygantum quorundam

¶ Gygantum quorundam nomina & aliorum  
inuitate magnitudinis hominum.

1	Cœus	11	Adamastor	22	Pulio
	Iapetus		Antæus		Secundiffa
2	Typhœus	12	Astræus	23	Goliath
	Aloëus	13	Atlas	24	Maximus
3	Othos	14	Gyges	25	Offotus
	Ephialtes	15	Agatho	26	Noa
	Enceladus	16	Porus		Tuyseo
4	Tityus	17	Christophorus	27	Hercules
5	Polyphemus	18	Araanthas	28	Artaches
6	Aegæon	19	Orestes	29	Oromedon
7	Briareus	20	Orion	30	Harthbenus
8	Numas		Etion	31	Gemagog
9	Porphyrio	21	Gabbara		

¶ EXPANATIO



Voniā de prodigiōsis viribus facta est mentio, decens & congruum videatur, vt subsequantur Gygantes, & qui inuitata fuerunt corporum magnitudine. Finguntur autem Gygantes, terræ filij, vnde & terrigenæ vocantur a Lucano scribente. Aut si terrigenæ tentarent aitra Gygantes, Dicuntur & impetum fecisse in deos, eosque cœlos detrudere voluisse, cuius rei causa dei omnes mutatis formis delituerint. Vnde Ouidius, Emissumque ima de sede Typhoea terra Calitibus fecisse metum, cunctosque dedisse

Terga fuge, donec fessos Aegyptia tellus,  
Ceperit, & septem discretus in hostia Nilus.  
Huc quoque terrigenum venisse Typhoea narrat  
Ere mentitis superos celasse figuris,  
Duxque gregis (dixit) fit Iuppiter inde recuruis  
Nunc quoque formatus lybicis cum cornibus Ammon.  
Delius in Coruo proles Semeleia capro,  
Felle foror Phœbi, niuea Saturnia vacca,  
Pisce Venus latuit, Cyllenius Ibis ales.

Idem Ouidius libro primo Meta.  
Neve foret terris securior arduus ether,  
Affectasse ferunt regnum cœleste Gygantes,  
Altaque congestos struxisse ad sydera montes.

Mantuanus de somnio Ro.  
Volucere Gygantes Turribus aeris cœlos equare,  
Deumque Trudere de regno, & rerum ditione potiri.  
Sed pater indignans animis opus impulit audax  
In latus, & gentem merfit sub mole superbam.

Idem in syluis.  
Terrigenas olim sublimia corpora fratres  
Fama est in superos arma tulisse deos,  
Sed pater infecto deiecit fulmine montes,  
Atque rebellantes sustulit igne viros.  
Fuerunt gentis stature, vnde & ex his nonnulli cœlum humeris dicuntur sustinuisse, vt Atlas, Hercules. Fulmine omnes percussi sunt ob prædictam impietatem. Pugna illa vocatur Gygantomachia. Ipsi vero aliter dicuntur Phlegraei fratres a Phlegra valle Macedoniae, vbi cum cœlestibus pugnauerunt. Seneca in Thyeste. Nunquid struitur via Phlegæos alta per hostes, & Thesalicum Thresia premitur Pelion Ossa? Dicuntur & Titanes. Idem Seneca in Hercule furente. Titanas ausos rumpere imperium Iouis. Antiquitus sic formabantur, vt eorum pedes in draconum volumina delinerent, quod ea ratione factum est, vt intelligeremus

vt intelligeremus eos nihil rectum aut sublime cogitasse, quum detorti eorum gressus ad inferna demergantur. Author Vectius apud Macrobius. Ea est causa, quamobrem vocetur a poetis Anguipedes & serpentigeri. Ouidius libro primo Meta. Qua centum quisque parabat Inscere Anguipedum captiuo brachio cælo. Pontanus. Tu ne deus, tu ne Anguipedes victure Gygantes: Stroza filius in Gygantomachia. Anguipedum vires, immanias que arma Gygantum. Assertosque Polis montes, sedemque tonantis Affectatam homini, disiectaque ab æthere monstra Sicania æternas subter iuga pendere pœnas. Letitiâque deû domitæ post prælia Phlegræ Est animus memorare, Eadem ratione vocantur serpentigeri ab Ouidio libro quarto de Trifiti. vbit ait. Sphingæque & Harpyas, serpentigerosque Gygantas. Nunc seriatim dicendum est, de his, quorum frequentior est apud scriptores mentio.

- ¶ Virgilius libro primo Georgicorum de quibusdã sic meminit, Tum partu terra nephando Cœlumque lapetumque creat, seuumque Typhœa Et coniuratos cœlum rescindere fratres. Ter sunt conati imponere Pelio ossam, Scilicet atque Olse frondosum imponere Olympum. Ter pater extructos deiecit fulmine montes.
- ¶ De lapeto Syllius libro duodecimo. Inarime, quæ turbine nigro Fumantem premit lapetum, flammæque rebeli Ora reiectantem.
- 2 ¶ De Typhœo seu Typhone Virgilius libro nono. Tum sonitu prochyta alta tremuit, durumque cubile Inarime Iouis imperiis imposta Typhœo. Valerius Flaccus libro secundo, Horror abest, Sicula pressus tellure Typhœus. Virgilius in Cyri. Additur aurata confusus cuspide Typho. Lucanus libro quarto de hoc & quibusdam alijs. Nondum post genitos tellus effœta Gygantes Terribilem Lybicus partum concepit in antris. Nec tam iusta fuit terrarum gloria Typhon. Aut Tityus Briareusque ferox, cœloque pepercit. Seneca. Non tam ferum Typhonem neglecto Ioue Irata tellus edidit quondam parens. Ab hoc Typhœo vocatur fulmina Typhœa. Virgilius. Nate patris summi qui tela Typhœa tenuis. Eadem ratione Aetna Typhœis dicitur, quod obrutus sit in Sicilia. Ouidius. Arua Phaon celebrat diuersa Typhœidos Aetnæ. Mantua. Tendit ab Hispanis ad regna Typhoidos Aetnæ. Hunc Gygantem poetæ Anguipedem vocant & centimanum. Politianus in Ambra. Seruabat Thetys Anguipedem iurata Typhœo. Manilius libro secundo Astron. Anguipedem alatos unguis Typhœa ferentem. Ouidius libro tertio Meta. Nec quo centumanum deiecerit igne Typhœa. Claudius in Alaricum. Ipsumque Iouem turbante Typhœæ ( Si fas est ) tenuisse ferunt, quum brachia centum, Montibus armaret totidem.
- 3 ¶ Inter Gygantes etiam numerantur Alœus Titani filius, geminique eius filij ex Iphimeria de a Neptuno venata geniti Orthos & Ephialtes. Virgilius in Culice. Nam vicus ledetum manis serpentibus Orthos. Deuictum moestus procul aspiciens Ephialtem. Conati quondam quæ sint incendere mundum. Idem libro sexto Aeneidos. Hic & Aloidas geminos immania vidi Corpora, qui manibus magnum rescindere cœlum Aggressi, superisque Iouem detrudere regnis. Claudianus de victoria Stiliconis. Quum gemini fratres ( genuit quos asper Alœus ) Martem subdiderint vinculis, & in astra negatas Tentarint munire vias, fœteritque reuulsis Pene tribus scopulis cœlesti machina cœlo. Idem. Moriensque Ephialtes In laus obliquam proiecit languidus Ossam. Lucanus libro sexto. Impius hinc prolem superis immisit Alœus. Virgilius in opusculo de obitu Meccœnatis. Fudit Aloidas summi moderator Olympi. Mantuanus de Cala. In superos eadem natos armauit Aloï, Quidosmitum grauibz martem tenere catenis.
- 4 ¶ Enceladum poetæ fabulantur in Sicilia fulminatam, vt Othum in Creta, Typhœum in Campania. De hoc Virgilius libro secundo Aeneidos, Fama est Enceladi semivivum fulmine corpus Urgeri mole hac, ingentemque insuper Aetnam Impositam ruptis flammam exspirare caminis. Et fessum quoties morat latus, intremere omnem Murmure Trinacriam, & cœlum subtexere fumo. Idem in Aetna. Murmure Trinacrio morientem Iuppiter Aetna Obruit Enceladum, vasti quoque pondere montis Aestuat, & petulans expirat faucibus ignes. Claudianus, Aetna Gyganteos nunquam tacitura triumphos Enceladibus tum qui faucia membra reuinctus, Spirat inexhaustum flagranti pectore sulphur, Et quoties detrectat onus ceruice rebeli In dextrum leuumque latus, tunc insula fundo Vellitur & dubie nutans cum mœnibus vrbes, Seneca in Medea. Quæque anhelantem premens Titiana, tantis Aetna feruebit minis.
- 5 ¶ Tytus Gygas fuit nouem iugerum, qui quum Latonæ vim vellet inferre ab Appolline sagittis confollus



fagittis confossus est, & ad inferos detrusus, vbi a vulture corroditur, fibris & icore semper renascentibus. Virgilius libro sexto Aeneidos. Necnon & Tityum terrę omniparentis alumnum Cernere erat, cui tota nouem per iugera corpus porrigitur, rostroque immansis vultur adunco Immortale iecur tundens fecundaque pœnis Viscera, nec fibris reque renascens Non perit, vt possit saepe perire iecur. Tibullus. Porrectusque nouem Tityus per iugera terrę Assiduas atro viscere pascit aues.

¶ Polyphemus Cyclops Neptuni filius ex Thoa, propter immanem corporis molem numeratur inter Gygantes. De hoc Virgilius libro tertio Aeneidos. Nam quantus, qualisque cauo Polyphemus in antro Lanigeras claudit pecudes, atq; vbera pressat. Stroza pater. Nil magis horredum Polyphemo senserat Aetna, Sequior indomitis fratribus ille fuit. Politianus. Lotophagos, vinoque grauem Cyclopa per antrum Exportectum, ingens humanaeque frustra vomentem Mixta mero.

¶ Aegæon Gygas est, quę nonnulli eundem cum Briareo faciunt. Fuisse fertur centimanus, vnoque ictu centum scopulos in Iouem torfisse. Virgilius libro decimo Aeneidos.

Aegæon qualis, centum cui brachia dicunt,  
Centenasque manus, quinquaginta oribus ignem,  
Pectoribus arfisse, Iouis quum fulmina contra  
Tot paribus streperet Clypeis, tot stringeret enses.  
Hunc poetę fabulantur a Neptuno fuisse alligatum maris Aegæi scopulis, Statius  
Audierat duros laxantem Aegæona nexu.

¶ De Briareo. Claudianus. Quę brachia centū Briareus alijs numero crescente lacertis. Tot simul obiectis posset confingere rebus. Virgilius libro sexto Aeneidos. Et centum geminus Briareus, & belua Lernæ. Horatius. Nec si resurgat centimanus Gygas, diuellet vnquam.

¶ Inter hos ponitur Numas, quem aiunt sub Prochyra conclusum. Syllius libro duodecimo. Apparet Prochite sæuum sortita Numanta. De Numante seu Mimante (vt alij legunt) Claudianus. Occurrit cum fratre Mimas, Lemnumque calentem, Cum Lare Vulcani spumantibus eruit vndis.

¶ De Porphyrione & Adamastore. Sidonius. Hic rotat excussum vibrans in sydera Pin dum Enceladus, rapido fit missilis Ossa Typhoco, Porphyrium Pangæa rapit, Rhodopenque Adamastor. Claudianus. Sequusque Adamastor, Ad depellendos iaculum dum quereret hostes. Idem Claudianus in Gygant. Te Delphica laurus Stringat Porphyriion. Et paulopost, Porphyriion trepidam conatur vellere Delon.

¶ Antæus Gygas fuit in Lybia proceri corporis, cui in Herculem luctanti terra mater augebat vires, quotiescumque eam attigerat. Lucanus libro quarto. Hoc quoque tam vastitas cumulat munere vires Terra suis factus, quod quum tetigere parentem, iam defæta vigent renouato robore membra.

¶ Fuit & Astræus vnus e Titanibus, qui contra deos arma sumpsere. Hic ex Aurora ventos genuisse fertur.

¶ Atlantem poetę fabulantur Gygantem omnium maximum, qui cœlum humeris sustinuerit. Quod fingitur propter eiusdem nominis montem in Mauritania tantę altitudinis, vt nubes contingere videatur. Virgilius. Vbi cœlifer Atlas Axem humeris torquet stellis ardentibus aptum, Ouidius libro quinto Fastorum. Hinc fata Pleyone cum cœlifero Atlante lungitur.

¶ Gygem Hesioidus in Theogonia facit cœli & terrę filium & Briarei fratrem. Ouidius. Centimanumque Gygem.

¶ Claudianus in Gygantomachia ponit Pallanta in numero Gygantum, quum ait fuisse transformatum in lapidem a Pallade. Sic autem ait, Primumque furentem longius, in facie saxi pallanta reformat. Est & Pallaneus nomen Gygantis apud eundem, vbi scribit. Sed turbidus iram Pallaneus, oculis aduerfa tuentibus atrox. Ingreditur, cæcasque manus in Pallada tendit.

¶ Pontanus libro tertio de Stellis quosdam enumerat sequentibus verbis.

Iam manus Anguipedum cœloque irata iuuentus  
Insultat portis, iamque ex Adamante securim  
Porphyrios quatit, & postes diffringit apertos,  
Immittique acies Briareus, atque agmina densat.  
Quintianus in Cleopoli.

Eequid Achillæum

OFFICINA

Ecquid Achilleum corpus miremur, Orestem,

Pallanta, atque Erycem, Polyphemon?

Horatius item libro tertio Carminum. Sed quid Typhæus & validus Numas, Aut quid minaci Porphyriion statu, Quid Rheetus, euullisque truncis Enceladus iaculator audax Contra sonantem Palladis Aegida possent?

- 17 ¶ Sunt & alij qui excreuisse dicuntur in Gygantem prope magnitudinem. Nam Agatho Atheniensis (qui floruit ætate Adriani principis) adhuc adolefcens fuisse dicitur altitudinis octo pedum.
- 18 ¶ Fuit & Porus rex in India quattuor cubitis & palmo procerus, quem Alexander bello vicit.
- 19 ¶ Ferunt beatum Christophorum fuisse longitudinis duodecim pedum.
- 20 ¶ Aranthas Bebrycius octonis cubitis longus fuisse traditur. Orestis corpus oraculi iussu refossum, septem cubitorum fuisse monumentis proditur. Authore Plynio. Architrenius. Staturam cubitis septem distendit Orestes.
- 21 ¶ In Creta terræ motu rupto monte inuentum corpus stans, 46. cubitorum, quod alij Orionis, alij Etionis fuisse tradunt. De Etione seu Echione Gygante Claudianus. Hic vero interitum fratris miratur Echion Inscius.
- 22 ¶ Aetate Plynij visus est nouem pedum ac totidem vnciarum homo Gabbara nomine, ex Arabia aduectus. Architrenius. In bis quinque pedes produxit Gabbarus artus.
- 23 ¶ Fuerunt semipede maiores Pufio & Secundilla, quorum corpora miraculi gratia asseruata sunt in conditorio Salustianorum hortorum. Plynio.
- 24 ¶ Goliath Gygas fuit, quem Dauid fundæ verberare deiecit in terram & interfecit. Politianus in Nutricia. Pallentemque deo regem, qui turbine fundę Ictâ Philistæo secuit puer ora Gyganti.
- 25 ¶ Quam Procerus extiterit Maximinus imperator hoc fati argumento constat, quod vxoris dextrocherio (id est ornamento brachiorum) pro anulo vteretur. Capitolinus.
- 26 ¶ Saxo grammaticus ait Offotum fuisse Gygantem, & pastorem, cuius armenta turabatur canis Biornonis cuiusdam.
- 27 ¶ Berofus libro decimo quinto antiquitatum Noa reponit inter Gygantes & astrologos Facit & Tuysconem Gygantem, cuius filius Mannus apud Sarmatas regnauerit ætate Semiramidis. De Manno & Tuyscone meminit Tacitus in libello de populis Germaniæ.
- 28 ¶ Inter Gygantes quoque numeratur Hercules, quem fesso Atlante cælum humeris sustinisse ferunt.
- 29 ¶ Artachees vir fuit inter Persas procerissimus ætate Xerxis, vt cui quattuor omnino digiti deessent a longitudine quinque regiorum cubitorum. Author Herodotus.
- 30 ¶ Oromedon quoque nomen est Gygantis apud Propertium libro tertio scribentem. Te duce vel Iouis arma canam, cœloque minantem Cœum & Phlegreis Oromedonta iugis.
- 31 ¶ Saxo grammaticus ait Harthbenum fuisse quendam ex helyngia, qui raptas regum filias stupro fœdare gloriæ loco decebat, illum perimere solitus, a quo peragendę Veneris vsu prohiberetur. Aitque tantam in eo corporis magnitudinem extitisse, vt nomen cubitis proceritatis eius dimensio tenderetur.
- 32 ¶ Fuit & Gemagog Gygas cubitis duodecim procerus. Architrenius. Cubitis ter quatuor altum Gemagog Hercules suspendit in aera lucta. Idem, Gemagog arduitas Corinei fracta lacertis.

¶ Nani & pumiliones.

Conopas  
Andromeda  
Manius Maximus

M. Tullius  
Molon  
Pygmæi

Sisiphus  
Lucius

**N**ani dicuntur Humuntiones breuiculi & modice ab humo extantes, vocantur aliter Pumiliones & Pumili. Stadius. Mirantur Pumilos ferocios. Talis fuit Conopas in delicijs Iuliæ neptis Augusti, duos pedes & palmum longus, authore Plynio. Cuiusmodi etiam fuisse fertur Andromeda liberta Iulię Augustę.

¶ Manium Maximum & Marcum Tullium equites Romanos, binum cubitorum fuisse, authore est Varro apud Plynium.

¶ Duo fuerunt Molones, nota corporis breuitate, quorum alter histrioniam exercuit, alter latrocinij famosus est, inde natum adagium. Pufillus, quantus molon.

Pygmeorum qui

¶ Pygmaeorum qui longissimi sunt, duos pedes & quadrantem non excedunt, hinc pro-  
 uerbum. Pygmaeo breuior. Mantuanus. Inter Pygmaeos non pudet esse breuiem. Habi-  
 tant in extrema parte montium Indiae horum mulieres quinto anno pariunt, & senescunt  
 octavo. Infestantur maxime a grauiibus, in quas turmatim prodeunt, & nihilominus uin-  
 cuntur. Claudianus libro primo in Eutropium. Pendula ceu paruus moturae bella Colo-  
 nis Ingenti clamore grues aestiua relinquunt Thracia, quum tepido permutant Strymona  
 Nilo. Iuuenalis saty. 13. Ad subitas Thracum uolucres, nubemque sonoram Pygmaeus paru-  
 uis currit bellator in armis. Mox impar hosti, raptusque per aera curuis Vnguibus a fae-  
 ua fertur grue. Si videas hoc Gentibus in nostris risu quatere, sed illis Quamquam eade  
 assidue spectentur praelia, ridet Nemo, vbi tota cohors pede non est altior vno.  
 ¶ M. Antonius Syssiphum pumilionem habuisse fertur intra bipedalem staturam, ingenio  
 tamen viuacem. Beroaldus in Suetonium. Augustus exhibuit spectaculis Lucium adoles-  
 centulum honeste natum bipedali minorem. Suetonius.

1	Aloide Othos Ephialtes	2	Tyndaridae Castor Pollux	3	Atridae Agamennon Menelaus
---	------------------------------	---	--------------------------------	---	----------------------------------

Aloide dicti sunt Othos & Ephialtes ab Alceo Gygante, cuius vxorem Iphimedita  
 compressit Neptunus, & ex ea suscepit gemina, qui quum Alcei putarentur esse filii,  
 dicti sunt Aloide, vt iam diximus.

¶ Eo quoque modo Tyndaride vocati sunt Castor & Pollux, quod crederentur Tyndari  
 filij, quum tamen ex concubitu Iouis Leda geniti essent. Hinc clara gemini signa Tyn-  
 daridae micant. Ouidius. Tyndaridae fratres, hic eques, ille pugil. Simili ratione vocatur  
 Helena Tyndaris.

¶ Atridae vocantur Agamennon & Menelaus, ab Atreo parente. Horatius de Agamennone.  
 Arsit Atrides medio in triumpho Virgine rapta. De Menelao Virgilius libro vnde-  
 cimo. Atrides Protei Menelaus ad vsque columnas Exulat.

¶ Cyclopes.

Brontes Steropes	Pyragmon Acmonides	Telechines populi.
---------------------	-----------------------	-----------------------

Cyclopes ministri fuerunt Vulcani in Sicilia, quos poete monoculos dicunt, Neptuni  
 filios ex Amphitrite. Dicuntur Ioui fulmina conficere apud Liparam, quae est vna  
 ex Aeolijs insulis, Fabricam ferrariam primum in Creta repperunt. Omnium praeci-  
 pui fuerunt Brontes, Steropes, Pyragmon. De quibus Virgilius libro octauo Aeneidos.  
 Ferrum exercebant vasta Cyclopes in antro, Brontesque Steropesque, & nudus membra  
 Pyragmon. Ouidius libro quarto Fastorum. Hinc mare Trinacrium candens vbi tingere  
 ferrum Brontes, & Steropes, Acmonidesque solent. Claudianus de tertio consulatu Ho-  
 norij. Vobis iam Mulciber arma Praeparat, & Sicala Cyclops incude laborat, Brontes in-  
 numeris exasperat eggida signis, Festinat Steropes, necit thoraca Pyragmon Ignifluisque  
 gemit lipare fumosa cauernis. Idem Claudianus libro primo de raptu. Nunquam tanto su-  
 dore Pyragmon, nec Steropes construxit opus. Staius libro quarto Syluarum. Telechi-  
 nes populos inter Cyclopes reponere videtur, vbi ait. Tale nec Idaeis quicquam Telechi-  
 nes in antris, Nec stolidus Brontes, nec qui poluit arma deorum Lemnius, Exigua potuisset  
 ludere massa. Hos autem occidisse fertur Apollo, propter fulmina Ioui fabricata, quibus  
 perierat filius Aesculapius. Hinc extrusus deorum contubernio, exulauit in Thessalia,  
 vbi Admeti regis fuit armentarius.

¶ Curetes.

Celmis	Acmon	Damnameneus
--------	-------	-------------

Curetes seu Corybantes ministri fuerunt Cybeles, quibus ferrariam fabricam non  
 nulli referant acceptam. Horum nomina citat Erasimus ex Graecis carminibus, quae  
 Latina fecit. Illic habitabant Montigenae Phryges Idaei, gens arte celebris. Celmis  
 Damnameneusq;

OFFICINA

Damnareusque ingens, Acmonque superbus Montanę docti cultores Adraſteę. A quibus ars Vulcania primis eſſe reperta dicitur, & nigrum nemoroſo in monte reperitum. In vario vſus monſtrantur cudere ferrum Impoſitūq; igni, miro ſplendescere cultu. Propter hoc inuentum (quod illis aſcribitur) ęra & ferra vocantur Corybantia. Virgilius libro tertio Aeneidos. Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaque ęra. Tertullianus, Iuppiter Cretam ſuam Romanis faſcibus concuti ſineret, oblitus illud antrum Idęum & ęra Corybãtia. Horum præcipuus fuit Celmis, a quo ferrum ſolidiſſimum cudebatur, Hinc natum Adagium. Celmis in ferro, de his, qui præter modum ſuis ſidunt viribus tanquam inexpu gnabiles, aut qui in ſua arte magnopere excellunt, Cuiusmodi ſunt hæc, Roſcius in ſcæna, Antęus in arena, Hercules in claua.

¶ Athletę pugiles & paleſtritzę.

1	Brotheas	15	Corœbus		Phegeus
	Ammon	16	Democrates		Lycus
2	Gaſtor	17	Demarchus	35	Aegles
	Pollux	18	Diagoras	36	Glæucus
3	Amycus	19	Epitherſes	37	Eurydamas
4	Buthes	20	Ictus	38	Heraclides
	Eryx	21	Ergoteles	39	Iachus
5	Eurymus	22	Hypenus	40	Iſcomachus
6	Clytomedeus	23	Marullus	41	Topſius
	Anceus	24	Milo	42	Buthus
	Iphyclyus	25	Nicedorus	43	Starcatherus
	Phyleus	26	Polydamas	44	Hama
	Polydorus	27	Theagenes	45	Phaillus
7	Ageſidamus	28	Andregeus	46	Cyllon
8	Ageſias	29	Antæus	47	Callias
9	Archias	30	Pithodemus	48	Pyrrhecmen
10	Asbylus	31	Dares		Degmenus
11	Autolycus		Entellus	49	Anenicon
12	Cleomedes	32	Corycus	50	Phrynon
13	Cleomachus	33	Patrobius	51	Glæucon
14	Clitomachus	34	Hylas	52	Alij nonnulli

¶ EXPLANATIO.



Athletę dicuntur pugiles & luctatores, aliter Pancratiaſte a Pancratio ludo gymnico, de quo Propertius. Et patitur duro vulnera Pancratio. Gellius ait vnum ex liberis Diagorę Rhodię fuiſſe Pancratiaſtem, Athletaum nomine dicebantur, qui manibus pedibusque quaſi omni ope, omnibusque (vt dicitur) vnguiculis connixi certabant. Vocantur etiam Paleſtritzę a paleſtra luctatione, de qua Virgilius libro ſexto Aeneidos. Pars in gramineis exercent membra paleſtris. Paleſtrici item dicuntur, qui motus geſtusque formant, vt in Paleſtra brachia recta ſint, nec indecę ruſticęve manus nequa in proferendis pedibus inſcitia Ne caput, oculique ab alia corporis parte diſſideant. Hęc ars Chironomia dicitur, quam veteres ingenuis liberis neceſſariam putauerunt, videturque non nihil ad Hiſtrioniam ſpectare & oratoriam. Hanc qui non didicerunt, Apaleſtri vocantur, quod motu flexuque corporis ac omni habitu nullam omnino venuſtatem leporemque præferant. In Gymnicis artiſtibus ſunt etiam Pyctę id eſt pugiles, & Dromeis id eſt curſores, quales a Virgilio ponuntur libro quinto Aeneidos, vbi ad patris Anchiſę tumulum exequiales celebrat ludos. Sunt & alia per multa Athletarum genera, vt diſcoboli qui diſcum in ſublime iaculantur, qui frequens erat antiquis ludus. Haltici, qui curſus pernicitate contendunt, qualis Virgilianus ille pedibus longe melior Lycus. De antiqua puerorum inſtructione Plautus. Ante ſolem (inquit) exorientę niſi in paleſtram veneras gymnaji, profecto haud mediocris pœnas penderes. Ibi curſu, luctando, hafta, diſco, pugilatu, ſaliendo ſeſe exercebant magis quam ſcorto. Sed hæc fuerunt græcorum exercitia, quibus non

bus non utebantur Romani. Gymnici Agones dicebantur in quibus nudi exercebantur Athlete, quos in Arcadia primus reperit Lycaon. Hinc Gymnasia vocantur exercitij loca, que a corporibus ad animorum exercitia postea traducta sunt. Athenis tria fuerunt Gymnasia. Lyceum, Academia, Cynosarges. Fuit Lyceum Aristotelis schola, Academia Platonis. Apud Cynosarges pueri exercebantur, qui nec a patre, nec a matre, ciuitatis ius habebant. Porro moris erat, vt luctaturi ceromate, id est oleo carato perfunderentur, quos qui ungebant, vocabantur ceromatistæ. Vnde Lucanus liquidam vocat palestram libro nono dicens. Arcados authoris citharæ, liquidæque palestre. Vinctam Staius libro sexto. Theb. Ante alios erat vincta Pales. Eadem ratione madidam oleo palestram vocat Calpurnius. Post vinctiorem demum inspergebantur puluere, vt corpora ceromate & sudore lubrica mutuas luctantiũ prehensiones admitteret. Hinc factus prouerbio locus. Citra pulueris tactum, vbi dicimus rem aliquam sine discrimine & labore partam. Puluis ille vocatur Aphe. Cæterum vbi fabius libro primo Institutionum ait bonum esse, vt futurus orator Palestricis det operam, non de his loquebatur, quibus pars vite in oleo consumebatur, sed de illa Chyronomia, que est formandorum gestuum ac mortuũ norma, quam ab Athletica palestra multum distare constat. Palestræ tamen appellatione rem athleticam omnẽ complectimur. Pugilatus (qui Græce Pygmen dicitur) cæstibus fiebat. Cuiusmodi fuit illa Daretis in Entellum concertatio apud Virgilium Qui saltu certabant, plumbeis quibusdam pilis & massulis (Halteres Græci vocant) utebantur, quibus vtraque manu se liberaabant. Hoc adhuc nostri temporis faciunt Histriones funambuli, qui ne corporis mole in hanc, vel illam partem rapiantur, præpilatis perticis vacillationem impediunt. De his intelligit Iuuenalis. Et lassata manu ceciderunt brachia massa. Curforum alij stadiodromi vocabantur, qui stadium percurrebant, & quiescebant in limite. Alij Diaulodromi, qui peracta meta eo demũ reuertebantur, vnde cursum inierant. Dolichodromi dicebantur, qui sexies stadium curriculo obibant. Inter Athletas etiam erant Acrochiristæ, qui summis inter se manibus depugnabant nullo complexu hærentes. Qui quinque certabant generibus lucta pugilatu, saltu, cursu & Pancratiõ Pentathli vocabantur. Xystici, qui per hyemem exercebantur in portu. Nam Xystos latam porticum significat. Sciamachi dicebantur, qui sub tectis vmbralem pugnam fingebant, non veram, que fiebat in sole & puluere, qualis est Lanistarum pugna, qui digladiandi artem profitentur, quique numeros omnes impetendi, cædendi, inferendique & vitandi vulnera, atque etiam vbi punctum cæsimque ferisendum sit, discipulos docent, vt si quando in puluerem prodeundum sit, & vulnificum certamen, tutentur se melius, & inimicos inuadant cautius. Panis quo utebantur Athlete, dicebatur Colyphium. Nunc ad eorum nomina veniendum est, qui vel vnicõ palestræ genere aut multis clari extiterunt.

¶ Ouidius libro quinto Metamor. facit Brotheam & Ammonem pugiles cæstibus claros, vbi ait. Hinc gemini fratres Brotheasque, & cæstibus Ammon Inuicti, vincitili possent cæstibus enses.

¶ Ex duobus Tyndaridis alter fuit equitatu clarus, alter pugilatu. Idẽ Ouidius li. 8. Tyndarida gemini præstantes cæstibus alter, Alter equo. Idem alibi. Tyndaridẽ fratres hic cæstibus, ille pugil. Politianus. Vixque bonum frenis Castora frater amet. Staius in Syl. Siue cæthenatis curuatus membra palestris Staret. Amyclæa conceptum matre putares.

¶ Fuit Amycus Bebrycorum rex filius Neptuni cæstibus clarus, quibus aduenas in Syl. vis interficiebat, Hunc occidit Pollux. Sidonius. Sparta Terapneã pugilem cum Gymnasio de pinguem Stratum Bebrycijs Amycum suspexerit arenis. Val. Flac. lib. 4. Argon, illum insperata turbatum fraude furentem

Oebalides prima refugit, quum detonat ira.  
Territus ipse etiam atque ingentis conscius ausi  
Sæuit inops Amycus nullo discrimine sese  
Precipitans, audis que viri (respectat ouantes  
Quippe procul Minyas) cæstu velatur, vterque  
Iruit, hos inter Pollux subit, & trucis vltro.  
Aduolat ora viri.

¶ Demum victor Pollux sic loquitur.  
Ac super insitens Pollux, ego missus Amyclis,  
Et loue natus ait, nomen mirantibus vmbis  
Hoc referes, sic & memori noscere sepulchro.

¶ Cæstibus ergo valuerunt Amycus a Polluce interfectus, Butes Amyci filius, & Eryx, quem Hercules

- quem Hercules dedit morti.
- 4 ¶ Buthes Amyci filius & Eryx Buthæ illustres fuerunt pugiles, Buthem Dares interfecit, Eryx magister fuit Entelli, cuius cæstus Entellus ipse in Daretæ certaturus protulit, Fertur etiam Eryx in Herculem certasse victusque succubuisse. De vtroq; Virgilius libro quinto, Victorem Buthem immani corpore, qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat Pertulit, & fulua moribundum extendit arena. Idem, Vbi nunc nobis deus ille magister Ne quicquam memoratus Eryx: Et paulo post. Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat, His magnum Alcidem contra stetit, his ego luetus, Dum melior vires sanguis dabat, Verba sunt Entelli in Daretem, Sidonius, Vnius mortem libeat decernere cæstu, Cæstus fit Eryx Siculus, simili nec floruit arte.
- 5 ¶ Euthymus fuit patria Locrensis, qui saxum miræ magnitudinis ad Locrensiæ portas humeris vexit, vt iam diximus, Aelianus apud Erasmmum.
- 6 ¶ Nestor (vt est apud Homerum) quum adhuc iuuenis esset, vicit pugnis Clytomedea, Lucæ Anceum, Iphyclum pedum velocitate, Phylea & Phylidorum iaculatione.
- 7 ¶ Agefidamus Locrensis fuit Olympionica, quem ab inimico prope victum quum vnxisset ilas focius, acrior ad conflictum rediens euasit victor, In cuius laudem Pyndarus scripsit hymnum.
- 8 ¶ Fuit & Agestias Syracusanus Sostrati filius nobilis Olympionica.
- 9 ¶ Archias Hybleus fuit præco, qui tres ordine vicit Olympiadas & Pythica, statua cum Epigrammate ob virtutem illam decoratus, Iul. Pollux apud Volaterranum.
- 10 ¶ Asbylus Olympionices fuit Crotoniata, ter in Olympia continua ferie victor, quæ perpetua virginitate fuisse præditum ferunt.
- 11 ¶ Autolycus nobilis fuit Pancratiastes, cui statua posita est in Prytæneo, id erat locus Athenis in arce dignissimus, vbi iudices de negocijs Reip. pertractabant.
- 12 ¶ Cleomedes Athleta Astypalensis genere, De cuius robore iam diximus in Cap. de viris prodigioso robore præditis.
- 13 ¶ Cleomachus fuit pugil Magnesijs, de quo nihil reperitur, præterquam quod in cuiusdã Cynædi & ancille amorem incidens corruptissimis euaserit moribus, Strabo.
- 14 ¶ Clitomachus Palestritam non tam commendant vires, quam pudicitia, quod etiam concubentes canes sine horrore non posset inspicere, aut in conuiujs aliquid impudicum permittere, Aelianus apud Volaterranum.
- 15 ¶ Coræbus patria Eliensis primus cursu vicit in prima Olympiade.
- 16 ¶ Democratem Athletam, factum in palestra circulo, dimouere nemo poterat.
- 17 ¶ Ferunt Demarchum Parrhasium Olympionicam gustatis pueri (qui immolabatur) extis in Lupum fuisse commutatum, Decimo demum post anno pristinae formæ restitutum.
- 18 ¶ Diogenes Rhodius victor in Olympia, cum eodem die tres filios victores coronari vidisset, expirauit gaudio, Author Gellius.
- 19 ¶ Epitheres Metrodori filius vicit in quatuor certaminibus.
- 20 ¶ Elæo Terentino Palestrite tanta fuit gloriæ libido, vt toto vite tempore castus vixerit, ne venereo concubitu corpus eneruaret, fieretque propterea inutilior ad certamen, Aelianus Volaterrano citante.
- 21 ¶ Ergoteli Athletæ Cretensi Pindarus hymnum consecrauit ob eximias vires, Cursu vicit in Olympia.
- 22 ¶ Hypenus Athleta primus diuulo vicit.
- 23 ¶ Marullus fuit Athleta, qui relicta post modum palestra ludum Romæ aperuit, fuitque latini sermonis exactor diligentissimus, Volaterranus.
- 24 ¶ De Milone Crotoniata, prodigiosisque eius viribus, & stolidâ temeritate, iam diximus.
- 25 ¶ Nicedorus Mantineus Pictes ab adolescentiâ totum se palestræ deuouit, vbi maximam promeruit laudem, Factus senior cæpit philosophari, legibusque & institutis consulere.
- 26 ¶ Polydamas Pancratiastes leonem occidit inermis, taurum apprehensum pede retinuit, insiluit in equos aurigis deiectis, agitato miro impetu detinuit currus, saxo ad extremum in cauerna oppressus est, dum eius ruinâ sese satisfacere posse confideret, Valerius & Pausanias apud Cælium.
- 27 ¶ Theagenes patria Thasius, 140. coronas e certaminibus rettulit victor.
- 28 ¶ Androgeus Minois regis Cretæ filius, quum omnes palestra superaret, ab Atheniensibus & Megarensis hanc ei gloriam inuidentibus, interfectus est, Cuius mortem Minos pater vltus est bello, Tortellius.
- 29 ¶ Antæus gygas Lybicus, & egregius luctator, ausus est cum Hercule in certamen descendere, cui quum

dere, cui quum Terra mater vires tactu augetet, constructis in acre membris & faucibus  
ab ipso Hercule iugulatus est. Hanc eorum luctam describit Politianus hoc modo.

Incaluere animis dura certare palestra  
Neptuni quondam filius, atque Iouis,  
Non certamen erant operoso exere lebetes,  
Sed qui vel vitam, vel ferat interitum,  
Occidit Anteus, Ioue natum vincere fas est  
Estque magistra Pales Græcia, non Lybia.

¶ Simile duellum amoris in Pana deum confinxit Stroza filius; Cuius carmina quoniam  
ingeniosissima mihi visa sunt, adieci.

Pan & amor quondam lucta certare volentes  
Deponunt calamos ille vel ille sacros,  
Hisonus alarum, villosæ nebridos ille,  
Proijcit hic arcus, proijcit ille pedum,  
Tum liquido exutos artus perfundit Oliuo  
Cecropia que modum seruat vterque Pales,  
Conseruere manus totis conatibus ambo,  
Robore Pan fidens, dexteritate puer.  
Aspera pugna fuit, primis que assultibus anceps,  
Nunc pana aiebant vincere, nunc puerum,  
At demum alato pensauit cornua saltu,  
Panaque qui vincit omnia, vicit Amor.

¶ Pythodemus luctator fuit egregius, cuius statuum fecit Dynomenes, Plynius.

¶ Daretem Virg. fingit fuisse nescio quem iactantulum, suisque viribus immmodice fi  
dentem, q̄ in ludis illis (quos ad Ancisæ tumultū celebrabat Aeneas) quū sibi inimū blādī  
retur, vt vnumquemq; magnifico sermone lacefferet, ad extremum coegerit Entellum, q̄  
uis capularem & prope viribus effectum, cæstus arripere. A quo magna nominis infamia  
superatus, prope semiaminis in castra fuorum relatus sit, Vnde natum adagiū Hierony  
mo positum. Dares Entellum prouocas.

¶ Coryc<sup>9</sup> luctator quū neminē reperiret priorē, aut parē, cuiusq; virib<sup>9</sup> succūberet etiā ada  
gio sequenti fecit locum, Luctari cum Coryco, de his, qui aliquid supra vires moluntur. 32

¶ Patrobius libertus Neronis, tanto palestre studio tenebatur, vt arenam a Nido vsque iu  
beret sibi afferri in theatrum, qua spargeretur. Plynius Cap. 12. lib. 35. 33

¶ De Hyla, Phegeo & Lyco Aufonius ad hunc modum scribit, 34

Doctus Hylas cæstu, Phegeus catus arte palestræ,  
Clarus Olympiacis est Lycus in stadijs,  
An possent omnes venturo vincere Agone,  
Ammonem Lybiæ consulere deum,  
Sed deus vt sapiens, dabitur victoria vobis  
Indubitata quidem, si caueatis, ait.  
Ne quis Hylam cæstu, ne quis certamine luctæ  
Phegea, ne cursu te Lyce pretereat.

¶ Aegles Olympionica dū in sacro certamine fortitio inter ipsos & aduersarios nō bona fi  
desieret, repēte (quū prius esset mut<sup>9</sup>) in eū qui id faciebat, sese videre, quid faceret, magnū  
inclamauit. Orisq; vinculo solutus, recte postea semper locutus est Gellius. 35

¶ Fuit Glaucus Carystius piætes coronatus, 25. Olympiade, quem Pythia ter vicisse fe  
runt. Isthmia decies. Is in agro colēdov omerē (qui ab aratro casu exciderat) manu loco mal  
lei in suum locum restituit. Ductus postea a patre in Olympiam, quum ab aduersarijs con  
ficeretur plagis, & iam succumbens deficeret, inclamauit profiliens pater, percute qua ara  
trum. Quo ille stimulo concitatus, irruensque violentius velut impetu capto, aduersarium  
vicit, statuumque meruit. Cælius Cap. 28. lib. 6.

¶ Fuit Eurydamas Pyctes Cyrenæus patria, qui aduersarijs plagarum vi & frequētia den  
tes sapenti mero excutiebat. 37

¶ Ferunt Heraclidem fuisse pugilem, infiniti prope cibi, potusque capacem. Non reperie  
batur illi par in potando Alios ad ientaculum inuitabat, alios ad prandium, ad cœnam ali  
os. Postremos ad comestationem. Recedentibus primis, iungebantur secundi. Omnibus  
que sufficiebat solus. Cælius lib. 16. Cap. 16.

¶ Clæchus Epidamnius fuit Pyctes, quem Cleomedes Astypalensis ic̄tu pugni interfecit, 39  
c ij academum

OFFICINA

- ac demum interfecti lateribus apertis intestina exeruit. Crinitus Cap. I. lib. 15.
- 40 ¶ Ilcomachus Crotoniatis victor fuit in stadio, quo tempore M. Valerius & P. Posthumius Tubertus consules Romæ creati sunt.
- 41 ¶ Topsius luctator fuit egregius, Dionis Alexandrini frater.
- 42 ¶ Burbus Athleta vicit in Pythijs ludis. Idem bouem integrum vno die deuorauit, quod de Milone Crotoniata dicitur. Erasmus in Chiliadibus.
- 43 ¶ Starcatherum Saxo Grammaticus prodit Athletam fuisse, qui nulli mortalium suo tempore, viribus & virtute cesserit. De cuius præclaris facinoribus multa commemorat.
- 44 ¶ Hama apud Saxones Gymnicis palmis clarissimus habitus est, adeo, vt magno militaris pompe tripudio ductus sit ad conflictum, & Starcathero inter danos fortissimo, sed capulari oppositus. Quum ergo in conflictum ambo descendissent, astarentque hinc & inde numerosi spectatores, vt luctus partis victori gratularentur. Starcatherus primo quidem insultu propter inualidas vires pene resupinatus est. Verum vbi pudore resumpsit vires, & se sibi restituit, medium hanc corpus dissecuit. Idem Saxo lib. 6.
- 45 ¶ Phailus fuit Athleta fortissimus, in cuius honorem Alexander Macedo multas exuuias dono Crotoniatis misit. Pontanus de magnificentia.
- 46 ¶ Cyllon fuit Olympionices Atheniensis, affectata tyrannidis compertus.
- 47 ¶ Callias Atheniensis tyranni Pisistrati inimicus, in equorum cursu palmam obtinuit, in quadrigario fuit secundus, in Pythijs primas meruit. Herodotus lib. 6.
- 48 ¶ Pyrrahmen luctator fuit Aetholus, qui degmenum Epeum singulari certamine vicit. Volaterranus in Geographia.
- 49 ¶ Auenicon fuit Pancratiastes ex Anthedone vrbe.
- 50 ¶ Phrynon dux fuit Atheniensium, Pancratiastes clarissimus, quem Pyttacus Mytilenæus singulari contendens certamine, recte sub clypeo latente inuoluit, atque hoc modo superauit. Laertius.
- 51 ¶ Glycon nomen est luctatoris fortissimi apud Horatium in epistolis scribentem. Et quia desperes inuicti membra Glyconis, Nodosa corpus noli prohibere chiragra.
- 52 ¶ In honorem defuncti Archemori (qui filius fuit Lycurgi regis Thracum) annui Agones instituti sunt. Statius li. 6. Thebaidos, quosdam enumerat ex his qui ibidem certauerunt, quorum hæc sunt nomina. Hippomedon iactu disci præstans, Phlegias, Alcidamas, Lacon, Capaneus, Aetholus, Agylleus, Tydeus, & alij nonnulli.

¶ Gladiatores.

1	Bithus	4	Turbo	7	Gracchus
	Bacchius	5	Martianus	8	Cilix
2	Erfenius		Spiculus		Sergiolus
	Pacidianus	6	Veianius	9	Glyco
3	Spartacus				

**G**ladiatorum genera sunt, retiarij secutores, Mirmillones, Hoplomachi, Thraces. Horum magistri dicuntur Lanistæ, hi gladiaturam domi exercebant, instituebantque tyrones, quos vendebant munerarij. Erant Munerarij spectaculorum exhibitores, qui ludos gladiatorios populo exhibebant. A Græcis dicuntur Agonothetæ. Martialis. Suspectam velut emptor, aut Lanista. Retiarij pugnabant in Mirmillonem, vocabulo a rete deducto, quod sub scuto ferebant, vt inuoluerent inimicum. Mirmillones nomen habuerunt a Mirmillonio genere armaturæ Gallicæ, quo utebantur. Iuuenalis satyra sexta. Nobilis Euryalum, aut Mirmillonem exprimat infans. Pinnirapi dicebatur retiarij, qui pugnantes aduersus Mirmillonem, pinnam hoc est summitatem galeæ rapiebant. Iuuenalis satyra tertia. Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenesque lanistæ. Retiarij tunica utebantur & fuscina. Iuuenalis. Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi. Suetonius. Retiarij inquit tunicati quinque numero gregatim dimicantes sine certamine vlllo totidem secutoribus succubuerant, quum occidi iuberentur, vnus resumpta fuscina omnes interemit. Secutor galeam ferebat & clypeum falcemque supinam, Retiarius galerum tantum. De hoc Iuuenalis satyra octaua. Nec galea frontem abscondit, mouet esse tridentem. Postquam vibrata pendentia retia dextra Ne quicquam effudit, nondum ad spectacula vultum Erigit & tota fugit agnoscendus arena. Credamus tunicæ, de faucibus aurea quum se Porrigat & longo iacietur spira galero.

Inter gladiatores



¶ Inter gladiatores præcipui habentur Bithus & Bacchius, qui pares fuerunt arte, & pares  
audacia. Hinc natum adagium. Bithus contra Bacchium, quum duo equaliter improbi cõ-  
tendunt inter sese. Horatius. Vt non Compositi melius cum Bitho Bacchius. Nam quum  
multos interfecissent, tandem congressi mutuis vulneribus se confoderunt.

¶ Erfenius & Pacidianus Gladiatores itidem fuerunt nobilissimi. A quibus natum Ada-  
gium præcedenti simile. Erfenius cum Pacidiano. Cicero de perfecto oratore. A me autẽ  
(quo maximis minima confera) Gladiatorum par nobilissimum inducitur. Aeschines  
tanquam Erfenius, non spurcus, sed doctus & acer. Cum Pacidiano hic imponitur,  
optimus longe post homines natos.

¶ Spartacus Gladiator fuit Thrax genere magnis viribus præstans, qui vna cum Chryso  
& Oenomao, effracto Lentuli ludo Gladiatorio Capua erupit cum septuaginta Gladiato-  
ribus. Qui omnes collecto exulum & fugitiuorum non paruo exercitu, bellum ingens con-  
citarunt, adeo vt mitti Crassum oportuerit, qui perditos eorũ conatus reprimeret. Autho-  
res Appianus libro primo bellorum ciuiliũ, Plutarchus in Crasso, & L. Florus. Vnde Lu-  
canus. Vt simili causa caderes, qua Spartacus hostis. Horatius. Aemula nec virtus Capue,  
nec Spartacus acer.

¶ Turbo faciens genitium Turbonis, nomen est Gladiatoris apud Horatium libro secũ-  
do Sermonum. Corpore maiorem rides Turbonis in armis.

¶ Martianus nomen est Gladiatoris apud Plutarchum in Galba.  
¶ Idem ait Spiculum fuisse Gladiatorem, quem Romani Neronis statuis subiectum in fo-  
ro perdididerint.

¶ Horatius facit Veianium gladiatorem in principio epistolarum, vbi ait. Veianius armis  
Herculis ad postem fixis latet abditus agro. Ne populum extrema toties exoret arena.

¶ Gracchus nomen est Retiarj apud Luuenalem saty. 8. scribentem. Nec clypeo Gracchũ  
pugnantem aut falce supina. Damnat enim tales habitus, & damnat & odit.

¶ Cilix apud eundem Luuenalem nomen est Gladiatoris vbi ait. Sic pugnas Cilicis lauda-  
bat & ictus. Apud Martialem furis nomen est. Sergiolus apud eundem Luuenalem saty. 6.  
nomen est gladiatoris vbi ait. Nam Sergiolus iam radere guttur Cæperat.

¶ Apud Horatium Glico nomen est gladiatoris vbi ait. Et qua desperes inuicti membra  
Glyconis. Fuit & eiusdem nominis tragædus Neronis ætate, de quo Persius satyra quin-  
ta. Feruebit sepe in sulco cœnanda Glyconi.

¶ Histriones & actores.

1	Paris	9	Nicostratus	18	Cyliscus
2	Genesius	10	Cytheris	19	Fauo
3	Roscius	11	M. Ofilius	20	Spinter
4	Aelopus	12	Saculio	21	Castor
5	Pylades	13	Satyrs		Docilis
	Hylas	14	Thymele	22	Demetrius
6	Stephanio	15	Polus		Stratocles
7	Rubrius	16	Callipides		Hæmus
8	Astydamas	17	Theocritus		Antiochus



Histriones vocantur ludiones & gesticulatores, qui oculos specta-  
torum suis oblectant ludis. Theatricorum enim artificum alij vo-  
cantur Gymnici, alij scænici. De Gymnicis non nihil dictum est in  
Athletis. Scænici vocantur qui scænicos Agonas exercent, aliter  
Dionysiaci velut patri libero dicati. In his sunt comædi & tragæ-  
di, id est fabularum actores. Item Mimi, Pantomimi, Archimimi,  
Ethologi, Ethopœi, qui omnes significant alienæ personæ si-  
mulatores, & hypocritas, Latine vocantur Histriones, vel ab  
Histrìa, ex qua primum venerunt, vel quod Hister vocabulo

Thusco significet ludionem. Mimi dicuntur imitatores, qui dicta, facta, moresque hos-  
minum & naturas imitantur, Quamuis etiam Mimi dicantur poemata, sine reuerentia  
lasciuam imitantia, vt apud Ouidium. Scribere si fas est imitantes turpia Mimos.  
Pantomimi omnium personarum imitatores & effectores. Suetonius in Caligula. Nestorẽ  
Pantomimum enim inter spectacula osculabatur. Bibaculus scriptor egregius ob eximiã  
t iij imitationem

OFFICINA

imitationem Pantomimus vocabatur. Si Venus leporem in horoscopo respexerit, faciet Pantomimos & Mimologos, inquit Iulius Maternus. Archimimi sunt Histrionum principes, Ethologi sunt fictores morum & affectuum cuiuscunque personæ. Cicero libro secundo de oratore. Mimorum est enim Ethologorum, si nimia est imitatio sicut obscenitas. Quibus verbis Cicero nimiam & velut Mimicam in oratore culpam imitationem. Sūt & Ethopœi Histriones, qui mores imitantur eius personæ, quam sustinent. Vnde Ethopœia morum alienorum imitatio, quæ aliter vocatur Mimelisis. Inter scenicos quoque ponuntur Thymelici, saltatores, Chyronimi. Thymelici sunt citharœdi, cithariste, lyriste, tibicines. Thymelici, actiones suas in Orchestra peragebant, Comici & Tragicæ in scæna, Thymelici autem dicuntur vel a Thymele muliere, quæ prima saltationem docuit, vel quod Thymele apud Græcos histrionicam significet, Martialis libro primo. Qua Thymelæ spectas, derisorumque latinum. Chyronomi sunt gesticulatores, & Chyronomia saltatio gesticulatrix. Iuuenalis satyra sexta. Chironomon Lædam molli saltante Batyllo, ubi Læda nomen est saltationis, Batyllus histrionis. Idem satyra quinta. Saltantem spectas & Chironomonta volanti Cultello. Saltationis species antiquitus fuerunt Pyrrhica, quæ & Enopolia a quibusdam dicitur, id est pacata. Hinc Pyrrhicarij & Pyrrhicitæ dicuntur saltatores armati. Tranquillus in Cæsare dictatore. Furius Lepidus stirpe prætoris & A. Calpurnius senator quondam actorque causarum Pyrrhicam saltauerunt. Nomen autem sumpta a Pyrrho inuentore. Cordax saltatio est obscœna & Comica. Tertium genus saltationis Sicinensis appellatur, quæ satyrica esse dicitur. Plinius lib. 1. Saltationem armatam Curetes docuere, Pyrrhiceam Pyrrhus, ubi armatam a Pyrrhica distinguit, quas tamen easdem esse sentit doctissimus Budæus, a quo bonam horum fragmentorum partem emendicavi. Est & alia saltatio, quæ Eumelia dicitur, id est pacata. Prodrunt historis Romanorum histriones pulfos Italia a Nerone, quum propter eos variæ factiones ortæ sunt, vt adeo vehementes, vt ad compescendam fautorum contentionem milites theatri assidere iuberentur. Vnde & Tranquillus. Pantomimorum inquit factiones simul cum ipsis relegatæ. Restituti sunt demum per Neruam, sed iterum postea sublata a Traiano.

- 1 ¶ Paris histrionus libertus fuit domitiæ Neronis Amicæ, qui solitus erat luxus Neronis intendere tempore cœnæ, eiusque animum demulcere, auctore Cornelio Tacito. De hoc intelligit Iuuenalis. Esurit, intactam Paridi nisi vendit Agauæ. Quod non dant proceres, dabit histrionus. Tranquillus ait eum a Nerone occisum, quasi grauem aduersarium. Idem scribit Domitianum repudiasse uxorem Paridis histrionis amore perditam. De hoc Paride Pantomimo, est elegans apud Martiale epitaphium, quod hic propter festiuitatē subiunxi. Quis quis Flaminiam teris viator noli nobile præterire marmor. Urbis delitiæ salesque nili, Ars & gratia, Lusus & voluptas, Romani decus & dolor theatri, Atque omnes Veneres Cupidinesque, hæc sunt condita quo Paris sepulchro.
- 2 ¶ Genesius Arelatenensis patria Mimus fuit apud Diocletianum, qui Christianos turpissimis gestibus irridebat. Tandem & ipse sub imperatore passus est.
- 3 ¶ Roscius Gallus Comœdus fuit vt oim peritissimus, ita & notissimus, qui gestus & pronunciationis exercitatione eo venit præstantiæ, vt si quempiam in arte sua perfectum velimus dicere, eum vocemus velut Roscium in scæna. Persona primus vsus est in scæna, quod obliquus esset oculis, turpisque aspectu. Scripsit librum, quo histrioniam comparauit eloquentiæ. Cicero grauissima oratione populum obiurgauit, quod agente Roscio tumultum mouisset. Idem lib. 2. de oratore. Quam soleo (inquit) sepe mirari eorum impudentiam, qui agunt in scæna gestum, spectante Roscio. Quis enim se commouere potest, cuius vicia ille non aduertat? Porro autem fuit Roscius, L. Syllæ adeo charus, vt annulo aureo ab eodẽ dictatore donatus sit. Tantum præterea tum gratiæ, tum gloriæ, vt mercedem diurnam de publico mille denarios sine gregalibus acceperit. Macrobius Cap. 7. lib. 3. Horatius de eo scribit. Clament perisisse pudorem Cuncti pene patres, ea quum reprehendere coner, Quæ grauis Aesopus, quæ doctus Roscius egit.
- 4 ¶ Aesopus fuit tragœdus, amicus Ciceronis quæ ex histrionia tantas opes sibi comparauit, vt patinam haberet, 600, sestertij taxatam, filiumque reliquerit adeo diuitem & prodigum, vt vniones aceto liquefactos, cœnis apponeret. Plinius ait patrem posuisse in patina aues cantu aliquo aut humano sermone vocales millibus sex singulas coemptas nulla alia inductum suauitate, nisi vt imitationem hominis manderet, dignus filio, a quo deuoratas diximus margaritas.
- 5 ¶ Dion Cassius prodit Neruam Cocceium Gladiatoribus theatricis, Mimisque & saltatoribus maxime oblectatum, e quibus vnum præ cæteris (cui nomen erat Pylades) dilexerit, Fuit hic Pylades

Fuit hic Pylades Histrionica clarus. Hylam discipulum vsque ad equalitati contentione eruditione prouexit. De utroque abunde meminit Macrobius libro secundo Saturnaliorum. Augustus Cæsar auctore Tranquillo Hylam Panthomimum in atrio domus sue ne mine excluso flagellis verberauit, pratore licentiam Histrionis culpante. Pyladem quoque vrbe atque Italia lum mouit, quod spectatorem ( a quo exhibebatur ) demonstrasset digito conspicuumque fecisset.

Stephano etiam nomen est Histrionis, quem Suetonius togatarium vocat, quod primus togatus saltare instituit. Hunc Augustus per bina theatra virgis cæsum relegauit, quod circūtonsam in puerilem habitum matronam ei ministrasse comperisset.

Rubrius apud Plynium Histrio dicitur, cui L. Plancus cognomen imposuit.

Astydamas fuit Histrio Morsimi filius, cui statua in theatro ponenda decreta fuerat, quod in agendo Parthenam sese gnauiter ac scite gessisset, Itaque titulum conscripsit, quo suas ipse laudes complectebatur. Vnde natum Adagium, Laudas te ipsum Astydame in modum. Erasmus.

Nicostratus fuit Comædiarum actor talis apud Græcos, qualis apud Romanos fuisse traditur Roscius. Propter cuius artis peritiam reliquum locum sequenti prouerbio. Ego faciam omnia more Nicostrati. Suidas apud Erasmus.

Cytheris fuit Mima, cum qua M. Antonius post Pharsalicam pugnam vectus est curru, quem generosi spiritus leones trahebant. Author Plynius libro octauo.

Idem scribit M. Ofilius fuisse histrionem & Comædum, qui quum populo admodum placuisset natali die suo, coniuuiumque haberet, edita cœna calidam potionem in pultario poposcerit, simulque personam eius dicei acceptam intuens, corona e capite suo in eam trãtulit, talique habitu rigens nullo sentiente expirauerit.

Caculio nomen est histrionis apud Plutarchum, quem Brutus in bello contra Antonium captiuum cepit.

Fuit & Satyrus apud Græcos histrionis, qui Demosthenis lingua præpediti ac propterea ingrati populo sic formauit vocem, vt non prior Demosthenes, sed, alter videretur. Auctor Plutarchus.

Thymele mulier prima saltationem docuit. Hinc Thymelici dicuntur saltatores Mimi. Martialis. Qua Thymelen spectas, derisoremque Latinum, Iuuenalis. Attendit Thymele, Thymele tunc rustica discit. Huius Thymeles maritus vocabatur Latinus, qui fuit Domitiani imperatoris, de quo Suetonius.

Polus histrionis fuit fama celebri in terra Græcia, qui gestus & vocis claritudine & venustate cæteris ante stabat. Egit tragœdias poetarum. Athenis etiam Electram Sophoclis vna cum Orestis Ossibus gestantem. Quem actum scite adeo & doctè absoluit, vt imagines rerum verbis exprimens spectatores ad fletum & lachrymas concitauerit.

Fuit Callipides gesticularius & tragœdiarum histrionis inter Græcos clarus. Qua in re plurimum se mirabatur. Itaque vbi Agesilao regi occurrisset, arrogantius eum salutauit, inde illi se ostentans arbitratum fore, vt comiter a rege exciperetur. Verum quum sciret rex intenderet, nec aduerteret ad Callipidem, Non admodum (inquit) nosse me videris o rex. Tum subridens Agesilaus, An non es (inquit) Callipides ille dicelictas, id est minus, Sparatanorum vocabulo, quibus verbis ludioni tumorem retudit. Fuit autem Callipides adeo gestuosus, vt Simia gesticulosiorem Græci eum dixerint. Quamobrem pronuntiatio illa tam elegans & arguta, reddebat hominem tardiozem. Auctor Plutarchus in Apophth. Laconicis, & in vita Alcibiadis.

Fuit Theocrines primum Tragœdiarum actor, deinde calumniator & Sicophanta. Vnde & Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Aeschinem, tragicum Theocrinem vocat. Erasmus in Chiliadibus.

Cyliscus nomen est tragœdi apud Plynium lib. 3. Cap. 10.

Fauo fuit Archimimus, qui in funere Vespasiani imperatoris, personam eius tulit, virique vt moris erat facta & dicta imitatus est. Interrogatis itaque ab eo procuratoribus exequiarum, quanti constaret funus, vt audiuit sestertium centies exclamauit, centum sibi sestertia darent, ac se vel in Tyberim proijcerent. Quibus verbis taxabat imperatoris auariciam, qui indignaretur tantam impensam in funere suo factam fuisse. Suetonius in Fl. Vespasiano.

Spinter fuit histrionis, a cuius nomine vocatus est lentulus spinter, quod eius similitudine referret maxime. Valerius.

OFFICINA

- 21 ¶ Castor & docilis Histrionum sunt nomina, apud Horatium in epistolis scribentem. Ambigitur quid enim, Castor sciat an Docilis plus.
- 22 ¶ Demetrius, Stratocles, Hæmus & Antiochus egregij fuerunt Histriones, de quibus Iuuenalis satyra tertia. Nec tamen Antiochus, aut cum molli Demetrius Hæmo, Stratocles & Demetrii meminisse Fabius Capite ultimo libri vndecimi Institutionum oratoriarum, diuersam amborum virtutem cōmendans his verbis. Maximos actores Comœdiarum Demetrium & Stratoclem placere diuersis virtutibus vidimus. Sed illud minus mirum quod alter deos, & iuuenes, & bonos patres, seruosque & matronas, & graues anus optime, Alter acres senes, callidos, seruos, parafytos, lenones, & omnia agitatoria melius representaret. Fuit enim natura diuersa. Nam vox Demetrii iucundior, illius acrior erat. Errauit Domitius Marfus in Iuuenalem, de his Histrionibus loquens, dicensque Papinium meminisse Hemi Histrionis illo suo carmine. Huc intrent faciles Hemi puellæ. Vbi legendum est emi verbum modi infiniti, id est puellæ venales, & quæ facile emuntur. Idque propter naturam phalecij carminis, quod in tertia sede trocheum solum recipit.

¶ Ludi & spectacula diuersa.

1	Actia	14	Gladiatorij	25	Spectacula Firmi.
2	Bubetiæ	15	Scenici	26	Spectacula Helioga.
3	Pythia	16	Spectacula Cæsaris	27	Spectacula Philippi.
4	Iuuenalia	17	Spectacula Augusti	28	Astragalus
5	Olympia	18	Spectacula Caligulæ	29	Pila.
6	Nemæa	19	Spectacula Cæsaris	30	Latrunculi
7	Aeacea		Claudij	31	Alea
8	Dionysia	20	Spectacula Neronis	32	Turricula
9	Ludi Circenses	21	Spectacula domitia.	33	Par, impar.
10	Venationes	22	Spectacula Adriani.	34	Nuces
11	Ludi seculares	23	Spectacula Antonij	35	Chartæ
12	Taurij		Pij	36	Sortiri digitis
13	Plæbij	24	Spectacula gordiani	37	Discus

EXPLANATIO.



- Actia ludi fuerunt quinquenales instituti apud Actium Epyri promontorium ab Augusto post Antonium, & Cleopatram superatos in honorem Apollinis Actiaci.
- 2 ¶ Bubetiæ ludi fuerunt a bobus appellati, quoniam a veteribus gratia bouum instituti sunt. Vocantur etiam boalia.
- 3 ¶ Pythia vocabantur ludi Apollinares, instituti in honorẽ Apollinis post interfectum Pythona serpentem. Horatius. Qui Pythia cantat Tibicen, didicit prius, extimuitque magistrum, Sabellicus, Heroica carmina Phœbo Delphica post cœsum cecinit Pythona iuuentus. Hos ludos instituit Corcebus Atheniensis. Liuius scribit ludos Apollinares uotos fuisse ad expellendum ab Italia Annibalem. De his ludis Ouidius libro primo Metæ. Neve operis famam delere vetustas, Instituit sacros celebri certamie ludos Pythia, perdoes mitæ serpentis nomine dictos.
- 4 ¶ Cornelius Tacitus scribit Neronem instituisse ludos Iuuenalium vocabulo, in quibus non nobilitas vlla, non ætas, aut acti honores erant impedimento, quo minus Græci latinique histriones artem exercerent vsque ad gestus modosque parum viriles. Quin & foemine illustres deformia meditabantur. Fieri quoque iussit conuenticula, & Cauponas, vbi posita erant irritamenta luxus, vnde corruptis moribus accessit libidinum colluuius post natos homines longe maxima. Iuuenalia seu Iuuenales ludi celebrantur pompatico rerum omnium apparatu, quum quis ex Adolescentia egrediens, in iuuenilem migrabat ætatẽ. De his Baptista Pius in Annota.
- 5 ¶ Olympia ludos in honorem Iouis constituit Hercules apud Elidem, & Pisam Græciæ oppida, vbi Gymnicum certamen fiebat quinto quoque anno. In his qui dimicabat, vocabantur Olympianices. Hic Hercules stadium fecit tanto ceteris maius, quanto mensura pedis citius ceteris præpollebat.

Nemæa fiebant

**N**emæa fiebant in honorem Archemori Lycurgi regis Thracum filij, quæ ab Hypsipis 6  
le nutrice in herba relicto serpens interfecerat.

**A**eaeca fiebant de Aeaco apud Aeginam. **M**arathonea ob taurum a Theseo interfes 7  
ctum, vbi phiala argentea dabatur præmium. Thebis etiam fiebant Heraclea Oenomaus  
primus apud Elidem ludorum spectaculum, equorumque cursum edidit. Apud Romanos  
Romulus in Sabinarum raptu, Vnde Ouidius, Primus sollicitos fecisti Romule ludos, Ad  
certamina Gymnica non admittebantur foemine. Vnde Stautus, Excluse que expectat præ  
mia matres. In ludis illis certabatur quinque generibus, disco, hasta, saltu, iaculatione, lucta  
tione. Qui in omnibus vincebat, vocabatur Pentathlus.

**D**ionysia fiebant in honorem Bacchi, vbi maxima bibendi licentia permittebatur. His 8  
intererant populus, & Athletæ passim coronati. Omnium certaminum præcipua quattuor  
fuerunt genera, Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia, quorum premia erant Oleaster, laurus,  
apium, pinus. Fiebantque in honorem Pelopis, Apollinijs, Archemori, & Palemonis. Aliqui  
ad Iouem, & Neptunum Olympia, & Isthmia referunt. Vnde Stautus libro primo Theb.  
Non aliter, quam Piseo sua lustra tonanti Quum redeunt.

**L**udi Circenses qui fiebant in Circo, vbi loca erant, & subfellia equitibus patribusque de 9  
signata. Primus circum designauit Tarquinius Priscus. Spectaculum fiebant equi pugni  
lesque ex Ethuria maxime acciti. De his Tranquillus in Cæsare. Circensibus inquit spa  
cio citi ab vtraque parte producto in gyrum. Eurippo addito, quadrigas, bigas, & equos  
desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Troiam lusit turma duplex maiorum, & minorum  
puerorum. Troia autem erat equestre simulachrum, seu umbratica equitum pugna,  
in qua equi in orbem se inuicem petebant. Huius ludi originem Virg. libro quinto sic des  
cribit. Hunc morem sacrorum, atque hæc certamina primus Alcæanum longam muris quæ  
cingeret albam) Rettulit, & præcos docuit celebrare latinos. Idem, Troiaque nunc pueri  
Troianum dicitur agmen.

**V**enationes erant spectacula, in quibus posite in theatro feræ, vt Tygres, Elephanti, & 10  
leones Gladiatoribus congredebantur, vsque ad mortem, & casum alterutrius partis.

Suetonius. Venationes editæ per dies quinque, ac nouissime pugna diuisa in duas acies quin 11  
genis peditibus, Elephantis vicenis, tricenis equitibus hinc & inde commissis. In Venatio  
nibus, & Gladiatorijs soli conducti, aut damnati, & ambitiosi ad ostentationem suarum virium  
adhibebantur, quoniam maximum vite discrimen imminerat.

**L**udi sæculares in honorem Apollinis, & Dianæ instituti, fiebant centesimo quoque an 11  
no, præcone per compita clamante. Venite ad ludos, quos nemo mortalium vidit, neque vi  
surus est. Hos instituisse fertur Val. Publicola propter exactos reges. Celebrauit Philippus  
impe. anno post urbem conditam. 1000. In quibus fuerunt Elephanti, 30. Alces, 10. Ty  
gres, 10. Leones mansueti, 40. Leopardi mansueti, 30. Hyenæ decem. Gladiatorum fisca  
lum paria mille. Hippotamus quoque Rhinoceros, Arcoleontes, Camelopardi, Onagri,  
& Equi feri. De Ludis secularibus meminerunt Politianus in Miscellaneis. Valerius de  
Institutijs antiquis, & Censorinus de die natali.

**T**aurij ludi fiebant in honorem deorum inferorum, auctore Festo. 12

**P**lebei instituti sunt exactis regibus pro libertate aut reconciliatione plebis post secessio 13  
nem in Auentinum, auctor Asconius Pedianus. De his Litijs lib. 24. Plebei ludi (inquit)  
a M. Aurelio Cora, & M. Claudio Marcello ter instaurati sunt.

**G**ladiatorijs instituti sunt ad exercendam armis iuuentutem, vt iuuenes ipsi (si quando res 14  
postularet) assuescerent non expauescere congressum hostilem.

**L**udi Scenicij dicuntur a scenâ, in qua celebrabantur a theatricis actoribus. Instituti sunt 15  
ob pestilentiam accitis ex Hetruria ludionibus ad tibicinis modos saltantibus. Ludi sceni  
ci fiebant in theatris, Venationes, & Gladiatorijs in Amphitheatris. Ludicos, & Scenicos  
actores Censoria dannauit nota, vt improbos mente, & nihilli homines. Propterea Laberius  
eques excusauit lese per Epigrammata a Cæsare coactum, in histrionicam inuitum descen  
dille. Nero eam ob causam infamis habitus est. Macrobius libro secundo, & Volaterranus  
in Philolo.

**S**pectacula varij generis edita sunt a diuersis principibus, Cæsar exhibuit munus Glas 16  
diatorium. Ludos etiam regionati in vrbe tota & per omnium linguarum histriones. Itæ Cir  
censes Athletas. Naumachiam in foro depugnauit. Furius Lepidus stirpe prætoris, & Q.  
Calpenus senator quondam actorque causarum Pyrrhicam saltauerunt. Venationes edi  
dit per dies quinque, sublatijs metis, quo latius dimicaretur. Athletæ cucuruerunt per tridu  
um. Defossus est in monte Cælio lacus ad nauale prælium, in quo biremes, ac triremes Ty  
riæ, & Aegyptiæ

## OFFICINA

- rię & Aegyptiæ classis magno pugnatium numero conflixerunt. Ad quæ spectacula tantum confluit hominũ, vt præ turba elisi, & exanimati sint plurimi, & in his duo senatores,
- 17 ¶ De spectaculis Augusti sic scribit Tranquillus. Spectaculorum assiduitate, & magnificẽtia omnes antecessit. Fecit nonnunquam vicatim. Athletas quoque extructis, in campo sedibus ligneis, Nauale prælium circa Tyberim. Ad scenicas quoque, & gladiatorias operas, equitibus Romanis quandoque vsus est. Milites secreuit a populo, Multis e plebe ordinem assignauit, Prætextatis cuneum suum & proximum pædagogis. Fœminis Gladiatores spectare solum ex superiore loco concessit. Virgibus vestalibus locum in theatro separatum contra prætoris tribunal dedit. Voluit primũ subfelliorum ordinem vacuum senatoribus relinqui. Athletarum spectaculo muliebrem semouit sexum. Athletis priuilegia confirmauit, Histrionum licentiam compescuit. In Circo aurigas, curforeq; & cõfectores ferarũ produxit. Troiæ ludũ edidit frequentissime puerorum delectu. Exhibuit Rhinocerontem apud septa, Tygrim in Scæna. Anguem, 50. cubitorum pro comitio. Nulli Græco certamini interfuit, quo non pro merito certantium quemq; honorauerit. Spectauit studiosissime pugiles maxime latinos nec legitimos atq; ordinarios solũ, sed & cateruarios oppidanos, inter Angustias vicorum pugnantes temere, ac sine arte. De his Blondus Flauius libro secundo Romę triumphantis.
- 18 ¶ Caligula imperator munera edidit Gladiatoria, quibus inseruit cateruas Afrorum, Campanorumq; pugilum ex vtraque legione electissimorum. Nec spectaculis semper ipse præfedit, sed interdum magistratibus, aut amicis præfidẽdi munus iniunxit. Scenicos ludos varij generis fecit, quosdam nocturnos, accensis tota vrbe luminibus, Panaria cum oblonio virtim dedit. Edidit & Circenses, plurimos a mane vsque ad vesperam, interiecta modo Africanarum venatione, modo Troiæ decursione. Minio, & Chrycolla constrauit circum, Haesticos ludos egit Syraculis, in Gallia Lugduni Miscellos id est multiugis ludicris virijs que ludionibus refertos. Item certamen Græcæ latinęque facundiæ, in quo victoribus vitæ præmia contulerunt, & eorũdem laudes componere coacti sunt. Qui autem maxime displicuissent, scripta sua spongia lingua ve delere iubebantur, nisi ferulis obiurgari, aut in propinquo flumine mergi maluissent. Idem imp. Mirmillonem rudibus secum dimicantẽ & sponte prostratum confodit ferrea sica, & more victorum cum palma discurrit.
- 19 ¶ Cæsar Claudius fecit laes ludos quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tempori reseruos. Circo maximo marmoreis carceribus auratisque metis exculto, propria senatoribus constituit loca promiscue spectare solitis & super quadrigarum certamina, Troiæ ludum exhibuit. Exhibuit & Theffalos equites, qui tauros per spacia Circi agebant, insiliabantque defessos, & ad terrã cornibus detrahebant. Item Pantheras, quas conficiebat equitum Prætorianorũ turma, ducibus tribunis. Tranquillus.
- 20 ¶ Nero edidit luenales, Circenses, & scenicos ludos, item Gladiatoriũ munus. Iuuenalib; senes quoque consulares, anusque matronas recepit ad lufum. Circensibus loca equiti ses creta ceteris tribuit. Exhibuit & Camelorũ quadrigas. Ludos p eternitate iperij susceptos, appellari maximos voluit, in quibus plerique ex vtroque ordine, & sexu partes ludicras sustinuerunt. Nouissimus eques Ro. per Catadromũ decurrit, insidens Elephanto. Fabulam Afranij togatam, incendiũ nomine (quo Troiæ ruina continebatur) induxit, concessit que scenicis, vt ardentis domus supellectilem diriperent, ac sibi haberent, Sparlit & missilia omnium rerum id est varij generis munera, q̄ erant occupantium. Singula quotidie millia autũ cuiusque generis. Exhibuit etiã ad ferrũ quadringentos senatores, sexcentosque equites Ro. ad conficiendas feras in arena. Item Naumachiam a qua ex mari proximo inducta in qua innabant beluæ. Item Pyrrhicas saltationes per ephebos, quibus peracta opera, diplomata, & priuilegia ciuitatis Romanæ singulis obtulit. Fecit etiam, vt Taurus Pasiphaë in ligneo iuence simulachro abditam iniret, quod multi spectantium crediderũt. Instituit & quinquanale certamẽ more Græco triplex, musicũ, Gymnicũ, equestre. Magistros toti certamini preposuit consulares. Orationis carminis que latini coronam (de qua honestissim; quisque contenderat) ipsorum consensu arripuit. Scipio Africanus expugnata noua, Carthagine vrbe Hispaniæ, ludos gladiatorum magifico apparatu ibidem exhibuit, quibus illustrissimi plerique viri interfuerunt.
- 21 ¶ Domitianus spectacula edidit magnifica, & sumptuosa in Amphitheatro & circo, vbi præter bigarum, & quadrigarum cursus duplex etiam commisit præliũ equestre, ac pedestre, & in Amphitheatro nauale quoque, Venationes, & Gladiatores exhibuit, noctibus etiam ad lychnos. Pugnas præterea non virorum modo, sed & fœminarum. Toro Gladiatorijs spectaculi tempore, habuit ante pedes suos puerulũ coccinatum, portatolo paruoque capite, cum quo

- cum quo plurimū fabulabatur. Edidit Nauales pugnans effosso circa Tyberim lacu, quas inter maximos imbres spectauit. Fecit & ludos Seculares. Instituit & quinquennale certamen Capitolino Ioui triplex. Musicum, Equestre, & Gymnicum. Fecit certamen Greci latinique sermonis. Celebrauit & in Albano monte quotannis quinquatria Minerue.
- 22 **C**Adrianus imp. fabularum recitationem omnis generis in theatro ad scenā & Orchestrā dedit. Histriones Aulicos publicauit. In Circo multas feras & sepe centū leones interfecit.
- 23 **C**Antonius Pius numera edidit, in quibus Elephanti, Crocutæ, Rhinocerotēs, Crocodilli, Hippotami, & omnia ex omni terrarum orbe animalia, etiam Tygres fuere. In munere publico tam magnanimus fuit, vt centum leones vna missione simul exhiberet sagittis interfectos.
- 24 **C**Gordianus imp. duodecim populo Romano spectacula per singulos, 12, dies dedit. Itavt gladiatorum nonnunquam quingenta paria, & nunquam minus cētum quinquaginta feras Iybricas vno die, quandoq; mille ediderit. Erat ei sylua, in qua habuit Ceruos ducentos, Britannos equos feros, 30. Oues feras abbas, 1000. Decem aureas capreas, quas inaurari fecerat. Strutiones Mauros miniatos, 300. Onagros, 30. Apros, 150. Ibices, 200. Damas, 200. Quæ omnia populo diripienda concessit, die muneris quod sextum edebat.
- 25 **C**Philippus Arabs imp. seculares ludos & munera edidit Circensia. In quibus dati sunt Elephanti, 32. Tygres, 20. Leones mansueti, 60. Hyenæ, 100. Gladiatorum fiscalium paria, 1000. Rhinoceros vnus. Archoleontes, 10. Camelopardali, 10. Equi feri, 40. Leopardi mansueti, 30.
- 26 **C**Heliogabalus quaternos canes ad currum iunxit, eoque modo vectatus est. Idem iunctis 4. Ceruis in publicum processit. Sed & leones coniunxit se Cybelem appellans, iunxit & Tygres se liberum patrem vocans, iunxit etiam quaternas mulieres, nudusq; a nudis vectatus est.
- 47 **C**Firmus imperator, vectus est ingentibus Strutionibus, adeo vt magis volare, quam gestari videretur.
- 48 **C**Sunt & singularium ludorum nomina, vt Astragalus, Spheristerium, Latrunculi, alea, par impar, & alij id genus. Astragalus latine talus ludus, & Ossiculorum pedis coniunctura, quibus Apollonius in Argonauticis puerum Cupidinem ludentem ponit. Volaterranus ait Germanos, & Transpadanos hunc ad huc ludum obseruare. Homerus scripsit Elpenora lapsu scalarum exanimatum esse, quum fregisset Astragalon id est iuguli coniuncturā.
- 27 **C**Ludus pilee repertus est ab Anagalli puella Cereyrea, vela Pytho quodam secundū Plyniū, aut Iydis secundū Herodotū. Vocatur aliter Spheristeriū, Trāquillus in Flauio Vespasiano. Valetudine prospera vsus est, quamvis ad tuendam eam nihil amplius, quam fauces ceteraq; membra sibi met ad numerum in Spheristerio defricaret. Pila primū lusit Phacia iuuentus. De hoc ludo Homerus in Odysea locutus est, cuius versus latinos fecit Volaterranus. Ille pilam dextra missurus ad astra reflectit Terga retro, rursusq; ad magnum protinus ictum Confurgens terram procumbit pronus ad imam.
- 30 **C**Est & ludus latronum, seu latrunculorum, de quo Martialis, Insidiosorum si ludis bella latronum, Gemmeus iste tibi miles, & hostis erit. Seneca, Latrunculis ludimus. Volaterranus ait Magiolinū Florentinū fuisse in eo ludo adeo exercitatū, vt memoriter per alij luderet minime respiciens, aduersario tamen diligenter aduertente.
- 31 **C**Aleam Palamedes reperit in castris Græcorū contra Troianos, dū esset in ocio. Lusoria tabula vocatur Phimū seu aleatoriū. Aleæ tessera duodecim habet puncta, Martialis. Hic tibi bisseño numeratur tessera puncto, Calculus hic gemino discolor hoste perit. Aleatoriū etiam quandoq; p aleæ ludo sumitur. Sidonius. Atq; illic Aleatoriū lallis consumpto Spheristerio latiat. Qui alea ludunt, vocantur aleatores & aleones. Catullus, Nisi impudicus & vorax & aleo. Suetonius scribit Domitianum imp. (quoties ocium esset) alea se oblectasse.
- Alea Romanis legibus erat vetita, Hora, Seu maioris vetita legibus alea, Hinc Cice, Lentium collusorē Antonij, de alea condēnatū fuisse scribit. Quū autem alea dicatur omnis ludus in varietate fortunæ consistens, factū est, vt pro periculo periculi que dubitatione accipiatur. Lucanus, Placet alea fati Alterutrū mensura caput. Liuius. In dubiam imperij feruitique aleam imus, Cæsar dubitans, an traiecturus esset copias vltra Rubiconem aduersus Pompeium, tandem relicta cunctatione, Eatur, (inquit) quo deorum ostenta & inimicorum iniquitas vocat, iacta est alea. Petronius arbiter tradit Cæsarem dixisse, Iudice Fortuna cadat alea. Aleam iacere ille dicitur, qui se periculis Fortune que committit. Dicimus ludere aleam, & alea. Tranquillus in Augusto, Aliquando vt vincat, ludit assidue aleam.

- 32 ¶ Turricula seu fritillus id est quod apud Græcos Pyrgus dicitur. Erat enim vasculū in modum turricule, quo inclusæ tesserae iactabantur ad tollendam ludentis fraudem. Martialis. Querit composita manus improba mittere talos, Si per me misit, nil nisi vota facit. Fritill<sup>9</sup> autem dicitur tabula lusoria, quo tesserae coniectæ agitate que mittuntur in alueolum. Lus uenalis Satyra. 14. Paruoq; eadem mouet arma fritillo. Martialis. Dum blanda vagus alea december. Incertis sonat hinc & hinc fritillis. Martialis lib. 13. Hæc mihi charta nuces, hæc est mihi charta fritillus.
- 33 ¶ Ludere par impar moris fuit antiquitus, quod illo carmine Horatiano constat. Ludere par impar, equitare in arundine longa.
- 34 ¶ Ludere nucibus, nostri temporis pueruli ab antiquis didicerunt. Nam & maiores hoc vfos fuisse ludo, docet illud Persianum. Et nucibus facimus quecunque relicti, Quum sapius patruos. Nuces autem relinquere, est omissis studijs, & nugis puerilibus ad grauiora magisque seria conuerti. Hinc etiam ortæ illi dicendi figure. Nunquam a nucibus recedere, Redire ad nuces, Nuces obijcere, Nuces intermittere, Nucibus indulgere, Nuces repetere.
- 35 ¶ Chartarum, sortium, ac diuinationis ludi a perditis hominibus inuenti sunt, qui quãuis nostro quoq; sæculo damnentur adeo, vt piaculum videatur, illis tamen adhuc luditur.
- 36 ¶ Sortiri digitis ludus fuit Itolorū, maxime pastorū, vt repete porrectis digitis vterque numerum diuinet. Mantuanus Aeglo. prima. Sortiri digitis res iniucunda, voluptas Magna prius tantidū mens erat incia morbi. Simile est illud. Micare digitis. Cicero libro secundo de diuinatione. Quid est enim fors? Idem prope modum, quod micare, quod talos iacere, quod tesseras M. Varro. Micandū erit cū Græco, vtrū ego illius numerū, an ille meū sequatur. Nemesianus. Digitos iactare micantes. Vnde natum Adagium. Dignus quo cum i tenebris mices id est cui secure credas, & iniurato fidem habeas. Is enim quocum in tenebris micamus, potest nos fallere, si velit. Erasmus.
- 37 ¶ Habebant & Lacedemonij ludum, quo discum seu lapidem rotundū iaculabantur in sublimem Cuius inuentorem fuisse aiunt Lycurgum. In eo enim disco, quo in ludis Olympiasticis utebantur, Lycurgi nomen incisum erat, auctore Plutarcho. De hoc ludo meminit Martialis in Apophoretis dicens. Splendida quā volitent Spartani pondera disci, Este procul pueri sit femel ille nocens. Et Statius libro quinto Syluarum. Illic Oethalio non funderet aera disco Graiorum vis vlla virum.
- ¶ Porro autem veterū monumentis proditur summos viros & multa laude præsignes lusu non abstinuissse. Nam herculem illum, portentorū domitorem, Iouis & Alcmenæ filium ferunt, cum puerulis sepius colluissse, eoque modo curas animi remisissse. Cælius Cap. vltimo quinti libri, & Volaterranus. ¶ Ab Alcibiade quandoque deprehensus est Socrates cū Lamprocle infantulo colludens. ¶ Agesilaus cū filio arundinem interdū equitabat, qui puerulis mos est, alludente Horatio. Ludere par impar, equitare in arundine longa. ¶ Tarentinus Archytas cum pueris de famulicio lusus agitabat, hisque oblectabatur plurimū dum agitare conuiuia. Author Cælius. ¶ Volaterranus ait Cosmum medicem iam senem & patriæ principem nepotibus paruis colluissse, & ex his cuidam, auenam in medio foro aptasse.
- ¶ Scæuola interpres legū, curas animi lapillis, & fritillo quandoque discutiebat. Vnde Martianus in Syluis. Maximus interpres legum, Lussisse lapillis Scæuola narratur, curas que fugasse fritillo. Idem de Socrate sic inquit. Socraticos etiam ludos, pueriliaque acta Legimus atq; senem studijs iuuenilibus vsum.

## Gymnasia

Craneum.  
Cillaraium.  
Lyceum.  
Academia.

Prytaneum.  
Canopum.  
Pœcile.  
Tempe:

Musæum.  
Serapeum.  
Iseum.

**G**ymnasium proprie dicebatur locus, in quo nudi palefritæ oleo peructi concertabāt. Nunc pro quocunque exercitij loco solet accipi. Vnde & Gymnastes pceptor. Gymnasiarcha Gymnasij magister. ¶ Craneum Gymnasium erat apud Corinthū. ¶ Est & Cillaraiū gymnasij nomē apud Plutarchū in Cleomene. ¶ Lyceū Academia, Prytaneū Canopum



Canopum, Pœcile, Tempe gymnasia Athenis fuere. Nam & Canopum agnoscit Philostratus, in Herodis Attici vita. Pœcile vero porticus varia a latinis appellatur. Nobilitata etiã præter picturam Marathonice pugne, Zenonis Stoici conuentu. Vnde a porticu Stoici dicti. Lyceum Aristotelis, Academia Platonis scholæ fuerunt. Versus Ciceronis. Inq̃ Academia vmbriфера, nitidoque Lyceo Fuderunt claras fœcundi pectoris artes. De Prytaneo Cicero libro primo de Oratore. Et vti victus quotidianus in Prytaneo publice præbere tur. Musæum & Serapeum, & Iseum publica Alexandriæ auditoria fuerunt, a musis, & Serapi, & Iside dicta.

Stadia diuersa,

**S**tadium. 12. nostros efficit passus. Hoc est pedes, 625. Hoc Censorinus Italicum vocat. Olympicum pedibus, 600. constat. Pythicum circiter mille. Vitruuius stadias domorum porticus appellat prælongas, & magnificas.

Telorum Bellicorum & gladiatorum nomina.

Lingula	Clunaculū	Plūbatē
Sparus	Secespita	Onagri
Manobarbulus	Sica	Scorpiones
Materis	Cateia	Carapultæ
Runa	Nouacula	Acrides
Sibinus	Parazoniū	Verutum
Vertuina	Paltum	Venabulum
Machera	Pugio	Gefa
Sarissa	Hasta	Anfatae
Harpe	Hastile	Phalarica
Acynacis	Triphorum	Semiphalarica
Copida	Sagitta	Soliferrea
Framea	Iaculum	Lancea
Aegænea	Tragula	Rumigestri
Ancyle	Pilum	Mefanculæ
Sigymnum	Falces	Scibones
Geus	Harpagones	Enfis
Dolones	Futubali	Caiae
Sparha	Iffi	Telones
Culter	Cestra	

EXPLANATIO:



Elorum vocabula Gellius lib. vndecimo Cap. 25. multa ponit ad hunc modum. Hasta, Pilū, Phalarica, semiphalarica, soliferrea, gefa, lancea, Rumigestri, faces, tragulæ, frameæ, Mefanculæ, Cateiæ, Rompheæ, Scorpis, Scibones, Silices, veruta, enses, sice, machere, spathe, lingulæ, pugiones, Clunacula. Lingulam veteres dixerunt gladiolum oblongum in speciem lingue factum. Cuius meminuit Neuius apud eundem Gellium. Sine mihi gerere morem videri lingua, verum lingula. Domitius in Martialem ait lingulam etiam capi pro instrumento, quod ad similitudinem linguæ conflatum vsui esse potest ad aromata tractanda, vt in illo versiculo Martialis, Gracilesque lingula, cæreique chartæque.

Rompheæ genus est teli Thraciæ nationis. Valerius Flaccus libro sexto Argon. Aequa que nec ferro breuior, nec Rompheæ ligno. Mantuanus mediã produxit dicens. Quam gerit aduersus feriat Rompheæ cohortes. Sparta minimi generis sunt iacula, a spargendo dicta. Sunt autem Rustica tela in modum pedis recurua. Virgilius libro decimo. Agrestisque manus armat Sparus. Nam vtrumque dicimus in masculco, & neutro genere. Salsustius. Cæteri q̃ vt quosque casus armauerat sparis, aut lanceis. Alij præacutas fudes portabant. Lucil. Tum spara, tum murices portantur, tragula porro. Manobarbulus genus est teli similis plumbeæ pilæ, quo utebantur milites, qui manobarbuli dicebantur. Materis telum est oblongum breuius tamen lancea, Sifenna. Gallia materibus, Sueui læcis configunt.

figunt. ¶ Runa teli genus, latam habentis cuspidem. ¶ Sibina, seu Sibinis telum est venabulo simile, Illyrijs peculiare, Ennius, Illyrijs restant, sicis, sibinisq; fedentes. ¶ Veruina telum est simile veru, Sidonius, Cui noster sermo erit proveruina. ¶ Machera græce gladiū seu cultrum latine significat, Apuleius, Comminabatur sese cōciturum eum machera frustratim, Plautus, Si tibi est machera, & nobis est vrbina domi, Quod adagium dici solet, quū malum malo opponitur, Vrbina enim etiam genus est teli, Sarrisa dicitur hasta prelonga, Macedonum genti peculiaris, Vnde & Alexandri stipatores sarissophoros vocat Curtius, Livijs, Prelongas hastas Macedones Sarissas vocant, Luca, lib. 8. Primi Pelleas arcu fregero Sarissas, Ouidius libro duodecimo, Qui clypeo, gladioque, Macedoniaque Sarissas conspicuus.

¶ Harpe incuruus est Mercurij gladius, quo vsus ferunt Perseum, Luca, Et subito præpes Cyllenida sustulit Harpen, Harpen alterius monstri iam cede rubentem, Ponta, lib. 4. de Stellis, Quæ martem clypeo, galeaq; adamantideq; Harpe Instruxit, ¶ Acynacis gladius est Parthorū genti peculiaris, Hora, lib. 1. Car. Vno & lucernis Mædus Acynacis immane quantum discrepat, Curtius lib. 5. de gestis Alexandri, Strictioq; Acynace interfecturus videbatur, ni prope Bessus Bactrianiq; deprecarentur, ¶ Idem Curtius ait Copidas esse gladios leuiter curuatos, Falcibus similes, quibus appetebant beluarum manus, ¶ Framea gladius est Marti peculiaris, Iuuenalis, Et martis Frameam, & Cyrrheij spicula vatis, Martianus Capella, Gradiui frameam non ausus poscere falcē, Cornelius Tacitus vbi de populis Germaniæ loquitur, frameas pro hastis videtur accipere dicens, Rari gladijs, aut maioribus lanceis vtuntur, Hastas, vel ipsorum vocabulo Frameas gerunt angusto, & breui ferro, sed ita acri, & ad vsus habili, vt eodem telo, prout ratio polcat, vel cominus, vel eminus pugnent, Et eques quidem scuto, Frameaq; contentus est, pedites & missilia sparant, ¶ Aeganea species est leuioris iaculi, auctore apud Cælium Eustathio, ¶ Est & Ancylose iaculum quoddam, quo qui vtuntur, vocantur Ancylistæ, quamvis etiam Ancylose significet ansam iaculi, ¶ Sigymnum iaculi genus est, auctor Cælius ex Lyophrone.

¶ Geus, siue Geum dicitur telum omnino ferreum, ¶ Dolones tela sunt bellica, a ledendo dicta, a chore Donato, Nam dolos Græce lesio dicitur, Syllius lib. 3. Nec tereti dextras in pugnam armata Dolone, Trāquillus in Claudio Cæsare, Reperti & equestris ordinis duo in publico cum Dolone, ac venatorio cultro prestolantes, Seruius enarrans illud ex. 7. Aenci, Pila manu, seutosque gerunt in bella Dolones, ait dolonem flagellum esse, intra cuius virgam lateat pugio, Hac dictione est Alphenus iurisperitus, Digestis ad legem Aquiliam, Ille (inquit) flagello, quod in manu habebat, in quo Dolon inerat, verberare tabernariū ceperat, ¶ Spatha genus est gladij, Iulius Capitolinus de maximo imp. Fecit & Sparthas argenteas, fecit etiam aureas, & omnino quicquid pulchritudinem eius posset iuuare.

¶ Culter seu Cultrum (vtrumque enim dicimus) proprie dicebatur gladius victimariorū, quo scindebantur victimæ, hinc cultrarij dicebantur victimicide, Propertius, Quum fallēda meo pollice cultra forent, Eius prope generis sunt Clunaculum, & Secepsita, ¶ Clunaculum dicitur a scindendis victimarum clunibus, ¶ Secepsita a secando gladius erat ferreus, & oblongulus, manubrio eburneo rotundo, quo Flamines, Flaminicæ, & Pontifices vtentur ad sacrificia, Tranquillus in Cæsare Tiberio, Nam & inter pontifices sacrificanti simul pro secepsita plumbeum cultrum subiiciendum curauit, ¶ Sica gladius est occultus & inuolatus, qui inclusus ligno formam habet baculi, Hoc qui vtuntur, Sicarij vocantur, Horatius, Si quis erat dignus describi, quod malus, aut fur, Quod moechus foret, aut Sicarius, Martialis lib. 11. Inuasit medicus Sica Phreneticus Euclij, ¶ Cateia gladius est falcatus Germanis olim frequens, Syllius, Panda manus est armata Cateia, Pontanus lib. 5. de Stellis, Armaq; Pilaq; Cateias, ¶ Nouacula culter est rasorius, cuius artifices dicuntur Nouacularij, Martialis de ferramentis tonsorijs, Tondendis hæc arma tibi sunt apta capillis, Vnēguibus hæc longis, vtilis illa genis.

¶ Parazonium gladij genus, quod accingi solet zone, ¶ Paltum teli genus est, seu minoris iaculi, quod in itinere torquetur, ¶ Pugio genus teli, seu gladij breuiusculi a pugnando dicitur, vel q̄ punctum feriat, vel q̄ punctum teneatur, Hinc diminutiuum Pugiunculus, Cicerone Hispaniensem Pugiunculum Cn. Pisonem appellat, Hasta dicitur, quod stans, vel a stante ferri soleat, Vnde & hastile deductum, Moris erat antiquitus hastam subiicere reb⁹ quæ exponebantur vanales per auctiōnem, Hinc hastarium dicebatur auctiōnaria illavēditio, Tranquillus in Augusto, Ipsum bonaq; eius subiecit haste, Hastici ludi qui hasta cōficiuntur, Idem auctor in Caligula, Edidit & peregre spectacula in Sicilia Syraculis hasticos ludos, Hasta pura dicitur, nullo ferro prepilata, Virg. Ille vides pura iuuenis qui nititur hasta,

tur hasta. Suetonius in Claudio. Posidem spadonem Britannico triūpho inter militares viros hasta pura donauit. Hastis puris enim milites ob fortitudinem donabantur. Hinc scribit Plynius Scinium Dentatum donatum fuisse hastis puris, duodeuiginti. ¶ Triphorū dicitur telum longitudine triū cubitorū, quod Catapulta mittitur. Ennius. Aut permaneret paries percussus triphoro. ¶ Sagitta iaculū quod arcu mittitur. Hinc sagittare verbum, id est iaculari. Hieronymus. Ut sagittent in occultis immaculatū, Sagittarius, qui sagittas intorquet. Tranquillus in Flauio Vespasiano. Syriacū promisit exercitū. Hinc. 40. millia sagittariorū. Sagittarios equestres Græci Hippotoxatas vocāt. Omnium optimi sagittarij sunt Parthi, qui fugientes, & auersi iaculantur & ledunt perinde ac diuersi, Lucanus. Ocyor & missa Parthi post terga sagitta. Fiunt etiam composita sagittifer, & sagittipotens. Cicero in Arati Phenomenone. Mense sagittipotens solis quum sustinet orbem. Rufus Festus. Mēbra sagittiger cedunt postrema reuēcto. ¶ Iaculum, quicquid iaci potest. Hic iaculari verbum. Iuuenalis Satyra prima. Et quantas iaculetur Monycus ornos. Dicimus etiam iaculo & iaculo. ¶ Tragula a trañciendo, vel quod infixa scuto trahatur. Metaphorice pro dolo capitur. Plautus. Tragulam in te iniñcere adornat. ¶ Pilum dicitur potest quinq; pedū hastile. Sulpitius ait Pila Romanorū esse missilia triū pedum, vtrinque præfixa ferro trigonovnciarum nouem. Luca. In festisq; obuia signis Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis. ¶ Falces, Harpagones, funde, fustibale, plumbate, Onagri, Scorpiones numerantur a Vegetio in terra tela naualia. Fundis qui vtuntur vocantur funditores. ¶ Catapulta dicitur velox iaculum, vel sagitta. Plautus. Atq; ita te neruo torquebo, vt Catapultæ solent.

¶ Alcides Seruius ait tela esse adeo antiqua, vt nec vsq; commemorentur in bello. Legitur tamen, qd sint clauæ cubito, & femis facte eminentibus hinc inde acuminibus, quæ ita in hoste iaciuntur religatæ loro, vel lino, vt peractis vulneribus possint ad dominos redire. Paratur tamen esse telis genus, quod per flagellū in immensum iaci potest. Virg. lib. 7. Aenei. Ocorūque manus, teretes sunt Alcides illis Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello. ¶ Verutū est telū breue & angustū Authore Nonio. Salust. in. 3. Hist. Auxiliūque manebant in modū Veruti militaris. ¶ Gesa Gallorum sunt tela. Virg. lib. 8. Aenei. Duo quisque Alpina coruscant Gesa manu. Seneca in Hippolyto. Et rigida molli Gesa iaculari manu. ¶ Venabulum Venantium hasta lato præpilata ferro. Ouidius in Epistola Phedre. Siue res lato venabula cornea ferro. ¶ Ansatæ sunt iaculamenta cū Ansis. ¶ Sequentia iaculorū nomina enumerantur a Crinito, vbi de telorū generibus meminit. Spari, Cateie, Framee, Cate, Rumigesti, Mefancule, Sibini, Gesa, veruta, Alcides, Rōphea, Lancee, Pila, Sariffæ, Scibones, Tragulæ, Telones, Hastæ, Sudes, Phalaricæ, Issi, Faces, Semiphalaricæ, Cæstra, Solifæra, Scorpionij.

## Propria Gentium tela.

¶ Framea Germanorum. Romphea Thracum. Lancea Hispanorum, vnde Varro apud Gellium ait Lanceam non latinū, sed Hispanorum esse verbum. Pila Romanorū. Issi Bosporum. Sariffæ Macedonum, Sibini Illyricorum. De peculiaribus quarumdam gentium telis. Mantua. lib. 1. de Calami. sic inquit. Martia fert macedo teretes i bella sariffas. At Scythi cæ longis vtuntur Amazones hastis. Romulide certant pilis, celeresque catesas Barbarus aduersos Gallus iaculatur in hostes. Parthus equo versis pugnat fugiente sagittis.

Tela, & Sceptrum deorum.

¶ Harpe gladius est Falcatus Mercurij. Vnde & Ouidius Harpen vocat Cyllenidem lib. 1. meta, vbi ait. Brachia tendentem Cyllenide confodat harpen. Hoc etiam gladiovsus est Perseus quum interfecit Medusam. Idem Ouidius libro quinto Metamor. Vertit in hunc harpen, madefactam cæde Meduse Acrifioniades. ¶ Frameam poetæ vocant Martis hastā. ¶ Simulachro Apollinis apponebatur arcus, sagittæ Clypeus & Lyra. Claudianus. Mars clypeo melior. Phœbus præstantior arcu.

¶ Sceptrum, & fulmen Ioui tribuuntur. Vnde & poetæ Iouem appellāt fulminatorem, fulminigerum, fulguratorem, tonitrualem, sceptrigerum. Quintianus in Orpheo. Astā cor hicolæ intenti, quæ fulminiger rex præcipitat, Bap. Pius. Iunxit Agenoridæ sceptrifer ipse tonans.

¶ Claua fuit Hercules telum. Ouidius in epistola Deianyre. Instruxitque manum claua domitricæ ferarum. Idem lib. 15. Vulnera clauigeri quæ fecerat Hercules arcus.

¶ Fuscina telum fuit trifulcum, in signo Neptuni, vt apud Priapeiam. Neptuni fuscina telū Martialis libro primo. Fuscina dente minax nexu fuit anchora curuo. Dicitur & tridēs vel luttres habens dentes. Neptunus apud Virgiliū libro primo Aenei. Non illi imperium Pelagi, se quumque tridentem, Sed mihi forte datū. Lucanus libro quarto. Aequorei rector facias

## OFFICINA

facias Neptune tridentis. Oui. lib. 8. Meta. Regna vagæ dixi fortite tridentifer vnde.  
 Impossibilia factu.

Cloui Fulmen, Herculi clauam, Homero versum subtrahere, tria hæc olim credita sunt im  
 possibilia, auctore Macrobio lib. 5. Saturnaliorum. Quod & si fieri posset, aliarum tamen  
 nullum deceret, vel fulmen præter Iouem iacere, vel certare præter Herculem robore, vel  
 canere, quod cecinit Homerus.

### Machinæ quædam bellicæ, & tormenta.

1	Bombarda	6	Sambuca	13	Colubrina
	Mestudo	7	Exostra		Serpentinam
	Falx	8	Telenon	14	Arcuballistæ
	Aries	9	Scorpio		Carrobaftæ
2	Vinea		Onager	15	Malleoli
3	Plurei	10	Cochleæ	16	Harpagæ.
4	Musculi	11	Ballista		
5	Turres	12	Phalarica		

### EXPLANATIO.



**B**ombardam Galli vocant machinam, a bombo, & ardeo, vt autus  
 mat noster Nicolaus Beraldus, execrabili prorsus inuentum, quo  
 nihil fulmini magis simile, luce, impetu, & odore teterrimo. Cui?  
 inuentori (vt inquit ille) robur & es triplex circa pectus erat, illum  
 parentis crediderim sui ceruicem, & penetralia sparsisse nocturno  
 cruore Hospitis. Ille venena Colchica, & quicquid vsquam conci  
 pitur nefas tractauit, qui tam horrendam primus machinam com  
 mentus est in hominum perniciem, castrorumque, & ciuitatū ruis  
 nam, ceu parū essent tot arcus, tot sagitte, ballistæ, scorpiones, Ona  
 gri, arcuballistæ, cuspides, lanceæ, conti, hastæ, nisi & hoc inuentum multo omnium pessis  
 mum ingeniosa in sui perniciem mortalitas excuderet. Graphicam tormenti huius descri  
 ptionem, vide apud eundem Beraldum in Rusticum Politiani, ex versibus Ioannis Marie  
 Catanei, Ricardus Bartholinus Bombardam vocat turrisfragā nouo sed tamen conueniēs  
 ti epitheto. De Bombarda, Pamphilus saxus. Si possem cœli iubilimā tecta ferire, Per me  
 tota Iouis regia corrueret. Volaterranus ait Bombardam primam a Germanis dono vene  
 tis datam, quum hi apud Clodium fossam genuenses obsiderent.

**V**egetius ait testudinem machinam fuisse bellicam, de materia, ac tabulatis contextam,  
 quæ ne exureretur incendio, corijs, vel cilicjs centonibusque vestiebatur. Hæc intrinsecus  
 accipiebat trabem adunco præfixam ferro, quod falx vocatur, ab eo quod incurua est, vt de  
 muro lapides extrahat. Idem ait caput eius vestiri ferro, appellarique arietem, quod frontē  
 habeat durissimam, quæ subruat muros, & arietum more retrōcedat, vt cum impetu vche  
 mentius feriat. Habet autem testudo machina similitudinem cum testudine vera. Nam  
 sicut hæc modo reducit modo profert caput, sic illa interim reducit trabem, & quandoque  
 exerit. Testudinem Ammianus marcellinus describit hoc modo. Testudo compaginatur  
 immanis axibus roborata, Longissimis, ferreisque clauis aptata. Et cōtegitur corijs bubul  
 lis, virgarumque recenti textura. Atq; limo asperguntur eius suprema, vt flāmeos detra  
 ctet, & missiles casus. Conferuntur autem eius frontibus trifulcæ cuspides præacute, ponde  
 ribus ferreis graues, qualia nobis pictores ostendunt fulmina, vt quicquid petierit, exertis  
 aculeis abrupat. Hanc itaque molem palis & funibus regens numerosis intrinsecus mis  
 les, languidiori murorum parti admouet. Et nisi desuper pugnatiū vires præualuerint, col  
 rigoni filius Rhodo alijsq; viribus oppugnatis Poliorcetes est appellatus. De testudine  
 Pamphilus. Contextis equites clypeis sub mœnia tendunt, luncta simul nomen scuta dede  
 re mihi. Idē Ammianus de ariete ad hūc modū scribit. Erigitur abies vel ornus excelsa, cu  
 ius summitas duro ferro cōcluditur, & plixo, arietis formā efficiens, quæ huic machinamē  
 to vocabulū indidit. Hæc vtrinq; suspensa transuersis afferibus & ferratis, retrōcedens, rur  
 sus ad obuia quæq; rūpenda protruditur icibus validissimis, instar assurgentis, & cedētis  
 armati.

armati. Qua crebritate velut reciproci fulminis impetu adificijs scissis in rimas concidunt structure laxate murorū. De Ariete Virg. Labat Ariete crebro lanua, & emoti procūbunt cardine postes. Oui. lib. 11. Meta. Nec leuius pullata sonat, quam ferreus olim Quum lace ras aries ballistave concutit arces. Hinc arietare verbum id est cum impetu percutere. Virgilius. Arietat in portas, & duros obice postes. De Ariete Pamphilus. Rumpo fores, muros quatio, demolior arces. Cornua ferrata sub trabe dura gero.

¶ Vinee (quas aliter Catos vocant) fiebant hoc modo. De lignis leuioribus machina colligabatur. Lata pedibus octo, alta pedibus septem, longa, 16. Huius rectum munitione duplici tabulatis cratibusque contexebatur. Latera sepiebantur vimine, ne saxorum telorū que impetu penetrarentur. Extrinsecus autem ne immisso concremaretur incendio, crudis ac recentibus corijs, ac centonibus operiebatur. Multis in ordinem iunctis se supponūt milites, qui tuti penetrant ad excauanda murorum fundamenta. De vinea Propertius lib. 4. Dum que aries murum cornu pulsabat aheno, Vineaque inductum, longa tegebat opus. Lucanus. Adoperta leui succedit vinea terra. Pamphilus Saxus. Martis nō Bacchi nostra est vindemia, cur sic Me dicant, latus hoc signat vtrumque meum.

¶ Plutei contexebantur ad similitudinem cassidis e vimine. Cilicij protegebantur, corijs ternis que rotulis, quarum vna in medio, due in capitibus opponebantur. Admoueantur in quancumque partem more carpenti, & applicabantur muris. Horum munitione proteci obfessores sagittis, fundis, & missilibus obfessos, de propugnaculis ciuitatis exturbabant, vt scalis ascendendi facilius pateret occasio.

¶ Musculi dicuntur minores machinae, quibus protecti obfessores vrbis fossatum (verbū est Vegetij) comportatis lignis, & lapidibus complent, & solidant, vt turres ambulatorie sine impedimento admoueantur, & applicentur muris. Minores sunt vineis, & Pluteis firmiores. Vocantur autem a similitudine musculorum piscium. Nam quemadmodum illi quum minores sint, tamen Balenis auxilium adminiculumque exhibent, ita quoque he machinae subsidio sunt ambulatorijs turribus ad parandam viam, pre muniendaque itinera.

¶ Turres ambulatorie sunt machinamenta trabibus tabulatisque compacta, crudis corijs & centonibus communita, ne hostili crementur incendio. Fiebant interdum tanta proceritate, vt & muros, & lapideas turres altitudine superaret. Voluebantur multis rotis arte mechanica suppositis. Quum muris admoueantur, presens erat ciuitatibus periculum.

Nam sursum versum habebant scalas, quibus irrumpebatur in urbem. Deorsum versum arietes, quorum impetu diuellebantur muri. In earum fastigio collocabantur sagittarij, qui obfessos contis, & saxis missilibus protrudebant, eoque modo capiebant ciuitatem sine mora. Obfessis enim nulla spes erat auxilij, quum supra se aspicerent altiore hostium murū.

¶ Sambuca fiebat ad similitudinem citharæ. Nam vt in cithara sunt chordæ, ita in trabe, quæ turri admoueantur, erant funes, qui pontem de superiori parte trocleis laxabant, vt descenderet ad murum, exibantque statim bellatores, & per eam transeuntes mœnia vrbis inuadebant.

¶ Exostra pons erat turris ambulatorie, per quem obfessores in muros obfessarum vrbium transmeabant.

¶ Telenon machina fiebat hoc modo. Trabs vna in terram prealta defigebatur, in cuius vertice connectebatur altera longior dimensa medietate eolibramento, vt depresso vno capite, erigeretur alterum. In vno quoque capite cratibus, & tabulatis contexebatur machina, in qua pauci collocabantur milites. Depressio itaque per funes altero trabis capite, altero vero (in quo erant) eleuato imponebantur in murum.

¶ Obfessi ab obfessorum machinis tutabantur se, ballistis, arcuballistis, Onagris, scorpionibus, fustiballis, & sagittarijs fundis.

¶ Scorpiones machinae sunt, quæ Vegetij tempore dicebantur manuballistæ. Ideo autem nomen hoc traxerunt, quod paruis subtilibusque spiculis inferrent mortem. Aliter Scorpilio vocatur Onager, quæ asini feri quum a venantibus agitantur, ita eminus lapides post terga calcitrando emitunt, vt perforent pectora sequentium, aut per fractis ossibus capita ipsa displodant. Saxis autem per Onagram contortis non solum equi elidebantur & homines, sed etiam hostium machinamenta frangebantur. De scorpione & eius forma, vide Marcellinum lib. 23.

¶ Cochle dicebantur rotunde machinae, quibus per circuitum obfessores conscendebant in muros inimicorum.

¶ Ballista bellicum erat tormentum ex ferro, aut Taxo, aut osse, quo magni lapides emittebantur, vt ait Sulpitius. Oui. lib. 1. de trist. Quæ graue ballistæ mœnia pulsant onus. Cicero v libro secundo

OFFICINA

libro secundo Quest. Tus. vt enim ballistę lapidum, ita reliqua tormenta telorum. Ballista formabatur ea magnitudine, vt lapides. 120. pondo eiacularetur. Ballista maior saxa con- torquet. Hęc a Phœnicibus reperta est. De hac Syllius libro primo. Phocais effundit vas- stos ballista molares. Ballista minor hastam iacit, & parua spicula. De hac videtur intelles- xisse Lucanus libro tertio Pharfalia, dicens. Neque enim lolis excussa lacertis Lancea, sed tenso ballistę turbine rapta Haud vnum contenta latus transire quiescit. Sed pandens per- quear ma viam, perque ossa, relicta Morte fugit, superest telo post vulnera curfus. Funt- bus neruisque tendebatur. Hęc quanto maior fuerat, tanto longius eiaculabatur, & emitt- tebat spicula. Quum dirigebatur ab exercitatis hominibus, penetrabat quodcunque per- culisset. Agnocebanturque interdum læthale vulnus priusquam telum cerneretur. De Ballista Pamphilus Saxus. Nil vallū, nil terra tumens, nil moenia profunt. Subsequitur telū magna ruina meum. Figuram ballistę describit Marcellinus lib. 23.

- 12 ¶ Phalarica genus erat teli, quod ex phalis id est turribus ligneis intorquebatur. Erat autē prefixa valido ferro in modum hastę intra tubum. Cuius hasta sulphure, refina, bitumine & stuppis conuoluebatur, in fuso oleo, quod incendiarium vocabant & e ballista emitteba- tur. Lucanus. Hunc aut tortilibus vibrata Phalarica neruis Obruat, & aut vasti muralia pō- dera saxi. Hunc aries ferro ballistę limine portę Submoueat. Pamphilus Saxus. A sum- ma veniens contorta Phalarica turre. Quę ferit, in cineres fulminis instar agit.
- 13 ¶ Inter nostri temporis machinas habentur Colubrina, & Serpentina, quod oblonge fiant habeantque effigiem prope serpentis, & Colubri. Idem Pamphilus. Vis, sonitus, rabies, motus, furor, impetus, ardor. Sunt mecum, Mars hęc ferreus arma timet.
- 14 ¶ Arcuballistę, & Carroballistę, dicebantur minores machinę. Quę curculis ferebantur.
- 15 ¶ Malleoli erant quedam missilia, quę arcu iaciebantur, materiam habentia ad comburen- dum. Lilius. Aliqui venerunt ferentes stuppam, picem, & malleolos, Inter machinas etiā numerantur trifaces, Cataphrattę, Plumbatę, Tribali.
- 16 ¶ Falces, & Harpagę arinorum genera sunt apta murorum oppugnationi. Sisenna apud Nonium. Falces iniectas comminuunt, Puteos propius collocatis Harpagis deiciunt, mit- tunt e turribus.

Varia armorum genera & bellorum instrumenta.

1	Galea	7	Thorax	9	Pharetra
2	Ancyle	8	Phalere		Corytus
3	Parma		Ephippia	10	Lorica
4	Pelta		Stapedes	11	Vmbo
5	Cetra		Frenum		
6	Ocrea		Capistrum		

1 ¶ Galea dicitur Cassis, seu ferreum capitis tegumentum, a galero, quo veteres vsi sunt. Ouidius in Epistolis. Et galeam pressa sustinuisse coma. Ea ornata cristis, & pennis maiorem solet incutere terrorem. Vnde Virgilius libro octauo Aeneid. Terribilem cristis galeam, flammęque vomentem, Mantuanus in Alphonso. Pennicomas tollunt ga- leas, ac more latino Picturata ferunt longis hastilia rostris. Idem significat Cassis. Dicimus etiam Cassida. Proper. Aurea cui postquam nudauit cassida frontem.

2 ¶ Ancyle dicitur breue scutum Nonio. Hoc ex vtroque latere recifum erat, vt nullus vide- retur angulus, & summum infimumque latus eius medio pateret. Ferunt ancylia principā te Numa Pompilio coelitus fuisse demissa, Ouidius libro quarto Fast. Ecce leui scutū ver- fatum leniter aura Decidit, a populo clamor ad astra venit. Idem libro quinto. Ecce ancyle vocant, quod ab omni parte recifum est, Quaque oculi spectes, angulus omnis abest.

3 ¶ Parma fuit breue scutum peditibus peculiare. Virgilius libro vndecimo. Ense leuis nus- do, Parmaque inglorius alba. Dicimus & parmula. Horatius. Tecum Philippos & celerem fugam Senli relicta non bene parmula. Ouidius libro duodecimo. Fulua iubis cassis, nec onus caua parma sinistra.

4 ¶ Pelta dicitur clypeus amazonum, in modum Lunę recuruus. Virgilius. Ducit amaz- nidum lunatis agmina peltis. Idem libro vndecimo. Fœminea exultant lunatis agmina pel- tis. Statius libro quinto Syl. Vellet amazonia latus intercludere pelta. Tranquillus in Ne- rone. Securibus peltisque Amazonicis instruendi. Hinc peltiferę dicuntur Amazones. Ouidius. Qui modo peltiferas fudit Męotidas armis.

Cetra scutum

¶ Cętra scutum est loreum, quo vtuntur Afri, & Hispani. Lucanus libro septimo. Illic pu- gnaces commouit Iberia Cętras. Virgilius. Leuas Cętra tegit, Cętrati dicuntur, qui vtuntur huiusmodi scutis.

¶ Ocreę dicuntur crurum munimenta. Apuleius. Ille galea caput, ille crura Ocreis inuo- luit. Hinc Ocreati Ocreis ornati. Plynius. Ad reliquos vfus laboriofe euellitur ocreatis cru- ribus. Vegetius. Pedites scutati pręter catafractas, & galeas etiam ferreas. Ocreas in dex- tris cruribus cogentur accipere. Virgilius libro septimo Aeneidos. Alij thoracas ahe- nos, aut Ocreas leues lento ducunt argento.

¶ Thorax dicitur ferreum pectoris munimentum, & quicquid a collo ad coxendicem pro- tenditur in anteriori corporis parte. Thoracati, Thorace induti. Plyn<sup>9</sup>. Parrhasius pinxit Nauarchum thoracatum. Fiebant olim thoraces cratibus costarum ferreis, vnde & uexiles vocantur Statio, & multiplices lib. 12. vbi ait. Multiplicem tenues iterant thoraca cathę. 7

¶ Phalerę ornamenta sunt equorum, qui inde vocantur phalerati. Virgilius libro quinto Aeneid. Primus equum phaleris infigem victor habeto. ¶ Ephippia sunt fragula, quibus equi integuntur, vel felle eis ad infidendum posite. Cato. Fuit mihi equus sine ephip- pio. Equi ephippiarij dicuntur, quibus imponuntur felle, ne graui incessu vulnerent fello- rem. Ephippiati equi suis phaleris ornati. Horatius adagium fecit. Oprat ephippia bos, pi- ger optat curare caballus, vbi quis vult ea curare, quorum est ignarus.

¶ Capistrum, & frenum vincula sunt capitis equorum. Martialis. Paret purpureis aper ca- pistris.

¶ Stapedes machinule sunt ferree, quibus pedes sustinent equitantes.

¶ Pharetra repositorium sagittarum, quamquam & pro sagittis interim capiatur. Mantua- nus. Duo tela mea deprome pharetra. Ouidius libro primo Meta. Deque sagittifera prom- pit duo tela pharetra. Scranteum etiam dicitur, in quo recoduntur sagittę. ¶ Corytus the- ca est arcus, & quandoque sagittarum. Virgilius libro decimo. Coritque leues humeris, & læthifer arcus. Syl. lib. 15. Turba ruunt, stridentque sagittiferi Coryti.

¶ Lorica dicitur ferreum corporis munimentum, quale apponebatur antiquis regum, & imperatorum stauis. Dicitur autem Lorica, velut connexa loris. Squalebat ferri laminis, vt crullis cochlearum. Vitruuius. Non patietur lorica testacea lædilatera. Modestus. Cen- turiones nimium bellicosas loricas transuersis cassidum cristis (vt a suis facilius nolcerentur) habebant. Martialis. Inuia Sarmaticis domini lorica sagittis. Hinc loricare est armare, seu loriam induere. Plynius de Ichneumone in Aspidem certaturo. Mox (inquit) vbi plus- ribus eodem modo se corijs loricauit, in dimicationem pergit.

¶ Ymbo dicitur pars clypei eminentior, Capitur & pro toto clypeo. Virgilius libro deci- mo. Sed sustinet æreus ymbo. Stautius libro decimo octauo. Euboicum duris rumpunt vni- bonibus agmen. 15

Diuersa nomina ad militiam spectantia.

1	Exercitus	Signiferi	16	Draconarij
	Tribuni	Tesserarij	17	Primipilus
	Ruffuli	Campigeni	18	Manipulus
	Rutili	Metatores	19	Nauarchus
	Flexumines	Beneficiarij	20	Bellatores
	Trossuli	Librarij		Imbelles
	Myrias	Tubicines	21	Velites
2	Legio	Cornicines	22	Peltati
3	Cohors	Buccinatores	23	Catafracti
4	Turma	Liticines	24	Hastati
5	Phalanx	Aenatores	25	Scutati
6	Hastati	Mensores		Cętrati
	Pilani	Torquati		Clypeati
	Ordinarij	Candidati	26	Ferentarij
	Augustales	Antesignani	27	Arcitenentes
	Aquitiferi	Vexillarij		Sagittarij
7	Imaginarij	Aquiliferi	28	Zoarchus
			v ij	Therarchus

OFFICINA

	Therarchus	Teligeri	Nauarchus
	Ilarcha	Iaculiferi	Strategus
	Chilarcha	Spiculigeri	Archipolis
	Nyriarcha	Hastigeri	Agoronamus
29	Tyrones	Hastiliferi	Eparchus
30	Classarij	Vrbiniiferi	Ethnearches
31	Rorarij	Tortores	Genearcha
32	Exauctorati	Scorpionarij	Irenarches
33	Gregarij	Ballistarij	Philarchus
34	Triarij	Arcuballistarij	Cosmoarchus
35	Elaphri	Colubrinarij	Democraticus
36	Accensi	Funditores	Ephorus
37	Dimachę	Pyrobolarij	Decearchus
38	Lancearij	Clauigeri	Decarchus
	Doryphori	Imperator	Tetrarcha
	Machrophori	Rex	Dubenus
	Ensiiferi	Dominus	Tricarchus
	Sarissophori	Megistanes	Demarchus
	Spathiferi	Monarcha	Archon
	Mucronigeri	Dinastes	Suffes
	Cultriferi	Hecatontarchus	

EXPLANATIO.



**E**xercitus dicitur magnus militum numerus, ab exercitatione, Cui præest, qui legiones cum suis auxilijs comministrat. Eiusque officium consistit non solum in dâda, sed etiam obseruanda disciplina. Is vocabatur a Romanis tribunus militaris, cui iubebantur parere milites. Eius intererat milites in castris cõtinere, ad exercitationes producere, clauas portare, vigilias interdum circuire, Annone & commecatibus consulere, compefcere tumultus militares, delicia secundum auctoritatem castigare, audire commilitonum querimonias, & id multa genus alia. Dicebatur autẽ tribunus a tribu, quoniam Romulus primus milites ex tribu legit. Tribunorũ militarium alij dicebantur Rufi, qui creabãtur in exercitu. Alij commitiati, qui designabantur in comitijs, Dicti sunt & Rutili, quod Rutilius Rufus legem de his creandis ab exercitu, quandoque tulerit. Equestrus ordinis nomen sæpe mutatum est. Nam qui ad equitatum trahebantur primum Flexumines, postea Trossuli dicti sunt, quum oppidum in Thuscis eo nomine soli sine pediatu cepissent. Miles suberat centurioni, Centurio tribuno, Tribunus legato, Legatus consuli, Consul dictatori, Centurio centum peditibus præerat. Is erat, quem nunc primipilum dicimus. Myrias continebat decem millia, Hinc Myriarches, qui decem millibus præest.

**L**egio a delectu militum dicta est auctore Nonio. Romanorum legiones habebant singule tena millia, & interdũ amplius, vbi res postulabat. Differebant autẽ ab auxiliatorib⁹. Nã auxiliatores conducebantur ad prælium ex diuersis locis, nec disciplina inter se, nec notitia, nec affectione consentientes, alijsque institutis vtentes, & dissimili armorum vsu, iungebanturq; legionibus adminiculi non principalis subsidij loco. Legio autem proprijs coloribus constabat, habebatque grauis armaturæ principes hastarios, triarios, & antesignanos. Itẽ leuis armaturę feretarios, sagittarios, funditores, ballistarios, vt proprios, vnoq; animo & pari consensu castra muniẽtes. Erat in legionibus tâta armorũ exercitatio, & fiducia, vt nusquam legantur plures fuisse legiones, quã duę. Qui legionũ matriculis inseri volebãt, hoc est numerari inter legionarios, solebãt, iurare, idq; sacramentũ dicebatur, Iurabãt autẽ per deos, & imperatoris maiestatem se fidẽ seruaturos, inuiolatã, eternũq; famulatũ suo principi exhibituros, militiam nunquam deserturos, nec recusaturos mortem pro Rep. Habebat legio decẽ cohortes. Quarũ prima habebat pedites, 1105. Equites loricatoros, 132. Secunda pedites, 555. Egtes loricatoros, 66. Tertia pedites, 555. Equites itidem, 66. Quarta pedites, 600. Equites, 66. Quinta totidem. He autẽ primę ordinabãtur in prima acie, tanq; magis strenuę. Sexta pedites, 555. Egtes, 66. Septia pedites 555. Pedites, 56. Octaua, nona, & decima



na, & decima singula totidem. His decem cohortibus perficiebatur legio, quæ habebat pedum. 9000. Equites. 732. A numero, & ordine legionum milites dicebantur Primani, Secundani, Decumani, primæ & secundæ, aut decimæ legionis.

¶ Cohors diuidebatur in 30. manipulos. Manipulos in 25. milites. Manipulum autem Varro ait esse minimam exercitus manum, quæ vnum sequitur signum. De quo verbo Ouidius. Illa quidem sceno (sed erat reuerentia sceno. Quantum nunc aquilas cernis habere tuas) Pertica suspensos portabat longa manipulos. Vnde manipularis nomina miles habet. Lucas nus libro primo. Conuocat armatos ex templo ad signa manipulos. Hinc manipulares milites dicti a manipulo sceni quod sequebantur. Cohortem Ephorus apud Plutarchum affirmat quingentos esse viros, Callisthenes vero septingentos. Quidam alij (inter quos est Polybius) nongentos.

¶ Centuria dicebatur centenarius militum numerus, cui qui præerat, vocabatur centurio. 4

¶ Constabat Turma ex 32. equitibus. Varro turmam ait dictam esse mutata e in v, quasi ternam, quod terdeni milites ex tribus tribulus lucerum, Rhamnium, & Tatiensium fiebant. Sidonius vocat turmas terrificas decenti epitheto, vbi ait. Et iam terrificis diffuderat Attila turmis In campos se Belga tuos. Horatius minaces, æratos & alipedes Syllius. Hastatas Valerius Flaccus. Cristatas Claudianus, Pugnaces Sabellicus, vagantes Lucanus. A turma fit aduerbium turmatim.

¶ Phalanx dictio est Macedonica quadratam aciem, & cuneum militarem proprie significans, quando pes pedi, clypeus clypeo, vir viro in acie conferebatur, qui mos erat Macedonum peculiaris. Curtius. Macedones inquit phalangem vocant peditum stabile agmen, quum vir viro, & armis arma conferta sunt. Capitulum tamen pro quouis exercitu. Virgilius libro sexto Aeneidos. At Danaum proceres, Agamemnonique phalanges, Vt videre visum. Stroza filius. It noctes animosa phalanx, innexa trilici Pectora thoracum tunica. Quoniam autem vocabulum est Macedonicum phalanx, proprio epitheto vocatur Sarisifigera a Sarisifis Macedonum hastis. Quintianus in Cleopoli. Regna Sarisifigerasque simul ducere phalanges.

¶ Porro autem Hastati dicuntur, qui pugnant Hastis. ¶ Pilani qui pilis. ¶ Ordinarij dicuntur, qui in prælio præfunt, & primos ordines ducunt. ¶ Augustaes dicebantur, qui ab Augusto ordinarijs iuncti fuerant. ¶ Aquiliferi, qui portabant aquilam Romanorum insigne. Lucanus. Pares aquilas, & pila minantia pilis. Constat inquit Suetonius Augustum Aquilifero legionis suæ grauiter saucio, aquilam humeris subijisse.

¶ Imaginarij, vel Imaginiferi, qui imperatorum portabant imagines. ¶ Signiferi, qui signa 7

portant. ¶ Tesserarij, qui tesseram per contubernia militum nunciant, Tesseram autem vocatur præceptum ducis, quo ad bellum, aut aliquod aliud opus mouetur exercitus. Tranquillus in Galba. Solenni forte spectaculo plaudentes inhiuit data tesseram, vt manus penulis continerent.

¶ Campigeni dicuntur antesignani, ideo quod eorum opera, atque virtute exercitus genus crecit in campo. 9

¶ Metatores, qui præcedentes locum deligunt castris. 10

¶ Beneficiarij, qui tribunorum beneficio promouentur.

¶ Librarij, qui in libros rationes ferunt ad milites pertinentes.

¶ Tubicines, Cornicines, Buccinatores, qui tuba, æreo cornu, vel buccina committere solent prælium, vt laticines, qui lituo canunt. Marcellinus. Post exactum iam diem occidente laticine reuocatus inuicissimus miles, prope supercilia Rheni tendebat. Dicuntur etiam ænatores. Suetonius in Cæsare dictatore. Inter eos (inquit) & ænatores, rapta ab vno tuba profilit ad flumen. Marcellinus. Quum superesset exiguum noctis, ænatorum clangore ductore urbem, vt mox casuram terribili corona cinxerunt, Buccinatores auctore Vegetio ornamentum erant totius legionis in ingressu conflictus, & eius reditu. Hinc per metaphoram buccinator pro laudatore solet accipi.

¶ Mensores, qui in castris demetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel hospitia 12

in ciuitatibus præstent. ¶ Torquati simplices, & torquati duples, quibus torquis aureus solidus virtutis fuit præmium, quem qui meruisset, præter laudem interdum duplas consequebatur annonas, duples, duas. 13

- Candidati milites dicuntur, qui priuilegijs muniuntur, reliqui vocantur municipes, quod propter munera facere militiam cogantur.
- 14 **A**ntesignani dicebantur milites, qui erant ante signa, quos tanquam duces reliqui sequebantur. Apulcius. Antesignani nostri partem (qua manus humerum subit) ictu per articulum medium temperato profus abscidimus.
- V**exillarij & vexilligeri, qui vexillum gerunt. Idem Apul. Tunc itaq; (inquit) sublimis ille vexillarius noster Lamachus T. Liuius. Ordo (inquit) sexagenos milites, duos centuriones, vexillarum vnum habebat. Idem author est sub vno vexillo fuisse homines, 180.
- V**exillationes antiqui nominauerunt alas equitum.
- 15 **E**adem ratione Aquiliferi dicebantur, qui aquilas Romanorum signa ferebant. Sucto, in Caesare dictatore. Inclinatam (inquit) aciem solus saepe restituit, oblitens fugientibus, retinensq; singulos, & contortis faucibus conuertens in hostem, & quidem adeo plerumq; trepidos, vt aquilifero moranti cuspe sit comminatus.
- 16 **D**raconarij qui dracones ferebant in vexillis, vt aquilas. Claudianus. Stant bellatrices aquilae, sauique dracones. Primum signum (inquit) Vegetius) Legionis est aquila, quam aquilifer portat. Dracones etiam per singulas cohortes a Draconarijs feruntur ad praehum.
- 17 **P**rimipilus seu primipilaris, dicebatur centurio, qui, 4. centurias id est, 400. milites regibat in acie prima, eratque caput legionis. Tranquillus in Tiberio. Quum (inquit) Pollentina plebs funus eiusdem primipilaris non prius ex foro misisset, Idem in Caligula. Testamenta primipilarij (qui ab initio principatus, neque illum, neque se heredem reliquissent) vt ingrata reseidit.
- 18 **M**anipuli seu Manipulares dicebantur signiferi, qui imperante Romulo, quum Romani Latini sub vno centurione bellum aggressuri essent, Manipulo herbae hastae alligatur pro signo utebantur. Ouidius. Vnde manipularis nomina miles habet.
- 19 **N**auarchus dicebatur nauis princeps, qui in bello nauali remigibus & militibus exercendis quotidianam curam & iugem exhibebat industriam.
- 20 **B**ellatores qui ad decertandum instruuntur, armisq; aduersarium inuadunt.
- I**mbelles in exercitu dicuntur, qui sequuntur copias ad alium quam consilijs vsus, vt medici, tabernarij & ferui.
- 21 **V**elites dicuntur leuissimae armaturae milites. Hi lorica non inducunt, nec ocrea munebantur. Non clypeum aut scutum graue ferebant, sed telis tantum utebantur & sagittis. Ouidius in Ibin. Vtq; petit primo plenum flauentis arenae Nondum calfacti velitis haesta solum. De velitibus videtur intelligere Caesar apud Suetonium loquens, Scitote (inquit) paucissimis his diebus regem asuturum cum decem legionibus equitum. Triginta leuis armaturae. A velitibus fit velitari verbum, id est leuiter contendere, & velitatio leuis contentio. A leui armatura velites aliter dicebantur expediti.
- 22 **P**eltati inter leuis armaturae milites numerabantur a Pelta breui paruoque scuto, quo utebantur cum contis Sarissa paulo breuioribus.
- 23 **C**atafracti dicuntur qui non solum sua corpora, sed etiam quos lorica vndique muniunt, Hos Marcellinus Catafractarios vocat, vbi ait. Et ne qua interueniret mora, adhibitis catafractarijs solis & ballistarijs parum ad tuendum rectorem idoneis, praecurso eodem itinere ad arua Suecorum peruenit. Est etiam catafracta militaris lorica, siue thorax. De Catafractis Marcellinus. Sparsique (inquit) Catafracti equites (quos clibanarios dicunt) persona rim thoracum muniti Ligaminibus, & lumbis ferro cinctis. Idem inter quas (inquit) Catafractarij erant, sagittarij, formidabile genus armorum.
- 24 **H**astati dicuntur, qui manus conferunt, & cominus hasta decertant, vnde & Tranquillus in Caligula hasticos vocat ludos, qui hasta conficiebantur.
- 25 **S**cutati Caetrati & clypeati, qui scuto & clypeo se praemununt. Nam Caetra scutum est breue & loreum, quo (vt iam diximus) utebantur Atri & Hispani. Syllius. Barbarica plaudentem carmina caetra. Frequens est apud Liuium Caetratorum mentio, Scutatos Marcellinus & Scutarios vocat. Nec Scutarios (inquit) adesse didicerat. Item Suetonius in Augusto. Affuit & clientibus, sicut Scutario euocato quondam suo. Scutigerulus a Plauto dicitur armiger, qui gerit scutum domini in bello. De clypeatis, Marcellinus. Et incedebat hinc inde ordo geminus armatorum clypeatus & cristatus.
- 26 **F**erentarij equites dicuntur, qui eminus solent dimicare, quorum alij iaculis, alij arcu vtritur. Ferentarij etiam dicebantur ab auxilio ferendo, erantque leuis armaturae milites, excursum leues, armis grauibus non impediti, ense tantum & telis instructi, Salustius. Postquam eo ventum

eo ventum est, vnde a Ferentarijs prælium committi posset.

¶ Arcitenentes & Sagittarij qui arcu vtuntur & sagittas intorquent, vocantur etiam sagittiferi. 27

¶ Vbi pugnabatur Elephantis, qui vni tantum præerat vocabatur Zoarchus, ab animalis præfectura. Qui tribus Therarchus, Qui quattuor Epiterarchus, Qui octo, ilarcha, Generalis vocabulo Elephantorum præfectus dicitur Elephantarcha, author Aelianus. 28

¶ Chiliarche dicebantur, qui mille militibus præerant. Chiliarchas enim dicitur Millenarius numerus. Curtius libro quinto, Nouem qui fortissimi indicati essent singulis militum milibus præfectorum erant, Chiliarchas vocabant. ¶ Myriarche qui decem milibus præerant, Herodotus libro septimo Chiliarchas id est tribunos qui mille, & myriarchas qui decem milibus præfunt, delegerant.

¶ Tyrones dicuntur noui milites, fortes tamen & robusti ad perferendos labores militiæ, quorum prima exercitatio vocatur Tyrocinium, velut rudimentum. Vnde & Tyrocinium dicuntur etiam, qui sunt rudes in re aliqua. Tranquillus in Cæsare, Tyrones neq; in ludo neque per lanistas, sed in domibus per equites Ro. ac etiam per senatores peritos armorum eruditæ. Idem in Nerone, Tyrocinium militem positum ad custodiam aditus quum eum ornari aut viciri catenis, sicut argumētum postulabat, videret. Hieronymus in fœmineo genere, Tyrocinia puellas vocat. Tyrocinium etiam præter illud militare rudimentum, dicebatur ab eruditis, quum adolescentuli togam fucebant, & ponebant barbam, eloquētiāq; in foro auspicabantur. Nam tunc etiam dicebantur tyrones, Seneca in Decla. Ille in foro primum dicitur, Tyro dicitur est.

¶ Classarij dicebantur buccinatores, qui cornu ducebant exercitum, quicq; Classicum canebant imperatore præfente. Classarij etiam dicuntur remiges, & frequentius milites in classibus Cor. Tacitus, Anicetum centurione classario comitatum. Tranquillus in Cæsare Tiberio, Vnde damnatos post longa & exquisita tormenta præcipitari coram se in mare iubebat, excipiente Classiariorum manu.

¶ Rorarij testimonio Varronis dicebantur, qui primi omnium in conflictum prodibant, erantque leuis armaturæ, vt velites, Nec dimicabant acriter, sed leui quadam contentione prælium tentabant, quemadmodum ros prius inchoat, quam pluuia. 31

¶ Exauctorati milites dicebantur, qui obligatione militari & stipendio soluti erant habuerantque missionem, Hoc autem verbum quandoq; in malam partem capitur, vt apud Læpidum, qui scribit Alexandrum tumultuantes legiones exauctorauisse. Nam orta quondam seditione militari, non timuit conscendere tribunal, & oratione seuerissima tumultuantes increpare, quamuis omnes armati circumlisterent. Postremo illis adhuc fremētibus quæ inelamallet, discedite, arma deponite, omnes depositis armis sagulisq; militaribus ad diuersoria recesserunt. Tunc vnā legionē totam exauctorauit, quam mox loco suo restituit. Simile est dictum Tranquilli de Cæsare dictatore scribentis, Nonam legionem apud Placentiam quæquam adhuc in armis Pompeius esset totam cum ignominia mistam fecit.

¶ Gregarij milites dicebantur vulgares non electi. Tranquillus in Augusto, Nam quum spectaculo ludorum gregarium militem in, 14. ordinibus sedentem excitari per apparitorem iussisset. 33

¶ Triarij milites erant omnium fortissimi, qui in postrema legionum parte collocabantur. In his autem sita erat tota spes & vltimum per fugium. Erant omni armorum genere instructi. Genu posito subsidebant, vt si primam aciem vinci contigisset, ab his integrato prælio victoria repararetur. De his modestus ad hunc modum scribit, Hi vt requietis & integri inuaderent hostes, post vltimas acies sedere consueuerunt, & si quid in primis ordinibus accidisset, de eorum viribus reparationis spes tota pendebat. Hinc formatum adagium, Res ad triarios redit, vbi prope desperatur victoria, resque eo periculi redacta est, vt extremo conatu summis que viribus sit enitendum, quibus si nihil proficiatur, iam nullus relictus est effugij & salutis locus. 34

¶ Elaphri dicebantur equites leuiter armati, qui discursu faciles erant, iacebantque missilia seu sagittas. 35

¶ Accensi dicebantur q; misterio ac seruitio publice adiciebantur legionibus, quum fas non esset milites q; pecunia publica alebantur cuiq; seruire, dicebaturq; accensi velut accedentes. 36

¶ Dimache dicuntur, qui duplici pugnae genere decertant, equo scilicet, & vt pedites, vbi regio non est apta equitatu. Hos primo ferunt institutos ab Alexandro, qui etiam triginta puerorum millia, ad militarem disciplinam curauit instruenda. 27

38 ¶ Finguntur etiam quandoque huiusmodi nomina a nominibus telorum vt Lancearū, Doryphori id est spiculatores, Dory enim Græce, lanceam significat latine. Tranquillus in Nerone, Et quum affatim defauisset, vt conficeretur a Doryphoro liberto.

¶ Machrophori a ferendis Machæris gladijs, Cicero, Macharophoris centum sequentibus miros risus nobis, edidit. Eniferi a ferendis ensibus. Sarisophori a Sarissis, quas Macedonum hastas esse diximus. ¶ Spathiferi a Spathis.

¶ Mucronigeri, Cultriferi, Cultelliferi, Teligeri, Teligeruli, Iaculiferi, Iaculatores, spiculiferi, spiculatores, Hastigeri, hastiliferi, Vrbiferi eadem forma dicuntur. ¶ Tortores quandoque dicuntur, qui lapides tormentis iaciunt, Vnde & tortores ballistarum vocat Ammianus.

¶ Scorpionarij qui scorpionibus seu machinis iaculantur. Eiusdem notæ sunt Ballistarū, Arcuballistarū, Colubrinarij.

¶ Funditores & fundibularij, qui funda lapides intorquent. Salustius, Ipsa cum expeditis cohortibus adhuc funditorum & sagittariorum delecta manu.

¶ Pyrobolarij qui ignitas glandes tormentis eiaculantur. ¶ Clauigeri a ferenda Claua, græce vocantur Corynophori.

39 ¶ Sunt & quædam principatum & præfecturarum nomina vt Imperator, Rex, Dominus, qui in malam partem olim accipiebatur pro tyranno. Virg. Vendidit hic auro patriam, do minumque potentem imposuit. ¶ Megistanes dicuntur proceres & primates. Cor. Tacitus Et Megistanes Armenios, (qui primi a nodis defecerat) pepulit sedibus. ¶ Monarcha seu Monarches vnicus omnium princeps, & Monarchia principatus ipse. ¶ Hecatontarchus centum hominum vel ciuitatum princeps.

¶ Dynastes dominus regni, Dynastia potentatus. Cicero ad Atticum, Erit nebulo iste cum istis Dynastis in gratia. ¶ Nauarchus princeps nauis.

¶ Strategus dicitur præfectus militaris, & Stratagea præfectura ipsa. Vnde & legimus Thraciam fuisse diuisam in Stratageas. Jo. Ita enim vocant præfecturas.

¶ Archipolis princeps ciuitatis. ¶ Agoranomus apud Plautum vocatur ædibilis, vbi ait in Captiuis, Hunc fecerunt sibi Aetheli Agoranomum. ¶ Eparchus dicitur prouinciæ præses, Eparchia prouincia. ¶ Etnearches princeps gentis. ¶ Etnearchia principatus.

¶ Genearcha generis princeps, Genesis est generatio.

¶ Irenarches seu Irenarcha, qui præficitur in ciuitate ad auferendas discordias, pacandosque tumultus ciuiles. ¶ Philarchus amator imperij, Latine dici potest imperij candidatus. ¶ Cosmoarchus mundi princeps. ¶ Democraticus qui fouet principatum populi, Democratia populi principatus. ¶ Ephorus dicitur præfectus & superinspector. Ephori magistratus erant tales apud Lacedæmonios, quales apud Romanos Tribuni plebis, Cicero libro tertio de legibus, Quare nec Ephori Lacedæmone sine causa a Theopompo oppositi regibus nec apud nos consulibus tribuni. ¶ Dicearchus iustus princeps. ¶ Decarchus qui decem præest militibus. ¶ Tetrarcha, qui quartam regni partem obtinet. ¶ Dubenus apud antiquos quos capiebatur pro domino, Pacuuius, Tum dubenus seruos ligatos pessime verberat.

¶ Trierarchus præfectus triremis, Cicero actione. 3. in verrem, Quæ de re Charidemum Chium, testimonium priore actione dicere audistis, quum esset Trierarchus.

¶ Demarchus populi princeps, qui tribunus plebis Archon summus erat magistratus Athenis, sicuti Carthagini Suffes, Romæ dictator. De Suffete Liuius lib. 28. Mago ad colloquium Suffetes Gaditanorum, qui summus est pœnis magistratus, cū quæstore elicit, lacerosque verberibus cruci affigi iussit.

Sagittarij & Iaculatores  
peritissimi.

1	Apollo	5	Paris	12	Aethalides
2	Hippocon	6	Lycotas	13	Catenes
	Mnesteus	7	Mopsus	14	Domitianus
	Eurytion	8	Ilerdes	15	Toko
3	Chorineus	9	Alcon	16	Aspar
	Alylas	10	Enarus	17	Hercules
4	Acastus	11	Deucalion	18	Eurytus

Commodus

19	Commodus	26	Cretenſes	32	Erithręi
20	Andreas Agidarius	27	Diſtęi	33	Scoti
21	Getę	28	Gnofiaci	34	Gothi
22	Scythę		Gortyniaci	35	Arimaſpi
23	Ithyreę	29	Cydonij	36	Aetholi
24	Parthę	30	Orientalę	37	Balearici
25	Sarmatę	31	Lycij		

EXPLANATIO.



**H**nter ſagittarios principem locum obtinet Apollo, quem ideo <sup>1</sup>  
poetę ſagittiferum & ſagittipotentem dicunt. Vnde Claudianus,  
Mars clypeo melior, Phœbus præſtantior arcu. Horatius libro pri-  
mo Carminum. Nec te metuende certa Phœbe ſagitta. Valerius  
Flaccus. Arcupotens aduerte precor nunc denique Apollo.  
¶ Hippocoon, Mneſteus, Eurytion ſagittarij fuerunt, qui teſte Vir <sup>2</sup>  
gilio contenderunt de palma, & vna iaculati ſunt in ludis illis ex-  
quialibus, quos Aeneas ad tumulum patris Anchifę celebravit, cū  
relicta Africa in Italiam nauigaturus redijt per Siſiliam. Verba au-

tem poetę ſunt hæc.

Hyrtacidę ante omnes exit locus Hippocoontis,

Quem modo nauali Mneſteus certamine victor

Conſequitur, viridi Mneſteus euinctus oliua.

Tertius Eurytion, tuus o clariffime frater

Pandare, qui quondam iuſſus confundere fœdus,

In medijs telum torſiſti primus Achiuos,

Tunc validis flexos incuruant viribus arcus

¶ Idem Virgilius libro nono ait Chorineum Italum fuiſſe peritum iaculatore, Aſylam <sup>3</sup>  
vero Troianum, arcu & ſagittis nobilem. Hęc autem eius verba, Emathiona Liger, Cho-  
rineum ſternit Aſylas. Hic iaculo bonus, hic longe fallente ſagitta.

¶ Acaſtus venator fuit ſagittis clarus, qui cum Meleagro ad occidendum aprum (qui Caſ <sup>4</sup>  
lydona vaſtabat) profectus eſt. Ouidius libro octauo Meta, Leucippus que ferox, iaculoq;  
inſignis Acaſtus.

¶ Fuit Paris adeo ſagittandi peritus, vt Achillem ſolo pede vulnerabilem telo traiecerit. <sup>5</sup>  
Virgilius libro ſexto Aeneid. Dardana qui Paridis direxit tela, manusq; Corpus in Aca-  
cidę, magnas obeuntia terras. Ouidius in Epistoſis. Paridem ſic loquentem inducit,  
Ne ve putes, non me miſi cominus eſſe timendum, Figittur in iuſſo noſtra ſagitta loco.  
Statius libro tertio Syluarum. Sic fixum Paridis manu potentis Peliden Thetis obruit  
cadentem.

¶ De Lycota Ouidius libro. 12. Iaculatoremq; Lycotam ſternit.

¶ Mopſum Cretenſem ab arte ſagittandi commendat Syllius Italicus lib. 1. his verbis. <sup>6</sup>

Cres erat erifonis Curetum aduectus ab antris, <sup>7</sup>

Diſceos agitare puer leuioribus arcus

Pennata ſaltus aſuetus arundine Mopſus.

Ille vagam cœlo demiffit ſæpe volucrem,

Ille procul campo linquentem Retia ceruum

Vulnere ſiſtebat, rueretque inopia ſub icu

Ante fera incauto, quam ſibila poneret arcus,

Nec ſe tum pharetra iactauit iuſtius vlla,

Eois quamquam ceteret Gortyna ſagittis.

¶ Illeſdes fuit iaculator quiſpiam, qui tam certis iaculabatur icibus, vt etiam volucres in <sup>8</sup>  
medio aere tantum percuteret. Syllius. Iam ſocius volucresque vagas deſcendere nube  
Aſuetus iaculis idem & bellator Illeſdes, Cui ludus nullam curſu nõ tollere damam.

¶ Alcon Cretenſis fuit ſagittarius, cuius filium quem rapuiſſet Draco, tanta arte ſagitta di <sup>9</sup>  
rexit, & illeſo filio Draconem ipſum confecerit. Val. Flac. lib. 1. Argon. Vacua nam lapſus  
ab arbore, paruum Ter quater ardentis tergo circumuenit anguis. Stat procul intendens  
dubium pater anxius arcum. Sidonius. Vetiſſes Caſtora frenos, Pollucem cęſtus, Alco  
nem ſpicula noſſe. Politianus in Epigrammatis.

Vidit & implicitum

Vidit & implicitum puero pater anxius anguem,  
 Intendit dubia cornua flexa manu.  
 Inque fere fauces calamum sic torfit, vt audax  
 Terruerit natum non minus angue senex.  
 Sed nunquam pius errat amor, puer hoste perempto  
 Saluus erat, stupuit morte direpta falus.  
 Victor ab hac pharetram quercu suspendit & arcum,  
 Fortuna atque artis quæ monumenta suæ.

- 10 ¶ Saxo grammaticus scribit Enarum fuisse sagittarium magno corporis artisque robore præditum, qui tanto rigore arcum intendebat, vt excussum ab eo iaculum nulla rerum duricia susteret, quo minus citato motu, vniuersum penetraret obstaculum.
- 11 ¶ Deucalion Hyperesij filius ex Hyplo nympha, fuit etiam peritus sagittarius. Valerius Flaccus libro primo Argon. Deucalion certus iaculis.
- 12 ¶ Aethalides præco fuit insignis, qui propter eloquentiam Mercurij filius creditus est. Hunc etiam telis claruisse testis est Val. Flac. lib. 1. dicens. Hic numerosa phalanx, proles Cylleonia certus Aethalides subitas neruo redeunte sagittas Cogere.
- 13 ¶ Catenes miles fuit, qui ictibus adeo certis destinata feriebat, vt aues quoque ab ipsis nubibus exciperat. Author Curtius lib. 6. de gestis Alexandri.
- 14 ¶ Fuit Domitianus imperator doctus adeo sagittarum, vt inter distentos viri procul positi digitos tela transmitteret. Author Sextus Aurelius. Tranquillus ait centenas varij generis feras in albano secessu sagittis præaramque ab eo confossas multis videntibus. Ex industria ita quarundem capita nonnunquam figebat, vt duobus ictibus, quasi cornuas effingeret. Nonnunquam in pueri procul stantis præbentisque pro scopo dispensam dextræ manus palmam, sagittas tanta arte direxit, vt omnes per interualla digitorum innocuæ euaderent.
- 15 ¶ Toko miles fuit quispiam auctore Saxone, doctus adeo sagittator, vt sermone inter conuiuias temulentius habito iactauerit tanto iaculandi vsu se præditum, vt exiguum quamlibet pomum, baculo procul & longissime remoto superpositum prima spiculi directione feriret.
- 16 ¶ Pontanus Asparem quendam Garamanta a præstantia torquedorum Missilium his verbis commendat. Hinc Aspar Garamas, quo non præstantior alter Aut torquere manu iaculum, aut dare vulnera funda.
- 17 ¶ Docuit Hercules, quanta sagittandi arte claret, dum Centaurum Nessum quamuis remotum & certam tripodem certo traiecit ictu, Harpyasque volucres in medio confecit aere, dicente Seneca. Perijt ab ipsis nubibus Stymphalidas. Et alibi. Tenus hac arcus manu Astris ab ipsis detulit Stymphalidas. His ego citatam gressibus vici feram, Radiant clarum fronte gestantem caput.
- 18 ¶ Eurytus rex Oechaliæ pater Ioles Herculem sagittandi artem docuit.
- 19 ¶ Commodus imperator Faustinae & Marci principis filius centum ictibus in arena totidem feras strauit, tam validis viribus, vt multas vno conficeret ictu. Adeo certa fuit illi manus, vt quicquid oculo destinasset, iaculo & sagitta contingeret. Herodianus libro primo, & Sabellicus in exemplis.  
 Nihil erat tam paruum tamque exiguum, quod plumbea Aenei tormenti pila non concuteret Andreas Agidarius, si illud populo consequi posset. Sabellicus in Exemplis.
- 20 ¶ Getæ, Scythæ, Ithuræi, Perse seu Parthi, Sarmatæ, Cretenses, Arimalpi, & omnes prope Orientales arcu & iaculis claruerunt.
- 21 ¶ De Getis Scythiæ populis Ouidius lib. 5. de Trist. Sarmaticæ maior, Geticæque frequentia gentis, Per medias in equis itque reditque vias. In quibus est nemo, qui non Coryton & arcum, Telaque vipera lurida felle gerat. Idem. Iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis. Et lib. 1. de Ponto. Dura pharetrato bella mouente Getæ. Hinc arcus Geticus. Idem lib. 3. de Ponto. Ipse quidem Getico peream violatus ab arcu. Et sagitta Getica. Idem in Ibin. Denique Sarmaticas inter, Geticasque sagittas.
- 22 ¶ De Scythis Septentrionalibus populis. Claudianus. De spolijs Scythicos arcus, aut rapta Gelonis Cingula. Plynius lib. 4. Vt sit plane arcus Scythici forma.
- 23 ¶ Ithura seu Ithura vrbs est in Tauro monte Parthiam versus, cuius habitatores Ithuræi arcu & sagittis claruerunt, quod quemadmodum in ceteris arguitur poetarum Epichetis, quum arcum vocant Ithuræum, sagittas Parthicas, neruos Geticos, pharetras Sarmaticas & ita in ceteris. Sabellicus in Oraculo. Quæ turba pharetris Certat Ithureas sumptis imitariæ artes.

tarier artes. Mantuanus in Fastis. Rosfraque Ithyrao iactare Cydonia neruo. Lucanus li-  
bro septimo. Ithuræis cursus fuit inde sagittis.  
¶ Parthi seu Persæ Orientales populi, sagittis claruerunt, vt fugientes a tergo iacularen- 24  
tur, auerſique sequentes hostes læderent perinde ac aduerſi, vt iam diximus. Lucanus. O-  
cyor & missa Parthi post terga sagitta. Mantuanus in Alphonſo, nec Parthica tanto Agmi-  
ne per cœli nubem se fundit arundo. Catullus. Siue in Hyrcanos. Arabasque molles, Seu  
Sacas, sagittiferosque Parthos. Ouidius libro. i. de Remo. Vince Cupidineas pariter, Par-  
thasque sagittas. Io. Fran. Mirandula. In molli pharetræ Persidos vrbe.  
¶ A Sarmatis Seythiæ populis doctissimis iaculorum, Arcus vocatur Sarmaticus. Ouidi- 25  
us libro primo de Ponto. Moris oblitus patrii contendere discam Sarmaticos arcus. Idem.  
Aut ego Sarmaticas videor vitare sagittas. Martialis libro septimo. In via Sarmaticis do-  
mini lorica sagittas. Seneca in Thebaide. Sagitta qualis Parthica velox manu Excussa  
fertur.  
¶ Cretenses omnes hac etiam arte clarissimi extiterunt. Virgilius in Cyri. Attica Cretæa 26  
fernebant rura sagitta. Apuleius libro vndecimo. Inde primigenij Phryges Pefinunticam  
nominant domini matrem. Hinc Authoſthones Attici Cecropiam Mineruam, illinc flu-  
ciantes Cyprij Paphiam Venerem, Cretes sagittiferi Dyctinam Dianam.  
¶ Inter insulæ Crete populos, præcipui sagittarij fuerunt Dictæi, Gnofiaci, Gortyniaci, 27  
Cydonij a Dictæ, Gnoſo, Gortyna & Cydone vrbibus dicti. De Dictæis Syllius lib. 13. Dis-  
ceta per auras Tranat, & in medium perlabitur vrbis arundo. Staius lib. 4. Thebai. Dis-  
cetaque tela Ipsam & Amycleas humeris aptasse pharetras.  
¶ De Gnoſo & Gortynia vrbibus Crete, Lucanus. Gnoſosque agitare pharetras Docta, 28  
nec Eois peior Gortyna sagittis. Idem. Disceta procul ecce manu Gortynis arundo. Vale-  
rius Flaccus. Plenisque redit Gortyna pharetris. Pamphilus Saxus. Superat fuga volas-  
tus, & Gortyniacas leuis sagittas.  
¶ A Cydone Crete oppido tela Cydonia dicuntur, quod eius loci incolæ periti fuerint 29  
sagittarij. Virgilius. Ire libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula, tanquam hæc sit no-  
stri medicina doloris. Staius lib. 7. Theb. Cydoneas anteibunt gefa sagittas. Claudianus.  
Quæ vires iaculis, vel quum Gortynia tendis Spicula, quam felix arcus, certique petitor  
Vulneris, & certum mentiri nescius ictum, Seis quo more Cydon, qua dirigat arte sagit-  
tas Armenius, refugo que sit fiducia Partho.  
¶ De Orientalibus populis Valerius Flaccus libro quinto, Quos neque Iber, neque tuta 30  
suis Aurora sagittis sustinet. Per Auroram intelligit Oriëntales. Syllius libro duodecimo.  
Eois quamquam certet Gortyna sagittis. Staius libro tertio syluarum. Et Eoas iaculo dam-  
nare sagittas.  
¶ Lycia regio minoris Asiæ populos habuit peritos iaculandi. Vnde Virgilius Lycias vos 31  
cat sagittas libro octauo dicens. Ille mihi insignem pharetram, Lyciasque sagittas Disce-  
dens pharetramque auro dedit intertextam.  
¶ Erithræ quoque siue Erithra Asiæ ciuitas arte sagittandi claruit. Sidonius. Forte sagittife 32  
ras Euan populatus Erithas.  
¶ Crinitus ait Scotos (qui vicini sunt Britânis) in dirigendis sagittis acres esse & egregios. 33  
¶ Paulus Diaconus ait Gothorum gentem nullo armorum genere magisquam arcibus 34  
vti consueſſe.  
¶ Arimaspi populi iuxta Riphæos in torquendis sagittis (quarum sunt peritissimi) alterum 35  
infectunt oculum, vt altero melius cernant, Hinc & nomen traxerunt. Nam & Ari Seythi  
ce vnum, & maspos oculum significat.  
¶ Ferunt Aetholos populos funditores fuisse peritissimos, longeque iaculari solitos. 36  
¶ In Balearibus (quæ sunt insulæ maris Hispani) primum repertus est vsus fundæ, & adeo  
celebratus, vt matres filios suos alijs auibus veſci non paterentur, nisi quas fundæ fuissent  
adepti. Virg. lib. 1. Georg. Stuppea torquentur Balearis verbera fundæ, Staius libro, 10.  
Roboraque & grauidas fundæ Balearis habenas.

¶ Venatores.

1	Helymus	4	Ornitus		Meleager
	Panopes	5	Cephalus	7	Abas
2	Lausus		Procris	8	Calisto
3	Amycus	6	Atalanta	9	Diana
					Hippolytus

OFFICINA

10	Hippolytus	17	Orion	23	Philoteetes
11	Crane	18	Aetion	24	Nicias
12	Adonis	19	Arethusa	25	Perdix
13	Capophorus	20	Amimome	26	Melanio
14	Priscus		Britona	27	Endymion
15	Acontes	21	Crocus	28	Gargilius
16	Mopius	22	Hippe	29	Mithridates

EXPLANATIO.

- 1 **H**elymus & Panopes Aceste regis Siciliae comites, venatores fuerunt teste Virgilio libro quinto Aeneidos. Tum duo Trinacrij iuvenes, Helymus Panopesque Assueti syluis, comites senioris Aceste.
- 2 ¶ Fuit & Lausus Mezentij filius, ferarū debellator maximus. Virgilius libro septimo Aeneidos, Lausus equum domitor, debellatorque ferarum.
- 3 ¶ Idem vocat Amycum ferarum vastatorem libro nono, vbi ait. Inde ferarum Vastatorem Amycum, quo non felicior alter Vn gere tela manu, ferrumque armare veneno.
- 4 ¶ Idem libro vndecimo Ornitū quendam inter venatores reponit, his verbis. Procul Ornitus armis Ignotus, & equo venator lapige fertur.
- 5 ¶ Cephalus Atheniensis Procridis maritus venator fuit, quem poete fabulantur ab Aurora adamatam. Ouidius in Epistola Phaedrae. Clarus erat Cephalus syluis, multaque per herbam Concederant illo percuciente ferae. Nec tamen Aurorae male se praebebat amandum, Ibat ad hunc sapiens a fene diua vero. Idem lib. 1. Meta. Cephalum sic inducit loquētem. Sum nemorum studiosus ait, cadis que ferine.
- 6 ¶ Eius quoque vxor Procris venationi vacasse arguitur testimonio eiusdem poetae scribentis. Montibus errabat studijs operata Dianae. De Cephalo Stroza pater. Venanti Cephalo cura minor ne fuit.
- 7 ¶ Atalanta mulier fuit Arcadica, que tumentes vteros foeminarum laboresque conceptusum perosa, virginitati ac venationi se totam deuouit, adeo vt immanem aprum toti formis dolosum Arcadiae prima percusserit cum Meleagro. Ouidius lib. 8. Meta. Venit Atalante Schoeni pulcherrima virgo. Rafilis huic sum nam mordebat fibula vestem. Crinis erat simplex nodum collectus in vnum. Ex humero pendens resonabat eburnea leuo Telorum cutos, arcum quoque leua tenebat. Idem. Celerem Tegea sagittam Impofuit neruo, sinuas itoque expulit arcu. Fixa sub aure feri summum distinxit arundo Corpus. & exiguorube fecit sanguine fetas. Pōtanus libro tertio de Stellis de eadem sic meminit. Qualis in Aethiopia campis Meleagria virgo Stravit aprum, primamque manu stringente sagittam Intorquens, ausa est spumanti occurrere monstro. Mox leta & spolijs, famola & cede superba.
- 8 ¶ Abas Centaurus inter venatores reponitur verbis Ouidij libro. 12. scribentis. Et Pholus, & Melaneus, & Abas praedator aprorum.
- 9 ¶ Calisto Lycaonis regis Arcadiae filia vna patris fuisse dicitur. Quod docet Ouidius libro secundo Fastorum.
- 10 ¶ Dianam poetae fingunt perpetuo venandi studio duci. Quod ideo fabulantur, vt doceant magnopere his cauendam esse desidiam, quibus cura est virginitas. Nam (vt inquit Seneca) amor iuuentae gignitur luxu, Ocio nutritur inter leta fortunae bona. Et Ouidius. Ocia si tollas, periere cupidinis artes. De Diana idem Ouidius lib. 2. Fasto. Mille feras syluis Phoebe venata redibat. Idem. Inter Amadryadas iaculatricemque Dianam. Idem in epist. Phaedrae. Arcus & arma tuae tibi sint imitanda Dianae. Virg. Notior vt iam sit canibus non Delia nostris. Vide Senecam in Hippolyto.
- 11 ¶ Ferunt & Hippolytum Thesei filium sese in consecrandis feris exercuisse studio virginis nitatis, & ocij vitandi causa. Stroza pater. Segnior Hippolytus syluis canibusque vacauit. Phaedra apud Ouidium. Si Venerem tollas, rustica sylua tua est. Et apud Senecam in tragoeidijs. Idem familiares, & domesticos inuitat ad venationem dicens. Ite vmbrosas cingite syluas.
- 12 ¶ Ouidius libro quinto Fastorum ait Cranen fuisse nympham lustrandis syluis deditam. Haec eius verba. Inde fata est Nymphe, Cranen dixere priores. Ne quicquam multis saepe petita procris.



petita procis. Rura sequi, iaculisque feras agitare solebat. Nodosasque caua tendere val-  
le plagas.

¶ Adonis Cynaræ ex Myrrha filius dum venaretur, ab apro interfectus est. Ouidius lib. 12

primo de arte. Cura deæ syluis aptus adonis erat.

¶ Carpophorus fuit Romanus quispiam imperatori Domitiano charissimus propter ve- 13

nandi peritiam. Nam imperator ipse eo studio delectabatur adeo, vt si quando esset ocium  
nihil curaret ardentius, quam feras insequi. De Carpophoro Martialis libro primo. Sum-  
ma tuæ Meleagre fuit, quæ gloria famæ. Est quota Carpophori portio fufus aper? Ille &  
precipiti venabula condidit vrfo, Primus in Arctoi qui fuit axe poli. Strauit & ignota spes  
etandum mole leonem. Hercules potuit qui decuisse manus. Et volucrem longo porrexit  
vulnere pardum, Præmia quum laudis ferret, adhuc poterat. Idem Martialis. Dorica quam  
certo venabula dirigit ictu. Fortis adhuc teneri dextera Carpophori. Ille tulit geminos fas-  
cili ceruice iuuenocos. Illi cessit atrox bubalus atque Bison. Hunc leo quum fugeret, præ-  
ceps in tela cucurrit. I nunc, & lentas corripere turba moras.

¶ Idem lib. 12. ad Priscum venatorem hoc modo scribit. Parcius vtaris moneo rapiente ve 14

redo Prisce, nec in lepore tam violentus eas. Sæpe satisfecit præde venator, & acri Decis-  
dit excussus, nec rediturus equo.

¶ Aconteum venatorem fuisse docet Statius lib. 7. Theb. Donec Flammatus Aconteus 15

Srage virū, cui sueta feras prostertere virtus. Syllius libro, 16. Et cuius nunq̄ fugisse has  
stilia cerui Prærapida potuerere fuga, venator Aconteus.

¶ De Mopso Cretensi venatore iam diximus in Cap. de Sagittarijs.

¶ Orion venator (vt fabulantur poetæ) quum viribus fidens gloriaretur nullam esse ferā, 17

quam non conficeret, dijs insolens verbum vlciscentibus contigit, vt terra scorpionem pa-  
reret, a quo vulneratus occubuit. Pamphilus, Errauit, quoniā cecidit venator Orion. Idē,  
Valle sequebatur iaculis venator Orion, Sæpe vagas ista retibus atque feras.

¶ Nota est Actæonis fabula, qui Aristei filius, indignatione Dianæ (quam inter venandum 18  
nudam repererat) mutatus in ceruum & a suis canibus dilaniatus dicitur, vt scribit Ouidi-  
us libro tertio Metamor.

¶ Arethusa virgo fuit venatrix Dianæ comes. Vnde Virgilius libro quarto Georgicorū. 19

Ettandem positus velox Arethusa sagittis. Ouidius libro quinto Meta. Arethusam sic lo-  
quentem inducit. Nec me studiosius altera saltus legit, nec studiosius posuit altera casses.

¶ Amimone Danae filia, & venatrix fuit, quæ dum in syluis iaculo se exerceret, Satyrum 20

lesit, & postmodum a Neptuno ibidem compressa est.

¶ Britona nympa Martis filia inter venatrices puellas & Dianæ comites numeratur. 21

¶ Crocum poetæ dicunt venatorem fuisse Musarum precibus in astra relatum. 22

¶ Hippe mulier Chironis Centauri filia, in Pelio Thessaliæ monte sese exercuit venando, 23

vbi deorum commiseratione in equam mutata est, dum patris indignationem expauesce-  
ret. Alio nomine Thea dicitur.

¶ Philoctetes quum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio 24

sagittarum, configebat tardus celeres, stans volantes, pennarumque contextu corporis tes-  
tumenta faciebat. Author Cicero lib. 5. de finibus

¶ Nicias fuit venator quispiam, qui dum venandi studio feras immixtis canibus præceps 25

infectaretur, in fornacem carbonariam decidit, vbi canibus circumgannientibus & rapta  
veste conantibus dominum educere, crematus est, Authore Cælio.

¶ Perdix venator fuit, qui infanda correptus libidine matri congressus fecit, vt Perdix 26

libido in proverbium abiret. Huius abunde meminit Cælius Cap. 25. lib. 16.

¶ Ferunt Melanionem quendam odio mulierum & seruandæ castitatis desiderio consecrā 27

dis feris se totum deuouisse, nec vnquam a solitaria illa & vmbra vitam reuocari potuisse,  
Erasmus in Chiliadibus.

¶ Endymiona pastorem poetæ dicunt quandoque in monte Lathmovacasse consecrandis 28

feris. Valerius Flacus libro octauo Argon. Lathmius est iua refidet venator in vmbra. Dis-  
gnus amore deæ.

¶ Horatius lib. 1. Epist. ait Gargilium venatorem fuisse, qui spectante populo ceruos cum 29

plagis & venabulis per medium forum iubebat trāsire, ac demum emptum aprum palam  
referre, vt cepisse aliquid videretur. Hæc eius verba. Venemur vt olim Gargilius, qui ma-  
ne plagas, venabula, seruos Differtum transire forum, populumque iubebat, Vnus vt e

multis populo spectante referret Emptum Mulus aprum.

¶ Ferunt Mithridatem venandi studio adeo intentum fuisse, vt septem annis, neque vrz 30

bis, neque ruris

bis. neque ruris tecto vteretur. Cælius & Patricius de Regno authores.

¶ Ceterum Caffes, Plagg, Retia, Venabula, instrumenta sunt venatoria, Est & Podoftras be venatorium instrumentum capiendis feris concinnum.

¶ Canum quorundam nomina.

1	Lycisca		Lacon		Lonche
2	Hylax		Aello		Lochos
3	Vmber		Prous		Phrura
4	Lelapa		Lycisca		Philax
5	Volantes		Harpolos		Taxis
6	Gargitius		Melaneus		Xiphon
7	Canis Alcibiadis		Lachne		Phonax
8	Canis Biornonis		Labros		Phlegon
9	Pilaster		Aglaudos	66	Arce
10	Vertagus		Hylactor	67	Cheuton
11	Scymnus		Corax		Hylax
12	Graucis		Charon		Medas
13	Iffa		Lycitas		Porthon
14	Perfes	20	Harpalagus		Sperchon
15	Chiron		Tigrina		Lorge
16	Mera		Falco	68	Bremon
17	Hyrcanis		Serpens		Thybris
18	Aura		Ragonia		Thallon
19	Melampus		Ichthia		Rhome
	Pamphagus		Helor		Antheus
	Dorceus	21	Hippocentaurus		Getheus
	Oribafus		Lethargus		Actis
	Nebrophono		Lampurus		Leuson
	Lelaps		Syagrus		Augo
	Theron		Acalanthis		Polyfibia
	Pterelas	22	Catenarius		Stichon
	Agre		Lucernarius		Spude
	Hyleus		Canis Atali		Bryas
	Nape		Aristogiton		Hebasterros
	Pcemenis	23	Agros		Crauge
	Harpya	24	Canis Alexandri		Canon
	Ladon		Pherai		Thyrbas
	Dromas	25	Canis Xantippi		Ccuon
	Canache		Canis Pyrrhi		Aether
	Sticte	26	Pflyche		Noes
	Tigris		Thymus		Gnomon
	Alce		Porpax		Stibon
	Leucon		Stryax		Horme
	Asbolus		Aechine		

¶ EXPLANATIO.



1 Lycisca nomen est canis apud Virgilium in Buccolicis dicentem. Excipere insidijs multum latrante Lycisca, Palladius Soranus. Non lepus intrepidum timido fugat ore Lyciscam.

2 ¶ Hylax idem nomen est canis. Virgilius in Buccolicis. Nescio quid certe est, & Hylax in limine latrat.

3 ¶ Vmber, Virgilius libro duodecimo. Ac viuudus Vmber hæret hians. Sed fortasse Vmber vocabulum est appellatiuum pro cane Vmbræ. Valerius Flaccus libro sexto Argon. Quam ceruos ubi non Vmbro venator edaci Non Pinus petit hærentes. Pontanus.

¶ Vel audaci percat lanatus ab vmbro.

¶ Lelapa canis est

- ¶ Lelapa canis est apud Ouidium lib. 7. Meta. Poscor, & ipse meum consensu Lelapa ma- 4  
 gno Muneris hoc nomen iam dudum vincula pugnat Exuere ipsa sibi.
- ¶ Volantes. Stroza pater. Ille pedum cursu prestans, animoque Volantes Occubuit truci- 5  
 bus pestis acerba feris. Strauerat immanem læuo certamine taurum, Herculeæ qualem  
 non domuere manus.
- ¶ Gargitius canis fuit Cerberi Epyrotici frater, qui Geryonis tricorporis seruabat armen- 6  
 ra. Hunc Hercules vna cum domino interfecit. Incolæ mortuo sepulchrum crexerunt.  
 Mantuanus. Geryone triplicis caulas, armenta canemque Gargitium, Lybicis certare leo  
 nibus autum.
- ¶ Alcibiades inusitata magnitudine canem emit, 70. minis, quæ amputata cauda spectan- 7  
 te populo ducebat vincum, vt garrulorum & importunæ loquacitatis hominum linguas  
 ea in re occuparet, ne quid deterius in eius nomen obloquerentur. Plutarchus testis.
- ¶ Biorno quidem inter Danos spectatæ virtutis adolescens, canem habuit horrendæ acer- 8  
 bitatis & formidolosæ, quæ sola plerumque bisseos viros oppressit, & Offori gygantis ins-  
 ter pascua tutata est armentum, Saxo grammaticus libro sexto.
- ¶ Pilaster. Pontanus in Lepidina. Quum canere inciperem, atrox hic dente Pilaster latrat, 9  
 sibi ipsa fuga septem, insidiasque reliqui.
- ¶ Vertagus canis est apud Martialem, Non sibi sed domino venatur Vertagus acer Illæ 10  
 sum leporem qui tibi dente feret.
- ¶ Scymnis etiam nomen est canis fictum a Baptista Pio scribente. Vertagus, aut Gallo nu- 11  
 titus Scymnus in aruo Precipiti sequitur iustra ferina pede.
- ¶ Graucis nomen est catellæ, qua Arethusa absentis mariti desiderium solabatur. Propert- 12  
 tius libro quarto. Graucidos & catullæ vox est mihi grata querentis. Illa tui partem vendis  
 cat vna tori.
- ¶ Issa nomen est Catellæ, quam Publius habuit in delicijs. Martialis. Issa est passere nes 13  
 quior catulli. Issa est purior osculo columbæ, Issa est blandior omnibus puellis. Issa est cha-  
 rior Indiæ lapillis. Issa est deliciæ catella Publi. Idem alibi. Publius exiguæ si flagrat amore  
 catellæ.
- ¶ Apud historicos legitur Perles fuisse catellus filiæ Aemylj Pauli. 14
- ¶ Chiron canis fuit Codri poetæ pauperrimi. Iuuenalis. Et recubans sub eodem marmore 15  
 Chiron.
- ¶ Mera canis fuit Icarij patris Erigones, cuius ductu Erigone ipsa cadauer patris ab agre 16  
 stibus interfecit repperit.
- ¶ Lysimachus canem habuit, cui Hyrcani, nomen reddidit Durides author græcus. Hic ac- 17  
 censo domini rogo iniecit se flamme, authore Plynio lib. 8. Cap. 40.
- ¶ Atalanta Arcadica venatrix canem habuit Auram nomine, quam quum interfecisset a- 18  
 per Calydonius, sepulchro ab indigenis ornata est.
- ¶ Ouidius libro tertio Meta. Actæonis canes his verbis enumerat, 19  
 Dum dubitat, videre canes, primusque Melampus,  
 Inde ruunt alij rapida velocius aura  
 Pamphagus & dorceus, & Oribafus Arcades omnes.  
 Nebrophonosq; valens, & trux cum Lepape Theron,  
 Et pedibus Pterelas, & naribus vtilis Agre,  
 Hylæusque ferox nuper percussus ab apro  
 Deque lupo concepta Nape, pecudesque secuta  
 Pœmenis, & natis comitata Harpya duobus,  
 Et subscripta gerens Sicyonius Illia Ladon,  
 Et Dromas & Canache, Sticteque, & Tigris, & Alce,  
 Et niucis Leucon, & villis Asbolus atris.  
 Preualidusque Lacon, & cursu fortis Aello.  
 Et Ptous, & Cyprio velox cum fratre Lycifca,  
 Et nigram medio frontem distinctus ab albo  
 Harpos, & Melaneus, hirsutaque corpora Lachne,  
 Et patre Dictæo, sed matre Laconide nati  
 Labros & Aglaudos, & acutæ vocis Hylactior.  
 ¶ Alia quorundam nomina ponuntur apud Celsium ex Aesclylo, vt Corax, Harpya, Cha- 20  
 ron, Lycitas.  
 ¶ Hylax, Harpalagus, Lycifca, Tigrina, Melampus, Falco, Serpens, Ragonia, Ichthia, He-  
 lor nomina sunt

OFFICINA

lor, nomina sunt canum apud Mantuanum lib. 4. de Trophæis Gonzage scribentem.

Volat acer Hylax, volat ocios euro

Harpagus, referensque lupum toruo ore Lycisca.

Et Tigrina notis tergum maculosa Melampus

Aequiparans candore niues, vestigia tantum

Ima niger, falco leuis Ilia, lumine serpens

Sanguineo, mordax Ragonia, & Ichthia regis

Delicæ, nomen patriæ fortita marinæ.

Etruculentus Helor certare Leonibus audens.

21 ¶ Fuit Hippocentaurus canis Xenophontis.

¶ Lethargus Hippammonis, qui etiam cum mortuo domino tumultus est.

¶ Lampurus apud Theocritum in Daphnide & Menalca nomen est canis.

¶ Apud Herodotum Syagrus.

¶ Apud Aristophanem Acalanthis.

22 ¶ Celebrantur etiam Catenarius & Lucernarius, & canis Attali, qui tanto fuit oris rictu, vt oblatum cibum deglutiret.

¶ Fuit & Aristogiton canis Cydimachi.

23 ¶ Agrus canis fuit Vlyffis, qui reuerfum ab expeditione Troiana dominum post annos viginti fertur agnouisse. Vnde Stroza filius, Non tibi Laerte, tibi non Eume, neque ipsi Telemacho, neque Penelope, at tantum cognitus Agro, Agro, iam lassus claudenti lumina fatis, Quem syluis Ithacus pascebat, in alta priusquam Pergama fatalem Scyro eduxisset Achillem.

24 ¶ Alexander Phæreus Theffalix tyrannus canem habuit inusitata magnitudinis terribis lem & omnibus perniciosum, præterquam his a quibus cibum capere consueuerat. Hunc autem dormiens Alexander pro foribus cubiculi sui iubebat excubare suspectum habens populum, quem nullo non die varijs tormentorum generibus opprimebat.

25 ¶ Plutarchus in Themistoclis vita canem Xantippi qui pater fuit Periclis, celebrat, quod domini pergere nauigantis absentiam & desiderium quum ferre non posset, in mare deliuerit, eiusque nauem in Salaminem vsque natando secutus sit, vbi canem ipsum perijisse memorat & in memoriam facti sepulchrum meruisse.

¶ Canis Pyrrhi Epyrotarum regis, in rogam domini se coniecit. De natura canum quoniã prolixè & abundè locuti sumus in Epithetis nostris, plura loqui nunc superfedimus.

¶ Cetera nomina canum in præcedenti posita Catalogo, leguntur apud Xenophontem in libro de venatione.

¶ Equorum & equarum celeberrum nomina.

1	Cyllarus		Pelorus	24	Parthenia
2	Rhæbus	12	Harpe		Eripha
3	Aethon		Circus	25	Boristhenes
4	Equi Turni	13	Lamus	26	Equus Cæsaris
5	Pegasus		Sicoris	27	Equus Biornonis
6	Arion		Ilerdas	28	Equus Artybij
7	Pholoe		Theron	29	Equus Scianus
	Iris	14	Bucephalus	30	Equus Nicomedis
	Thoes	15	Harpya	31	Equus Antiochi
8	Aschetos		Pedalus	32	Equus Dionysij
	Cygnus	16	Equus Medicis	33	Equæ Neronis
	Cromis	17	Equi Rhesi	34	Equus Augusti
	Aethion	18	Aethon	35	Scythius
	Cydon	19	Harpyinna	36	Hirpinus
	Podarces		Plylla		Corithe
9	Tagus	20	Equa Hecratidis	37	Equus Troianus
10	Gaiganus	21	Palaces	38	Equi Parthorum
11	Lampon	22	Equa Cimonis	39	Equi Alcibiadis
	Panchates	23	Equus Tyberij		

¶ EXPLANATIO.

Cyllarus equus fuit



Yllarus equus fuit Castoris. Virgilius libro tertio Georgicorum. **1**  
 Talis Amyclei domitus Pollucis habenis Cyllarus & quorum  
 Graii meminere poetae. Vbi Pollucem pro Castore equorum do  
 mitore posuit poetica licentia, vt Quas illi Philomela dapes pro  
 Progne. Item Reuocato a sanguine Teucri pro Dardani, inquit  
 Seruius. Staius libro primo Syluarum. Et pauet aspiciens Le  
 deus ab aede propinqua Cyllarus. Idem libro sexto Thebaidos.  
 Tua furto lapsa propago Cyllare, dum Scythici diuerfus ad hos  
 stia ponti Castor Amycleas remo permutat habenas. Seneca in  
 Hippolyto. Frenis Castorea nobilior manu Spartanum poteris flectere Cyllarum. Pro  
 pertius libro secundo. Non mihi si magnus Castoris iret equus. Idem libro tertio. Potag  
 dat. & Aeripedi Pagaſe iuncte Thoꝛ. Politianus. Iamque deo parens Cyllarus Oꝛbalide.  
 Claudianus. Seruiretque tuis contempto Castore frenis Cyllarus.  
**2**  
 Mezentius pater lausi equum suum Rhebum nomine his verbis alloquitur apud Vir  
 giliū libro decimo. Rhaebe diu (res si qua diu mortalibus vlla est) Viximus, aut hodie vi  
 ctor spolia illa cruenta, Et caput Aeneae referes, Lausique dolorum Vltor eris mecum, aut  
 aperit si nulla viam vis, Occumbes pariter.  
 Aethon fuit equus Pallantis Euandri filij, quē Virgilius libro vndecimo ait in exequijs **3**  
 domini sui collachrymasse. Post bellator equus positus insignibus Aethon it lachrymans,  
 guttisque humectat grandibus ora.  
 Equos Turni Virgilius libro duodecimo magnis laudibus commendat his verbis. **4**  
 Poscit equos, gaudetque tuens ante ora frementes,  
 Plunno quos ipsa decus dedit Orithiya.  
 Qui candore niues anteirent, cursibus auras,  
 Circumstant properi aurigae, manibusque laceſſunt.  
 Pectora plausa cauis, & colla comantia peccunt.  
 Pegaſus Neptuni & Medusae filius equus fuit alatus, quo Bellorophon expeditionem **5**  
 ſumpſit contra chimæram. Hic Saxo in Helycone pedis vngula percusso fontem nomine  
 Hippocrenen aperuisse dicitur. Ouidius lib. 3. Fast. Suspice, Gorgonei colla videbis equi,  
 Creditur hic caesa grauida ceruice Medusae Sanguine resperſis proſiluisse comis. Huic su  
 pra nubes, & subter ſydera lapſo Cælum pro terra, pro pede penna fuit. Idē lib. 4. de Pon  
 to. Sed tantū virtus alios tua præterit omnes, Ante alios quantū Pegaſus ibat equos. Auſo  
 nius. Pegaſus volucer actus a Lycia non vltra Ciliciā permeauit. Sidonius. Da sacris latē  
 cis loquacitatē Quem fodit pede Pegaſus volātī, Cognato madidus iubam veneno. Poli  
 tianus. Ceſſerit huic pauidas ſubmittens Pegaſus alas. Claudianus. Ipse tibi famulas præ  
 berec Pegaſus alas, Portaretque libens, melioraque pondera paſſus Bellorophon tæas in  
 dignaretur habenas. Ouidius lib. 4. Meta. Eripuisse caput collo, pennisque fugacem Pæ  
 galon & fratrem matris de sanguine natos.  
 Arion fuit equus, quem Neptunus dedit Adraſto. Staius lib. 1. Syl. Hunc & Adraſteus **6**  
 viſum extimuiſſet Arion. Propertius lib. 2. Qualis & Adraſti fuerit vocalis Arion, Triftis  
 ad Archemori funera victor equus. Staius libro quarto Thebaidos. Volucres portis au  
 riga ſub ipſis Comit equos, & iam inde iugoluctatur Arion. Idem huius equi virtutem &  
 alacritatem libro ſexto deſcribit hoc modo.  
 Ducitur ante omnes rutilæ manifeſtus Arion  
 Igne iube. Neptunus equo (ſi certa priorum  
 Fama patet) primus teneris leſiſſe luptatis  
 Ora, & litoreo domitaſſe in puluere fertur,  
 Verberibus parcens, etenim inſatiatus eundi  
 Ardor, & hiberno par inſtantia ponto  
 Saep̄ per Ionium, Lybicumque natantibus ire  
 Interiectus equis, omnesque aſſuetus in oras  
 Ceruleum deſerre patrem, ſtupere relicta  
 Nubiſta, certantes eurique, nothique ſequuntur.  
 Auſonius. Cyllarus atque Arion inter Argos Nemeamque ſenuerunt. Claudianus. Si do  
 minus legeretur equis, tua poſceret vltro Verbera Nereidum ſtabulis nutritus Arion.  
 Idem. A quibus haud vnquam palmam rapturus Arion. Idem. Hoc latus aſſringi v clox  
 optaret Arion, Hoc proprium vellēt cingere Caſtor equum.

OFFICINA

- 7 ¶ Pholoe, Iris, Thoos, nomina sunt equarum Admetia apud Statium lib. 6. Theb. scribentem. Nominibusque Pholoen, Admetus & Irim, Funalemque Thoen.
- 8 ¶ Alia equorum nomina ab eodem ponuntur his verbis. Rapidum Danaeius augur Aſcheton increpitat, meritumque vocabula Cygnum Audit, & Herculeum Styriion Crosmis, Euneon audit Igneus Aethion, tardumque Cydona laceſſit Hippodamus, Phariumque Thoacen rogat ire Podarcen.
- 9 ¶ De Tago Syllius libro primo. Iam Tagus auratis agnoſcebatur in armis.
- 10 ¶ De Gargano idem Syllius libro quarto. Nos Gargane vocant ſuperi ad maiora, vides ne Quantus erat Chrixus: Iam nunc tibi præmia pono.
- 11 ¶ Lampon, Panchates, Pelorus, Camphaſus nomina ſunt equorum apud Syllium libro nono.  
De Lampone ſcribit hoc modo.  
Euolat ante omnes, rapidoque per æra curſu  
Callaicus Lampum fugit, atque ingentia tranat  
¶ Exultans ſpacia, & ventos poſt terga relinquit.  
¶ De Panchate, Sed proximus ibat Aſtur Panchates, patrium fons alba nitebat Inſigne, & patrio ſpes omnis concolor albo.  
¶ De Peloro, Cyniphio rector radiabat fronte Peloro Camphaſus, ipſe aſper, nec qui cersuicis amaret Applauſe blandos ſonitus, clauſumque cruento Spumeus admoſu gauderet mandere ferrum. At docilis freni, & melior parere Pelorus Non vnquam effuſum ſinuat deuius axem.
- 12 ¶ Harpe apud eundem nomen eſt equæ matris Pelori, vbi ait. Eductum genitrix effuderat Harpe Nobilis.  
¶ Idem de Cyreo. Percuſſus vocibus altis Spectantium Cireus, fertur ſublime per auras.
- 13 ¶ Lamus, Sicoris, Ilerdas, Theron etiam nomina ſunt equorum apud eundem libro, 16. vbi ait. Tum Lamus & Sicoris, proles bellacis Ilerde Et Theron potator aquæ ſub nomine Lethes. Idem. Nec patiens vltra tollit ſeſe æquore Theron Igneus, & plenum præteruolat Helperon ire.
- 14 ¶ Equum Alexandri Bucephalum a capite bouis nominatum & talentis tridecim emptum teſtis eſt Cares apud Gellium. Vbi ornatus erat, armatusque ad prælium nullum alium ſeſſorem præter dominum admittit. Idem in bello Indico ſagittis vndique perſoſſus, regeme medijs hoſtibus licet exanguis & moribundus, viuaciſſimo curſu retulit. Atque vbi extra teli iactum portauit, domini tam ſuperſtitis ſecurus ibidem expirauit. Quod beſneficium Alexander penſauit oppido in honorem equi condito, vt docet Plynius libro ſexto, & libro octauo, vbi ait, Propter que, Rex deſuncto eidem duxit exequias, vrbemque tumulo circumdedit nomine eius. De hoc Stroza pater. Gloria nobilium tegor hic inſignis equorum Raptus inaudito funere Bucephalus. De hoc equo Curtius ad hunc modum ſcribit. Excepti ſunt quidam, inter quos equus regis, Bucephalum vocabant, quem Alexander non eodem (quo cæteras pecudes) animo eſtimabat. Nam ille nec in dorſo inſidere ſuo patiebatur alium, & regem (quum vellet aſcendere) ſponte ſua genua ſubmittens, excipiebat, credebaturque ſentire, quem vheret. Bucephali equi meminit Plutarchus in Alexandro.
- 15 ¶ De Harpya & Pedaso Politianus in Ambra. Quos Zephyro peperit geminos Harpya Podarge Et te captiuo funalem Pedase collo.
- 16 ¶ Idem Politianus ſequenti hexaſtico Laurentij Medicis equum ornauit.  
Et volucrem, & Zephyros curſu præuertitur ipſos  
Quem tibi miſit equum barbara laure Nomas,  
Ceſſerit huic pauidas ſubmittens Pægaſus alas,  
Iamque deo parens Cyllarus Oeſalidæ  
Hunc aut carceribus, vel meta cernere in ipſa  
Laure licet, medio non licet in ſtadio.
- 17 ¶ Claudianus in ſextum Honoriij conſulatum, equos Rhæſi Thracum regis commendat ſequentibus verſibus,  
Graiaque rettulerat raptos ad caſtra iugales,  
Quorum (ſi qua fides audentibus omnia muſis)  
Impetus exceſſit Zephyros, candorque pruinas.
- 18 ¶ Aethon apud Homerum lib. 8. Iliados nomen eſt vnus equorum Hectoris.
- 19 ¶ Harpyinna & Plylla equæ fuerunt Oenomai, quibus contendeſſet curſu in procoſ filia ſuæ Hippodamiae.

- sue Hippodamię. Hos suis versibus dignatus est Lycophron.  
 ¶ Plynius ait equam Hecratidis Thessali, quamvis pregnantem vicisse in Olympia. 20  
 ¶ Plutarchus in Artaxerxe scribit equum Cyro fuisse immitem, & effrenem Pasacem 21  
 nomine.  
 ¶ Cimon Atheniensis equabus suis (quibus ter Olympia vicerat) monumenta erexit. 22  
 ¶ Equus Tyberij Cęsaris videbatur flammis ore emouere, indicio magnę alacritatis. Cę 23  
 lius Capite. 26. libri octauı.  
 ¶ Parthenia, & Eripha equę fuerunt Marmacis vnus ex procis Hippodamię, quas Oeno 24  
 maus puellę pater iugulauit, & post modum sepeliri iussit. Idem Cęlius Cap. 55. lib. II.  
 ¶ Boristhenes equus fuit Adriani imperatoris, quo in venando propter alacritatem plę 25  
 rumque vtebatur. Dion Cassius ait imperatorem mortuo sepulchrum fecisse, columnã  
 que erexisse cum epigrammate inciso.  
 ¶ Iulius Cęsar auctore Tranquillo, vtebatur equo insigni, pedibus prope humanis, & in 26  
 modum digitorum vngulis scissis, quem maxima cura aluit, honorauitque statua, quod a  
 ruspices eo imperium orbis terrę significari dixissent, tum etiam quod nullum alium sesso  
 rem reciperet.  
 ¶ Biorno quidam inter Danos clarissimus, equum habuit præstanti corpore, & tanta ve 27  
 locitate præpetem, vt annem quem ceteri nequirent, indefessus obstrepentem solus vor  
 ticem superaret. Saxo Grammaticus, libro sexto.  
 ¶ Artybius Perfarum dux equum habuit, qui primo pugne congressu in hostes Ianian 28  
 dos morsu assurgebat, calcibusque & impulsu longe lateque faciebat stragem. Author  
 Herodotus.  
 ¶ Gellius scribit equum Cn. Seij de genere equorum Diomedis progenitũ, & a Cor. Do 29  
 lobella centum millibus sestertijs emptum fuisse inusitata magnitudine, sed eo tamen fato,  
 vt quisquis eum haberet, is cum omni domo, ac familia misere periret. Quod experti sunt  
 M. Antonius, Cor. Dolobella, C. Cassius eius possessores.  
 ¶ Equus Nicomedis regis Bithynię tanto fuit in dominum affectu, vt eo mortuo oblatum 30  
 reculauerit cibum, & inedia se confecerit. Author apud Volaterranum Aelianus.  
 ¶ Equus Antiochi capto vel mortuo domino, Centeretrium quendam e Galathis alumni 31  
 sui victorem domitis frenis excussit, & in terram deiectum pedibus ad mortem proculca  
 vit. Plynius Capite. 42. libri octauı.  
 ¶ Equusa Dionysio Syracusarum tyranno relictus in salebra, & luto vbi se expediuit, do 32  
 minilicet ingrati vestigia tamen secutus est. Idem Plynius ibidem.  
 ¶ Nero equas habuit Hermaphroditas ex agro Treuerico, quas carpento suo subiuges or 33  
 stendebat.  
 ¶ Equus Augusti sepulchrum a domino meruit; 34  
 ¶ Scythius primus fuit omnium equorum a Neptuno productus. 35  
 ¶ Hirpinus nomen est equi apud Martialem libro tertio Epigramma, vt Corithe nomen 36  
 equę apud Iuuenalem Satyra octaua. De Hirpino Martialis. Hirpini veteres qui bene no  
 uit auos. De vtroque Iuuenalis. Sed venale pecus Corithe posteritas, & Hirpini, si rara iu  
 go victoria fedit.  
 ¶ Celebratur Maronis carmine equus Troianus, quem Greci diuina Palladis arte edifica 37  
 runt, acernisque trabibus contexuerunt Epeo machine auctore. De hoc Propertius libro  
 tertio. Mœnia quum Graio Neptunia pressit aratro Victor Palladię ligneus artis equus.  
 Idem libro quarto. Læserat abiegni venter apertus equi. Hunc Lucretius libro primo. Du  
 ratheum, i. ligneum vocat, vbi ait. Nec clam Durateus Troianis Pergama partu Inflammã  
 sete equus nocturno Graiugenarum.  
 ¶ Equi Parthorum hippice herba pasti famem sitimque multos dies perferunt. Ad quod al 38  
 luit Propertius lib. 4. Quot sine aqua Parthus millia currit equus.  
 ¶ Alcibiades equos quibus postea in Olympia vteretur, tanta cura & studio enutriuit, vt 39  
 ad quinquēnalem ludorum celebritatem septem quadrigas perduxerit, quod antea nemo  
 vel regum, vel priuatorum hominũ adhuc fecerat. Vnde equorũ (quos eo duxerat) alacri  
 tate secũdum & quartum victor euasit. Quod indicant versus Euripidis apud Plutarchũ,  
 quos Donatus Acciaolus hunc in modum Latinos fecit. Formosa proles Cluię te nunc cas  
 nam Quam illo superbam præmij vidit die Graiorum Olympia chorus, quum viceras. Et  
 mox pararas tres quadrigarum tibi victorias Labentium curlu rotis. Iam voce præco tũ  
 ad astra te tulit, Bis cunctum oliuę fronde pallentis caput.  
 ¶ Equi Achillis.

OFFICINA

Balius  
Xanthus

Aethon  
Podargus

Lampus

De Balio, & Xantho Politianus in Ambra. Balium Xanthumque iugales Quos Zephyro peperit geminos Harpya Podarge. Et te captiuo funalem Pedase collo Igneus exstima lat. Claudianus. Et flauum Xanthum spreuisset Achilles. Virgilius libro tertio Georgico rum. Martis equi bijuges, & magni currus Achillis. Claudianus in Epigram. Frenaque & volucrem Xanthum Baliumque decerent.

Equi Martis  
Phobos

Dimos

Hi duo numerantur a Seruio inter equos Achillis. Poete tamen Pauorem & Terrorem Martis equos faciunt. Vnde Statius. Frena ministrat equus Pauor armiger.

Equi Solis.

Pyrois

Eous

Aethon

Phlegon

De his nominibus Ouidius libro secundo Metamorphoseos scribit. Interea vos lucres Pyrois, Eous, & Aethon Solis equi, quartusque Phlegon hinnitibus auras Flammiferis implent, pedibusque repagula pullant. Pyrois Pyroentis flectitur, vt Simois. Valerius Flaccus libro quinto Argon. Et formidantem patrias Pyroenta dolores. Sunt qui dicant Xanthum inter equos Solis numerari propter dictum Martialis. Quid cupidum Titana tenes. Iam Xanthus, & Aethon Frena voluit. Thomas Radinus. Equi quatuor qui aurei licet forent, colore tamen quisque proprio noscebatur. Pyrois rubiens, Eous candicans, Aethon coruscans. Phlegon nigricans, hinnitibus flammiferis, elatis naribus auras implebant, erraticis cursibus vagabantur incerti, Sabellicus. Hic equidem ambiguit, vergit qua lucidus Aethon.

Equi Plutonis.

Orneus

Alaster

Abaster

Ethonis

Amatheus

Nonius

Nycteus

De quatuor primis nominibus, Claudianus libro primo de Raptu sic meminit.

Orneus crudele micans, Ethonisque sagitta  
Ocyor, & stygii sublimis gloria Nycteus  
Armenti, ditisque nota signatus Aleastor  
Stabant ante fores iuncti, fauumque fremebant,  
Craffina venturę spectantes gaudia prędę.

Auriga, & equorum domitores.

1 Automedon Achillis  
2 Phæton Solis  
3 Idæus Priami  
4 Metiscus Turni  
5 Naubolus Laij  
6 Cirnus Melampodis  
Durius Pelori  
Atlas Camphasi  
Iberus Panchatis  
7 Iolaus Herculis  
8 Arceptolemus  
Hectoris

Enipeus  
Cabrion  
9 Myrtilus Oenomai  
10 Menon Idomenei  
Mnestheus Diomedis  
Mydon Pylemenis  
11 Amphitus Castoris  
Telchius Pollucis  
12 Sphærus Pelopis  
13 Baton Amphiarai  
14 Cebares Darij  
15 Patiramphis Xerxis

16 Belona Martis  
17 Picus  
18 Melapus  
19 Anniceris  
20 Ericthonius  
21 Aftyx  
22 Felix Ruffatus  
23 Castor  
24 Philides  
25 Tigillinus Neronis

EXPLANATIO.



Vtomedon fuit Achillis auriga. Virgilius libro duodecimo Acneidos. Vna in gens Periphias, & equorum agitator Achillis Armiger Automedon. Ouidius lib. 5. de Trist. Nunquid Achilleos inter fera pręlia fidi Deferuit leuitas Automedontis equos. Idem li. 1. de arte. Curribus Automedon lentisq; erat aptus habenis. Idem li. 2. Quantus erat Calchas extis. Telamonius armis. Automedon curru, tantus



currus, tantus amator ego: Pontanus libro tertio de Stellis. Qualis & Automedon currus moderator Achilli.

☉ Phe-ton Solis filius dum currum patris regendum suscepisset, equis ignotū aurigam ex-  
cutientibus cecidit in Padum cœlo passim conflagrante. Hic equi Phe-tonis, pro equis So-  
lis solent accipi. Virg. lib. 5. Aenei. Auroram Phæ-tonis equi iam luce vehebant. Ovidius  
lib. 2. Meta. Hic situs est Phe-ton currus auriga paterni.

☉ Idæus fuit auriga Priami. Virgilius libro septimo Aeneidos. Idæumque etiam currus, es-  
tiam armate nentem.

☉ Metiscus Turni. Idem lib. 12. Aurigam Turni mediā inter lora Metiscum Excutit. Auso-  
nius. Nec celeres mulas ipse Metiscus agas.

☉ Naubolus Laij regis Thebarum. Statius. Naubolus Hippafides tuus o mitissime Lai-  
Hospes, adhuc currus securaque lora tenebat.

☉ Cirnus Melapodis. Durus Pelori, Atlas Caphasi, Iberus Panchatis equorū fuerunt au-  
rigæ. De Cirno Syllius lib. 16. Quo Cirne ruis (Nam Cirnus agebat) Verbera dimitte, &  
tante feret quisq; equore palmam Ereptor confurge, vola perlabere campum.

☉ Durus ad Pelorum. Quo ruis, aut quisnam hic rabidi certaminis est mos.  
☉ Perunt etiam lolam Herculis fuisse aurigam.

☉ Arceptolemus, Enipeus, Cabrion Hectoris aurigæ fuisse memorantur. Mortuo Arce-  
ptolemo successit Cabrion eius frater.

☉ Myrtilus auriga fuit Oenomai, cuius ruina mari Myrtoo nomen imposuit. Oui. in Ibin.  
Proditos vt fœui perijtq; auriga tyranni. Qui noua Myrtoe nomina fecit aque.

☉ Tortelius ait menonem fuisse aurigam idomeni, Mnestem Diomedis, Mydonem Py-  
læmenis duci Paphlagonum.

☉ Amphitus, & Telchius Castoris, & Pollucis aurigæ fuerunt testimonio Plynij lib. 6. scri-  
bentis. Sunt qui conditam eam ab Amphito, & Telchio Castoris, & Pollucis aurigis pu-  
tant. Ammianus. Vbi (inquit) inter ciuitates alias Phasis est nomine fluuij dictitata, & dio-  
scorias nunc vsq; nota, Cuius authores Amphitus, & Telchius Spartani traduntur aurig-  
æ Castoris, & Pollucis. Alij dicunt (inter quos Strabo libro. 11.) Castoris, & Pollucis aurig-  
as fuisse nominatos Rhecam, & Amphistratum.

☉ Legitur in Træzeniorum historia Sphærum fuisse Pelopis aurigam, quamquam alij in  
Olympia fuisse Cyllam tradant. Cælius.

☉ In Illyria ciuitas fuit Harpya prope Enchelyas, in quam Amphiarai auriga Baton absor-  
pto domino se contulit. Author Cælius.

☉ Cebares fuit equiso, cuius astu Darius regnum Persarum adeptus est. Nam quum ma-  
gister se pacto conuenissent, vt is cuius equus primus hinniret, regno potiretur, Cebares  
manum vuluæ equine prius admotam naribus equi prebuit olfaciendam. Quo odore ir-  
ritatus equus primus dedit hinnitum. Author Herodotus.

☉ Patiraphis fuit Xerxis auriga. Idem Herodotus. Post quē (inquit) ipse Xerxes vehebatur  
curru equorum Niseorum, precedente auriga, cui nomen erat Patiramphi Otanis filio.

☉ Poete Bellonam Martis aurigam faciunt, flagello armatam sanguineo, vt docet Statius. 16

☉ Picus fuit equorum domitor dicente Virgilio libro septimo. Lauaque Ancyle gerebat  
Picus equum domitor.

☉ Idem de Mesapo. At Mesapus equum domitor Neptunia proles. Idem libro decimo. Su-  
bit, & Neptunia proles Insignis Mesapus equis. Idem libro duodecimo. Et Mesapus equū  
domitor Neptunia proles.

☉ Annicris Cyrenus nobilis fuit equorū agitator, qui artem Platoni ostentaturus, ante  
Academiam currus iunxit, sæpeq; eundē cursum isdem vestigijs nihil delirando repetijt.

☉ Brithonius Atheniensis quadrigas primus iunxit. Pontanus lib. 3. de Stellis. Qualis E-  
richonius currus, & quatuor ausus lungere equos, rapidisq; rotis insistere victor.

☉ Astyr Mennonis fuit auriga, a cuius nomine Astures populi Callacis proximi dicti  
sunt.

☉ Constat Felicem Russatum fuisse aurigam verbis Plynij lib. 7. scribentis. Inuenitur in  
actis Felicis Russati aurigæ, iam igne illato in rogam eis, vnum e fauentibus iecisse sese.

☉ Russatus Lacerta fuit auriga sub Domitia no, teste Probo.

☉ Inter eos (qui equitatu claruerunt) Castor principem locum obtinuit. Politianus. Vixq;  
bonum frenis Castora frater amet.

☉ Philides fuit quispiam Atheniensis equorum nutritor, a quo cum Themistocles equum  
x iij dono postulaasset,

OFFICINA

doneo postulasset, passusque esset repulsam, minatus est se domum eius continuo ligneum equum facturum. Quo ænigmate significabat se propinquorum accusationes & crimina in eum coniecturum. Plutarchus in Themistocle.

- 4) ¶ Tigillus fuit homo pauperrimus in vrbe Roma, qui egestate pressus & inopia aurigã se Neroni præbuit, eique longa scelerum omnium consuetudine tandem charus adeo factus est, vt ad præfecturam cohortis prætorie conscenderit. Tacitus lib. 17. De hoc Tigillus no intelligi debet quod scribit Iuena. saty. 1. dicēs. Quū fas esse putet curã sperare cohortis, Qui bona donauit præsepibus, & caret omni maiorū censu, dū peruolat axe citato, Flamineam puer Antomedon nam lora tenebat Ipse lacernatã quum se iactaret amicã.

♣ Currus deorum quibus animalibus trahantur.

1	Currus Bacchi Lyncibus, & Tygribus	Currus Lunę bobus
2	Currus Leucothoes Delphinis	Currus Nemelis Gryphibus
3	Currus Cybeles Leonibus	Currus Solis equis,
4	Currus Veneris Cynis	Currus Saturni serpentibus
5	Currus Thetidis Delphinis	Currus Martis equis
6	Currus Neptuni equis	Currus Prothei Phocis
7	Currus Dianę Ceruis	Currus Oceani Balenis
8	Currus Iunonis Pauonibus	Currus Tritonis piscibus.



- 1 ¶ Currus Bacchi lyncibus, & Tygribus. Propert. de Ariadna rapta a Baccho. Lyncibus in cœlũ vecta Ariadna tuis. Oui. in Epist. Phædre. Inq; capistratis tygribus alta sedet. Idē lib. 3. Meta. Quē circũ tygris simulachraq; inania lyncũ. Idē lib. 4. Tubijugũ pictis insignia frenis Colla premis lyncũ. Idē lib. 1. de arte. Iã deus in curru (quē summũ texerat vuis) Tygribus adiunctis aurea lora dabat. Virg. lib. 3. Geor. Quid lynces Bacchi variae? Idē lib. 6. Aenei. Liber agēs cello Nyse de vertice Tygres. Statius lib. 4. Theb. Effrenę dextra leuacq; sequuntur Lynces, & vda mero lambunt retinacula tygres. Stroza pater, Lyncibus aduectã Gnosida Bacche tuis. Tēpora pampinea redimita Ariadna corona Tygribus inuehitur candide Bacche tuis. Syllius libro. 7. Qualis odoratis descendens liber ab Indis Egit pampineos frenata tygride currus.
- 2 ¶ Currus Leucothoes deã marinã Delphinis. Virg. in Cyri. Illa etiam magnum iunctis quã piscibus equor. Et glauco bipedum curru metitur equorum Leucothoe.
- 3 ¶ Currus Cybeles leonibus. Virg. lib. 3. Aenei. Etiũcti currũ dominq; subiere leones. Ouidius lib. 10. Dente premunt domito Cybeleia frena leones. Catullus. Vbi iuncta iuga resoluens Cybele leonibus. Claudianus in consulatu Manlij Theodori. Perfossiq; ruant populo pallente leones, Quales Mygdonio curru frenare Cybele Optet, & Herculei iuallēt fregisse lacerti. Mantuanus. Magna deũ mater grandi turrita corona, Quã ligat Idęo Lycibicos temone leones.
- 4 ¶ Currus Veneris Cynis. Ouidius lib. 10. Iunctisq; per aera cynis Carpit iter. Syllius lib. 7. Tum matris curru niueos agitabat Olores. Statius lib. 1. Syl. Thalamicq; ingressa superbum Limẽ Amyclæos ad frena citauit olores. Statius lib. Idem lib. 3. Dum petit & molles agit Venus aurea cynos. Horatius lib. 4. Car. ad Venerem. Tempestiuus in domo Pauli purpureis ales olorbis Comeffabere maximi. Currus Veneris etiam trahitur colubis. Claudianus. Venus hic inuectã columbis Tertia regali iungit connubia nexu. Marullus. Ipsa lasciuo Venus alma partu, Leta nunc iunctis vehitur columbis.
- 5 ¶ Currus Thetidis Delphinis, quemadmodum & Leucothoes, Tibullus. Vecta est frena to cęrula pifee Thetis.
- 6 ¶ Currus Neptuni equis. Virg. lib. 5. Iungit equos curru genitor, spumantiaq; addit Frenas uba feris, manibusque omnes effundit habenas. Syllius lib. 3. Extremamque petit Phœbea cubilia Thetyn Frenatis Neptunus equis.
- 7 ¶ Currus Dianę ceruis. Claudianus. Dixit & extemplo frondosa fertur ab Alpe Trans pelagus cerui curru subiere iugales.
- 8 ¶ Currus Iunonis trahunt Pauones. Ouidius libro secundo Meta. Habili Saturnia curru Ingreditur liquidum pauonibus aera pictis. ¶ Currum Lunę boues, ¶ Currum Nemelis Gryphes, ¶ Currum Solis equi, ¶ Currum Saturni serpentes, ¶ Currum Martis equi, ¶ Currum Prothei

¶ Currum Prothei Phocæ. ¶ Currum Oceani Balenæ. Currum Tritonis pisces.

¶ De his omnibus Politianus in Ambra.

Bistonij Mars instat equis, Tu iungis olores  
Phœbe Terapneos, Getica Mars fulgurat hasta,  
Contendis tu Phœbe fides, arcusque retendis,  
Lyncas agit Bromius, Pauos Saturnia pictos,  
Tardos Luna boues, annosas Delia ceruas,  
Gryphes Hyperboreos Nemesis, Cytheræa columbas,  
Fert pedibus pinnas puer Arcas, crine galerum.

¶ Item Io, frater Mirandula.

Paphios non iungit olores  
Cypria, terribilem non concinit ægida Pallas,  
Non volucres sequitur ceruos pharetrata Diana,  
Nectere odorisequos loris assueta Laconas,  
Non iunctis fertur Iuno super æthera pauis,  
Dum Samon, aut tecta inuisit Carthaginis altæ,  
Cynthia nec bobus charum Endymiona fatigat,

¶ Item Pamphilus Saxus.

Candida torquatas poscit Cytheræa columbas,  
Lascium numen victima blanda decet.  
Dyndima frenato Cybele petit alta Leone,  
Magnanimus magnæ conuenit ille deæ.  
Obliquos Sol clarus equis cito præterit axes,  
An decet vt tardo peruolet astra boues  
It per sydereos rex falcifer anguibus orbes,  
Quid mirum, gelido si placet hydra senis  
Tygri Bacche petis placidi vineæ Timoli,  
Horrent pauide tympana rauca feræ.  
Perfreta pisce sedens, madidus nat cærule Triton,  
Obruit vnda furens, sit licet acer equus.

¶ Nauigiorum diuersa genera.

1	Myoparo	12	Fafellus	22	Soristum
2	Paro	11	Gefeorta	23	Stlata
3	Acatium	14	Horia	24	Trieris
4	Anquiromachus		Halius	25	Samena
5	Baris	15	Lembus	26	Hippago
6	Catafopium	16	Linter	27	Liburnus
7	Celox	17	Monoxylon	28	Embolon
8	Corbita	18	Ponto	29	Lenunculus
9	Cydarus	19	Profumia	30	Onerariæ
10	Cymba	20	Scapha	31	Actuariæ
11	Cyrcerus	21	Schedia	32	Aliæ.

¶ EXPLANATIO.



Myoparo genus erat nauigij, quo vtebantur Pyratæ authore Nonio, ¶ Cicero libro tertio de Rep. Nam quum quæreretur ex eo, quo sceleris impulsus mare haberet infestum vno Myoparone, Eodem (inquit) quo tu orbem terræ, Salustius libro quarto hist. Marique placido a duobus prædonum Myoparonibus circumuenta. Sidonius, Litoribus Oceani curuis inerrare cōtra pandos Myoparones, quorum quot remiges videris, totidē te cernere putes, Archipyratas.

¶ Erant & Parones genera quædam nauium. Varro, lamque duos Parones habebant instructos, Budæus ait Paronem hodie vocari Brigantinum.

¶ Acatium nauis erat actuaria, Iulius Pollux ait fuisse velum ī nauī maximum, sicut minis 3 x iij mumdolonem.

- mum dolonem.  
 4 ¶ Anquiomachus nauigium est aptum ferendis anchoris, ceterisque nauticis instrumentis.  
 5 ¶ Baris erat cymba, qua Aegyptij suorum cadauera ad tumulum comportabant. Propertius libro tertio. Romanamque tubam crepitanti pellere fistro, Baridos & contis rostra liburna sequi. Huius nauigij meminit Herodotus libro secundo.  
 6 ¶ Catafopium dicitur nauis exploratoria, vt Catafopus circumspector, quod ethymo dictionis cognoscitur. Caesar in commentarijs, Literis celeriter in Siciliam conscriptis, & per Catafopium missis.  
 7 ¶ Cylox dicitur breue nauigium a celeritate. Apuleius. Qui celocem regere nequit, onerariam petit. Plautus in Aulu. Quo hanc celocem conferam? Varro. Nautæ remiuagam mouent celocem.  
 8 ¶ Corbita nauis est tarda, & grandis. Plautus in Penulo. Tardiores q̄ Corbitæ sunt in tranquillo mari. Dicuntur autem Corbitæ, q̄ in earum malo corbes pro signo suspenderentur.  
 9 ¶ Cydarum Calepinus ait esse nauiculæ genus, sed quale, vt in plerisque, tacet.  
 10 ¶ De Cymba Virgilius libro sexto Aenei. Gemuit sub pondere Cymba Sutilis. Ouidius libro primo Meta. Occupat hic collem, cymba sedet alter adunca.  
 11 ¶ Cyrcus nauis est prægrandis Asiatica. Plautus apud Nonium. Quum percontor portitorum, ecque nauis venerit ex Asia, negant venisse. Conspicatus sum interim Cyrcerum, quo me maiorem non vidisse cenfeo. Idem. Aedificat nauim Cyrcerum, & merces emit.  
 12 ¶ Fasellus est nauigium Campanum eodem Nonio teste. Salustius lib. 3. histo. Et forte in nauigando cohors vna grandi fasello vecta a ceteris deerrat.  
 13 ¶ Geleorta nauis est, quam nonnulli profumiam vocant. Halius dicitur breuis scapha.  
 14 ¶ Horiam Nonius ait nauim esse piscatoriam. Plautus in rudente. Mea opera laboratur & Rete & horia. Diminutiuum est horiola. Idem. Malo hunc alligari ad horiam, vt semper pisectur, & si sit tempestas maxima.  
 15 ¶ Lembus dicitur nauicula breuis, & velocissima. Plautus. Dum hæc aguntur, Lembo aduehitur tuus pater pauxillulo. Virg. Lembum si forte remisit, Atq; illum in præceps pro no rapit aluceus anni. Plynus lib. 7. ait. Cyrenenses fuisse repertores lembi.  
 16 ¶ Linter dicitur nauicula cauatis arboribus facta. Hac utebantur quondam Germani Danubium habitantes. Nonius ait Lintres naues esse fluminarias, nisi quis forte legat fluuiales, aut fluminarias. Ouidius ad Liuiam. Quem semel vmbrifera nauita Lintre tulit. Sidonius. In pugnam Pyrata coit, pars Lintre cauata.  
 17 ¶ Monoxylon dicitur nauis ex integro ligno, & non concilio in trabes. Monon enim vnū, & Xylon lignum dicitur.  
 18 ¶ Pontones dicuntur, quibus pontium loco vtimur in traiciendis fluuijs. Apuleius. Et si vado non poterunt, pontonibus transibunt.  
 19 ¶ Profumia genus est nauigij speculatorij. Cæcilius apud Nonium. De nocte ad portum sum prouectus profumia. Idem. Qui pro gubernatore se gerens prope vertit profumiam.  
 20 ¶ Scapha nauicula est in ligno cauata. Horatius libro tertio Carmi. Tum me biremis præsidio scaphæ Tutum. Vegetius. Scaphas quoque de singulis trabibus excauatas cum longissimis funibus, interdum etiam ferreis cathenis legio portat. Nonius ait scaphas nauiculas esse, quæ maiores naues consequuntur.  
 21 ¶ Schedia nauigium est rude & impositum & trabibus inter se connexis factum, Cuiusmodi sunt rates.  
 22 ¶ Sorillum nauigium est Istricum, quod lino & Sparto conferitur, & condensatur.  
 23 ¶ Stlata nauis est lata, quales forte sunt, quibus equi & currus transfuehūtur. Antiqui stlatum, & stlites pro latum, & lites dicebant.  
 24 ¶ Triaris nauis est magna, quam remiges tribus vtrinque remorum ordinibus impellunt Latine triremis dicitur, & trium ordinum nauis, que madmodum quadriremes & quinque remes apud antiquos legimus, & apud Græcos Epteres, Enneres, & Deceres, que naues septenum, nouenum, dentumque ordinum significant. Biremem primum fecere Damasthenes auctore Plynio. Triremen Ammocles Corinthius. Quadriremen Carthaginenses, Quinqueremen instituit Nefisthon Salaminus, Sex ordinum Xenagoras Syracusanus, Decenremem Nefigiton. Instituit Alexander magnus ad duodecim ordines, Ptolemaeus Sother ad quindecim, Demetrius Antigoni ad triginta, Pto. Philadelphus ad. 40. Ptolemaeus Philopator ad. 50.  
 25 ¶ Plutarchus in vita Periclis ait Damenam esse quandam nauim rotundam, & concauam & in ventris similitudinem formatam, vt mare percurrere, ac celeriter cōverti possit. Atq; hoc illi indicium

hoc illi inditum nomen, quod in Samo primum reperta fit, & a Polycrate tyranno ibidem

ædificata. ¶ Hippago, seu Hippagium nauis est lata, & expansa, qua equi & currus transmittuntur. 26

¶ Liburni dicebantur bellicæ naues, & velocissimæ a Liburnia Dalmatiæ parte, cuius ex 27

plo fabricantur, vel quod Liburni populi olim nauibus citissimis Ionium mare infulasque prædarentur. Hinc naues leuitate præstantes Liburnicas dixerunt. Hora, in Epodo, Ibis Liburnis inter alta nauium Amice propugnacula. Dicimus & Liburnica. Suetonius in Augusto. Utrobique parte Liburnicarnum demersa. Dicuntur etiam Liburnæ. Lucanus. Orcis ita scribit. Augusto dimicante Actiaco prælio, quum Liburnorum auxilijs præcipue victus fuisset Antonius, experimento certaminis patuit esse Liburnorum nauis ceteris aptior res.

¶ Embolum genus est nauigij velocissimi. Alij ponunt pro rostro greco, quod ex prora nauis 28

eminet. ¶ Lenunculus dicitur nauis piscatoria, Salust. apud Nonium. Primo inducit forte per nos 29

¶ Onerariæ naues dicuntur negotiatoriæ, & propter onera tarde. ¶ Actuariæ vero dicuntur 30

agiles, & præstantes celeritate. Salustius. His actuariæ naues circiter. 30. Onerariæ de 31

¶ Nauium appellationes apud Gellium libro vndecimo Cap. 25. sunt Gauli, Corbite, Causidice, Hippagine, Cerci, Celoces, Oxia, Remiculi, Actuariæ, Profumia, Geseorte, Orosios, Catta, Scapha, Pontones, Nuctucia, Media, Phafelli, Parones, Myoparones, Linctres, Caupulica, Mareplacide, Cydarum, Rataria, Catafscopium.

¶ Porro autem nauem primi excogitarunt Tiphys, & Argonautæ, vel Tyrii, vt maule Tiphys 32

bullus scribens. Prima ratem ventis credere doctæ Tyros. Danaus nauem primus in Græciam ex Aegypto aduexit. Nam prius ratibus nauigabatur in mari Rubro ab Erithraeæ pertis. Antiquitus fiebat ex corio circumfuta in Oceano Britannico. In Nilo ex papyro, Scirpo, & arundine. Longa nauem primam Iasonem nauigasse testis est Philostephanus. Egelias hoc tribuit Parrhalo, Ctesias Samire, Stephanus Semiramidi, Archimachus Aegæoni, Bibliographi Noæ, Onerariam Hippus Tyrius inuenit. Læbum Cyrenenses, Cymbam Phœnices, Celocem Rhodij, Cercurum Cyprii, Syderum obseruationem in nauigando phœnices, Remum Cope, Latitudinem eius Plateæ, vela Icharus, Malum, & Antemnâ Dædalus, Tectas longas Thasij, Rostra Pifcus, Tyrrheni anchoram, Anacharsis Harpago

nes, Admicula Tiphys, Classe primus depugnauit Minos. ¶ Naumachia vocatur pugna nautica, Naumachiarij qui nauale prælium committunt, Suetonius in Claudio. Sed quum

proclamantibus Naumachiaris, aue imperator, morituri te salutant. ¶ Nauis vocabuium est generale. Naualia nauium stationes. Nauarchus nauis princeps. Nauclerus, seu Naucleriacus ductor. Nauta, & nauita idem. ¶ Carina dicitur concauitas nauis, & capitur pro

ta nauis. Virgil. Frondentesque ferunt remos, natat vnctâ carina. Carinare instar carinæ for mare. ¶ Puppis pars posterior nauis, prora anterior, proreta rector prore. ¶ Rates dicuntur

rudes, & impolite traves inter se connexe. Ratis tamen capitur pro nauis. Ouidius libro quarto de Ponto. Et freta veliuolas non habitura rates. Ratiarij ratis ductores. ¶ Classis ca

pitur pro multitudine nauium, & quandoque pro vnica nauis. Virgil. Et Lyciæ ductorê clas

sis Orontem. ¶ Remiges nauis qui remos agunt, Remigare remos agere. ¶ Helciarj qui maiores naues funibus trahunt canabinis aduersus vndas. ¶ Rudetes dicuntur funes nau

tici. Lucanus libro octauo. Aut laqueum collo, tortosque aptare rudetes. ¶ Anchora ferrum est repandum, & vtrinque acutum, quo sistuntur naues. Vnde adagium. Nauis tua fulta est duabus anchoris. ¶ Antemne instrumenta sunt amnem ante secantia, viamque nauibus facientia. Virg. Cornua velatarum obuertimus Antemnarum. ¶ Vela dicuntur linea, vel canabina tegmina, quæ dispassa malo nauis alligantur, vt ventos recipiant, hinc mare veliuolum. ¶ Carbasus linum est tenuissimum, quo vela nauium fiebant quondam, vnde & carbasus pro velis accipi solent. ¶ Transtra tabulæ sunt, in quibus sedent remiges, vel per quas ad regimen nauis deambulant. ¶ Celeuma dicitur clamor nauticus. ¶ Naulum & portoriū merces nautarum, & portitorum. ¶ Vrinatores dicuntur natatores subaquatiles, Vrinari, seu vrinare sub aquis natate.

Propria quædam Nauium nomina.

Argo

OFFICINA

1	Argo	5	Scylla	8	Paralus
2	Pisiris	6	Tygris		Salamina
3	Chimera	7	Centaurus	9	Thalamagos
4	Centaurus		Triton		

**A** Rgo dicitur fuisse prima nauium, qua Iason, Tiphys, Castor, Pollux, & alij (quos in de Argonautas dicimus) profecti sunt Colchos ad rapiendum vellus aureum. Sũ-  
 pit autem nomen ab Argo architecto. Vnde Val. Flac. libro primo. Ad charum  
 Tritonia deuolat Argum. Moliri hunc puppem iubet, & demittere ferro Robora, Pelias  
 cas etiam comes exit ad umbras. Vel ab Argiuis, qui in ea nauigarunt. Hanc nauim poete  
 multis ornant epithetis. Vocant imprimis fatidicam, & loquaculam, quod beneficio Miner  
 ue facta fit ex quercu dodonca, quam Sophocles tradidit fuisse non tantum verbosam, at  
 etiam futuri presagam, vt in periculis Argonautas moneret. Vnde Claudianus. Licet om-  
 nia vates In maius celebrata ferant, Ipsamq; secandis Argois trabibus iactent sudasse Mi-  
 neruam. Nec nemoris nautam vinxisse carentia sensu Robora, sed cesso teneri Iouis augu-  
 re Luco Arbore presaga tabulas animasse loquaces. Seneca in Medea. Ipsaq; vocem per-  
 didit Argo. Val. Flac. Prima deum magnis canimus freta permia nautis, Fatidicamq; ratẽ.  
 Vocatur præterea Pagasæa, a Pagasæ vrbe Theßaliæ, apud quam fuit edificata. Magnesi-  
 as a Pelio monte, Tritonis quoniam beneficio Mineruę & ingenio facta est. Magnesi seu  
 Magnesiæ a Magnesiæ regione Macedonia proxima. Argoa & argiua ab argiuis nautis.  
 Quę omnia testimonijs sequentibus confirmantur. Oui. lib. 7. Met. Iamque fretum Mi-  
 nyę Pagasæa puppe secabant. Vale. Flac. libro primo. Et Oebalium Pagasæia puppis ali-  
 num Spectet. Stat. us libro quinto Theb. Pelias intacti late subit hostia ponti Pinus. Oui.  
 in Epistolis. Phryxam petijt Pelias arbor ouem. Vale. Flac. lib. 8. Si modo Peliaç nõ sum  
 captiua carine. Idem. Sequiturque volantem Barbara Palladiam puppem ratis. Magnesi  
 seu Magnesiæ. Ouidius in Epistolis. Cur vnquam Colchi magnesi didimus Argo. Pon-  
 tanus lib. 5. de Stellis. Appulerat mylorũ agris Magnesiæ Argo. Val. Flac. libro septimo.  
 Horruit Argoç legio ratis. Manilius. Argiuamque ratem per aplustria summa. De Argo  
 Propertius libro primo. Namque ferunt olim Pagasę naualibus Argon Egressam longe  
 Phalidos illeuiam.

- 2 **P**isiris, Centaurus, Chimera, Scylla, nomina sunt nauium apud Virg. lib. 5. Aenid. De  
 pisiri & eius rectore Mnesteo sic inquit. Velocem Mnesteus agit acri remige Pisirim.
- 3 **D**e Chimera. Ingentemque Gyas ingenti mole Chimeram.
- 4 **D**e Centauro & Scylla. Sergestusque (domus tenet a quo sergia nomen) Centauro inue-  
 hitur magna, Scyllaque. Cloanthus Cærulea,
- 5 **A**pod eundem libro decimo. Tygris nomen est nauis, cuius rector fuit Massicus, Hęc  
 eius verba. Massicus ærata princeps fecat æquora Tygri.
- 6 **E**st & Centaurus nomen alterius nauis, cuius rectorem vocat Cupauonem, vbi ait. Fili-  
 us equales comitatus classe cateruas Ingentem remis Centaurum promouet.
- 7 **T**riton nauis fuit cuiusdam Aulestis. Idem. Hunc vehit immanis Triton.
- 8 **C**ælius ex testimonio interpretum Aristophanis ait duas Athenis naues, fuisse publico  
 muneri destinatas, ex quibus Salaminiæ euocatos ad iudicium subucheret, Paralus vero  
 aucheret Delphos ad rem diuinam.
- 9 **T**halamagos nomen fuit nauis, quam Ptolomęus Philopator in delitijs habuit nilo per  
 nauigando longitudine sexcentorum pedum, latitudine quinque & quadraginta, altitudi-  
 ne pedum paulo minus sexaginta. Budęus de Assẽ.

Argonautarum nomina.

Tiphys  
 Iason  
 Castor  
 Pollux  
 Melampus  
 Amphiarus  
 Testor  
 Theseus  
 Coronus  
 Eurydamas

Iphidamus  
 Cius  
 Epitropus  
 Telamon  
 Hercules  
 Hylas  
 Orpheus  
 Asterion  
 Talas  
 Leodocus

Idmon  
 Iphitus  
 Euphemus  
 Deucalion  
 Amphion  
 Climinus  
 Iphiclus  
 Nauplius  
 Oileus  
 Cepheus

Amphidamas

Amphidamas  
 Anceus  
 Eurytion  
 Mopius  
 Tydeus  
 Periclymenus  
 Philoctetes  
 Butes  
 Phalerus

Eribotes  
 Peleus  
 Menœtius  
 Phlias  
 Erginus  
 Lacon  
 Meleager  
 Aethalides  
 Echion

Admetus  
 Canthus  
 Idas  
 Zethes  
 Calais  
 Erix  
 Amyrus



Argonautę (vt iam diximus) dicuntur heroes illi, qui in Argo nauis Colchos profecti sunt ad rapiendum vellus aureum. Sunt qui dicant fuisse duo & quinquaginta numero. Alij quattuor addunt. Sed parum refert de numero. Valerius Flac. libro primo, scriatim multos enumerat. De Zete & Calai. Ouidius libro sexto Meta. Vellera cum Minyis nitido radiantia villo Per mare non notū prima petiere carina. Propertius libro secundo. Hunc duo sectati fratres. Aquilonia proles. Hunc super & Zetes, hūc super & Calais. Omnium summi & principes fuerūt Tiphys & Iason. Vnde Ouidius libro primo de Arte. Tiphys in Aemonia puppe magister erat. Eam ob rem Argo ipsa vocatur Iasonia. Rufus Festus. Puppis Iasonię depictaque terga carinę. De Argonautis copiose meminit Diodorus libro quinto.

¶ Nautę nonnulli.

1	Tiphys	7	Canopus	13	Mandro
2	Mneſteus	8	Saro	14	Phrontis
	Sergeſtus	9	Amarſyades	15	Amyclas
	Cloanthus		Naufitheus	16	Colęus
3	Palinurus		Pheax	17	Phereclus
4	Telo	10	Ariamenes	18	Pelorus
5	Phoceus.	11	Petitius		
6	Opheltes	12	Aceſſeus		

**D**E Tiphys licet iam satis dixerimus, adhuc tamen testimonia adijciemus. Virgilius, i  
 Aeolo, quatta. Alter erit tum Tiphys, & altera que vehat Argo Delectos heroas.  
 Ouidius in Epistolis. Quid mihi cum Minyis, quid cum Tritonide pinu. Quid tibi  
 cum patria nauita Tiphymea. Seneca in medea. Queque domitorem freti Tiphyn no-  
 uam firmare docuisti ratem. Idem. Ausus Tiphys pandere vasto Carbasa ponto, legesque  
 nouas scribere ventis.

¶ Mneſteus, Sergeſtus, Cloanthus nauę fuerunt Aeneę, Virgilius libro quarto Aeneid. 2

Mneſtea, Sergeſtumque vocat, forte mque Cloanthum.

¶ Fuit & Palinurus gubernator nauis Aeneę, Virgilius libro quinto. Ipse gubernator pup- 3  
 pi Palinurus ab alta. Mantuanus in Alphonſo lib. 5. Nam neque in hęmonia Tiphys pru-  
 dentior Argo Nauta, nec Ionij melior Palmurus in vndis.

¶ Telonem maſſilienſem Lucanus a nauigandi aſtrorumque peritia laudat lib. 3. vbi ait. 4  
 Dirigit huc puppim miſeri quoque dextra Telonis. Qua nullam melius pelago turbate ca-  
 ringe Audiuerę manum, nec lux eſt notior vlli Caſtrina, ſeu Phœbum videat, ſeu cornua  
 Lunę. Semp̄ venturis componere carbasa ventis.

¶ Idem commendat Phoceum quendam vrinatorem adeo natandi peritum, vt mergeret ſe, 5  
 ac demum emergeret quum vellet. Hęc eius verba. Pugna fuit vnus in illa Eximius Pho-  
 ceus, animam ſeruare ſub vndis. Scrutarique fretum, ſi quid merſiſſet arenis. Et nimis aſſi-  
 xos vnci conuellerę morſus. Adductum quoties non ſenſerat anchora funem.

¶ Opheltes fuit nauta & circumuencor ſceleſtiſſimus, De quo Sidonius. Qui vigor in pe- 6  
 dibus fruſtra tibi natus Ophelte.

¶ Canopus auctore Plynio fuit gubernator nauis Menelai, a quo hoſtium Nilij Canopicę 7  
 nomen ſumpſit, vbi icſtu Aſpidis mortuus eſt ille. Huius canopi meminerunt Strabo libro  
 vltimo, & Seruius in vndecimum Aeneidos Virgilij.

¶ Fuit Saro quiſpiam nauta, qui moribus ſuis inelegantibus & inurbanis ſequenti adagio 8  
 locum fecit. Sarone magis nauticus. Eraſmus.

¶ Simonides apud Plutarchum teſtis eſt Amarſyadem Phereclum fuiſſe gubernatorę na- 9  
 uis Theſei

OFFICINA

- uis Thefei in Cretam ad Minotaurum nauigantis, Philochorus sibi ait, Naufitheū & Phæcem rectores fuisse eius nauis.
- 10 ¶ Idem in Themistocle ait Ariamenem xerxis fuisse nauarchum.
- 11 ¶ Eodem teste Petitiu fuit gubernator nauis, inquam Pompeius post fugam conscendit.
- 12 ¶ Aceffus fuit ignauus quispiam nauta, qui vt nauigationem prorogaret, dicebat se Lunam magis opportunam expectare. Vnde natum Adagium, Aceffei Luna, in comperendinadores, qui semper causas comminiscuntur, quo negocium differant. Erasmus.
- 13 ¶ Mandro fuit quispiam nauicularius, quia spirante fortuna tandem factus est imperator, vnde etiam factus adagio locus. Fuit & Mandroni ficulna nauis. In eos, qui preter meritū ad opes euecti, pristine conditionis non meminerunt. Eodem Erasmo teste.
- 14 ¶ Phrontis nauta fuit Menelai filius Onetoris, cæsus a Phæbo.
- 15 ¶ Amyclas nauta fuit, ad quem tempore belli ciuilis accessit Cæsar, vt ab eo transferebatur in Italiam. Lucanus libro quinto, Mollī confurgit Amyclas Quem dabat alga, toro.
- 16 ¶ Herodotus in Melpomene ait Colcūm fuisse gubernatorem cuiusdam nauis Samiorū.
- 17 ¶ Phereclus fuit architectus, qui naues Paridis ad raptum Helene ituri fabricauit, vnde & nauis proprio epitheto Phereclæa dicitur.
- 18 ¶ Pelorus fuit gubernator nauium Annibalis fugientis.

¶ Portitores.

- |   |       |   |         |   |         |
|---|-------|---|---------|---|---------|
| 1 | Phaon | 2 | Phorcus | 3 | Charon. |
|---|-------|---|---------|---|---------|
- 1 **C**ælius scribit Phaonem fuisse portitorem, eoque se fouisse artificio. Hic quum venem transuexisset, vnguentum ab ea fertur accepisse, quo delibutus factus est hominum pulcherrimus.
- 2 ¶ Phorcus græce Porthmeus, latine portitor dicitur, quod per mare deferret Colonias teste Berofo.
- 3 ¶ Charon dicitur portitor inferorum, Virgilius libro sexto Aeneid. Portitor ille Charon. Idem. Portitor has horrendus aquas & flumina seruat Terribili squalore Charon. Propertius libro tertio. Exoranda canis tria sunt latrantia colla, Scandenda est torui publica cymba fenis. Idē libro quarto. Vbi portitor gra recepit, Oblerat vmbrosos lurida porta, rogos.
- ¶ Portorium, Porthmeum, Telonarium, minerual, stips Charontica naulum dicitur portitorum merces. Seneca de Charonte. Hunc feruat amnem cultu & aspectu horridus, Pavidosque manes squalidus gestat senex. Idem in Oedipo. Quinque capaci turbida cymba flumina seruat, durus senior, nauita Charon.

Piscatores & Vrinatores.

- |   |           |   |                     |
|---|-----------|---|---------------------|
| 1 | Dicys     | 4 | Nicolaus Calapiscis |
| 2 | Herminius | 5 | Ichthyophagi        |
| 3 | Scyllias  | 6 | Petrus apostolus.   |
- 1 **D**icys fuit piscator quispiam, qui educant Perseum, de quo Statius libro secundo Syl. Fluctiuagus volucrem comibat Persea Dyctis.
- 2 ¶ De herminio piscatore, Syllius libro quinto. Nec minus herminium primis obstruncat in armis. Assuetum Tralymene tuos prædantibus hamis Exhaustire lacus, patriæq; alimenta senectæ Ducere suspensio per stagna latentia lino.
- 3 ¶ Herodotus ait Scylliam fuisse vrinatorem Sicyonium Themistoclis ætate, qui etiam in naufragin ad Pelium facto, multam pecuniam Persis seruauerit, plurimamque sibi lucratu sit.
- 4 ¶ Nicolaus quidam Calapiscis cognominatus ex Appulia oriundus, a puero aquis assuetus degebat arma inter marinas beluas multos dies continuos illeclus, & profunda pelagi scrutata batur, futurasque tempestates prædicebat, author Volaterranus.
- ¶ Plynius ait Ichthyophagos populos Troglodytis vicinos natate seu maris animalia.
- ¶ Ecclesiastici dicunt Petrum apostolum omnium pontificum primum, fuisse piscatorem professione.

Pericula marina

- |   |           |   |           |   |        |
|---|-----------|---|-----------|---|--------|
| 1 | Charybdis | 3 | Malea     | 5 | Syrtes |
| 2 | Scylla    | 4 | Capharcus |   |        |
- 1 ¶ Charybdis periculum est marinum, in Sicilia prope Tauromitanum littus, quod crebris aquarum vorticibus infremere, assiduisque fluctuum concursibus rapta absorbere dicitur. Quidius libro quarto de Pōto. Nec potes infestis conferre Charybdin Achæis, Ter licet epotet, ter vomet illa fretum. Tibullus lib. 4. Nec violenta suo consumpsit in ore Charybdis, Vel si sublimis fluctu confurgeret imo, Vel si interrupto nudaret gurgite pontū. Scylla, saxum



¶ Scylla, saxum est in mari Siculo mare ipsum reddens importuosum & plenum periculi, 2  
quod assiduis aquarum concursibus latratum videtur emitte. Poetę fabulantur Scyllam  
Phorci filiam mutatam in monstrum superne virgineum, inferne vero piscem, & sex ca-  
ninis capitibus latrans, quę se lauisset in fonte, quod Circe veneno infecerat. Ouis, lib. 7.  
Meta. Cinctaq; seuis Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo. Plinius libro tertio. In  
eofretu est scopulus Scylla. Item charybdis mare vorticolum, Ambo clara sequitua. Cicero  
actione. 6. in Verrem. Non enim charybdim tam infestam neq; Scyllam notis, quam istū  
in eodem fretu fuisse arbitror. Seneca in Medea. Quid quum Siculi virgo Pelori rabidos  
vtero succincta canes Omnes pariter soluit hiatus.

¶ Malea promontoriū est Laconię scopulosum, quod per. 50. millia passuum in mare pro- 3  
tensum periculosam reddit navigationem propter aduersos ventorum flatus. Hinc natum  
proverbium. Quum ad maleam deflexeris, domesticos obliuiscere. Est autē penultima di-  
ctionis indifferens. Virgil. Ionioq; mari, maleę que sequacibus vndis. Statius lib. 4. Theb.  
Quod Pylos & dubijs vitata Malea carinis. Idem in Achill. Nec vndifone quos circuit vn  
da Maleę.

¶ Caphareus mons est Euboię altissimus Hellespontum versus, importuosus & formido 4  
losus propter scopulorum frequentiam & crebros vndarum vortices. Hic Nauplius rex  
Euboię mortem filij Palamedis, Vlyssis dolo interfecti vltus est. Nam quū Gręci Troia  
redirent, Nauplius facem in vertice montis posuit, vt locus fidem portus faceret. Quo quū  
venissent, multi naufragiū fecerunt. Statius in Achill. Quum reduces Danaï, nocturnaę  
signa Caphareus Exeret. Seneca in Aga. Vbi saxa rapidis clausa vorticibus tegit Fallax  
Caphareus, æstuat scopulis fretum, Feruetque semper fluctus alterna vice. Idem. Hinc pe-  
trę Capharides, Hinc omne voces reddit herculeas nemus, Sidonius. Fixusque Capharet  
Cautibus inter aquas flammam ructabat Oileus, Valerius Flaccus libro primo. Et faceę  
ua In tua mox Danaos acturus saxa Caphareu.

¶ Syrtis duo sunt loca in finibus Africę Aegyptum versus, vbi mare fertur esse vadofum 5  
& importuosum propter aquas reciprocas. Seneca. Et amica nautis ante promittet vada in  
certa Syrtis. Syllius lib. 17. Et semper naufraga Syrtis.

¶ Ouidius libro duodecimo Elegiarum de quibusdam sic meminit.

Cum domina Lybicas aulim pręsumere Syrtis,

Et dare non equis vela ferenda Nothis.

Non que virgineo portenta sub inguine latrant,

Nec timēam vestros curua Malea sinus.

Nec quas submersis ratibus saturata Charybdis.

Fundit, & effusas ore recepta aquas, Sidonius. Syrenas pereuntibus placentes,

Vitatas tenebras, facemque Naupli. Et Scyllę ravidum voracis inguen,  
Vel Taurominitana quos Charybdis Ructatos scopulos cauat profundo.

¶ Piscinarij.

Sergius Orata

Licinius murena

Vedius Pollio

Hortensius

Fuluius hirpinus.

¶ Piscinarij dicuntur, qui piscinas habent refertas piscibus easque magno studio curant,  
Ostrearum viuaria, primus omnium Sergius Orata inuenit, optimumque saporem Lucri  
nis adiudicauit. Ex Plinio & Macrobio.

¶ Licinius murena reliquorum piscium viuaria primus instituit. Lucullus ad piscium res  
ceptacula montem excidit iuxta Neapolim maiore impendio, quā villam edificauerat, ad  
millo mari. Varro scribit M. Catonem Vticensem (quum heres testamento Luculli seu lu-  
cili esset relictus) pisces de piscina eius. 40. millibus vendidisse. Murenarum viuaria exco-  
gitauit C. Hirrius, qui cęntis triumphalibus dictatoris Cęsarıs sex millia murenarum mus-  
tua appendit, & dedit in pondus.

¶ Vedius Pollio, quum piscinas magno studio coleret, solebat seruos suos occidere, eosq;  
piscibus vorandos prębere, vt hominum cruore pasti delicatores essent. ¶ Curauit & pisci-  
nas Hortensius Orator) Murenamque adeo dilexit, vt mortuam multos dies atratus fleue-  
rit. ¶ Antonia Drusi Murenę quam diligebat, inaures addidit. ¶ Coclearum viuaria prim<sup>o</sup>  
instituit Fuluius Hirpinus.

Pisces diuersi,

1 Acipenser

4

Aurata

7

Aries

2 Alofa

5

Anguilla

8

Aphyra

3 Attilus

6

Alec

9

Astacus

Acus

OFFICINA

10	Acus	60	Lucerna	110	Physalus
11	Anthia	61	Lagnis	111	Pharus
12	Aclurus	62	Lepus	112	Phagurus
13	Aulopa	63	Leo	113	Purpura
14	Barbo	64	Locusta	114	Pompilus
15	Bocas	65	Lucius	115	Pinna
16	Balena	66	Labrax	116	Perna
	Cammarus	67	Mugil	117	Platanista
17	Carpio	68	Murena	118	Pulmo
18	Cephalus	69	Murex	119	Passer
19	Concha	70	Mustella	120	Rhombus
20	Congrus	71	Mullus	121	Rana
21	Cybiurn	72	Myrus	122	Raia
22	Coracinus	73	Merix	123	Sepia
23	Cytharœdus	74	Melanurus	124	Scarus
24	Cetus		Mena	125	Sargus
25	Cyprinus	75	Mus araneus	126	Synodon
26	Channa	76	Mus marinus	127	Silurus
27	Cantharus	77	Musculus	128	Scombrus
28	Cestheus	78	Merula	129	Sphyrena
29	Cancer	79	Margarus	130	Salmo
30	Cordilla	80	Melandria	131	Salpa
31	Canicula	81	Miluago	132	Solca
32	Coruus	82	Myrinus	133	Stella
33	Callionymus	83	Mytulus	134	Scolopendra
34	Charace	84	Minutal	135	Scorpius
35	Coclea	85	Narica		Squilla
36	Clupea	86	Nautillus	136	Simia
37	Dactylus	87	Ostrea	137	Sagittarius
38	Delphinus	88	Orca	138	Spongia
39	Draco	89	Orphus	139	Strombus
40	Echeneis	90	Orcynus	140	Squatina
41	Elops	91	Orchis	141	Sparulus
42	Echinus	92	Oxyringus	142	Thymallus
43	Exocoetus	93	Otia	143	Torfio
44	Encraules	94	Pectunculus	144	Trochus
45	Galeus	95	Pelamis	145	Thriffa
46	Glanus	96	Peloris	146	Trocta
47	Gobio	97	Physeter	147	Thynnus
48	Glaucus	98	Phoca	148	Trichia
49	Grus	99	Polypus	149	Triton
50	Garus	100	Pristis	150	Testudo
51	Gerres	101	Pfitta	151	Torpedo
52	Hippocampus	102	Pastinaca	152	Trigla
53	Hircus	103	Phagrus	153	Voligo
54	Higrophœnix	104	Pauo	154	Vitulus
55	Iulides	105	Pholis	155	Vertibulum
56	Lampetra	106	Phuca	156	Vrtica
57	Loligo	107	Pediculus	157	Vua
58	Lutarię	108	Porcus	158	Alij plerique
59	Lupus	109	Pardalis		

**S**cripserunt de piscium natura Oppianus, Aristoteles, Plynus, & aliquot alij magne celebritatis viri, qui quonian acute adeo & diligenter negocium hoc attigerunt, vt nihil posteris reliquisse videantur, vacantis esset opere multa moliri vel le post illos, quorum nec vmbra quidem possit quisquam pertingere, Propterea satis erit nobis quedam admodum pauca decerpere, que notiora & maiori emolumento futura videbuntur. Nam nihil indiffusum relinquere velle, illud esset retexere telam Penelopes,

telam Penelopes, Dicamus ergo de piscibus, quorum nomina apud authores frequentiora sunt. Piscis Græce Icthyus dicitur, vnde Icthyophagi populi Troglodytis vicini, qui vescuntur piscibus, Icthyopole piscium venditores, qui & Cetarij vocantur, Icthyopolium forum piscarium. Capiuntur pilces, hamis, nallis, tragulis, excipulis. Qui piscantur, vocantur hamiose, vt faciebat Augustus animi laxandi gratia, Tranquillus scribit Neronem aureo rete piscari solitum.

¶ Piscium alij teguntur corio & pilis, vt vituli, hippotami, Alij corio tantum, vt Delphini, Cortice vt testudines, Silicum duricia, vt Ostre, conche, Crustis, vt locuste, Crustis & spiras, vt Echini, Squamis vt Carmio, aspera cute, vt Squatina, qua lignum & ebora poliuntur, molli vt Murene, Alij nulla, vt Polypus, Que pilo vestiuntur, animal pariunt, Spirant pisces, Nam & pulmonem habent, aut aliqua pulmonis loco viscera, Annotata est enim in quibusdam cæstiuo calore anhelatio, & in alijs oscitatio, Interim quoque dormiunt, Oua parant, que squamis integuntur, Coeunt plerumque in occurso, paruo contactu, mensibus Martio, aprili, maio, Autumno pauci, vt Salpa & Sarg<sup>9</sup>, Piscium alij sunt plani, vt Rhombi & Solium vllum genitalium perspicuum sed excrementorum tantum locum, Partes quoque aut diendi, odorandi, sentiendi nullas esse perspicuas præter oculos, Sunt qui gregatim errant more armentorum, volant alij, vt accipitres, hirundines, sepie, Sentiunt hyemen procellosam, cuius horrore multi limo se prouoluunt, alij sub petris glomeratim cõquiescant, nõ nulli ima petunt, q̄ sentiunt summa pelagi tempestatibus obnoxia, Redeunte vero serenitate prosiliunt, & libenter litus prospiciunt, Partu differunt inter se, Lupus bis anno parit, Mulus ter, Ceteri semel ac diuersis temporibus, Pregnantes gaudent aquis dulcibus, In Africa tamen feruntur viuere nonnulli in feruente palude, Sunt qui colorem mutant, Namene hyemẽ candidẽ, sunt estate nigriores, Mutat & Phycis reliquo tempore candida, vere varia, Amicitias inter se & inimicitias exercent, Inimici sunt Delphinus & Balena, Cestres & Lupus, Murena & Congrus, Sunt & qui docilitatem nescio quam præ se ferunt, Nam in Lymira fonte Lycij ter fistula euocati veniunt ad augurium teste Plynio, Hierapoli Syrię in lacu Veneris, edituorum vocibus parent vocati, exornati auro veniunt adulescentes, Scalpuntur, ora hiantia manibus inferendis præbent, In Stabiano Capania ad Herculis petram Melanuri in mari panem abiectum rapiunt, idemque ad nullum cibum (in quo hamus sit) accedunt.

¶ Acipenser piscis est, qui squamis ad os versis contra aquam nando meat, Fuit olim in magna mensarum dignatione & inuentu rarus, vt docet Cicero in libello de Fato, apud quem dicitur Scipioni Numantio acipenserem esse paucorum hominum, Quod etiam docuit Plautus scribens, Qui mihi in mari Acipenser latuit, cuius latus in latebras dedam meis detibus, Martialis ad Palatnas Acipensera mittite mensas, Ambrosias ornent munera rara dapes, Calepinus Acipensem legit, aitq; vtrumque dici Acipensis & Acipenser, Plynius scribit hunc piscem suo tempore ignobilem fuisse, Hunc primus apposuit mensis Caloni<sup>9</sup> præco, homo postremę gule.

¶ Alofa piscis est de Clupearum genere, qui alio nomine Chryssa dicitur, Alofa dicuntur esse laudatissime in Tyberi.

¶ Atilus piscis est inertia pinguescens, Frequens est in Pado, adeo vt ad mille quandoque libras capti sint, qui nisi iugis boum extrahi potuerunt.

¶ Aurate, pisces sunt omnium timidissimi, qui in maris refluxu sub litoralium arborum radicibus se occultunt ibique frondium agitatione exterriti facile capiuntur, quadam velut deditione, Eorum viuaria primus instituit Sergius Orata, inde nomen adeptus, Martialis, Non omnis laudem preciumque Aurata meretur, Hic piscis nomẽ accepit ab auri colore, Commendatur Aurate, que sunt ex Lucrino lacu, Coeunt attritu ventris & oua cõcipiunt.

¶ Anguille pisces sunt oblongi, volubiles & serpentibus similes, qui piscium soli exanimis non fluitant, Dicuntur Anguille, quod anguibus similes sint, Viuunt annis, 8, durant sine aqua senis diebus, Generantur scopolorum attritu, sine coitu, sine ouo, nec est alia earum procreatio Frequẽs habet lacus Benacus auctore Plynio, Vescuntur limo & edulis, si quis apponat, sed plurimę dulci humore viuunt, Gaudent aqua semper affluente & effluente, que nisi limpida fuerit, breui intereunt, Aestiuo tempore de lacu in piscinam translate viuere nequeunt, hyeme vero mutationem loci tollerant facillime, Reperiuntur in Gange tam inuisitata magnitudine, vt tricenos pedes impleant, Optime & præpingues capiuntur in Timauo lacu, Reperiuntur etiam in limosis locis prope Syracusas, tanta multitudine, vt piscari volentibus lata adsit præda, De anguilla luuenalis Satyra, 5, Vos anguilla manet longe cognata

- cognata colubre. Aristo. ait anguillā neque marē esse, neque fœminā.
- 6 ¶ Alec piscis est, qui sola aqua nutritur. Martia, Cui portat, gaudens ancilla paropside gaudens Alecem, sed quam protinus illa voret. Diminutium est alecula. Colu. lib. 9. Datur Cammarus, & ritualis alecula, vel si qua sunt incrementi parui fluuiorum animalia. Capitur etiam alec pro falso liquamine. Martialis lib. 3. Capparin & putri cepas alece natantes.
- 7 ¶ Arius piscis est, qui grassatur vt latro, & grandium nauium in solo stantiū occultus vmbra expectat, si quem nandi voluptas inuitet, raptamq; prædam adnatans mergit.
- 8 ¶ Aphye pisciculi sunt, qui ex aqua & pluuia procreantur. Aphya in ignem, Prouerbiū est de rebus, quæ celeriter intereunt & absumuntur, vel quæ statim conficiuntur. Nam aphya piscis ad motus igni protinus decoquitur.
- 9 ¶ Astacus piscis est, qui si longius a mari exportatus dimittatur, ad eundem irrepit locum vbi captus fuerat.
- 10 ¶ Acus piscis est gracilis iustum vteri tempus non expectans, sed abruptens vterum & matrem interimens. Pariunt enim Aci fractio ventre, multitudine partus exigui precij Græce dicuntur Bellones. De his Martia. lib. 10. Et fatius tenues ducere credis Acos.
- 11 ¶ Anthia piscis est frequens apud Chelidonas insulas. Celeriter capitur, paruo nauigio, & concolori veste, eademq; hora per aliquot dies continuos piscator enauigat certo spacio, eicamq; proijcit. Solus hic multos dies ad piscatores accedit incomitatus, Postremo greges innumeros adducit, quos si inuolauerit Hamiota, parcit ductori. Præterea Anthiæ quū vnū hamo teneri viderint spinis (quas in dorso ferratas habent) lineam lecare tradunt, ea quæ tenetur extendente, vt præcidi possit.
- 12 ¶ Aeluri pisces sunt, quorum oculi ad vices Lunæ aut ampliores fiunt, aut minores.
- 13 ¶ Aulopa piscis est magnitudine ingentis Thygni, ceruice firmissima, oculis patentibus atq; amplis dorso caruleo, ventre albente, corpore linea aurei coloris discriminato, quæ a vertice ad caudam desinit.
- 14 ¶ Barbo piscis est, geminam habens barbam in labro inferiore. Alio nomine vocatur mulus. Vnde & Cicero in paradoxis mulos vocat barbatulos.
- 15 ¶ Bocas pisciculus est, vocem quandam mugitui similem reddens.
- 16 ¶ Balena piscis est omnium maximus, qui partū lacte nutrit. Spirat non brachijs, sed fistula quadam. In fronte gerit ora, Fertur summa aqua. Hebetatur sensibus ob corporis molē. Propterea ducē indiget, qui prælongus & albus, & capite procerus, angusta cauda pregit, extremaq; balenam contingit, & tanq; remone ad eam regendam vtitur. Sole ardente balena interdum exit ad litus, & prostrata dormit in arena. Reperiuntur balenæ in mari indico qua ternum iugerum, & elephantis quintuplo maiores. Sunt & prægrandes in mari Britannico Iuuenalis Satyra decima. Quantū delphinis balena Britannica maior. Balenis infeste sunt Orcæ, repertosque earum vitulos morfu acerant.
- ¶ Camarus piscis est vilissimus quē Columella iubet conijci in piscinas ad nutriendos maiores pisces, de quo Martialis. Concolor in nostra cammare lance rubes, Iuuenalis Saty. 7. Sed tibi dimidio cōstrictus cammarus ouo.
- 17 ¶ Carpio piscis est nobis frequens, & in Banaco laudabilis.
- 18 ¶ Cephalus etiam nomen est piscis. Ambrosius. Ille sinus maris Cephalus alit, Iupos ille: Ille saxatiles, Sordidi sunt Cephalij, Summo pelago quandoq; vrinantes sese abluunt. Oua eorū non attinguntur, vnde & numerosi sunt, Quum adoleuerunt, corripiuntur a cæteris Marini flumineis præstant.
- 19 ¶ Concha est de genere cancrorum, Conchæ & Ostrea dicuntur pisces teste firmioris. Et teste ipsæ duriores vocantur Conchæ. Ouidius. Ostreaq; & conchis tuta fuere suis. Coluz mella. Implicitus Conchæ limax, Conchis optimis abundant lucrinus, Bibada indiæ insula, & mare rubrum.
- 20 ¶ Congrus seu conger etiam genus est piscis, quem inter saxatiles ponit Plynius. Similis est anguillæ, duriore tamen carne & sapore inferior. Grillum Nicander vocauit.
- 21 ¶ Cybium piscis est ita scissus, vt medium pateat æque in omnes partes ad similitudinem tesserarum.
- 22 ¶ Coracini pisces sunt Nilo peculiare. Martialis. Princeps Niliacis raperis Coracine macellis. Pelleæ prior est gloria nulla gula. Coracinus oculos frequenter mouet.
- 23 ¶ Cytharædus piscis est, qui a cauda ad verticem lineas habet instar neruorum musici instrumenti dissentans. Vnde nomen accepit. Frequens est in mari rubro.
- 24 ¶ Cetus piscis est maximus in Atlantico mari. Ambrosius. Virtute mitigauit mare. Disciplina Cetos strauit, Plynius lib. 32. scribit, Cetos sexcentorū pedū lōgitudinis, & trecētorū latitudinis

latitudinis intrasse in flumen Arabiæ, Sunt enim tantę magnitudinis, vt si aquis supernas  
rent, insulę videantur. Dicimus etiam cete in neutro genere & plurali numero. Statius li-  
bro primo Achill. Armigeri Tritones eunt, scopulosaque cete. Cetarij dicuntur maiorum  
piscium venditores.

¶ Cyprinus piscis est fluuitalis palatum habens carnosum pro lingua. 35

¶ Canna piscis est mollis carnis. Hyatulam Gaza conuertit. 26

¶ Cantharus piscis est Zelotypus, qui pro consorte ad internicionē cū suo genere pugnat. 27

¶ Cestrens piscis est, qui reliquis mutua deuoratione victitantibus solus ab aliorum carnis 28

bus abstinet, ideoque non capitur esca, sed in limum abdit sese, quo ibidē pascitur. Vbi ve-

ro in metu caput occultit, arbitratu totum corpus esse tutum. Nonnulli ferunt hunc piscē

¶ Cancrī pisces sunt multipedes & præpostere gradientes, vt Calentius in Croaco sequen 29

tibus verbis graphice describit.

Illis dena pedum vestigia, denaque in arcus!

Crura recuruantur, laterumque a margine ludunt,

Ambiguumque iter est, & deuius vsus eundi,

Inque humeris erecti oculi, cœruicibus vllis

Non hærent capita alta, latent sub pectore dentes,

Monstrum ingens, quo non aliud natura creat

Deterius, visuque horrendum & moribus audax,

A dextra læuaque gradum nituntur, & æquo

Per terras auidi atque vndas discrimine currunt;

Ecditu gemina minitantur forpice bellum,

Faucibus armati, & curua testudine tecti.

Reperiuntur in Phœnicia litorales cancri tantę velocitatis,

vt comprehendī nequeant.

¶ Cordille pisculi sunt, de quibus Martialis libro tertio. Ne nigram cito raptus in culinam 30

Cordillas madida tegas papyro.

¶ Canicula piscis est foetus suos, a partu natantes deuorans, vt eos ab omni iniuria tueas 31

tur.

¶ Coruus piscis marinus fuluus est, e stagno nigricans, Alga vescitur et bis parit in anno. 32

¶ Callionymus piscis habet multum fellis in dextro latere, in sinistro vero iecur. 33

¶ Charace piscis pinnas habet vtrinque maximas, Caudam auri fulgore purpureis disse 34

ctam lineis.

¶ Coeleę tam aquatiles quam terrestres exerunt se domicilio, binaque seu cornua protens 35

dunt, contrahuntque, Oculis carent, ideo corniculis prætentant iter.

¶ Clupea pisciculus est, qui venam quandam, in syluri faucibus mira cupidine appetens, 36

Sylurum ipsum morsu exanimat.

¶ Dactylus piscis est e genere concharum ab humanorum vnguium similitudine appella 37

tus, Remoto in tenebris lumine, alioj fulgore claret, lucet in ore mandentium, in manibus,

in solo & veste, decidentibus guttis, vt etiam natura illa videatur esse in succo, quem habet

in corpore.

¶ Delphini pisces sunt puerulorum amatores. Fœmina mulieris instar habet vbera, quib 38

bus copioso lacte mares pascit. Parui vna gregatim natant. Parentes foetus comitantur eti-

am adultos. Cito adolefcunt, Decem annis ad summam proueniunt magnitudinem, Agūt

vere coniugia. Pariunt catulos decimo mense, & æstiuo tempore. Viuunt annis triginta.

In terram quandoque erumpunt incerta de causa, & statim tellure tacta moriuntur. Lin-

guam habent contra naturam aquatiliam, mobilem, breuem & latam, non differentem

suillæ. Hominem amant, arte musica mulcentur. Pro voce gemitum edunt humano simi-

lem. Dorsum habent repandum, & rostrum simum, vnde & Simonis nomine gaudēt. Obs-

uiam nauigijs veniunt, alludunt etiam & quamuis plena prætereunt vela. Nullum est ani-

mal, quod celeritate non excellent. Paruos semper aliquis grandior natu comitatur, vt cus-

stos. Plynius ait visos esse, qui defunctum portarent ne laceraretur a beluis. Siquis eos

rum captus fuerit, ceteri adnatant, supplicantium specie captum reposcentes. Varia sunt

apud Plynium exempla de eorum amore in pueros. De delphinis Ouidius libro tertio

Metamorphoseos, Falcata nouissima cauda est Qualia dimidię sumantur cornua lunæ.

OFFICINA

- Vndique dant saltus, multaq; aspergine rorant, Emerguntq; iterum, redeuntq; sub equo-  
ra rursus, Inque choriludunt speciem lasciuaque iactant Corpora, & acceptum patulis ma-  
re naribus efflant.
- 39 **C** Draco marinus, caput & oculos habet ad similitudinem terrestris, reliquum corpus, vt  
cæteri pisces, Squamas habet præduras, aculeosque solo tactu venenum relinquentes, Ap-  
prehensus dextra manu renititur, Correptus vero læua obsequitur.
- 40 **E**cheneis pisciculus est, qui naues qualibet impetuoso vento concitatas, adhærens reti-  
net, Plynius, Est (inquit) paruus admodum piscis, petris affuer<sup>9</sup>, Echeneis appellatus, Hoc  
carinis adherente naues tardius ire creduntur, Inde Latini Remomoram vocant & remili-  
ginem, Lucanus libro sexto, Non puppi retinens Euro tendente rudentes, In medijs Eche-  
neis aquis, oculique draconum, Fertur hic piscis fluxum grauidarum vtero sistere, partus  
que ad puerperium continere.
- 41 **E**lops piscis inter raras delicias quondam habitus est, Alio nomine acipenser dicitur,  
Plynius commendat Elopem Rhodium, De Elope sic scribit Aelianus, Elopem quidam  
existimant esse, quem homerus piscem sacrum appellauit, inuentu rarum, nec nisi in mari  
Pamphylia, Captus trahitur magno acclamantium plausu.
- 42 **E**chini pisces habent pro pedibus spinas, Ingredi est his in orbem volui, Propterea des-  
tritis sæpe aculeis inueniuntur, Ora habent in medio corpore in terram versa, Oua amara  
numero quina, Sæuitiam maris præfagiunt, ac propterea correptis se<sup>9</sup> muniunt lapillis, & cal-  
culum arripiunt, ne fluctibus excutiantur, Oua habent plenilunijs hyeme, Frequentes sunt  
Echini apud Misenum promontorium, Horatius, Miseno oriuntur Echini, Captum Echi-  
num si concerperis in frustra, & in mare proieceris, paulopost partes conuenire ac reuulsi-  
scere aiunt.
- 43 **E**xocoetus piscis est in sicum somni causa exiens, Hunc habet Arcadia.
- 44 **E**ncraules pisces sunt minutissimi, albo colore præda cæterorum, qui turmatim conglo-  
batimque adeo feruntur, vt scapha aut remis vrgentibus dissociari ne queant.
- 45 **G**aleus piscis est, qui pastinacam piscem venenatum prosequitur, Authore Plynio.
- 46 **G**lanij pisces sunt, quorum frequentia Glanio Cumarum fluuio nomen imposuit.
- 47 **G**obio piscis est præstantis saporis, & parui nutrimenti, Albus præstat nigro, Laudatissi-  
mis olim mæsis adhibebatur, De hoc Iuuenalis Satyra vndecima, Nec cupias mulum, quã  
fit tibi Gobio tantum, Dicimus & Gobius, Mar, In venetis sint lauta licet conuiuia terris,  
Principium cœne Gobius esse solet, Gobiones arena gaudet, Gregatim degunt, vnde &  
inter pisces gregales numerantur.
- 48 **G**laucus piscis est, qui tanta in fobolem caritate teneri dicitur, vt paruos fœtus nunquã  
deserat, præstoque adfit eis contra noxia, In periculis solidos deuorat, deinde reuomit, Ari-  
stoteles eum ponit in genere ferratorum & carnivororum,
- 49 **G**rues pisces frequentes sunt in Corynthio pelago, magnitudine pedum, 15, Os & cerui-  
cem habent grui aliti similem, & squamas instar pennarum eius, Sunt graciles & proluxæ  
subtilissimeque natant, Fœminæ libidine accensæ maribus blandiuntur, eosque salientes nõ  
patiuntur, Hinc genitura in aquas decedente ex mari velut parente procreantur.
- 50 **G**arus piscis est, cuius fel recens & inueteratum vino auribus vtilissimum est, authore  
Plynio.
- 51 **G**erres pisces sunt vilissimi & falsi ex genere locustarum, Martialis libro tertio, Te que  
iuuant Gerres, & pelle Melandria cana.
- 52 **H**ippocampus piscis est, cuius ventrem si quis ex aceto & melle hauserit, contra canis ra-  
biosi morsum auxilium sentiet.
- 53 **H**irci pisces sunt in Cyrenaico & Sardoo mari oberrantes cum Delphinis, Mares alba  
vitta frontem habent redimitam, Fœminæ vero sunt cristatæ, vt galli gallinacci, Rapacissi-  
mi sunt, vt qui homines nauigiaque inuolent, Spiritu graui & vehementi, quo odore ve-  
lut instrumento ad cæterorum prædam vtuntur, Vitulos marinos insectantur maxime,  
quos proflatu perinde ac iaculo expugnant.
- 54 **H**igrophœnix piscis est in mari rubro, magnitudine lacertorum, ore semper hianti &ocu-  
lis viridantibus, zonis distinctus binis altera a branchijs ad caudam aurea, altera argentea  
medium corpus intercidente, Maculis deinde intercurrentibus cæruleis.
- 55 **I**ulides pisces sunt saxatiles, & morfu venenato.
- 56 **L**amperia piscis est a lambendis petris nomen adeptus.
- 57 **L**oligo piscis est, qui extra aquã sese efferens volitat, Caput habet inter pedes & vētrem,  
& cruorem

- & cruorem nigrum instar atramenti. Vnde Horatius. Hic nigre succus loliginis.
- ¶ Lutarię dicuntur testudines, quę in dulci aqua viuunt, Has Greci Emydas vocant. 58
- ¶ Lupus piscis marinus dicitur est a voracitate, & quod solus natet, Lenis est & mollis, Cę- 59  
ros marinos infectatur maxime, Habet nescio quem lapidem in capite. Fluuiialis potior  
est marino. Pręstantissimi saporis capitur in Tyberi fluuiio inter duos pontes, auctore Ply-  
nio. De hoc martialis libro nono. Appetitur posito vilis oliua lupo, auctore Euganei  
lupus excipit ora Timai, Aequoreo dulces cum sale pastus aquas. Hic piscis rete circun-  
datus arenas arat cauda, atque ita conditus euadit. Quum hę sit in hamo, tumultuoso dis-  
cursu laxat vulnera donec excidant insidia. Lupus & Mugil mutuo flagrant odio. Plynio  
ait Luporum laudatissimos esse, qui appellantur Lanati, a candore molliciaque carnis.
- ¶ Lucerna piscis est, qui lingua ignea per os exerta serenis noctibus lucet, eodem Plynio 60  
teste.
- ¶ Lagnis piscis est fobolis amantissimus. Nam vbi scemina enixa est, mas curat commu- 61  
nes foetus, tutaturque ab insidijs, atque etiam hamum deuorat. Similis est prope Siluro.  
Frequens reperitur apud Meandrum & Lycum Asiae, itemque apud Strymonem Euro-  
pe fluuios.
- ¶ Lepus marinus gignitur in limo vna cum Aphyis, quibuscum aliquando capitur. In 62  
magno mari reperitur omnia similis terrestri pręter villos, quos aculeatos & erectos ha-  
bet. Natat in summa aqua. Velocissimus est, ac propterea difficilis captu, nec vnquam ad  
nallas aut hamos accedit, Siquis eum attigerit aut manu aut baculo (dum in morbo est) ani-  
mi defectum incurret.
- ¶ Leo piscis tegitur concha. Carabo similis, pręterquam quod gracilior est. Eius brachia 63  
canceris similia sunt.
- ¶ Locustę pisces sunt polypis inimici & murenis, qui obliquis cornibus procedunt in mes- 64  
tu. Gignuntur in limo sed diuerso. In cœnoso Ostrea, in arenoso conchę. Incolę Calij mō-  
tis contra terrestres Locustas louis auxilium implorāt. Thesali Illyrij, & Lennij ab his etiā  
infestantur. Magnęij & Ephesij ordine militari in eas procedunt. In mari Indico Locustę  
aquatiles quaterna implent cubita. Sunt in India ternum pedum longitudinis, cruribus &  
femoribus ferrarum vsu præbentes, quum inaruerunt.
- ¶ Lucius piscis est denticulatus. De quo Aufonius. Lucius obscuras vlua cœnoque lacu- 65  
nas Obsidet.
- ¶ Labrax piscis est lato oris rictu, qui escam totam vna cum cre faucibus corripit, atque ob 66  
id facile capitur. Pręgrandes autem Labraces apud Miletum Asiae ciuitatem esse dicitur.  
Vnde adagium. Labrax Milesius. In auidum & voracem.
- ¶ Mugil piscis est capitosus, orni nium (qui squamis integuntur) velocissimus, adeo vt tran- 67  
uersa nauigia interim supernatet. Ridetur eius natura, quod abscondito in metu capite, tot-  
tum se occultari putet. Coitus tempore, marem lineę alligatum & in mare proiectum femi-  
ne sequuntur ad litus, & mares foeminam partus tempore. Bellum habent Mugiles cum  
lupis. Sciunt esse in esca hamum, insidiasque non ignorant. Auiditas tamē tanta est, vt cau-  
da verberando excutiant cibos. De mugile Lippius Collensis. Quum caput est tectū cre-  
do mea membra latere, Per Venerem prædā foemina virque fumes.
- ¶ Murena piscis est longitudine anguillę. Parit quocumque tempore, eiusque oua citissimę 68  
me crescunt. Vocantur a latinis flurę, quod in superficie aquarum fluant, & supernatent.  
Quum in summis aquis apricantur, sole torrefactę amplius se curuare aut aquis mergere  
nequeunt. Vnde Martialis. Quę natat in Siculo grandis Murena p̄fundo. Non valet exu-  
stam mergere sole cutem. Fuit olim Murena in tantis delicijs, vt nomen Liciniorum fami-  
lię dederit teste Varrone, & mortua desleta sit in piscina, & alia inaures ab Antonia Drusi  
meruerit. Principatum obtinet in Sicilia, vbi præ pinguedine in summum pelagus erum-  
pit. Habet etiam delicatam vrbs Hispanię Thartessus nomine, adeo vt inter cibos electis-  
les numerata sit auctore Gellio. Murenis infestissima est ferularum natura, hamum deuo-  
rant, admouentque dentibus lineas atque ita erodunt. Licinius Mæcer apud Plynium ait  
eas foeminei tantum sexus esse, & concipere e serpētibus, & ob id sibi a piscatoribus euo-  
cari. Animam habent in cauda, qua percussā examinantur, verum ictu capitis raro. Laudā-  
tur inter saxatiles. Congros odio prosequuntur.
- ¶ Murex piscis est marinus ex genere concharū, qui & conchylitum dicitur. Ply. Cōchy- 69  
lia & purpuras omnes ore atterit. Ex ei<sup>9</sup> humore fit color purpureus, Vnde et p̄ purpura  
y ij lolet accipi;

OFFICINA

- folet accipi. Horatius. Te bis afro murice tincte vestiunt lanæ. Frequens est hic piscis & nobilis apud Tyrum, ubi vsus purpuræ præbet. Virgilius libro quarto. Aeneidos. Tyrioque ardebat murice læna. Muricum cinis cum oleo tumores tollit, & mammas cum melle effica ceter sanat. Latent circa canis ortum tricenis diebus. Congregantur verno tempore purpurarum instar, mutuoque attritu lentorem cuiusdem caræ saluant. Pariunt vere. De murice Martialis. Sanguine de nostro tinctas ingratae Lacernas induis, & non est hoc fatis, effca fumus. Horatius. Murice Bajano potior lucrina Peloris.
- 70 ¶ **Mustella** piscis est Murene similis, cui secundas in delicijs partes nonnulli tribuunt. Sunt qui Hyrudinem eam vocant a similitudine palustris Hyrudinis, quæ sanguinem fuggit.
- 71 ¶ **Mullus** piscis ter anno parit. Maritimum voracissimus est. Alga vescitur & humano cadauere. Moriens apparet verficolor, cum multiplici squamarum rubentium mutatione. Binas libras maximus non excedit. Geminam habet barbam in labro inferiore. Hinc barbati nulli dicuntur a Cicerone libro ad Atticum secundo, ubi ait. Nostri autem principes digito se coelum putant attingere, si nulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant. Volaterranus putat mullum cum esse, quem hodie barbum dicimus. De Mullo Martialis libro secundo. Mullum dimidium lupumque totum. Idem. Spirat in adueto, sed iam piger æquore nullus. Languescit, viuum da mare, fortis erit. Fenestella ait Mullum accepisse nomen a colore molliorum calciamentorum. Quum expirat, verficolori squamarum mutatione nitescit. Asinius Celer tempore Claudij mullum octo millibus nummum emit. Mullus septentrionalis gignit Oceanus & pars occidentis proxima.
- 72 ¶ **Myrus** piscis est seu serpens maximus, cui si eruatur oculus, frontique hominis appendatur, ophthalmiam dicitur sanare. pisci vero renasci. Ferunt præterea altero eum capi lumine, qui viuentem non dimiserit. Plynus & Gaza oculatam eum vocant. Volaterranus putat eundem esse cum Lampreda.
- 73 ¶ **Meryx** piscis est, qui ruminare dicitur.
- 74 ¶ **Melanuri** pisces sunt omnium timidissimi. Nam tranquillo coelo & mari ima pelagi petunt, seque petris multa obductos alga condunt. Per brumam vero quum cæteros viderit pisces vndis agitados & ventis profundum petere, illi tunc confidentes superiora repetit, iuxtaque litus spuma tempestatis operti feruntur ad ora piscatorum incogniti. Vescuntur obuijs quibuscunque. Ad hamum non accedunt, capiuntur sagena.
- ¶ **Mena** piscis est colorem mutans, nam hyemali tempore candidus est, æstiuo niger. De hoc Perius saty. 3. Menaque quod prima nondum defecerit orca.
- 75 ¶ **Mus araneus** piscis est, qui visa orbita currus, statim vti pedicis impeditus capitur.
- 76 ¶ **Mures marini** exeunt in terram. Oua pariunt, quæ obruunt terra, ac demum trigesima die refodiunt, & fetus ad aquas ducunt.
- 77 ¶ **Musculus** piscis est, qui iter Balenæ, oculis eius pondere superciliorum obtusis, prænatans dirigit, oculorumque vice fungitur. Frequens est hic piscis in Symphali Arcadia.
- 78 ¶ **Merula** piscis pluribus sceminis sui generis congregitur, easque in recessu petrarum abditas tanquam in thalamis secum continet. Zelotypus esse dicitur. Puerperium & mas curat, assistendo cibumque foete ministrando.
- 79 ¶ **Margari** pisces sunt rotunda specie, qui gregatim natant, regem sectantes more apum. Quo capto cæteri attoniti capiuntur facillime in mari rubro in locis prominentibus ac portuosis. Condunturque in dolijs balsamentarijs, donec exsiccata carne durecant in lapidem aurei coloris. Reperiuntur in Indico & Britannico Oceano. In terra non inueniuntur nisi fossiles & adulterini.
- 88 ¶ **Melandria** piscis est cæcis quernis assulis simillima.
- 81 ¶ **Miluago** piscis est, quæ quoties cernitur extra aquam volitans, tempestates mutari Trebius niger apud Plynium auctor est.
- 82 ¶ **Myrinum** Aristoteles ait esse murene marem, qui generat, sed tamen hoc differre, quod murena varia & infirma sit, Myrinus vnicolor & robustus, dentes que extra os habeat.
- 83 ¶ **Mytilus** piscis est in arenosis sponte proueniens. Nullius est saporis, sed crassitudinis giuarum, sordidisque vlceribus medetur. Martialis libro tertio. Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino. Sumitur inciso Mytilus ore mihi.
- 84 ¶ **Minuta** piscis est maximus, quem Apitius addito liquamine, oleo & vino condiebat. De hoc Martialis. Hinc exit varium coquo minuta.
- 85 ¶ **Narica** piscis est minutulus, qui a nando nomen absumpsit. Plautus apud festum. Naricam bonam atque Canitam,



- Nautillus** alius piscis, dictus quod nauigantis effigiem habeat. A quibusdam Pompilus 86  
 dicitur.
- Ostrea** seu **Ostree** pisces sunt operi concha, qui non vulgarem in cibis gratiam habent. 87  
 Sergius Orata optimum saporem Lucrinis adiudicauit, quæ etiam commendat. Martialis,  
 Ebrria Baiano veni modo concha lucrino. Horatius. Non me Lucrina iuuerit Conchylia,  
 Gerardasca stagnum est agri volaterrani optimis Ostreis refertum. Horatius commendat  
 que Circeis nascuntur, vbi ait. Ostrea Circeis, Miseno oriuntur Echini. Omnium ostrea  
 est Plynius.
- Orca** piscis est magnitudinis miræ infestus balenis. Plynius scribit Orca reflatu depreſ  
 sum quãdoq; nauigium fuisse & immerſum in oculis suis, quam in Ostienſi portu debella 88  
 uerit Claudius imperator.
- Orphus** piscis est oblongus anguillæ similis. 89
- Orcynus** piscis est, qui mira sagacitate hamum vi deorsum trahit, vt sese illidat petris, & 90  
 absoluat laqueo, aut laxato vulnere profiliat.
- Orchis** piscis est rotundus & sine squamis, totusque capite constans, & omnium durissis 91  
 mus, auctore Plynio.
- Oxyringus** os habet prelongum in modum rostri, oculos fulgentes, alba supercilia, dorſ 92  
 sum viridans, pennas priores nigras, reliquas albas, caudam prelongam & viridem, quam  
 aurea linea mediam discriminat. Colitur ab Aegyptijs vt Cercodilus.
- Otia** pisces aurem habent ventri coniunctam, 93
- Pectunculus** piscis est de genere mollium, extra aquam sese efferens sagittæ modo. Pe 94  
 ctunculus Chius inter cibos electiles numeratur a Gellio. Laudatissimi pectines reperiuntur  
 Mytilenis teste Plynio, & Taræti dicente Horatio. Pectinibus patulis iactat se molle Ta  
 rentum. Mobiles sunt pectines, adeo vt plerunq; retibus exiliant & pene putentur volare.
- Pelamides** appellantur thynni, quum annum tempus exceſſerunt. Morantur in luto. 95  
 Iuuenalis Satyra. 7. Quod vocis precium, succus Petaſunculus & vas Pelamidum, Horu  
 piscium copiam habent Alyzones populi, Reperiuntur & in angustijs Byzantijs.
- Peloris** piscis est de genere concharum, dictus a Peloro promotorio, vbi scateret, Horati<sup>o</sup>. 96  
 Murice baiano potior lucrina Peloris, Pelorides Ply. teste emolliunt aluum.
- Phyſeter** piscis est marinus inusitata magnitudine, de quo Rufus in Arati Phænomeno 97  
 ne. Delphinos virides, & Phyſeteras anhelos. Hos Plynius inter beluas marinas repos  
 nit.
- Phocæ** pisces sunt, qui & mugitu boues marini dicuntur. Virgilius libro quarto. Geor. 98  
 Erturpes pascit sub gurgite Phocas, Ouidius libro primo Metamor. Nunc ibi deformes  
 ponunt sua corpora Phocæ. Hic piscis corio & pilis tegitur, Parit in terra pecudum more,  
 & coit instar canum. In somno mugit, vnde & vituli meruit nomen. Spirat & dormit in  
 terra.
- Polypus** piscis est de genere mollium, a pedum multitudine nomen adeptus. Fraudulen 99  
 tus est & colorem mutat. Itaque petris adhærens plurimos pisces prædonem non agnoſcē  
 tes cassibus furtiuæ artis includit. Reddit enim colorem petrarum, in quibus delitet. Tãta  
 est in eo voracitas, vt nec a suo quidem genere abstineat. Carabũ piscem expauescit adeo  
 vt coniectus in retia vbi ille fuerit, quandoque captus statim exanimetur. Aestiuo tẽpore  
 viſi sunt Polypi exire in agros, maritimasq; arbores fructuum auiditate scandere. Tanta  
 est salacitate, vt effæto corpore nulla sit ei aut natandi, aut prædam affectandi facultas. Fœ  
 mine breuior est vita, & facilius capitur. Rapaces sunt eius pedes. Vnde natum prouerbis  
 um de hominibus furacibus, apud Plautum, Polypi sunt, quicquid attigerunt, tenent. Item  
 aliud. Polypi mentem habet. In hominem, qui moribus est versatilibus. Est etiam Polypus  
 narium morbus. Martialis libro duodecimo. Nasutum volo, nolo Polyposum, 100  
 Pristis piscis est marinus angusti corporis & longissimi. Dicitur autem Pristis ab vndarũ  
 scitione. Scindunt enim fluctus mirum in modum propter tenuitatem. Pristin Græci se  
 ctionem vocant. Plynius scribit Pristes esse in mari Indico, 200. cubitorum.
- Pstita** piscis est, quem nonnulli passerem dicunt Aristoteles. Torpedo occulit sese & pas 101  
 stinaca, & asellus, & rana, & pstita, & squatina.
- Pastinaca** piscis est quandoq; natans, interdum etiam volitans. Rostrum habet præacu 102  
 tum & venenatum, & cui nullum fere sit remediũ. Pastinacæ iecur decoctum in oleo pruri  
 tum & scabiem non hominum modo sed & quadrupedũ efficacissime sedat. Eiusdem ras  
 dius adalligatus vmbilico faciles partus facit. Pinnas non habet, Latrocinatur ex occulto  
 y iij transeuntes

OFFICINA

transeuntes radio, quod telum est ei figens. Argumentum magne in hoc pisce follertie est quod quum sit piscium tardissimus, mugilem omnium velocissimum in ventre habere quoad doque reperitur. Contra suum ictum remedio est cinere suo ex aceto illito.

- 103 **Phagus** nomen est piscis anguille similis & saxatilis.
- 124 **Pauo** piscis est varij coloris, rubentibus lineis, e genere ferratorum & solitariorum.
- 105 **Pholis** piscis est de genere Rhomborū, qui mucore suo spumaq; cubile sibi substernit.
- 106 **Phuca** pisciculus solus piscium in alga nidificat.
- 107 **Pediculus** piscis est parafytus Delphini. Eius enim prædam & escam sectatur, quam libenter impertit, propterea pediculi pingues sunt & obesi.
- 108 **Porcum** Græci Astragoriscum vocant. Quum capitur, more porcorum gruit. Appion apud Plynium maximum piscium esse tradit.
- 109 **Pardalis** piscis est similis terrestris, colore & maculis.
- 110 **Phyalus** piscis est colore smaragdi, venenatus. Qui si capiatur, more pilæ aut vesicæ intumescit.
- 111 **Phari** pisces sunt quos venerantur, qui Syenem incolunt.
- 112 **Paguri** pisces integuntur crusta. More serpentum senium exuunt, renouata crusta. Vocantur a Palladio Cancrī marini.
- 113 **Purpura** (quam aliqui Porphyram vocant) conchyliorum voracissima est. Linguam habet prelongam semperq; vibrantem, per quam potitur præda, quam affectatur. Eius cruori maxima dignatio in tingendis lanis, præcipue si lapidis ictu cedatur. Purpurarum quedam augmentum insigni magnitudine, vt que ad Sigæum & lectum Idæ promontoria gignuntur. Alię parvæ sunt, vt in Eurippo & Caria. Marine magnæ sunt & scabra. Capiuntur tempore verno, quum fauos extruunt, Flos inde extrahitur specie membranæ candicans, qui contritus manū inficit. Purpuræ viuunt annis septenis. Latent sicut murices contra canis ortum tricenis diebus. Congregantur verno tempore, mutuoque attritu lentore cuiusdam caræ saluant. Succum (quo tinguntur lanæ) euomunt cum vita. Propterea piscatores vias capere contendunt. Capiuntur paruulis rarisque conchis, textu veluti nallis in alto tactis. Inest his esca, quam appetunt purpuræ, porrectisque linguis infestant. At ille aculeo exstimulata claudunt sese, comprimuntque mordentes, ita pendentis auiditate sua purpuræ tolluntur.
- 114 **Pompilus** concha munitur, quam connexam turbato mari natado gerit, ne fluctibus operpleta testa deprimatur. Tranquillo resupinat carinæ modo, acetalibus vtrinque pro remis vtens, & cartilaginem (quam in medio retinet) pro velis pandens. Si quando metus beluarum inuadentium ingruit, repleta concha sub vndis sese demittens latitat. Rursus vitato periculo resilit. Profunda petit ceu terram oderit. Adnatat nauibus cum alijs sue speciei, affultansque circa conglobatur. Eadem est fere nauili natura.
- 115 **Pinna** immobilis in heret faxis, custodemque habet Pinnotherem, quo quum priatur, statim perit. Hic ei dapes suggerit, piscesque in prædam deducit. Plynium vbi de Cancris loquitur, Pinnotheres (inquit) vocatur minimus ex omni genere, ideo opportunus iniurię. Huic follertia inanibus ostrearum testis se condere, & cum accreuerit, migrare in capaciore.
- 116 **Perna** piscis est ex concharum genere frequens circa Pontias insulas. Stant autem Perne veluti suillo crure longo in arena defixæ, hiantesq; qua limpitudo est pedali non minus spacio. Cibum venantur, dentes in circuitu marginum habent peccinatim spissatos. Intus pro spondylo grandis caro est. Authore Plynio lib. 32.
- 117 **Platanistæ** rostrum habent & caudam Delphini. Reperiuntur in Gange India magnitudine, 15 cubitorum.
- 118 **Pulmones** marini in pelago dierum hyemen portendunt. Montium item sonitus nemo rumque mugitus prædicunt. Eorum cineres adalligati profluuiā purgant. Pulmonibus si confricetur lignum, ardere videtur, adeo vt faculam ita præluceat.
- 119 **Passer** planus est, nomen traxit a passere auicula. Optimus in cibis iudicatur. Passer & Rhombus situ tantum corporum differunt. Dexter resupinatus est illis, Passeri leuis.
- 120 **Rhombus** piscis est planus, in delicijs quondam habitus. Laudatissimus fuit Raennæ. De hoc Martialis. Quamuis lata gerat patella Rhombum. Rhombus latior est tamen patella. Commendatur etiam Adriaticus. Iuuenalis satyra quarta. Incidit Adriaci spaciū ad mirabile Rhombi. Est etiam Rhombus instrumentum incantatorum, quo fila torquebantur, vt apud Martialem lib. 9. Que nunc Thefalico lunam deducere Rhombo.

Rana piscis



OFFICINA

- Lippus Collensis, Salpa obſcœnus ego dicor, nec decoquor vnquam ni ferula cedens vera multa dabis.
- 132 ¶ Sola plana eſt & lata, numeratur inter cibos lautiores, Lyeni impoſita medetur.
- 133 ¶ Stella inſidiatur conchylis, Eius natura tanti eſt feruoris, vt omnia contacta adurat, Paruam intus habet carnem, extra vero eſt duriore callo, Omnem peragit & concoquit cibũ. Aiunt mala medicamenta nocere non poſſe Stella marinã vulpino languine illita, & affixa limini ſuperiori, aut clauo aereo ianue.
- 134 ¶ Scolopendra quam Gaza centipedem vertit, terreſtri ferẽ ſimilis eſt, Si quis eam attigerit, excitabitur eiſ; pruritus, perinde ac ſi contigiſſet vrticam, Viſa ſunt inuſitata magnitudine, capite caudaq; extantibus per vndas in modum triremium ferri, vtentes pro remigio pedibus ſublatis, equos habent plurimos, Theophraſtus apud Plynium ſcribit, Otrerie res populos a Scolopendris deletos, Porro Scolopendræ hamo deuorato, omnia intranea euomunt, donec hamum egerant, deinde reſorbent.
- 135 ¶ Scorpius ſiccioris eſt carnis, bis anno parit, alga veſcitur, Varius eſt, Iceſius medicus dixit ſtagnorum Scorpios nigrantes eſſe, marinos vero fuluos, Similitudinem habet cum Scorpe, na, licet Ariſtoteles diſcrimen ponat.
- ¶ Squilla piſcis eſt adherens pinne in Lyri fluuio frequentiffimus, Vnde Martia, Ceruleus nos Lyris amat, quem ſylua maricę Protegit, hinc ſquille maxima turba ſumus, De hoc etiam Hora, Affertur Squilla inter murena natates, In patina porrecta, Et Ply. lib. 2. Epiff. Mare non ſane precioliſ piſcibus abundat, ſoleas tamen & ſquillas optimas egerit, Iuuenalis ſaty. 5. Aſpice q; longo diſtinguat pectore lancem, Quę fertur domino ſquilla.
- 136 ¶ Simia piſcis, ore, & colore ſimilis eſt terreſtri, dorſo teſtudineo, fuluis circa collum maculis, Pinnas autium modo pandit, volanti ſimilis.
- 137 ¶ Sagittarius Echini ſpecie, oculos habet ſolidos & prolixos.
- 138 ¶ Spongiarum triplex eſt genus, Spiſſe, rare, aſpere, Omnes ad ſaxa naſcuntur, aut iuxta littus, Lutoq; aluntur, Nam capte, limo reſerte omnes cernuntur, Imbecilliores ſunt ſpiſſe q; rare quod minus alte adherent, Spongie molliffime ſunt circa Lyciam, In hellesponto aſpere, denſe circa Maleam, Aluntur etiam conchis & piſcibus, Intellectum in eſſe his appareret, quia vbi auulſore ſenſere contracte multo difficilium extrahuntur, Quod etiam fluctu pullante faciunt, Viunt eſca, quia minute in his conchæ reperte ſunt, Putreſcunt in apricis locis, Ideoq; optie ſunt in gurgitibus viuentibus, Fiſtulas habent quaſdã p quas paſci exiſtunt, Viunt loto tẽpore, Peſſimũ gen<sup>9</sup> eſt earũ, q; Aplyſie vocatur, quia erui nõ poſſit.
- 139 ¶ Strombi e genere concharum, regem habent, quem ſequuntur, quocumque conceſſerit, Hunc capienti aut aſpicienti, bonum omẽ portendi dicunt, Apud Bizantios Attica drachma propoſita eſt illum expiſcantibus.
- 140 ¶ Squatina de genere planorum, cutem habet rigidam, qua propter aſperitatem ligna & eburnea poliuntur, Numeratur inter Carthilaginea.
- 141 ¶ Sparulus piſcis eſt exiguus & viliffimus, Martialis, Res tibi cum Rhombo eſt, at mihi cum Sparulo.
- 142 ¶ Thymallus piſcis eſt precioliſ, de quo Ambroſius, Neque te (inquit) in honoratum noſtra perſecutione Thymalle dimittam, cui a flore nomen inoleuit, ſeu Ticini vada te fluminis, ſeu ameni Athetiſ vmbra nutrierit, ſos es, Quid ſpecie tua gratius? quid ſua uitate iucundius? quid odore fragrantius? Quod mella fragrant, hoc tu corpore tuo ſpiras, Cubitalis eſt eius magnitudo, Medius eſt inter Lupum & Cephalum, Naribus admotus, herbam vnde cognominatur, ſpirat, ad hamum non accedit.
- 143 ¶ Torſio ſimilis eſt Delphino pter q; roſtro, Diſtat & triftitia aſpect<sup>9</sup>, Ab eſt enĩ illa laſciua maxime, Tamẽ roſtris canicularũ maleficẽtia aſſimulatus, Hũc gignit mare Põticum.
- 144 ¶ Trochus eſt ingens corpore, ceruice & ſpina prominentibus, vt ſupra vndas conſpicitur, Seipſum init, Quare Theodoruſ Gaza eum maſculo foemina vertit.
- 145 ¶ Triſſa, laudatiſſimã reperiuntur in Tyberi, Eas hodie vocari Romã Lacias, Florentiã Chepias, Neapoli Aloſas tradit Volaterranus, In Aegypto circa Mororũ ſtagnum Triſſas ſtebilibus numeris & melodijs eſcẽ vice deceptas expiſcantur.
- 146 ¶ Trocta piſcis eſt voraciſſimus, Dentes habet continuos, Captus hami lineam præcidit, Stipatus multis ſuã ſpecie piſcibus Delphino congreditur & depugnat.
- 147 ¶ Thynnus piſcis eſt altero captus oculo, Quare natando partẽ (qua videt) terram verſus applicat, Hinc adagiũ, Thynni more videre, quũ quis oblique aſpicit, Vbi bruma depræhenditur Thynnus, hibernat ſibi dẽ, Mox vere pcedente, multi vna exiit i põtũ Euxinũ, ac maiores ſoli præũt, ceteri gregatũ veluti pecudes ſubſequũtur cõnexis iter ſe corporib<sup>9</sup> vt mutua

vt mutua iuuentur vmbra, contra solis æstus. Strabo ait Thynnos mire magnitudinis esse in Hispania, quos glande vesci prodit. Membratim caesi ceruice & abdomine commendantur edulio receti, cætera asseruatur sale. Præcipua (inquit Plynius) magnitudine Thynnini inuenimus talæta quindecim pependisse. Eiusdem caudæ latitudinem duo cubita & pal mum. Thynnorum captura est a Vergiliarū exortu ad Arcturi occasum. Reliquo tēpore latent in gurgitibus imis, nisi tempore aliquo euocati aut plenilunijs. Pinguescunt intantum, vt dehiscant. Non excedunt biennium. Thynnoscopos Budæus vocat homines e litore Thynnos speculari solitos, qui latine Thynnarij dicuntur.

Trichias nonnulli Sardas vocant. Istrum subeuntes non remeant, Plynius. Intransium 148 (inquit) pontum, soli non remeant Trichia.

Tritonem Romæ se vidisse Pausanias dicit, colore ranarū palustrium, squamoso corpore, branchijs sub auribus, naso & ore humanis, dentibus firmis, oculis glaucis, manibus digitisque similibus concharum testis, cauda sub aluum vice pedum, vt Delphini.

Reperiuntur testudines marinæ, & quæ in aquis dulcibus viuunt, quas Lutarias appellamus. Testudo oua gignit in terra, quibus arena obrutis statim ad mare redit. Mox diebus sexaginta peractis iterū ad oua reuertitur, quæ arena refossa vt iam animata comperit, paulatim deducit in pelagus. Reperiuntur in India, quarum conuexum scaphæ magnitudinē æquat. Et in Taprobane insula vsu lecti domibus ligneis præbent. Chelonophagi populi testudinum superficie casas integunt & carne vescuntur. Troglodyte cornigeras habent, quarum cornibus in natando, remigio se adiuant.

Torpedinem si quis attigerit, morbo afficietur, a quo illa suum nomen traxit. Quo etiam modo pisces in prædam agit. Occultat enim se limo, & supra natantes facit torpere, quos emergens deuorat.

Trigla piscis est, qui a nostris Mullus & Barbo dicitur.

Voligo piscis est a volando nominatus. Aliter dicitur Loligo.

Vitulus marinus, qui & Phoca dicitur, animal est amphibium, tam in aquis quam in terra degens. Fœtus parit in terra, paulatimque ad vndas assuefacit, sed non ante duodecimū diem. Breuissimus est a partu, postea tum euadit maximus, albus ventre, & dentibus fren dens. Ipse imbellis & animo cædener, non tantum viribus quam vastitati corporis fidit. Vescitur piscibus & humano cadauere. Vnde & piscantibus struit insidias. Pedes habet a scapulis manibus firmes modo vrsæ, pedesque posteriores quinis discretos digitis. Nunquam percutitur fulmine. Nullū animal grauiore premitur somno. Vnde Martialis. Dor mitis nimium glires, vitulique marini. Iuba apud Plynium tradit vitulos marinos ternas heminas capere. Mitescunt interdum. Pilo vestiuntur. Canum modo cohærent. Nunquā plures geminis pariunt. Educantur mammis fœtum, Interficiuntur difficulter, nisi capite eliso. In somno mugiunt. Tenent disciplinam, voceque pariter & visu populum salutant. Pin nis quibus in mari vtuntur, humi quoque vice pedum serpunt. Aiunt dextris eorum pen nis vim soporiferā inesse, somnosque allicere subditas capiti. Eis oculi in mille colores transseunt sicut hyenæ.

Vertibulum piscis dicitur a teste duricie, adhæret suæ teste, qua contegitur, habet duo foramina exigua, quibus humorem recipit & reddit.

Vrtica adhæret faxis. Manum in fame depascitur, vt Polypus. Ora in medio corpore continet. & de medio saxo quasi de testa viuunt. Adnatantes circa assultantesque pisciculos corripit. Noctu vagatur, noctuque mutatur. Vescitur carne. Vim habet pruritu mordacem vt terrestris vrtica. Frondis est carnosæ. Noctu peccines & Echinos perquirunt. Dum ad motam sibi manum sentit, colorem mutat & contrahitur. Tacta vredinem mittit, paulumque si fuerit interualli, absconditur. Ora ei in radices esse traduntur. Excrementa per summa tenti fistula reddit.

Vua marina in vino putrefacta ijs qui inde biberint, tedium vino affert.

Non reperiret finem hæc historia, nec etiam vires & ingenium sufficerent, si singulorum naturas verbis consequi vellem. Nam præter fluuiatiles pisces, Plynius ponit. 76. genera animalium in mari viuentium. Multos dedit opera omisimus, quorum hæc sunt nomina, Nereides, Elephanti Rotæ, Dromones, Cornute, Gladij, ferre, hippotami, Perce, aselli, alopeca, box, batis, banchus, balanus, vranoscopus, cynædi, chametrachea, glyciamerides, colycia, Pentadactylides, bales, echinophore, cucumis, Cynopus, Cynodexia, Erythinus, hippus, hippurus, halipleurus, mena, merix, mormylus, Mystocætus, Ophidion, Ostria, Phitarus, tyndarides, percides, Rhina, Sargrus, Scylla, purus, Scorpena, sciadeus, sciæna, Smyrus, seepini, smarides, Tornus, Thurianus, thessa, Tethea, vrene, bopgyrus, Orphus, Rhacinus, mormyra,

OFFICINA

cinus, mormyra, Teragus, Labrus, epoda, Channe ex seipſa concipiens, Glaucus æſtate  
nuquam apparens, Pomphilus ſemper nauigiorum curlus comitans, Chironus in aquis  
nidificans, & alia prope infinita huiusmodi nomina.

Argumenta ab impoſſibili ex diuerſis poet  
Virgilius Aecloga prima.



Nte leues ergo paſcentur in æthere cerui,  
Et freta deſtuent nudos in littore piſces,  
Ante pererratis amborum finibus exul  
Aut Ararim parthus bibet, aut Germania  
Tygrim.

Idem Aecloga octaua.

Iungentur iam Gryphes equis, quoque ſequenti  
Cum canibus timidi venient ad pocula damae.

Idem in Battarum

Ante lupos rapiunt hædi, vituli ante leones,  
Delphini fugient piſces, aquilæ ante columbas,  
Et conuerſa retro rerum diſcordia gliſcet.

Idem ibidem.

Pallida ſtaueſcant æſtu ſitientia prata,  
Immatura cadant ramis pendentia mala,  
Deſint & ſyluis frondes, & fontibus humor.

Idem ibidem.

Fleſcite currentes lymphas vaga flumina retro,  
Fleſcite & aduerſis rurfum diſfundite campis.  
Incurrant amnes paſſim remeantibus vndis.

Idem ibidem.

Dulcia amara prius fient, & mollia dura,  
Candida nigra oculi cernent, & dextera læua,  
Migrabunt caſus aliena in corpora rerum.

Ouidius libro. 15. Meta.

Ante retro Simois fluct, & ſine frondibus Ide  
Stabit, & auxilium promittet Achaia Troia.

Idem lib. 14.

Prius inquit in æquora frondes  
Glaucus & in ſummis naſcentur montibus algæ.

Idem lib. 15.

Deſinet ante dies, & in alto Phœbus anhelos  
Aequore tinget equos.

Idem libro primo de ponto.

Nam prius incipient turres vitare columbe,  
Antra ferae, pecudes gramina, mergus aquas.

Idem lib. 12. de ponto.

Longa dies citior brumali tempore, noxque  
Tardior hiberna ſolſtitialis erit.  
Nec Babylon eſtum, nec frigora pontus habebit,  
Calthaque Peſtanas vincet odore roſas.

Quam tibi noſtrarum veniant obliuia rerum.

Idem in eodem.

Cinyphie ſegetis citius numerabis ariſtas,  
Altaque quam multis floreat hybla thymis.  
Et quot aues motis nitantur in aere pennis,  
Quotque natent piſces æquore, certus eris.

Idem in eodem.

Nam caput e noſtra citius ceruice recedet,  
Et patiar foſſis lumen abire genis.

Idem in eodem.

Nominis ante

Nominis ante mei venient obliuia nobis.  
Idem lib. 4. de ponto.

Nam prius vmbrosa carituros arbore montes,  
Et freta veliuolas non habitura rates,  
Fluminaque in fontes cursu reditura lupino,  
Gratia quam meriti possit abire tui,  
Idem in eodem.

Et prius hinc nobis nimum contermimus Ister,  
In caput Euxino de mare vertet iter,  
Vtque Thyesteę redeant si tempora mensę,  
Solis ad Eoas currus agetur aquas.  
Idem in eodem.

Sed prius huic desint & bellum & frigora terrę,  
Inuisus nobis quę duo pontus habet,  
Et tepidus Boreas, & sit prefrigidus Ister,  
Idem in epistola.  
Oenones ad Paridem.

Ad fontem Xanthi versa recurret aqua,  
Idem in epistola Helenę.

Terra precor vultus obruat ante meos,  
Idem lib. 1. Elegiarum.

Ante vela membris diuidar ipse meis.  
Idem libro primo de arte.

Vere prius volucres taceant aestate cicadę,  
Manalius lepori det sua terga canis.  
Idem in Ibin.

Definet esse prius contrarius ignibus humor,  
Iunctaque cum Luna lumina solis erunt,  
Parsque eadem cęli Zephyros emittet & Euros,  
Et tepidus gelido flabit ab axe nothus.

Et noua fraterno veniet concordia fumo,  
Quam vetus accensa separat ira pyra,  
Et ver Autumnno, Brumę miscebitur ęstas,  
Atque eadem regio vesper & ortus erit.  
Idem lib. 1. Tristium.

Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras  
Ibit, & in tepido deferet ossa rogo.  
Idem lib. 4. Tristium.

Vere prius flores, æstu numerabis aristas,  
Poma per Autumnnum, frigoribusque niues.  
Idem lib. 5. Tristium.

Cana prius gelido desint absinthia ponto.  
Et careat dulci Trinacris Hybla thymo,  
Immensem quam te quisquam contineat amici.  
Lucanus libro primo.

Omnia mixtis  
Sydera syderibus concurrent ignea pontum  
Astra petent, tellus, extendere littora nollet,  
Excutietque fretum. Fratri contraria Phœbe  
Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem  
Indignata, diem poscet sibi, Totaque discors  
Machina, diuulli turbabit fœdera mundi.  
Horatius lib. 1. Carminum.

Sed prius appulis  
Iungentur capree lupis.  
Idem in Epodo.

Priusque cœlum sider inferius mari  
Tellure porrecta super,

Idem ibidem,

OFFICINA

- Idem ibidem;  
 Simul imis saxa renarint vadis renata,  
 Propertius libro primo.  
 Nulla prius vasto labentur flumina ponto,  
 Annus & inuerfas duxerit ante vices,  
 Idem libro secundo.  
 Nam citius paterer caput hoc discedere collo,  
 Idem in eodem.  
 Terra prius falso partu deludet arantes,  
 Et citius nigros Sol agitabit equos.  
 Fluminaque ad caput incipient reuocare liquores,  
 Aridus & sicco gurgite piscis erit.  
 Idem libro tertio.  
 Flamma per incensas citius fedetur aristas,  
 Fluminaque ad fontis sunt reditura caput,  
 Et placidum Syrtis portum & bona littora nautis  
 Præbeat hospitio seua Malea suo.  
 Idem libro secundo.  
 Tu prius & fluctus poteris siccare marinos,  
 Altaque mortali deligere astra sono.  
 Persius satyra quinta.  
 Sambucam citius caloni apraueris alto,  
 Iuuenalis satyra decima.  
 Promptius expediam, quot amauerit hippia mœchos,  
 Quot Themison egros Autumno occiderit vno,  
 Quot Basilus socios, quot circumpscripserit hylus  
 Pupillos, quot longa viros exorbeat vno  
 Maura die, quot discipulos inclinēt Amillus,  
 Percurram citius quot villas possideat nunc,  
 Quo tondeute grauis iuueni mihi barba sonabat.  
 Statius lib. 13. Syluarum.  
 Hibernos citi<sup>9</sup> numeraueris imbres, syluarūq; comas,  
 Idem lib. 15. Syluarum.  
 Potius fugientia ripas  
 Flumina deuincas, Rapidis aut ignibus obstes,  
 Quam miseros lugere vetes,  
 Statius lib. 17. Theb.  
 Ante hæc excusso frondesecet lancea ferro,  
 Inachus ante retro nosterque Achelous abibunt.  
 Idem libro octauo.  
 Citius me fulmina contra  
 (Infandum) ruere & magno bellare parenti Aspicat.  
 Idem libro tertio Achill.  
 Sed pater ante igni, ferroque excisa iacebit  
 Scyros, & in tumidas ibūt hæc versa procellas Mœnia,  
 Claudianus in Conf.  
 Manlij Theodori.  
 Promptius imponam glaciali Pelion Ossæ,  
 Idem de victoria Stiliconis in Alaricum.  
 Irriget Aegyptum Tanais, Mœotida Nilus,  
 Euris ab occasu, Zephyrus se promat ab Indis,  
 Caucaisique iugis calidoque nigrantibus Austro  
 Getulas aquilo glacie constringat arenas.  
 Idem de consulatu Probi.  
 Ante dabunt hyemes Nilum, per flumina damæ  
 Errabunt, Glacieque niger damnabitur Indus.  
 Ante Thyestes iterum conterrita mensis  
 Intercisa diēs refugos vertetur in ortus

Idem in Eutropium



Idem in Eutropium libro primo.

Iam testudo volat, profert iam cornua vultur,  
Prona petunt retro fluuij vada, Gadibus ortum  
Armenij texere diem, iam frugibus aptum  
Aequor & assuetum syluis Delphina videbo.  
Iam coeleis homines iunctos, & quicquid inane  
Nutrit Iudaicis, quæ pingitur India velis.

Idem in Epigramma,

Lucem iam condat Idalpes  
Et Tarthessiaci sol oriare vado.  
Candescat geticis Merce conuersa pruinis  
Claraque se vetito prouoluat vrsa mari.

Pamphilus Saxus Elegia, 12.

Sydera quum radios spargent tellure sub ima,  
Aera cum piscis, quum colet equor auis.  
Quum cœuus pauidos Massylla per arua leones  
Peller, hyems tepidi tempore veris erit,  
Stroza pater lib. 1. Eroticon.

Ergo prius tellus alimenta negauerit orbi,  
Et nouus hesperio surget ab axe dies.

Ante Pado Tagus, atque Athesi miscabitur Ister.

Idem lib. 5. Eroticon,

Ergo Scylla prius, Scylleque aduersa Charybdis  
Præbuerint fessis puppibus hospitium.

Ante suo Nereus gelidas admiserit Arcos  
Aequore, Terra polus fiet, & ignis aqua.

Mutate prius accipient noua corpora formæ.

Seneca in Hercule furente.

Prius extinguet ortus, refert occasus diem,  
Pax ante fida niuisibus & flammis erit,  
Et Scylla Siculum iunget Aufonio latus,  
Priusque & multo vicibus alternis fugax  
Eurippus vnda stabit Euboica piger.

Idem in Thyeste.

Aethereas prius  
Perfundet Arcos pontus, & siculi rapax  
Consistet æstus vnda, & Ionio seges  
Matura pelago surget, & lucem dabit  
Nox atra terris, Ante cum flammis aquæ,  
Cum morte vita, cum mari ventus fidem  
Fœdusque iunget.

Idem in Thebaide.

Ipsa se in leges nouas  
Natura vertet, regeret in fontem citas  
Reuolutus vndas amnis, Et noctem afferet  
Phœbæa lampas, hesperus faciet diem.

Idem in Hippolyto.

Ignibus iunges aquas  
Et amica ratibus ante promittet vada  
Incerta Syrtis, Ante ab extremo sinu  
Hesperia Thetys lucidum attollet diem.  
Et ora damis blanda præbebunt lupi.

Idem in Oethæo

Iungentur ante sæua syderibus freta,  
Et ignis vnde tartaro tristi polus,  
Lux alma tenebris, Roscidæ nocti dies.

Idem in Hercule Oethæo.

Ante ab occafu dies

Nascuntur Indis,

OFFICINA

Nascetur Indis, ante glaciale polum  
Scythasve tepida Phœbus afficet rota,  
Idem.

Descendat astris luna desertis licet,  
Et bruma melle videat, & cantu fugax  
Sit deprehensum fulmen, & versa vice  
Medius coactis fugerit stellis dies.

Idem ibidem.

Ante nascetur seges in profundo,  
Vel fretum dulci resonabit vnda,  
Ante descendet glacialis vrsa  
Sydus, & ponto verito fruetur.

Idem ibidem.

Mutetur orbis, Vallibus currat notis  
Ister, nouasque Tanais accipiat vias.

Erasmus in adagijs.

Acanthida vincet Cornix.

Calurnius apud eundem.

Astyle credibile est, si vincat acathida Cornix  
Vocalem, superet si turpior ædona bubo,  
Prius testudo leporem præuenterit.

Calentius lib. 2. Eleg.

Ante per ignotos errabunt sydera fluctus,  
Pascuntur que leues æquora lata boues,  
Ante a squamiferis habitari piscibus æquor  
Desinet, ante fredo currere curua ratis,  
Ante polo similis polus insidiabitur, ante  
Proximus in vetitas corruet anguis aquas.

Pontanus lib. 1. de Stellis.

Sed prius Herculei torrentia sydera monstri  
Solstitio vicina domus, locaque edita cœli  
Diffundent terris hyemem glacialibus Euris,  
Ante & conspicui summo de cardine mundi  
Flaua Lycaonio surget palantias axe,  
Atque diem auerso subter vehet auster Olympo.  
Stabunt & cœli septem labentia signa,

Baptista Pius.

Nam prius in colles rebor vaga flumina ferri,  
Et Nilum Hiberno diluere arua gelu.

Idem.

Sed prius æquorei damis iungentur Echini,  
Et mixto æripedi semine Gryphes equo,

Idem.

Sithonio prius orbe tepescere credam  
Mennonio & tingi posse colore nitens.  
Excelesque vagis vndabunt piscibus alpes,  
Nullaque atlantæi gurgitis vnda fluct.  
Hesperioque nitens Phœbus confurget ab axe,  
Atque pari Euphrates Tygris & ore ruent.

Idem.

Ante caput Nili deprendet, & ora Sesostris,  
Deponet virus & Stygis vnda suum.

Idem.

Promptius expediam, quot fulgeat ignibus æther,  
Et quota in Oceani belua mole natet.

Idem.

Astra sagittiferum præcedent fulgida mitram,  
Solis & obscura nocte vehentur equi.

Magnaque nigramem

Magnaque nigrantem lux irradiabit Aeternum,  
 Luror & æthereos cinget vbiq;ue polos.  
 Et superum iurare (licet metus virgeat illos)  
 Sancta cohors Stygias non dubitabit aquas.  
 Per sylvas volitare canes, volucresque ferarum  
 Cernemus duri lustra habitare foli.  
 Committentque lupi damę sua corpora rostro,  
 Et lepus arcadico rostra habitata cani.  
 Et Phaeronteı cyncus non immemor axis  
 Fulmineas cupiet scandere posse domos.  
 Definet equoreis caput obiectare procellis  
 Aefacus, & rapidi non petet ima maris,  
 Turbaque Mennonidon canet exequialia mitis  
 Iusta, neque hæc tumuli tinget herilis humum,  
 Congeret aëria nidum super arbore perdix,  
 Thybæas linquet blanda columba phalas.  
 Diliget immitem pia Dædaliona coturnix,  
 Fida gemelli parę que tulit auxilia.  
 Cui volucris subito data verficoloris imago,  
 Dum fugit omniuoli dulcia furta louis.  
 Labilis audaci Congro murena relinques,  
 Et cum squamigeris Barre feris odium.  
 Nilicolamque feram cautus Crocodilon Ichneumon  
 Diliget, infidam rex Halietus auem.

Palladius Soranus.  
 Definet ergo prius fragili mihi gutture lingua,  
 Idem.

Mella prius fierent que sunt contraria dulci,  
 Duraque spectares mollia saxa prius.  
 Idem.

Ergo mella prius fient contraria dulci,  
 Mollia dura prius fient & maxima parua.  
 Aurifreta poma dabunt semper redolentia, flotes  
 Pascua, rura, domos viuientia cuncta fouebunt,  
 Et pisces quin terra feret, quam nauita prudens  
 Sulcabit, tumidos fluctus quæ concita tollet.  
 Petrarca.

Tum nostro Galathea tuum de pectore nomen  
 Exhibit, fugient proprijs dum sedibus astra.  
 Mellis apes studium linquent, nidosque columbæ,  
 Coniugium turtur, prædam lupus, arbuta caprę,  
 Custodita dolos mulier, mendacia feruus.  
 Idem.

Validum prius ægra leonem  
 Sternet ouis, prius armigerum philomela tonantis  
 Vicerit.

Faustus.  
 Citius conuersa recurrent  
 Flumina, Lanigero pecus omne carebit amictu,  
 Atque coaxatrix limosa rana palude.

☞ Descriptio longi temporis, qua diu  
 aliquid futurum significamus.  
 Virgilius Aegloga. 5.

**D**um iuga mōtis aper, fluuios dū piscis amabit,  
 Dumq; thymo pascentur apes, dū rore cicadę,  
 Ouidius libro primo Eleg.

Vitet Meonides,

OFFICINA

Viuet Meonides, Tenedos dum stabit & Ide,  
 Dum rapidas Simois in mare voluet aquas.  
 Viuet & aereus, dum mustis vva tumebit,  
 Dum cadet in curua falce resecta Ceres.  
 Donec erunt ignes, arcusque cupidinis arma,  
 Dicentur numeri culte Tibulle tui.  
 Idem in Ibin.  
 Pugnabunt iaculis dum Thraces, Iapyges arcu,  
 Dum tepidus Ganges, frigidus Ister erit.  
 Robora dum montes, dum mollia pabula campi,  
 Dum Tyberis liquidas Thufcus habebit aquas.  
 Lucanus libro primo.  
 Dum terra fretum, terramque leuabit  
 Aer, & longi voluent Titana labores,  
 Noxque diem cœlo totidem per signa sequetur.  
 Syllius libro sexto.  
 Dum cœli sedem, terrasque tenebit  
 Casta fides, dum virtutis venerabile nomen Viuet.  
 Idem libro septimo.  
 Dum Cete innabunt Ponto, dum sydera cœlo  
 Lucebunt, dum Sol indo se littore tollet.  
 Politianus.  
 Dumque in tacito vaga sydera cœlo,  
 Fulgebunt, dum Sol nigris orietur ab Indis;  
 Præuia luciferis aderit dum curribus Eos.  
 Dum ver tristis hyems, Autumnum proferet æstas,  
 Dumque fluet spirans, refluetque reciproca Tethys.  
 Dum mixta alternas cupient elementa figuras.  
 Semper erit magni decus immortale Maronis.  
 Sabellicus.  
 Dum mundi Solisque vices variabilis annus  
 Sentiet, & folitos feruabunt sydera cursus.  
 Horatius in Epodo.  
 Dum pecorilupus & nautis infestus Orion  
 Turbarit Hibernum mare.  
 Intonfosque argitarit Apollinis aura capillos.  
 Seneca in Medea.  
 Dum terra cœlum media libratum feret,  
 Nitidusque certas mundus euoluet vices,  
 Numerusque arenis deerit, & solem dies,  
 Noctem sequentur astra, dum ficcas polus  
 Verfabit arctos, flumina in pontum cadent,  
 Nunquam meus cessabit in pœnas furor.  
 Idem in Oedipo.  
 Lucida dum current anno si sydera mundi,  
 Oceanus clausum dum fluctibus ambiet orbem.  
 Lunaque demissos dum plena recolliget ignes,  
 Dum matutinos prædicet Lucifer ortus,  
 Altaque cæruleum dum Nerea nesciet arctos.  
 Candida formosi venerabimur ora lyæi.  
 Tibullus libro primo.  
 Quem referent Musæ, viuet, dum robora tellus,  
 Dum cœlum stellas, dum vehet amnis aquas.  
 Stroza pater.  
 Erunt donec vaga sydera cœlo,  
 Donec erit tellus, æquora donec erunt.  
 Stroza filius.  
 Phœbeia donec

Flacce tuæ dabitur

Laurus & orbita erit, nomenque helyconidis vmbre  
Idem.

Dumque polus vertet Pegaseę signa carinæ,  
Flacce tuar dabitur palma secunda lyar.  
Idem.

Dum fluet Eridanus patriæ prope moenia nostrę,  
Dum fluet & refluet Venetam maris vnda per vrbę,  
Tinctile dum Scythicas armabit miifile dextras,  
Fauftus.

Dum fuerint lato squamosi gurgite pisces,  
Dentati & cellis frendentes montibus apri.

☞ Poetica descriptio, qua docemus aliquid  
longe lateque fieri.

Lucanus libro primo.

Vnde venit Titan, & nox vbi sydera condit,  
Quaque dies medius flagrantibus estuat  
horis,

Et qua bruma rigens, ac nescia vere remitti,  
Astringit Scythicum glaciali frigore Pontum,  
Ouidius lib. 1. Meta.

Qua totum Nereus circumsonat orbem.  
Idem.

Tenarum quascumque vident occasus & ortus,  
Idem lib. 4. Meta.

Dicolor extremo qua cingitur India Gange.  
Idem Ouidius in fine Meta.

Quaque patet domitis Romana potentia terris.  
Horatius lib. 3. Car.

Dicar, qua violens obstrepit Aufidus,  
Et qua pauper aquar Daunus agrestium  
Regnator populorum.

Stattus lib. 4. Syl.

Ibis, qua vagus Hercules & Euan  
Ultra sydera, flammeumque Solem,  
Et Nilicaput, & niues Atlantis,  
Tibullus lib. 2.

Qua sua de celo prospicit arua Ceres,  
Quaque patent ortus, & qua fluitantibus vndis  
Solis anhelantes abluit amnis equos.

Seneca in Hercule furente.

Qua lucem premit  
Aperitque Thetys, qua ferens Titan diem,

Binos propinqua tingit Aethiopes face.  
Idem.

Et quod Occasus videt, & quod Ortus,  
Idem.

Auroram inter & Hesperum,  
Et qua Sol medium tenens.

Vmbas corporibus negat.

Quodcunque abluitur coelum,  
Longo Tethyos ambitu.

Idem in Theba.

Qua lata terris spacia frugiferis hiant,  
Et qua trahens opulenta Pactolus vada  
Inundat auro rura,

OFFICINA

Idem in Hippolyto.

Quæque nascentem videt ora Solem,  
Quæque ad occasus iacet ora seros,  
Si qua feruenti subiecta Cancro est,  
Si qua maioris glacialis vrsæ  
Semper errantes patitur colonos.

Idem ibidem.

Qua terra mari cingitur alto, Quaque æthereo  
Candida mûdo sydera currunt.

Item ibidem.

Quicquid Oceanus vagis,  
Complexus vndis vltimo fluctu tegit.

Idem in Troade.

Quicquid Sol oriens, quicquid & occidens,  
Nouit, Cæruleis Oceanus fretis  
Quicquid vel veniens, vel fugiens lauat,  
Aetas Pægaeo corripiet gradu.

Idem in Medea.

Quodcumq; placidis flexibus Phasis rigat,  
Pontusque quicquid Scythicus a tergo videt,  
Palustribus qua maria dulcescunt aquis.

Quintianus in Tragœdijs.

En qua sonorum circuit terras mare,  
Et qua ferenus contegit mundum polus.

☞ Descriptio magni & frequen-  
tis numeri per similitudines  
& comparationes,  
Virgilius lib. 4. Georgicorum.

**Q**uam multa in folijs auium se millia condunt,  
Vesper vbi aut hibernus agit de montibus  
imber.

Idem libro sexto Aenei.

Quam multa in syluis Autumni frigore primo,  
Lapsa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto  
Quam multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus  
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.

Idem libro septimo Aenei.

Quam multi lybico voluntur marmore fluctus,  
Seuus vbi Orion hibernis conditur vndis.  
Vel quum Sole nouo densæ torrentur ariste,  
Aut hermi campo, aut Lyciæ flauentibus aruis.

Idem libro nono Aenei.

Quantus ab occasu veniens pluuias hœdis  
Verberat imber humum, q̄ multa grandine nymbi  
In vada præcipitant, quum Iuppiter horridus austris  
Torquet aquosam hyemē, & cœlo caua nubila rūpît.

Ouidius lib. 5. Meta.

Phinea tela volant hiberna grandine plura.

Ouidius lib. 11. Meta.

Somnia vana iacent, toridem quot messis aristas,  
Sylua gerit frondes, eiectat littus arenas.

Idem lib. 4. Tristium.

Neque tot aduersis cumulat, quot littus arenas,  
Quotque fretum pisces, ouaque piscis habet.

Idem lib. 4. Trist.

Quot frutices syluæ, quot flauas Tybris arenas,

Mollia quot

Mollia quot Martis gramina campus habet,  
Tot mala pertulimus.

Idem ibidem.

Littora quot conchas, quot amena rofaria flores,  
Quot e poporiferum grana papauer habet,  
Sylua ieras quot alit, quot piscibus vnda natatur,  
Et tenerum pennis aera pullat auis,

Tot premor aduersis, que si comprehendere coner,  
Icaria numerum dicere coner aque.

Idem ibidem.

Quam multa madidæ celantur arundine fosse,

Florida quam multas Hybla tuetur apes,

Quam multæ gracili terrena sub horrea ferre

Limite formicæ grana reperta folent,

Tam me circumstat denforum turba molorum.

Idem lib. 4. de ponto.

Quæ numero tot sunt, quod in orto fertilis arui

Punica sub lento cortice grana rubent.

Africa quot segetes, quot Trmolia terra racemos,

Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla fauos;

Idem libro primo de Arte.

Gargara quot segetes, quæ habet Methymna racemos,

Aequore quot pisces, fronde teguntur aues.

Quot cœlum stellas, tot habet tua Roma puellas.

Idem libro secundo de Arte.

Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hybla.

Cerula quot baccas Palladis arbor habet,

Littore quot conche, tot sunt in amore dolores.

Idem libro tertio.

Sed neque ramosa numerabis in Illice frondes,

Nec quot apes Hyble, nec quot in alpe feræ.

Item.

Quot noua terra parit flores, quum vere tepenti

Vitis agit gemmas, pigraque fugit hyems,

Statius lib. 5. Sylvarum.

Hibernos citius numeraueris imbres,

Sylvarumque comas.

Syllius libro septimo.

Quam multa affixus cœlo sub nocte serena

Fluctibus e medijs fulcator nauita ponti

Astra videt, Quam multa videt feruoribus atris,

Quum Calabros vrunt ad pinguia pabula saltus,

Vertice Gargani residens, incendia pastor.

Marullus.

Non tot Attica mella, littus Algas,

Montes robora, ver habet colores,

Non tot tristis hyems riget pruinis,

Autumnus grauidis tumet racemis,

Non tot spicula Mœdiciis pharetris,

Non tot signa micant tacente nocte,

Non tot æquora piscibus natantur,

Non aer tot aues habet serenus,

Non tot Oceano mouentur vnda,

Non tantus numerus Lybiffæ arenæ,

Quot suspiria, quot Neera pro te,

Vefanos patior die dolores.

Catullus.

Quam magnus numerus lybiffæ arenæ,

Laserpificiferis iacet Cyrenis:

Propertius libro secundo.

Non tot Achemenijs armantur Susa sagittis,

Spicula quot nostro pectore fixit amor.

Seneca in Hercule furente.

Quantus incedit populus per vrbes

Ad noui ludos audis theatri,

Qualis Elæum ruit ad tonantem,

Quinta quum ludos reuocauit æstas.

Idem in Oedipo.

Non tot caducas educat frondes Oetha,

Nec vere flores hybla tot medio creat,

Quum examen alto nititur densum globo,

Fluctusque non tot frangit Ionium mare,

Nec tanta gelidi Strymonis fugiens minas

Permutat hyemes ales, & cœlum secans,

Torpente Nilo pensat Arctos niues.

Baptista Pius.

Cærula quot pisces, quot Lesbïa terra racemos

Mascula quot tellus thura Sabæa parit,

Plumiferas quot habet volucres agitabilis aer,

Gargara quot messes, vna Phalernus ager;

Idem.

Promptius expediam, quot fulgeat ignibus æther,

Et quota in Oceani belua mole natet.

Claudianus lib. 2. de raptu.

Quantas truculentior Auster

Decutit arboribus frondes, aut nubibus imbres

Colligit, aut frangit fluctus, aut torquet arenas.

Mantua. in exhortatione ad

principes Christianos.

Quot vnda Per mare thyrrhenum, quot sunt per litto  
ra conchæ.

Idem Mantuanus.

Flauas quot habet noua messis aristas.

¶ Descriptio Cursus leuissimi &

miræ celeritatis.

Virg. lib. 10. Aenei.

**F**Vgit illa per vndas

Ocyor & iaculo, & ventos æquante sagitta.

Lucanus libro primo.

Et torto balearis verberare fundæ

Ocyor, & missa Parthi post terga sagitta.

Idem libro quinto.

Ocyor & cœli flammis & tygride foeta;

Idem libro nono.

Calido non ocyus austro

Nix resoluta tepet.

Horatius lib. 2. Car.

Ocyor ceruis, & agente nymbos

Ocyor euro.

Status libro sexto Theb.

Quæ bello sic tela volant quæ nubila cœlo

Annibus hibernis: Minor est Iouis impetus igni,

Tardius astra cadunt, glomerantur tardius imbres,

Tardius in summos decurrunt flumina montes.

Idem ibidem.

Credas plebe Cydonum

Parthorumque fuga



Parthorumque fuga totidē exiliisse sagittas.  
 Non aliter celeres hircana per aua cerui.  
 Quum procul impasti fremitum accepere leonis,  
 Siue putant, rapit attonitos fuga ceca, metusque  
 Congregat, & longum dant cornua mixta fragorem.  
 Sidonius.

Non sic fulminis impetus trifulci,  
 Non pulsa Scythico sagitta neruo,  
 Non fulcus rapide cadentis austris,  
 Non fundis balearibus rotata  
 Vnquam sic liquidos poli meatus,  
 Rumpit plumbea glandium procella.

Seneca in Thebaide.

Sagitta qualis parthica verox manu  
 Excussa fertur, Qualis infano ratis  
 Premente vento rapitur, aut qualis cadit  
 Delapsa coelo stella, quum stringens polum,  
 Rectam citatis ignibus rumpit viam.

Idem in Hippolyto.

Fugit infans similis procelle,  
 Ocyor nubes glomerante cauro,  
 Ocyor cursum rapiente flamma,  
 Stella quum ventis agitata longos Corripit ignes.  
 Ovidius lib. 3. Meta.

Non citius frondes Autumni frigore tactas,  
 lanque male haerentes alta rapit arbore ventus,  
 Claudianus.

Ocyor excusso per nubila fydere tendit.  
 Idem Claudianus.

Torrentius amne

Hiberno, torta que ruunt pernicious hasta  
 Quantum non iaculum Parthi, non impetus Austris,  
 Nec leue sollicitae mentis discurret acumen.

Mantuanus.

Caca per antra volans, volucrique fugacior Euro.  
 Idem.

Non tali Hircana volatu

Raptorem insequitur Tygris, neque Parthica tanto  
 Agmine per coeli nubem se abscondit arundo.

Adrianus cardinalis in venatione.

Non sic fulminis impetus trifulci  
 Nec salarica sic rotata fertur  
 Sed nec sic Scythico sagitta neruo,  
 Nec fundis balearibus lapillus.

20 Curfores velociffimi.

1	Euryalus	5	Daedalus	13	Ladas
	Nylus	6	Atalanta	14	Atas
	Diores	7	Mermeros	15	Philippus
	Salus	8	Phedimus	16	Iphiclus
	Patron		Dimas	17	Orion
	Helymus	9	Opheltes	18	Mithridates
	Panopes	10	Thalus	19	Haraldus
2	Camilla	11	Philippides	20	Echion
3	Achilles		Canistius	21	Lycaste
4	Bellorophon		Philonides	22	Polymestor
	Perseus	12	Tiberius Nero	23	Papyrius,
					z iij In ludis

- 1 **N** ludis exequialibus (quos in Sicilia ad Anchisæ tumulum celebravit Aeneas) stadiodromi, seu decursores in stadio fuerunt Euryalus, Nysus, Diore, Salius, Patron, Helymus, & Panopes.
- 2 **¶** Camilla regina fuit Volscorum, cuius celeritatem describit Virgilius in fine septimi dicens. Illa vel intactæ segetis per summa volaret Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas. Vel mare per mediū fluctu suspensa tumentis Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
- 3 **¶** De Achille, Catullus. Nascetur nobis expers terroris Achilles, Qui persepe vago victor certamine cursus Flammea prauertet celeris vestigia ceruæ.
- 4 **¶** Bellerophon in expeditione contra Chimæram vltus est equo Pegaso sanguine Medusæ nato. Perseus vero in Medusam certaturus accepit a Mercurio talaria & enses. Quibus admuniculis ambo per ærem ferebantur. Propertius lib. 2. Non si Pægasæo vertaris in aera dorso. Nec tibi si Persei mouerit ala pedes. Sidonius. Ac iuuenem Stenobæa tuum, cui terga vetustas, Pennati largitur equi.
- 5 **¶** Poetæ fabulantur Dædalum inclusum labyrintho, propter liberatum Theseum, quum iudicium capitis expauesceret, alas sibi cōfinxisse, eoque remigio periculū euasisse. Virg. lib. 6. Aenei. Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna, Præpetibus pennis ausus se credere celo Infractum per iter gelidas enauit ad arctos.
- 6 **¶** De Atalanta venatrice Arcadica Ouidius lib. 10. Meta, Forsitan audieras aliquam certamine cursus Veloces superasse viros, Non fabula, rumor Ille fuit, superabat enim, nec dicere possis, Laude pedum, forme ne bono præstantior esset, Statius libro sexto Theb. Quis Mæniliæ atalantes Nesciat egregium decus, & vestigia cunctis Indeprensâ procis, Hanc enim dicunt certasse cursu in Hippomenem, dum ab eo in vxorem peteretur. Vnde idem Ouidius. Dum talia secum exigit Hippomenes, cursu volat alite virgo. Que quamquam Scythica non fegnius ire sagitta Aonio visa est iuueni, tamen ille decoris Mirator magis est, cursus facit ipse decorem, Aura refert ablata citis talaria plantis. Hanc cursus concertationem Sidonius describit dicens. Emicuit pernix populo trepidante virago Nil toto tactura gradu, quum pallidus ille Respiceret medium post se decrefere campum. Et longas ad signa vias statuque propinquo Pressus in hostili iam cureret anxius vmbra, Donec ad anfractum metæ, iam iamque relictus Concita ter sparsa fregit vestigia pomo.
- 7 **¶** Mermeros centaurus fuit pedum leuitate præstâtissimus. Ouidius lib. 12. Quique pedum nuper certamine vicerat omnes Mermeros, accepto tum vulnere tardior ibat.
- 8 **¶** De Phædimo & Dimante Statius lib. 6. Theb. Et bis in Isthmiaca victor clamatus arena Phædimus, alipedumque fugam pregressus equorum Ante Dimas.
- 9 **¶** Claruit Ophelte nauta cursu velocissimo. Sidonius. Qui vigor in pedibus frustra tibi natus Ophelte Sicaniam tribuit palmam, plantasque superbas.
- 10 **¶** Thalys fuit quispiam, quem Iupiter æreis pedibus finxisse dicitur, custodemque Europæ adhibuisse, ac celeritate ter quotidie Cretam obuiisse. De quo nonnulli volunt Catullum intellexisse illo carmine. Non custos si ego fingar ille Cretum, quamuis alij ad Dædalum referant. Vide Annotationes Baptistæ Pij.
- 11 **¶** Philippides, 1160. stadia ab Athenis Lacedæmonem biduo cucurrit. ¶ Canistius cursor lacedæmonius & Philonides Alexandri magni a Sicyone Elin vno die, 1200. stadia cucurrerunt. Plynius Cap. 20. lib. 7. De Philonide Idem Plynius Cap. 73. libri secundi sic scribit. Alexandri cursor Philonides ex Sicyone ad Elin mille & ducēta stadia novem diei cōfecit horis. Indeque quamuis decliui itinere, tertia noctis hora reuersus est sepius.
- 12 **¶** Tiberius Nero vehiculis tribus ad Drusum fratrem in Germania ægrotantem festinās, ducenta passuum millia emensus est. ¶ Luba apud Plynium testis est, Troglodytarum gentem miræ velocitatis esse.
- 13 **¶** Ladas cursor fuit Alexandri velocissimus, Martialis libro secundo. Quid si per graciles vias Petauri Inuitum iubeas subire ladam, Petauri autem dicuntur homines agiles, qui se per circulos immittunt, nascunturque sub Delphine. Idem Martialis libro vndecimo. Habeas licebit alterum pedem ladæ, Inepte frustra crure ligneo curres. Hunc Ladam tāta fuisse aiunt pernicitate pedum, ac corporis leuitate, vt per puluerem vel arenam curreret, nullis pedum vestigijs apparentibus, author Patritius de Regno
- 14 **¶** Atlas puer Viplano consule a meridie ad vesperum, 75. millia passuum cucurrit, magna omnium admiratione. Martialis libro quarto. Siue leuem cursu vincere queris Atam, Camilla regina

- ¶** Philippus Lyfimachi frater Alexandrum regem per ducēta stadia vectum pedes comitatus est, quum etiam lorica indutus arma gestaret, Author Curtius lib. 7. 15  
**¶** Epichlus Philaci & Climenes filius tanta fuit corporis agilitate & pedum celeritate, vt curreret super triticeas aristas, nec obleret, Demaratus vero etiam per mare incessisse prodidit, Author Caelius Cap. 5, lib. 3. 16  
**¶** Orion Neptuni filius ex Euryale Minois filia natus fuit, cui concessum est, vt super flumens curret perinde ac in terra, super aristas ferretur, nec eas cominueret, Author Higinius libro secundo. 17  
**¶** Mithridates rex Ponti ad vltimum vitæ tempus equitabat, iaculabaturque. Et per mille stadia dispositis per intervalla equis vna die discurrebat, Currus sex & decem equis agitauit, Caelius Cap. 16, lib. 16. 18  
**¶** Haraldus quidam nonnulla inusitata agilitatis spectacula exhibuit. Nam duobus equis in stadium admissis vtroque metam prior tenuit, Geminis siquidem bacillis inter currendum innixus crebris saltibus corpus concitabat, Author Saxo. 19  
**¶** Echion, Ouidius lib. 8, Meta. Eurytion, cursuque inuictus Echion, 20  
**¶** De Lycaste Diane comite Claudianus. Et cursu Zephyris nunquam cessura Lycaste. 21  
**¶** Polymestor Milesius quum capras pasceret, leporem ludicro cerramine assecutus dicitur, Author Solinus. 22  
**¶** Papyro cursori præcipua fuit pedum pernicitas, quæ eidem honoris causa cognomen tum dederit, Hunc omnes ætatis suæ cursu vicisse ferunt, Lilius lib. 9. 23

24 Descriptio ortus diei.

Virgil. lib. 2. Aenei.

**I** Amque iungis summe surgebat Lucifer Idæ,  
Ducebatque diem.

Idem libro tertio.

**I** amque rubescebat stellis aurora fugatis.

Idem lib. 4. & lib. 9.

Etiam prima nouo spargebat lumine terras

Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Idem libro septimo.

Iamque rubescebat radijs mare, & æthere ab alto.

Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

Idem libro vndecimo.

Oceanum interea surgens Aurora reliquit.

Idem libro vndecimo.

Aurora interea miseris mortalibus almam

Extulerat lucem, referens opera atque labores.

Idem libro duodecimo.

Postera vix summos spargebat lumine montes

Orta dies, quum primum alto se gurgite tollunt

Solis equi, lucemque elatis naribus cillant.

Ouidius lib. 2, Meta.

Fulget tenebris Aurora fugatis.

Idem.

Ecce vigil nitido patefecit ab ortu

Purpureas Aurora fores.

Idem libro quarto.

Postera nocturnos Aurora remouerat ignes.

Solque pruinosas radijs ficcauerat herbas.

Idem libro quarto.

Admonitorque operum cœlo clarissimus alto

Lucifer ortus erat.

Idem libro septimo.

Postera depulerant Auroræ lumina noctem.

Idem libro nono.

Postera lux radijs totum patefecerat orbem.

Idem libro, 15.

## OFFICINA

- Postera sydereos Aurora fugauerat ignes.  
Idem lib. 3. Fastrorum.
- Ortus erat summo tantummodo margine Phœbus.  
Idem lib. 4. Fastrorum.
- Nox abiit, oriturque Aurora.  
Idem lib. 6. Fastrorum.
- Iam Phryx a nupta quereris Tithone relinqui,  
Et vigil Eois lucifer exit equis.  
Idem lib. 1. de Trist.
- Cœlo nitidissimus alto  
Stella grauis nobis lucifer ortus erat.  
Idem lib. 1. Eleg.
- Iamque pruinosos molitur lucifer axes,  
Inque suum miseris excitat ales opus.  
Idem.
- Iam super Oceanum venit a seniore marito  
Flaua pruinoso quæ vehit axe diem.  
Lucanus libro primo.
- Et ignes Solis lucifero fugiebant astra relicto.  
Lucretius libro secundo.
- Primum Aurora nouo quum sparfit lumine terras.  
Idem libro quinto.
- Aurea quum primum gemmantes rore per herbas,  
Matutina rubent radiati lumina Solis.  
Stattius lib. 2. Theb.
- Etiam Mygdonijs elata cubilibus alto  
Impulerat cœlo gelidas Aurora tenebras.  
Rorantes excussa comas, multumque sequenti  
Sole rubens, illi roseus per nubila feras  
Aduertit flammâs, alienumque æthera tardo  
Lucifer exit equo, donec pater igneus orbem  
Impleat, & radios ipsi vetet esse forori.  
Idem libro tertio.
- Septima iam nitidum terris Aurora, deisque  
Purpureo vehit ore diem.  
Idem libro sexto.
- Clara laboriferos cœlo Titania currus  
Extulerat,  
Idem libro primo Achill.
- Iam premit astra dies, humilisque ex equore Titan  
Rorantes euoluit equos, & ab æthere magno  
Sublatum curru pelagus cadit.  
Idem libro quinto.
- Exiit implicitum tenebris humentibus orbem  
Oceano prolata dies, genitorque coruscæ  
Lucis adhuc hebetem vicina nocte leuabat,  
Et nondum excusso rorantem lampada ponto.  
Syllius libro primo.
- Pellebat somnos Tithoni rosida coniunx,  
Idem libro quinto.
- Donec flammiferum tollentes equore currum  
Solis equi sparsere diem, iamque orbe renato  
Diluerat nebulas Titan, sensimque fluebat  
Caligo in terras nitido resoluta sereno.  
Idem libro sexto.
- Iam Tarthesiaco quos soluerat equore Titan  
In noctem diffusus equos iungebat Eois Littoribus,  
Idem libro decimo.

Post vbi fulserunt

Post vbi fulserunt primis Phaetontia frena  
Ignibus, atque sui terre rediere colores,

Idem lib. 11.

Postera lux Phaetontis equos proferre parabat,  
Iam rapidos, o'anni curru splendente sub vndis,

Idem lib. 15.

Aurora ingrediens terris exegerat vmbas,

Sidonius.

Iam sol adultus rosidae noctis humorem radio crescens  
te forbuat.

Stroza pater.

Verum vbi iam caelo stellas Aurora fugauit,  
Et redit exorto lucida Sole dies.

Idem.

Aureus equoreis vbi sol caput exerit vndis,  
Oceanique Aurora torum formosa reliquit.

Idem.

Deferuit solito formosior equora Titan.

Sabellicus.

Igneus interea Phoebeus prodibat ab Indis,

Idem.

Tenebris Aurora fugatis

Tertia iam totum veniens referauerat orbem.

Pamphilus Saxus.

Tithoni croceum fenis cubile.

Aurora aurigeris comis refulgens

Iam surgit, roseosque clara vultus

Ostendit, Phaetontis & citatis

Currunt flammigeri rotis lugales.

Politianus in Nutricia.

Aurea quum radios hyperionis exeruit fax.

Idem.

Extulerat roseo Cynthia ore diem.

Lactancius de Phoenice.

Lutea quum primum surgens Aurora rubescit,

Quum primum rosea sydera luce fugat.

Catullus.

Sed vbi horis aureis sol radiantibus oculis

Lustrauit aethera album, sola dura, mare ferum

Reppulitque noctis vmbas vegetis sonipedibus.

Seneca in Hercule furente.

Iam rara micant sydera prono

Languida mundo, nox victa vagos

Contrahit ignes, Luce nouata.

Idem in Troade.

Summa iam Titan iuga

Stringebat, ortus vicerat noctem dies.

Idem in Octauia.

Iam vaga caelo sydera fulgens

Aurora fugat, Surgit Titan

Radiante coma, mundoque diem Reddit clarum.

Claudianus in Rufinum.

Iam summum radijs stringebat Lucifer hegum,

Festiuamque rotam solito properantior, virget.

Mantuanus.

Aurora referente diem iam Lucifer ardens

Ortus erat.

Pontanus lib. 1. Amorum.

Nam se quam

OFFICINA

Nam sequum primum terris Lux candida profert,  
Seque dies roseo fuscitat Oceano.  
Adrianus Cardinalis in Venatione.

Aurora interea thorum relinquens  
Quadrigis roseis diem vrgebat.

Mantuanus lib.3. de Cala.

Iam claro rutilans ardebat lumine Phœbus,  
Monstrabatque procul discussis nubibus Idam.

Idem de somnio Romano.

Iamque dies Phœbi radijs accensa calebat  
Ardentique canam conuallem accenderat æstu.

Idem.

Et clara dies iam soluerat vmbra  
Noctis ad antipodes nostro fugientis ab orbe.

Idem.

Et iam certa dies tenebras, altumque soporem  
Ruperat.

Idem.

Iamque aurora polis magnum torquentibus axem:  
Attollens geminos Ledæ duo pignora fratres  
Cœperat, ascensu stellas abscondere primo.

¶ Descriptio meridiei.

Virgilius lib.8. Aene.

**S**ol medium cœli conscenderat igneus orbē,  
Ouidius lib.3. Meta

Iamq; dies medius rerū cōtraxerat vmbra,  
Et sol ex equo meta distabat vtraque.

Idem in eodem.

Fecerat exiguas iam sol altissimus vmbra.

Idem.

Nunc Phœbus vtraque  
Distat idem terra, funditque vaporibus arua.

Adrianus Cardinalis in Venatione.

Et iam sol medium secabat axem  
Flammis omnipotentibus coruscans.

Mantuanus.

Iam medium prouecta dies conscenderat axem,  
Solque recedentis iuga summa tenebat olympi.

Idem in Arte.

Iamque dies medius tenues contraxerat vmbra,  
Stadius lib.4. Theh.

Tempus erat, medij quum Solem in culmine mundi  
Tollit anhela dies.

Idem libro quinto.

Sol operum medius summo librabat olympo  
Lucentes ceu staret equos.

Marullus.

Et iam lampade torrida  
Fulgebat medio sol pater æthere.

Val Flac. lib.3.

Iam summas cœli Phœbus candentior arces  
Vicerat, & longas medius reuocauerat vmbra.

Pontanus.

Et iam Sol medium clarus peragrabat olympum.

¶ Descriptio noctis,

scu aduentus eius.

Virgilius Aen. r.

Et iam summa

**E**T iam summa procul villarum culmina fumāt,  
Maioresque cadunt altis de montibus umbrę.

Idem Aeg.

Et Sol crescentes decedens duplicat umbras.

Idem in Culice.

Iam quatit, & bijugis oriens herbe cit equos nox,  
Et piger aurato vespere procedit ab Oetha.

Idem lib. 2. Aen.

Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox,  
Inuoluens umbra magna terramque polumque.

Idem in eodem.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris  
Incipit, & dono diuum gratissima serpit.

Idem libro tertio.

Nox erat, & terris animalia somnus habebat.

Idem in eodem.

Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci.

Idem libro quarto.

Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem  
Corpora per terras, syluęque & seua quierant  
Aequora, quum medio voluuntur sydera lapsu,  
Quum tacet omnis ager, pecudes pictęque volucres,  
Queque latus late liquidos, queque aspera dumis  
Rura tenent, somno posite sub nocte silenti  
Lenibant curas, & corda oblita laborum.

Idem libro octauo.

Nox erat, & terras animalia fessa per omnes,  
Alitum pecudumque genus sopor altus habebat.

Idem in eodem.

Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.

Ouidius lib. 4. Meta.

Iamque dies exactus erat, tempusque subibat,  
Quod tu nec tenebras, nec posses dicere lucem,  
Sed cum luce tamen dubię confinia noctis.

Idem Ouidi. lib. 6. Meta.

Iam labor exiguus Phœbo restabat, equique  
Pulsabant pedibus spacium declius Olympi.

Idem libro decimo.

Tempus erat, quo cuncta silent.

Idem libro vndecimo.

Pronus erat Titan, inclinatoque petebat  
Hesperium temone fretum.

Idem in eodem.

Nox cœlum sparserat astris.

Idem lib. 14.

Prefferat occiduis Tartessia littora Phœbus.

Item lib. 15.

Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol,  
Et caput extulerat densissima sydereum nox.

Idem lib. 1. Fast.

Nox erat, & vino somnum faciente, iacebant  
Corpora diuersis victa sopore locis.

Idem libro secundo.

Nox erat, & tota lumina nulla domo.

Idem libro quarto.

Interea placidam redimita papauere frontem

Nox venit, & secum somnia nigra trahit.

Idem in eodem.

O F F I C I N A

- Dempferat emeritis iam iuga Phœbus equis.  
Idem libro sexto.
- Nox erat, & vinis oculique animique natabant.  
Idem lib. i. Trist.
- Iamque quiescebant voces hominumque canumque,  
Lunaque nocturnos alta regebat equos.  
Idem in eodem.
- Tingitur Oceano custos Erymanthidos vrſe  
Idem lib. 3. de Ponto.
- Nox erat, & bifores intrabat luna fenestras.  
Lucanus libro tertio.
- Titan iam pronus in vndas  
Ibat, & igniferi tantum demerferat orbis,  
Quantum deesse solet Lunę.  
Idem in eodem.
- Nox subit, atque oculos vafſe obduxere tenebrę.  
Statius lib. i. Syl.
- Nox ſilet, & nigros imitantia murmura ſomnos.  
Idem lib. i. Theb.
- Iamque per emeriti furgens confinia Phœbi,  
Titanis late mundo ſubuecta ſilenti,  
Rorifera gelidum tenuauerat aera biga,  
Iam pecudes volucresque tacent, iam ſomnus auaris  
Inſerpit curis, pronusque per aera nutat,  
Grata laboratę referens obliuia vite.  
Idem libro tertio.
- Soluerat Hesperij deuexo in margine ponti  
Flagrantes ſol pronus equos, rutilamque lauabat,  
Oceani ſub fonte comam.  
Item.
- Nox ſubijt curasque hominum, motusque ferarum  
Compoſuit, nigroque polos inuoluit amictu.  
Idem libro octauo.
- Tempus erat, iunctos quum iam ſoror ignea Phœbi  
Sentit equos.  
Idem libro duodecimo.
- Iam pater heſperio flagrantem gurgite currum  
Abdiderat Titam, alijs rediturus ab vndis.  
Idem lib. 4. Achill.
- Frangebat radios humili iam pronus Olympo  
Phœbus, & Oceani penetrabile littus anhelis Promitte  
rebat equis.  
Syllius libro decimo.
- Donec anhelantes ſtagna in Tarteffia Phœbus  
Merſit equos, fugiensque polo Titania cæcam  
Orbita nigranti traxit caligine noctem.  
Idem libro vndecimo.
- Iamque diem ad metas deſeſſis Phœbus Olympo  
Impellebat equis, fuſcabat & Hesperus vmbra,  
Paulatim inſuſa properantem ad littora currum.  
Idem lib. i. 5.
- Nox ſomni genitrix mortalia pectora curis  
Purgarat, tenebręque horrenda ſilentia habebant.  
Aufonius.
- Condiderat iam Solis equos Tarteffia Calpe.  
Stridebatque freto Titan inſignis Ibero,  
Stroza pater.
- Quum ſol Antipodum populos illata luce reuſit



Sabellicus.

Iam fuscis prouecta rotis nox atra ruebat  
Oceano, vallesque vmbriſ complexa cruentas,

Pamphilus,

Oceani piceis incincta tenebris,  
Nox caput, ex vndis tollebat.

Idem,

Oceani tumidis iam nox caput extulit vndis,  
Iam vrbrat tremulum candida luna iubar,

Cleophilus,

Nox erat, & pleno lucebat Cynthia cornu,  
Ibat & Arctoo tardior vrſa polo,

Valerius Flaccus,

Etiã prona leues ſpargebant ſydera ſomnos,  
Idem,

Iamque ſopor medijs tellurem preſſerat oris,  
Et circum tacito volitabant ſomnia mundo,

Idem,

Nox hominum genus & duos miſerata labores,  
Rettuleraſ ſeſſis optata ſilentia terris,

Martianus Capella.

Sed purum aſtrificis cælum ſcandebat habenis  
Nox reuocans merſo fulgentia ſydera Phœbo:

Sabellicus,

Iam cœlo propulſa dies conceſſerat vmbriſ,  
Perdideraſ que tuos tellus obducta colores,

Idem,

Cœperat heſperio Titan ſe mergere fluctu,  
Verſus in Antipodas, iam ſerus lumina veſper  
Compoſitura diem prono ſpargebat Olympo,

Idem

Phœbus ad heſperiam Tethym iam ſteſtere curſum  
Cœperat.

Pontanus.

Nec color vllus erat rebus, tenebrisque malignis  
Et cœlum et terras nox circumfulſa tenebat,

Idem.

Nox cœlum tenet, & fuſcis iuga verſat habenis.

Tibullus libro ſecundo.

Ludite, iam nox iungit equos, currumque ſequuntur

Martis laſciuo ſydera fulua choro.

Idem Tibullus lib. 3.

Iam nox æthereum nigris emerſa quadrigis

Mundum cœruleo lauerat amne rotas.

Seneca.

Nox prima cœlum ſparſerat ſtellis.

Adrianus Cardinalis in Venatione.

Veſper interea exiens olympo,

Nocturnis comitantibus tenebris,

Mergensque oceano caput, ruebat,

Mantuanus lib. 3. de Cala.

Iam nox atra caput velata nigrantibus vmbriſ,

Pallentes vrgebat equos Lentumque ſoporem,

In terras biyugo ſecum remone vehabat,

Idem in Bucco.

Dies que inclinata cadit, iam poſt iuga ſumma ruit ſol.

Idem Mantuanus.

Sed iam nox vicina diem depellit, & aſtris.

Hesperus accensis sequitur Titana cadentem;  
Nascitur Erigone, cœlum fugientibus horis  
Voluitur.

Idem.

Interea phœbo freta subter atlantica lapso  
Nox redit, & sanctos aperit polus ætheris ignes.

Idem.

Et iam clara dies fugiens cum sole sub vndas  
Inerat, humentique polum nox clauscrat vmbra.

Idem.

Nox erat & stellis lucens ardentibus æther,  
Ibat, & a nigro pisces oriente leuati  
Se vertente polo, solemque sequentibus astris  
Lumina sopierant dulci mortalia somno.

Idem.

Polus abscondit Labentia tauri  
Sydera, & elingues nox euocat humida somnos.

Claudianus in Ruffi.

Cœperat humanos alto sopire labores  
Nox gremio, pigrasque sopor diffuderat alas.

Idem de bello Gildouico.

Humentes iam noctis equos, letheaque somnus  
Frena regens, tacito voluebat sydera cursu.

Idem lib. 1. de Raptu.

Merferat vnda diem, sparso nox humida somno  
Languida cœruleis inuexerat otia bigis.

Idem lib. 3. de Raptu.

Iamque soporiferis nocturna silentia terris  
Explicuere vices.

Descriptio medię noctis.

Ouidius libro nono.

**N**octis erat medium, curaque & corpora som-  
nus Soluerat.

Horatius lib. 2. Ser.

Iamque tenebat Nox medium cœli spacium.

Stattius lib. 3. Achill.

Scandebat roseo medię fastigia cœli  
Luna iugo, totis vbi somnus inertior alis  
Defluit in terras, nutumque amplectitur orbem.

Descriptio æquinoctij.

Seneca.

Libra Phœbeos tenet equa currus.

Lucanus libro octauo.

Tempus erat, qui libra pares examinat horas,  
Non vno plus æqua die.

Ouidius.

Impositamque sibi qui non bene pertulit hellen,  
Tempora nocturnis æqua diurna facit.

Mantuanus.

Iamque poli summum bigis conscenderat axem  
Luna gubernatrix tenebrarum, & mobilis vnde.

Idem.

Luna sequens rapida solis vestigia biga  
Stelliferę noctis medium tranfiuerat axem.

Serpentorum quorundam  
nomina.

1	Python	15	Cecilia	29	Crocodilus
2	Hemorrhois	16	Cherfydros	30	Enydris
3	Salpinga	17	Cicinia	31	Iaculus
4	Basiliscus	18	Chelydrus	32	Scincos
5	Ceraſtes	19	Dipſas	33	Scytale
6	Amphifibena	20	Echidna	34	Sepa
7	Aspis	21	Lacerta		Spondylis
8	Ichneumon	22	Natrix		Acontia
9	Vipera	23	Nepa		Sipedon
10	Hydrus	24	Pharias	35	Porphyrus
11	Stellio	25	Preſter	36	Draco
12	Salamandra	26	Seps	37	Serpens
13	Cantharides	27	Boa	38	Coluber
14	Anger	88	Cenchrus	39	Ammodites

## EXPLANATIO.



Python a poetis serpens fuisse dicitur. natus ex putredine terre post diluuium Deucalionis. Hunc Apollo interfecit, & ab interfecti nomine dicitur Pythius. De hoc Ouidius libro primo Meta. Sed te quoque maxime Python Tum genuit, populisque nouis incognite serpens Terror eras, tantum spacij de mote tenebas. Hunc deus arcitenens & nunquam talibus armis Ante, nisi in damis, capreisq; fugacibus vsus. Mille grauem telis exhausta pene pharetra Perdit dit effuso per vulnera nigra veneno.

¶ Hemorrhois serpens morſu sanguinem elicit. Moratur in petros recessibus, colore partim sanguineo, partim nigro. Tarde pigreque serpit, nec nisi obliquo itinere, Lucanus libro nono. At non stare suum miseris pallura cruorem, Squamiferos ingens hemorrhois explicat orbes, Idem impressit dentes hemorrhois aspera Tullio.

¶ Salpinga formam habet tube, Eiusque latebra calcata mortifera est. Lucanus libro nono. Quis calcare tuas metuat Salpinga latebras?

¶ Basiliscus in solitudinibus Africe habitat. Candida in capite macula velut diademate quodam ornatus est. Acutissimum habet caput, os rude, oculos & colorem ad nigredinem vergentes. Palmum non excedit, solo tamen halitu serpentem quilibet magnum suffocat, tanta est veneni acuitate. Eum si quis vel baculo attigerit, paulo post moritur. Hunc Plynius regulum vocat. Sibilo omnes fugat serpentes Nec flexu multiplici, nec vt reliquæ corpus impellit, sed celsus & erectus in medio incedens. Necat frutices, Rumpit faxa. Non contascas modo, verum & afflatas exurit herbas. Talis vis malo est. Huic tamen exitio est muſcellarum virus eius cauernis illatum. Hominem si inspicat, solo intuitu perimit. Lucanus libro nono. Sibilaque effundens cunctas terrentia pestes Ante venena nocens, late sibi sub mouet omne Vulgus, & in vacua regnat Basiliscus arena. Mantuanus. Natus in ardenti Lybe Basiliscus arena Vulnerat aspectu luminibusque necat.

¶ Ceraſtes in corpore eminere dicuntur quadrigemina cornicula, quorum motu reliquo corpore occultato sollicitant ad se aues. Lucanus libro sexto. Aut vitæ tis adhuc Lybice mæbrana Ceraſte. Idem libro nono. Spinaque vagi torquente Ceraſte. Statius libro vndecimo. Crinale attollit longo stridore Ceraſtem. Mantuanus. Sæuaq; multifido cornu portenta Ceraſtes.

¶ Geminum caput habet amphifibena, hoc est ad caput & ad caudam, tanquam parum est in ore fundi venenum, inquit Plynius. Capite intrinsecus nitibudo serpit tractibus orbicularis. Lucanus libro nono. Et grauis in geminum furgens caput amphifibena. Mantuanus in Alphonſo. Amphifibena biceps, & formidabilis ictu Aspis.

¶ Demorſis ab aspide nullum est remedium, præterquam si confestim partes contactæ amputentur. Vnde natum adagium. Morſus aspidis, de malo immedicabili. Nam vt ait Aelianus, eius morſus immedicabilis est præcipue si de rana gustarit. Nec ab vilo vincitur, præterquam a muliere, que vel aspectu contactuque solo necat. Nicander apud Erasmus. Aspida crudelem, cuius super omnia morſus Immedicabilis est. Aspis nunquam vagatur sine compare. Quod si contigerit alteram interim, protinus altera persequitur percussorem in medijs quoque foris, turbis agnitum, Ictus ab hoc serpente intra 4 horas emoritur. Color huic niger

- huic niger, quandoque cinereus, interdum fuluus, Bellum gerit internectium cū Ichneumone. Cui quoniam se imparem videt Ichneumon, multo se tergorat luto. Itaque vbi ad certamen venitur, aspis nihil potest arripere morsu præter loriceam terream. Quo fit vt obliquo capite hostem speculatus Ichneumon eius fauces arripiat, monstrumque exanimet. Lucan<sup>9</sup> libro quarto, Aspida vt Pharias cauda sollertior hostis Ludit, & iratas incerta pro uocat vmbra, Obliquusque caput vacuas serpentis in auras Effusæ tuto comprehendit guttura morsu Læthiferam citra laniem, Tunc irrita pestis Expressitur, faucesq; fluunt perscunte veneno. Porro Aegyptij reuerentur Aspidem & in delicijs vna cum pueris educat, adeo mansueta facta, vt mentis assistat & vna comedat pultem farinae ex melle appositam, Eorum reges in diademate aspidis figuram portant, quod imperij firmitatem portēdat, Aspis quos percussit, in mortiferum somnum redigit, vnde somniculosa dicitur. Lucanus libro nono, Aspida somniferam tumida ceruice leuauit, Cinna apud Gellium, Somniculosa vt Pœnus aspidē Psyllus, Perrumpit omnes difficultates, permeat spacia, nec nisi amnibus arceatur, aut præceleri fuga, Hebetes habet oculos non in fronte, sed in tēporibus, Gigni quandoque aspidas quinum cubitorum, in libris est obseruatum.
- 8 ¶ Ichneumon nascitur in Aegypto, Aspidem odit vsque ad bellum, eiusque oua secatur & inuenta perdit, vt a foetu sibi timere desinat, Martialis libro septimo, Delectat marium si perniciosus Ichneumon.
- 9 ¶ Viperæ foetus enecta matre prodeunt, vt inter pisces acus, Mas in coitu exanimatur, capite in os feminae inserto, præque voluptate ab ea exciso, Sola serpentium vipera terra cōditur, Cæterę arborum aut saxorum cauis, Oua parit vnus coloris, & mollia vt pisces, Tercia die intra vterum catulos includit, deinde singulos diebus singulis parit viginti fere numero, Itaque cæteri tarditatis impatientes prærumpunt latera & matrem enecant, Plinius libro decimo, & Hieronymus in quadam Epistola ad Praxidium, Mantuanus, Et emoriēs infausto vipera partu, Viperam ferunt exustam & in cinerem dilapsam mederi suo morsu, Auctor Lactantius, Apollonius apud Philostratum viperam esse visam refert, serpentes, quos peperisset lambentem, quasque expolientem, Legitur in Theophrasti monumentis viperarum moribus tibicinem scite modulateque adhibutum mederi, Ab ijs demorsos ferunt nemini vulnus suum velle patefacere, nisi quos eadem vi morbi quandoque iactatos compererint, seu qui non experti sunt naturam morbi nesciant, In Phœnicia solo viperarum halitu pernecantur homines, Quod radicum illie succrescentium potentia creditur fieri.
- 10 ¶ Hydri in aqua viuunt, nulli serpentium inferiores veneno, Horum secur seuatum aduersus percussos ab ijs auxilium est, Poetę fingunt hydram serpentem fuisse numerosis capitibus, quorum quum vnum ab Hercule demetebatur, mox renascebantur gemina, Percussis ab Hydro odor grauis excitatur, Afficiuntur in super obliuione rerum, videnturque nebulam præ oculis habere, in horrorem ac rabicū agi, Tercia demum die pereunt.
- 11 ¶ Stellio serpens est Lacertę similis, circulis quibusdam & velut lucentibus guttis in modū stellarum depictus, Eius morsus hominem stupidum facit, raro tamē interficit, Fel in aqua tritum, mustellas congregare dicitur, Kore tantum viuunt, Nullum animal fraudulētius est, Vnde crimen Stellionatus & stellatura dicuntur.
- 12 ¶ Salamandra figuram habet Lacerti, nunquam nisi magnis imbribus provenit, a serenitate deficiens, Huic tantus rigor, vt ignem tactu extinguat non alio modo quam glacies, Populos improuidos necare potest, Nā si arbori irrepserit, omnia poma inficit veneno, & eos qui ederint, necat frigido vi nihil aconito distans, Quinimo si contacto ab ea ligno vel pede crusta panis incoquatur, idem veneficium est, vel si in puteum cadat, Eius venenum ab ijs extinguitur, qui vescuntur illa.
- 13 ¶ In Cantharidum genere non reperitur foemina, Mas in orbem sinuatus sese dies, 18, foruet, mox foetus paulatim excludit, Propterea Aegyptij statuis virorum fortium hoc animal impresserunt, quod nulla muliebri mollitia virtus effoeminata viris conueniat.
- 14 ¶ Anger genus est serpentis, qui aliter cruciator & Spatarius dicitur.
- 15 ¶ Cæcilia serpens est, qui a cecitate meruit nomen, Colu, libro septimo, Est & magnorum animalium noxium virus, Nam & vipera & Cæcilia sæpe quum in pascuis bos improuide supercubuerit, Lacescita onere morsum imprimit.
- 16 ¶ Cherlydros serpens tam in aquis quam in terra moratur, Lucanus, Natus & ambigüe conleret qui Syrtidos arua Cherlydros,

- C**æcilia parua est & gracilis serpens, nullius prope veneni. 17.  
**C**helydrus eundo sese conuoluit per terram. Lucanus, Tractique via fumante Chelydri 18.  
 Emitit fumum qua serpit. Mantuanus, Clades fumosa Chelydrus. Pamphilus, O quæ fu  
 mios mos geris Chelydros.  
**D**iphas minor est vipera. Quos momordit, inardescunt siti, quam quum multo potu vo 19  
 lunt extinguere, acius incendunt, & ea paulopost emoriuntur. Vnde & nomen traxit, Di  
 pfa enim grece dicitur sitis, & dipfao sitio. Duas habet in cauda nigras lineas, corpore reli  
 quo albicante. Eius venenis resistunt Lauri folia, cortex & bacce. De dipfate Lucanus li  
 bro nono. Stabant in margine sicæ Aspides, in medijs sitiebāt Dipfades vndis. Idem Tor  
 ta caput retro Dipfas calcata momordit.  
**E**chidna putatur cadē esse, quæ & vipera. Capitur & pro hydra ab hercule occisa. Oui. 20  
 libro tertio Fast. Sanguine Centauri Lerneæ sanguis Echidne Mixtus ad auxilium tempo  
 ra nulla dabat, Capitur & pro quocumque serpente. Oui, lib. 9. Meta, Pars quota lerneæ  
 serpens eris vnus Echidne. Idem, Stipite te Stygio timidisque afflauit Echidnis.  
**L**acertarum duo sunt genera. Maiores quæ & virides dicuntur. Minores, quas Calcides 21  
 vocant. In vtroque genere mas Lacertus dicitur. Virgilius, Nunc virides etiam occultat  
 spineta Lacertos.  
**N**atrix serpens aquas inficit veneno. Lucanus libro nono. Et Natrrix violator aquæ. Mā 22  
 tuanus in Alphonso. Et Natrrix inimicus aquis.  
**N**epa scorpium significat. Cicero libro quinto de finibus. Serpere anguiculos, natate ana 23  
 tulas, volare merulas, cornibus vti videas boues, nepas, aculeis, suam cuique esse naturā.  
 Mantuanus. Virofamque nepam videt, æmonialque sagittas.  
**P**harias dum serpit, fulcum in terra facit cauda, & super eam fere ambulat. Fuluus est co 24  
 lore, oculis velox, ore lato, morfu non maligno. Propterea veteres æsculapio sacrum fece  
 runt. Pedes habet prope caudam. Lucanus libro nono. Et contentus iter cauda fulcare Pha  
 reas.  
**P**rester quem momordit, ex templo reddit immobilem & alienum mente, mox pilis deflu 25  
 entibus cum pruritu ac ventris solutione absumit. Lucanus libro nono. Oraque distendēs  
 audis spumantia prester. Idem Nasidij a Prestere percussi mortem hoc modo describit.  
 Nasidium Marci custodem torridus agri Percussit Prester, Illi rubor igneus ora Succen  
 dit, tenditque cutem pereunte figura, Miscens cuncta tumor toto iam corpore maior. Hu  
 manumque egressa modum super omnia membra Efflatur fanies late tollente veneno. Ip  
 se latet penitus congesto corpore merfus. Nec lorica tenet dissenti corporis æstum. Man  
 tuanus. Et inflatis Prester qui faucibus æstum expuit.  
**S**eps mordicus est serpens, cuius tamen icu percussa putrescunt mēbra. Nam quicquid 26  
 momordit, in putredinem resoluitur. Lucanus libro nono. Ossaque dissoluens cum corpo  
 re tabificus Seps. Idem Lucanus decentissime narrat icu sepis exigui Sabellum militē Ca  
 tonianum fluente cute consumptum, eiusque cuncta viscera in terram effluxisse. Mantua  
 nus in Alphonso. Mole breuis Seps. peste ingens, nec viscera solum, Sed simul offavorās  
 Colorem quem attingit reddit. Quattuor dentibus armatus est.  
**B**oa serpens in tantam excreciscit magnitudinem, vt in aluo occisæ repertus sit infans im 27  
 perante Claudio. Alitur primo bubuli lactis succo, vnde meruit nomen. Mantuanus, Tur  
 pi Boa flexilis aluo.  
**C**enchrus crebras habet maculas in milij similitudinem. Recte serpit. Vnde Lucanus li 28  
 bro nono. Et semper recto lapsurus limite Cenchrus. Pluribus ille notis variatam tingitur  
 aluum. Quam paruis tinctus maculis thebanus Ophites.  
**C**rocodilus quadrupes est. Fit ex minimo maximus. Ex ouo enim ad. 22. cubitos ex 29  
 crescit. Quattuor menses hyemales non comedit. Elinguis est ventre, dorso & cauda præ  
 longus, squamis prædurus ostrearum modo obtectus. Audax in fugientes, in persequen  
 tes timidus. Sexagenis diebus oua parit sexagena, totidemque diebus fouet. Dentes  
 habet & menses viuut eodem fere numero. Infidiatur his qui aquatum eunt. Si in potu iru  
 dines hauserit, auersus solem in litore dehiscens extenditur. Mox auis Trochilus dapis  
 illecebra captus rostro oris prælongo irudinem extrahit. Quinetiam dormientem exci  
 tat crocodilum si ab Ichneumone hoste parari videat infidias. Hoc animal venerans  
 tur Aegyptij, eique sacros dies statuerunt. Et si contingat liberos ab eo rapi, parentes les  
 tantur, tanquam se deo placere existimantes, cui escam genuerunt, Contra vero Tentyri  
 aa populū

populi reijciunt, captumque arbore suspendunt, & multis prius affectum verberibus postmodum comedunt. Reperitur in Nilo. Vnde Plynius, Crocodilum inquit habet Nil<sup>9</sup> quadrupes malum, Oua parit humi. Diem in sicco agit, totam noctem in flumine. Oculos habe superios, dentes magnos, prominentes atque ferratos. Inferiorem maxillam non mouet, sed superiorem inferiori adiuuet. Ungues habet robustos, pellemque circa tergum impenetrabilem. Inter aquas cæcus, sub dio perspicacissimus. Præter Aristotelem & Plynium naturam crocodili expriment, Marcellinus lib. 22. & Herodotus lib. 2.

Ænydris serpens est masculus & albus. Viuit in aquis. Gaza lutricem conuertit.

30 **¶** Iaculus arbores subit, e quibus vi maxima turbinatus penetrat quodcumque animal obuium fecerit fortuna, Solinus, vnde Lucanus. Et Natrix violator aquarum, iaculiq; volucres,

31 **¶** Scincos similis est Crocodilo, minor Ichneumone contra venena præcipuum antidotum.

32 **¶** Item d inflammandam virorum venerem. Nascitur in Nilo.

**¶** Scytale tanta præfulget tergi varietate, vt notarum gratia videntes retardet. Et quoniã reptando pigrior est, quos assequi nequit, miraculo sui captat stupentes. Pellem exiit hiserno tempore. Lucanus. Et Scythale sparsis etiam nunc sola pruinis Exuuias positura fusas. Mantuanus. Picta cutem Scytale.

33 **¶** Sepsa species est lacertæ, quæ in vino pota morsus suos sanat. **¶** Spondilis serpens omnes persequitur radices auctore Plynio. **¶** Acontia teli modo serpendo ruit.

34 **¶** Sipedon reptilis est. Hæmorrhoidæ aliquanto velocior, iter obliquat. Morsu profunde penetrat, plaga mox putrescente.

35 **¶** Porphyry palmi est magnitudine, capite candidissimo, reliquo corpore purpureo. Innoctus est morsu quia edentulus. Inuenitur in vadosis Indiæ locis. Caprum incolæ cauda suspendunt, & defluentem ex ore viuientis liquorem excipiunt valculis æreis.

36 **¶** Draco bellum & odium genuinum exercet in Elephantem, eiusque oculos & iugulum petit, donec humi concidens elephas, simul & draconem mole corporis occidit. Oculos habet estimatione gemmarum. Dentes graciliores apro. Cristati sunt mares. Vnde Ouidius libro quarto Metæ. Lubrica perlucet cristati colla draconis. Ferunt Indorum regem duos dracones aluisse, alterum octogenum, Alterum vero nonagenum cubitorum magnitudinis. Epyrotæ dracones in apollinis templo venerabantur, ob interfectum Pythonem. Trâquillus scribit Tiberium imperatorem habuisse draconem in oblectamentis, quem ex consuetudine manu sua cibaturus, quum consumptum a formicis inuenisset, monitus est vt vim multitudinis timeret. Plynius libro trigesimo secundo, scribit draconem nõ habere venena, & primum eius spondylum id est vertebram, mulcere aditus potestatum, eiusque adipem a venenatis refugium. Aciem habet clarissimam, vnde & seruandis thesauris plerumque adhibitus est, vt pomis hesperidum, & aureo velleri apud colchos, sicuti volunt poetæ. Antiqui præterea esculapio sacrum fecere vt vigilantissimum, quod febrim maxime conuenit. Aciem habet peracutam. Ferunt Herode apud ludæos principante, puellam iam nubilem & conspicuam forma adamantem a dracone, ipsumque draconem amatoris instar prurientem ad virginis lectum plerumque accessisse, & inibi decubuisse. Cuius rei tædio simul & horrore percita puella, secessit longius & integrum mensem abfuit, vt tam turpi Belug amoris obliuionem induceret. Res tamen aliter se habuit. Nec enim desijt quotidie ad amariæ reditum vsque, eo loci deuolare. Quum ergo redisset exoptata pridem puella decumbentis cruribus se implicuit draco, eamque conuerberauit cauda, molliter tamen & amatorie, vt interim palpo feriunt zelotypi. Si quis in hoc mihi deroget fidem, sciat me ipsum veritatis loco afferere nolle, sed cum Græcis loqui & scribere, quibus mentiri proprium est, & genuinum. Porro oculis draconis inueteratis, & cum melle tritis inunctos non paruescere ad nocturnas imagines etiam pauidos cordis ait Plynius. Apud eundem Xanth<sup>9</sup> historiarius auctor testis est occisum draconis catulum reuocatum ad vitam a parente, herba, quam balin nominat. Dracones habet India tantæ magnitudinis, vt elephantes (quibus cum certant) circumflexu facili ambient, nodique nexu perstringant. Indicis pares habet Aethiopia vicenum cubitorum. Apud asachæos æthiopum populos nascuntur maximi, qui cratiuum modo impliciti erectis capitibus velificant ad meliora pabula.

**¶** Serpens latet hiberno tempore, æstiuo prodit. Senectutem fertur exuere, q; in angusto foramine (cui per vim se impenetrat) veterem deponat pellem. Tibullus. Crudeles diu, serpens nouus exiit annos. Formæ non illam fata dedere moram. Visum longo litu amissum feniculo recuperat. Ferunt serpentem baculo semel percussum exanimem reddi. Sed si

iterum

terum feriatu reuiuifcere. Author Hieronymus in quadam epiftola ad Præfidium, Plu-  
 tarchus ait serpentes ex hominum cadaueribus, medijs medullis gigni, ficut apes ex bub<sup>9</sup>  
 gignuntur, ex equis fuci, ex afinis crabrones, Terra auctore Plynio ferpẽtem non recipit  
 homine percuffo. Serpentum morfus non petit serpentes. Ferunt icẽtis falua maxime hu-  
 mani ieiuni oris ut feruentis aque contactu fugere. Quod fi in fauces penetrauerit, etiam  
 mori. His inimiciffima eft muftella. Serpentes P<sup>9</sup> fylis Marfisque populis non nocent. Nũ  
 quam in trifolio afpiciuntur. Habentes Onichilum & Staphylinum herbas non ferunt.  
 Lyfimanchię herbe odorem fugiunt. Includẽ circulo betonicę herbe nequeunt exire, quin  
 fele interimunt flagellando. Dextri earum oculi adalligati contra epiphoras profunt, fi vi-  
 ue dimittantur. Aegre extrahuntur, præterquam læua manu. In India adolefcunt ad tantã  
 magnitudinem, vt folidos hauriant ceruos taurosque. Apud Rhindacum annem in pon-  
 to fuperuolantes quamuis alte perniciterque alites haufu raptas abforbẽt. Earum frequẽs  
 nomen fecit Ophiufe infulę. Populi funt orientales Candei nomine, qui vefcuntur fer-  
 pentibus. His aduerfantur cancri. Quum fol eft in cancro, torquentur. Oua pariunt. Coes-  
 re fugantur & nidore galbani. Vinum oppetunt. Plynius ait viſas eſſe pedibus anferinis,  
 Hederam amant & fraxinum oderunt. De remedijs aduerfus earum morfus, vide Plynũ.  
 ¶ Colubery mbras nemorum incolit. Bibiturus venenum prius euomit ne ipſum cũ aqua  
 exhauriat. Nudum hominem reformidat, audacior in veſtitum. Hieronymus in Epiftolis  
 Colubri in aqua viuentis fel habentibus & adipem, Crocodilus nihil poteſt nocere Plynis  
 us Cap. 4. lib. 32. Dicimus & colubra in fœmineo, Ouidius in ibin, Pectoraque vnixerunt  
 herebæ felle colubre.

¶ Ammodites ferpens eſt concolor arenis, quibus ſe impenetrat. Lucanus libro nono, Cõ-  
 color exuſtis, atq; indiſcretus arenis Ammodites.

¶ Vegiculorum genera.

1	Effedum	10	Carruca	19	Sarracum
2	Petoritum	11	Carpentum	20	Traha
3	Veha	12	Thenſa	21	Tribula
4	Arcera	13	Ciſium	22	Veſtabulum
5	Baſterna	14	Comba	23	Oſtophorum
6	Benna	15	Couinus		Hexaphorum
9	Biga	16	Currus	24	Plauſtrum
	Triga		Burriculum	25	Burdones
	Quadriga	17	Rheda	26	Leſtica
8	Birotum		Dpirhedium	27	Staticulum
9	Cantherium	18	Pilentum		

**E**ſſeda currus erant Britannis peculiare, quibus vtebantur in bello. Vnde & Ceſar  
 in commentarijs, Eſſedarios vocat milites Britannos, qui ex Eſſedis pugnabãt, & ex  
 his interim deſiliebant, rotarumq; ſtrepitu Caſarianorum ordines conturbabant.  
 Propertius lib. 2. Eſſeda cælatis liſte Britanna iugis. Ouidius. Paruaque quam primum ra-  
 pientibus Eſſeda Mannis. Horum tamen curruum inuentum gallis acceptum refertur.  
 Propterea Virgil. libro tertio Georg. inquit, Bellica vel molli melius feret Eſſeda collo. In-  
 terim Eſſedum promiſcue pro quouis curru accipitur. Tranquillus in Auguſto. Nos i Eſ-  
 ſedo panem & palmulas gultauiſimus. Eſſedarij vocantur ductores Eſſedorum. Idem in Ca-  
 ligula. Quũ quodam die muneris Eſſedario Porio ob proſperam pugnam feruum ſuũ ma-  
 numittenti ſtudioſius plauſum eſſet.

¶ Petoritum Gallica vox eſt, auctore Gellio, ſignificans aliud quoddam vehiculi genus, 2  
 quattuor rotis ductile. Plynius lib. 34. Coepere deinde & Eſſeda, & vehicula, & petorita ex-  
 ornare. Horatius libro primo Ser. Atque caballi Paſcendi, ducenda Petorita, nũc mihi cur-  
 to Ire licet muſo.

¶ Veha dicitur plauſtrum, quo quid vehitur. Ethymo ſatis noto. Vehes etiam dicitur, vt 3  
 placet nonnullis, qui apud Plynũ legunt & ſcribunt lib. 36. Cap. 15. Amplitudinem cauis  
 eam feciſſe proditur, vt, Vchem fœni large onuſtam tranſmitteret. Idem ſibi vult vehiculũ  
 vocabulum generale.

¶ Arcina plauſtrũ eſt exiſe, aptũ ferendis hominibus. Blondus arceram vocat, atq; ruſti- 4  
 cum eſſe plauſtrũ, teſtũ vndiq; quo ſenes & egroti veſtari ſolent. Phauorinus apud Gellũ  
 um. Si homo in ius vocatus, morbo aut ætate eger ad ingrediendum inualidus eſt arcina  
 aa ij non ſternitur

- 5 non steritur, sed ipse aufertur & iumento imponitur.  
 ¶ **B**alsterna vehiculum est itinerarium, quod mollibus stramentis compositum a duobus equis, aut alijs animalibus deportatur. An mianus Marcell. Quo comitatu inquit, matrone complures cooperitis capitibus & basternis per latera ciuitatis cuncta discurrunt.
- 6 ¶ **B**enna vocabulum est gallicum, significans quoddam vehiculi genus, in quo quive hūtur dicuntur combennones, id est sedentes in eadem benna.
- 7 ¶ **B**iga currus dicitur duobus equis volubilis, vt triga tribus, quadriga quatuor. Dicitur que Biga quasi bi iuga. Plynius. Bigas primum iunxi ut Phrygi quadrigas Erictonius. Augustinus. Vincas duos equos bigas vocamus. Suetonius in Tiberio. Natalem suū plebeis incurrentem Circensibus vix vnus bige adiectione honorari passus est. Nota argentei nummi fuerunt bige atque quadrigę. Inde bigati & quadrigati dicti. Grammatici contendunt Bigas pluraliū solum numero dici debere, quoniam multitudinis numero tenentur. Nam sicut quatuor equi iuncti quadrigas faciunt, ita iunctos duos equos bigas vocamus. Grammaticorum autem opinioni refragatur autoritas veterum, qui bigam & quadrigam singulari numero dixerunt. Statius. Roriferum gelida tenuauerat aera biga. Plynius. In summo mausoleo est quadriga marmorea. A triga sit trigariū, id est trigarum certamen. Plynius. Ne equos quidem in trigarijs præferri vllis vernaculis animaduerto. De quadrigis sic ait Gellius. Quadrigas Cæsar (etiam si currus vnus equorum quatuor vincitorum agmen vnum sit) pluraliū semper numero dicendas putat.
- 8 ¶ **B**irotum vehiculum est duas habens rotas, vt aperta dictionum monstrat compositio.
- 9 ¶ **B**est & Cantherium genus vehiculi. Seneca epistola tertia de nonagesima. M. Cato Censorius inquit, quem e Repub. tam fuit nasci quam Scipionem, alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cū moribus gessit, cantherio vehebatur æthiopico, Cāthus vero ferrū est, quo rotę vincuntur teste Quintiliano. Persius Satyra. 5. Nam quamuis prope te, quamuis temone sub vno Vertentem sese frustra sectabere Canthum. Quom rota posterior curras & in axe secundo.
- 10 ¶ **C**arruca, vehiculum est, cuius actores dicuntur Carrucarij. Spartianus de Alexandro Severo. Carrucas Romę & rhedas senatoribus omnibus vt haberent argenteas permisit, interesse Romanę dignitatis putans, vt his tantę vrbis senatores vestarentur. Antiquitus Carrucę ex argento calabantur. Plynius. Carrucas quoque ex argento calari inuenimur. Nero nunq̄ paucioribus mille carrucis iter fecisse dicitur. Martialis libro tertio. Aurea q̄ fundi precio Carruca paratur.
- 11 ¶ **C**arpentum vehiculum est petorito prope simile, dictum quasi Carmentum mutatione vnus literę a Carmenta Euandri matre. Vnde Ouidius libro primo Fast. Nam prius ausonias matres Carpenta vehebant. Hęc quoq̄ ab Euandri dicta parente reor. Cor. Tacit. Sum quoq̄ fastigium (inquit) agripina altius extollere, Carpento capitolium ingredi, qui mos sacerdotibus & sacris antiquis concessus, venerationem augebat formina. Ammianus Marcell. Altrinfecus præuentibus signis insidebat aureo solus ipse carpento fulgenti claritudine lapidum variorum. Ausonius. Dactylicos, elegos, Coriambum, Carmen. Epodos. Succi & Coturni musicam Carpentis impone tuis.
- 12 ¶ **T**hensę sacra erant vehicula, quę in Circensi pompa deferebantur. Tranquillus in Augusto. Accidit votiuis Circensibus, vt correptus valitudine, lectica cubans Thensis deduceret. Idem in Cæsare dictatore. Sed & ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est, sedem auream in curia & pro tribunali, Thensam & ferculum Circensi pompa. Seruis usait Thensam, currum esse, quo deorum portantur simulachra. Cicero in vltima Verriana. Omnes dii, qui vehiculis Thensarum solennes cœtus ludorum initis. Liuius libro quarto ab vrbe condita. Quę augustissima inquit, vestis est, thensas ducentibus triumphantibus ve, ea vestiti medio adium eburneis sellis sedere. Thensę autem dicuntur, quod ante eas linthea tenderentur, quę manu tangere gaudebant ductores. Festus ait Thensam vehiculum esse argenteum, quo exuuię deorum. Ludis Circensibus in circum ad puluinar vehebantur. Alconius. Thensę inquit, sunt sacra vehicula, pompa ordinum & officiorum. Sic hodie vocari possunt gestatoriola, quibus Eucharistia & sanctorum reliquię in supplicacionibus circumsferuntur.
- 13 ¶ **C**isium vehiculum est duabus rotis volubile. Vnde Cisarius id est Carrucarius. Cicero secunda Philippi. Inde Cisio celeriter ad vrbe aduectus domum venit capite inuolutoto. Vitruuius. Sūt innumerabiles moderationes machinamentorū, vt sunt rote, solles fabrorum, Rhede, Cisia, torni. Cicero pro Roscio Amerino, Decem horis nocturnis sex & quinquaginta millia passuum cisij peruolauit.



¶ Comba fabinorum lingua, significat lecticam.

¶ Couinus currus erat Britannicus, qui sine auriga equis pusillis trahebatur. Martia, lib. 14  
duodecimo O iucunda Couine solitudo, Carruca magis, Effedoque gratam. Sulpitius ait 15  
Couinum currum esse cameratum gallorum lingua, vbi carmen illud Lucani ex libra primo Phars. declarat. Et docilis rector monstrate Belga Couini.

¶ Currus dicitur vehiculum, quo veteres ad cursum utebantur. Hoc proprie veteres in bel 19  
lo, rusticisque & alijs necessitatibus utebantur. Plutarchus tamen de Cæsare. Quum per  
italiam inquit Cæsar, curru veheretur, semper Antonium vna secum habuit Diminutiū  
est Curriculus vel curriculum, Curtius. Aliorū turbati equi in amnem præcipitauere cur-  
ricula. Ca pitur etiam pro cursu. Cicero pro Rabirio, Exiguum nobis vite curriculum na-  
tura circumscript.

¶ Rheda vocabulum est gallicum significans carrucam, vnde Rhedari<sup>9</sup> id est auriga. Erat 14  
Rheda duarum semper rotarum, sed multiplicium quandoq; iugorum, qua omnibus etiā  
abiectionibus vti licuit, & multi simul ea commode uehebantur, dummodo mularum & equo  
rum iuga adhererentur, q̄ sufficere possent oneri. Cicero pro Milone, Quum hic Milo cū  
vixore veheretur in Rheda penulatus, magno & impedimento ac muliebri & delicato an-  
cillarum puerorumque comitatu. Porro mulis ad vehicula vsos fuisse veteres ostendit Lā  
priedus de Commodo imperatore scribens. Dedit & vehicula cum mulabus & mulionib<sup>9</sup>  
& iuncturis argenteis, vt ita a conuiuio redirent. A Rheda fit vocabulum compositum &  
bigenum ex Græco & Gallico Epirhedium, significans idē aut simile vehiculi genus. Vir  
gilius, Tritoque trahunt Epirhedia collo. Iuuenalis Satyra octaua. Trito ducūt Epirhedia  
collo Segnipedes. De rheda. Idem Satyra, 3. Sed quum tota domus rheda componitur  
vua.

¶ Pilentum vehiculum erat, quo ferebantur matrone. Erat consimile Petorito. Varro scri- 18  
bit ipsum venisse in consuetudinem sua primū ætate. Ita autem fiebat, vt ibidem consi-  
dentes in puluinis fœmine pensiles esse viderentur & in aere agitari. His aut similibus ad  
huc vtuntur Italæ mulieres. Olim quattuor rotis voluebatur. Vnde nomen illi inditum. Ii  
gua Ocorum volunt. Nam impetora Osci quattuor vocant. Solę castę utebantur Pileis.  
Virgilius libro octauo. Castę ducebant sacra per urbem Pilentis matres in mollibus, id est  
pensilibus Pensilia gestatoria sunt, quos tremulos currus vocamus. De pilentis Horatius  
libro secundo Ser. Effeda festinant, pilenta, Petorita, naues. Claudianus in Eutropium li-  
bro primo. Verso iam discite more curules. Non matrum pilenta sequi.

¶ Sarracum vehiculum est, quo ligna & lapides vehi consueuerunt. Iuuenalis Satyra. 3. 19  
Scinduntur tunice fartæ, modo longa coruscant Sarraco veniente abies, atque altera pinum  
Plaustra vehunt. Idem Frigida circūagunt pigri farraca Bootę. Vitruuius, Portationesq;  
eorum non essent, nisi plaustrorum aut Sarracorum per terram.

¶ Traha vehiculum est sine rotis, quo vtuntur coloni, dictum a trahendo. Hieronymus, 20  
Erfecit super eos tribula, & trahas, & ferrea carpenta transire. Virgilius, Tribulaque, tra-  
heq; & iniquo pondere rastro, vbi Epenthesin fecit.

¶ Tribula seu tribulum vehiculum est a tribus nuncupatum lateribus, quo frumenta terun 21  
tur in area. Augustinus. Sub eadem tribula teste cominuuntur.

¶ Vectabulum dicitur a vectando, vt a vehendo vehiculum, & accipitur pro lectica illa vo 22  
lubili, qua circumferuntur mulieres.

¶ Octophorum fuit octo rotarū vehiculū, quo solus vsus est Caligula. Vnde Suetonius. In  
terdum adeo segniter & delicate incessit, vt Octophoro veheretur, atque appropinquanti  
urbem verri sibi vias, atq; conspergi propter puluerem exigeret. Apuleius. Vectabatur  
Octophoro. Vidistis profecto qui affuistis, quam improba iuuenum circum spectatrix, q̄  
immodica sui ostentatrix. Alij Octophorum vocāt lecticam delicatam, quum octo serui hu-  
meris suis ferebant, iacentibus & supinis ibidem magnatibus, vt etiam hexaphorum lecti-  
ca dicebatur, quæ a sex ministris ferebatur. Martialis libro secūdo. Laxior hexaphoris tua  
sit lectica licebit. De hac intellexisse videtur Iuuenalis scribens. Quum iam sexta ceruice  
feratur. Hinc atq; inde patens. De Octophoro Martialis. Octophoro fanus portatur Auite  
Philippus, Hunc tu si sanum credis, Auite furis. Cicero actione sexta in Verrē. Nā (vt mos  
fuit Bithynię regibus) lectica Octophoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus, meli-  
tensi rosa factus.

¶ Plaustrum currus dicitur, in quo palam est & patens quicquid vehitur. Vnde tracta est 23  
origo nominis. Sunt qui poststrū dicūt, ppter cognationē, q̄ est inter aur & o, vt aula & olla.  
Lautus pro lotus & contra Aufculū pro osculum, cautes pro cotes. Propterea Vespasian<sup>9</sup>  
aa iij (vt est apud

OFFICINA

(vt est apud Tranquillum) quum videret Forum velle emendare consuetudinem priscorum vocabulorum, & Plaustrum dicere, quum prius Plostrum diceretur, die postero Flaurum salutauit, Horatius, Plostellum dixit lib. 2, Ser. vbi ait, Aedificare casas, Plostellum adiungere muros.

- 25 ¶ Burdones fuerunt vehiculi genus, vnico homini ferendo idoneum.
- 26 ¶ Lectica frequentissimum fuit apud priscos vehiculum, quo nobiles viri & foeminae vtebantur. Integebatur velis, oculos a puluere, Sole & ventorum flatu defendentibus, quorum aliqua erant densiora ad arcendam pluuiam, grandinem & alios rigores hyemis. Erat duorum capax, Ea tamen vnicus homo quandoque ferebatur. Suetonius de Nerone. Matris saepe Lectica per publicum simul vectus est. Ei succollabant deni duodecimque serui, qui bus longo in itinere vicarium in laborem alij succedebant. Conficiebanturque eo vectationis modo & longa simul & inquieta & qua libuisset, accelerata itinera. Seneca, Non faciet te beatum turba seruorum Lecticam tuam per itinera vrbana aut peregrina portantium. Idem. Quoties occurrit domus splendida, cohors culta seruorum, Lectica formosis imposita calonibus, cõtemno. Iuuenalis. Nãq; facit somnum clausa Lectica fenestra. Diminutiũ est lecticula. Suetonius in Augusto. A coena lecticulam se lucubratoriam recipiebat. Lecticarij dicuntur serui, qui dominum in lectica portant. Idem in Caligula. Ad primum tumultum Lecticarij cum asseribus in auxilium adcurrerũt. Curtius ait Alexandrum magnum crure vulneratum, vsum fuisse Lectica militari in expeditione.
27. ¶ Fuir & staticulum vehiculi genus, vt ostendunt Plynij verba lib. 34, scribentis. Coepere inde Effeda & vehicula & petorita exornari. Simili quoque modo ad aurea quoque & argentea statica luxuria peruenit.

¶ Vaforum diuersa genera.

1	Amphitetum	30	Cantharus		Cothon
2	Ahenum	31	Capis		Cononia
2	Ampulla	32	Cista	61	Cypellum
4	Amula	33	Capla	62	Depesta
5	Ancaesum	34	Capfaces	63	Diota
6	Aristophorum	35	Capula	64	Difcus
7	Armillum		Capisterium	65	Dolium
8	Amphora	36	Caprunculum	66	Decenmodie
9	Achana	27	Carthallum	67	Fiscina
10	Amphotum	38	Corbis	68	Fiscella
11	Aconitum	39	Catinus		Fidelia
12	Alabafter	40	Chytra	69	Frixorium
13	Aryfana	41	Cissimbium	70	Futis
	Arystera	42	Clepsydra	71	Guttus
	Arysticus	43	Coculum	72	Gabata
14	Antlia	44	Colum	73	Gutturium
15	Bacchar	45	Cophinus	74	Gaster
	Bacchium	46	Coryla	75	Hydria
16	Bascauda	47	Crater	76	Heracleum
17	Batris	48	Creterra		Hemitomus
18	Batiola	49	Cucumæ		Holmon
19	Brochus	50	Culigna	77	Isthmus
20	Carchesium	51	Cumera	78	Linter
21	Ciborium	52	Cuppa	79	Lanx
22	Concha	53	Cyathus	80	Lasanum
23	Cacabus	54	Cymbium	81	Lebes
24	Cadus	55	Crossus		Larcos
	Cadifcus	56	Cyrtum	82	Lechytus
25	Calathus	57	Cortabus	83	Lepista
	Calathifcus	58	Cirnea	84	Luter
26	Caldarium	59	Culullus	85	Labrum
27	Calix	60	Cratanion	89	Labasium
28	Calpar		Cranion		Lesbium
29	Canistrum		Cylichnides		Lyciurges

Lagena

	Lagena	108	Phiala		Scutula
87	Malluuium	109	Pathera	130	Scutrisca
88	Manifferna	110	Patina	131	Seria
89	Matella	111	Peluuium	132	Sitarchia
	Matellio	112	Poculum	133	Situla
90	Mergus	113	Pollubrum	134	Sporta
91	Metreta	114	Preffericulum	135	Strigilecula
92	Miffarius	115	Plycter	136	Suturnium
93	Mortarium	116	Pyrphorum	137	Sytropes
94	Mulcra	117	Hodoniptrum	138	Solium
95	Metaniptrum	118	Panathenaicum	139	Syrilium
	Mastus	119	Pelle		Seleucides
	Mathallides		Priftis	140	Sinum
96	Naffa		Prochytis		Synthesis
97	Nafiterna		Panarium	141	Tepidarium
98	Nanum	120	Paropfis	142	Tinnia
99	Nestoris		Quafus	143	Trua
100	Obba	121	Quafillus		Trulla
101	Oenophorum	122	Rhytium	144	Trulleum
102	Olla	123	Sympitium	145	Talarus
103	Orca	124	Sagana	146	Targelus
104	Oxipaphum	125	Salinam	147	Thericleum
	Onyx	126	Sartago	148	Vannus
105	Patella	127	Scaphium	149	Vrna
106	Peluis	128	Scyphus	150	Vrceus
107	Perfillum	129	Scutra		

**A**mphithetum fuit poculi genus, ita factum, vt quauis ex parte positum stare, nullū que certum haberet fundum. Hinc sumptum est adagium. Ex Amphitheto bibisti. In eum, qui liberius potaret ac meracius.

**A**henum vas est ære factum. Horatius. Sub noctem gelidā lignis calefaciat ahenum. Virgilius. Aut folijs vndam tepidi despumat aheni.

**A**mpulla vas erat olearium, quo in balneis utebantur. Apuleius in Floridis, Hippas prædicauit ampullam quoque oleariam (quam gestabat) semet sibi fabricatum. Hoc genus vas turgidum erat & ventrosum. Hinc Horatius, in arte ampullas vocat verba turgētia, vbi ait. Projicit ampullas & sesquipedalia verba. Suetonius in Domitiano Ampullam accepit pro vase vitreo, vbi ait. Quoties ocium esset, alea se oblectabat etiam profectis diebus matutinisque horis, ac lauabat de die. Prædebatque ad fatietatem, vt non temere super cœnâ præter Martianum malum & modicam in ampulla potiunculam lumeret.

**A**mula vasculum erat, quo ferebatur aqua lustralis causa religionis & expiātorum scelerum. Sumpsitque nomen ab amoliendis id est auferendis malis. Vnde & amuletum remedium aduersus inuidiam & veneficia vocabatur.

**A**næsa dicebantur ab antiquis vasa cælata a circuncidendo. Quæ signis erant aspersa, vocabantur Anaglypha.

**A**ristophorum dicitur vas, quo prandium defertur. Latine vocatur discus.

**A**rmillum vas erat vinarium aptum sacris, ita dictum, quod armo id est humero deportaretur. Varro apud Nonium. Etiam pocula, quæ vocant capulas & Capides, quod est poculi genus. Item Armillum, quod vrceoli genus vinarium.

**A**mphoravasis est vinarium, quod qui ferunt, vocatur Amphorarij. Horatius in arte. Amphora cœpit Institui corrente rota, cur vrceus exit? Martialis. Amphora non meruit tam preciosa mori. Reperio etiam amphoras dictas fuisse de vrhis aut foricis excrementicijs.

Monumentis enim proditur, Romæ in Angipottis & angulis vicorum amphoras fuisse collocatas, in quibus transitores ebrii & vinolenti mesere solebant. Quod indicat Caius Ticius Lucilij cœgtaneus, in oratione, qua legem saniam suasisit. Dum me iūt (inquit) nulla est in angipottu amphora, quam non impleant, quippe qui vesicam vini plenam habeant. Ad hoc faciunt verba Suetonij scribentis Vespasianum nouum sordidumque tributum reperisse pro amphoris in vrbe rescindendis, quibus vesicæ commentium exonerarentur.

- 9 **¶** Achana vas erat, quo recondebatur eorum cibaria, qui ad Theorias id est rem diuinam Delphos mittebantur.
- 10 **¶** Amphotum vas erat vtrinque anatum.
- 11 **¶** Aconita Græcis dicuntur vasa non illita, quæ calido diluta humore aquam in se trahunt.
- 12 **¶** Alabaster seu alabastrum dicitur perlucidum marmor, quo antiquitus vasa fiebant vnguentaria. Interdum tamen pro ipso vase capitur. Martialis libro vndecimo. Quod Cosmi redolent alabastra, focique deorum. Cicero libro secundo Quest. Acad. Quibus etiam alabaster plenus vnguenti putere videtur.
- 13 **¶** Arysanas, Arysteras, & Arystichos pro cyathis inueniri scribit Cælius, facta ab hauriendo nomenclatura.
- 14 **¶** Anthlia vas est hauriendis aquis idoneum. Hinc exantlare verbum id est haurire. Martialis libro nono. Curua laboratas Anthlia tollit aquas.
- 15 **¶** Bacchar vas est vinarium, quod & baccharum dici potest, a Baccho, vt ethymum docet. **¶** Est & Bacchium nomen vasis vinarij, quo in sacrificijs Bacchi utebantur.
- 16 **¶** Bascauda vas fuit peregrinum & britannis, peculiare. Martialis. Barbara de pictis veni Bascauda Britannis. Sed me iam maualt dicere Roma suam. Iuuenalis Satyra duodecima. Adde & Bascaudas, & mille escaria.
- 17 **¶** Batris vas est longo manubrio, quod Trullam nonnulli vocant.
- 18 **¶** Est & Batiola nomen vasis. Plautus apud Nonium, Batiolam auream octo pondo habebat, accipere noluit.
- 19 **¶** Brochus vas est vinarium gallis peculiare, deorsum versus rotundum & capax, sursum versus vero angustum. Brochus (inquit Budæus) vas fundendo vino accommodatum, implendis deplendisque culeis & vasis conditorijs.
- 20 **¶** Carchesium poculum erat forma procera & circa mediam partem compressa, ansis a summo ad infimum pertingentibus. Nomen & formam accepit a similitudine cuiusdam nauis gij. Nam mediam veli partem Carchelon, summam vero Carchesium vocabant veteres. Macrobius ait Carchesium poculum Græcis tantummodo fuisse notum. Cui hæc in re non est adhærendum. Nam Liuius Andronicus Latinorum poetarum vetustissimus hoc verbo vsus est, vbi ait. Florem antlabant liberi ex Carchesijs. Pherecydes apud eundem Macrobius ait Iouem Alcmenæ precium concubitus Carchesium aureum dono dedisse. De Carchesijs Virgilius. Cape Mæonijs Carchesia Bacchi, Oceano libemus, ait. Idem. Hic duo rite mero libans Carchesia Baccho.
- 21 **¶** Ciboria proprie dicuntur Colocasia folia, in quorum similitudinem pocula facta, idem traxerunt nomen. Horatius libro secundo Car. Obliuiole leuia Massico Ciboria exple.
- 22 **¶** Concha ab eodem Horatio pro vase ponitur, vbi ait. Funde capacibus Vnguenta de cochis.
- 23 **¶** Cacabus appellatur vas, in quo pulmentarium coquimus. Nomen traxit a sono, quem supra ignem politus facit. Apitius. Capita porrorum simul elixabis in Cacabo nouo, vt aqua ad tertiam deferueat.
- 24 **¶** Cadus vas est vinarium, quo vinum ipsum conditur. Virgilius in Coppa. Est & vappacado nuper diffusa picato. Ouidius libro quinto Fast. Promit fumoso condita vina cado. Rustici cados ligneos circulis cinctos primi in Alpibus excogitauerunt. **¶** Diminutium est cadiscus, significatque vasculum, quo suffragia colliguntur.
- 25 **¶** Calathus vas est vimineum, in quo mulieres suos fusos & pensa reponunt aut violas. Vnde Virgilius de Camilla. Non illa colo, calathis ve Mineræ Fœmineas assueta manus. Idem in Buccolicis. Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphae calathis. Ouidius libro quarto. Fast. Hæc implet calathos lento de vimine nexos. Idem in Epistolis. Non pudet alcide vetricem mille laborum. Rasilibus calat his imposuisse manum. Claudianus libro secundo de raptu. Nunc vimine textos Ridentes calathos folijs agrestibus implet. Calathus capitur quandoque pro calice vinario apto ad sacrificia. Virgilius. Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar. Martialis libro nono. Expendit veteres calathos, & si qua fuerunt Pocula Mentorea nobilitata manu. **¶** Calathus fit diminutium calathiscus eiusdem significationis cum primitiuo. Catullus. Vellera virgati custodibant calathisci. Politianus in Rust. Aut cista exportant aut rasilibus calathiscis.
- 26 **¶** Caldarium dicitur ahenum, quo calida hauritur aqua. Nam caldam veteres calidam aquam dixerunt.

- ¶** Calix vas est vinarium, licet Varro dictum velit ab aqua calida, quam veteres in eo bibere 27  
 bebant. Coniunx enim antiquitus Calida & frigida adhibebantur. Iuuenalis. Calidæ ge-  
 lidæque minister. De Calice Horatius in epistolis. Fœcundi calices quem non fecere diser-  
 tum. Martialis libro quarto. Prodat perspicuus ne duo vina calix. Interdum calix accipi-  
 tur pro vase, in quo legumina coquantur. Ovidius libro quinto Fastorum. Stant calices,  
 minor inde fabas, olus alter habebat.
- ¶** Calpar vas est fictile seu dolium. Varro apud Nonium. Quia anteq̃ nomen dolij prola 28  
 tum, quum etiam id genus vasorum Calpar diceretur.
- ¶** Canistrum seu Canister dicitur Cista seu fiscella contexta vimine. Ovidius libro octa- 29  
 vo Metamorphoseos. Prunaque & in patulis redolentia mala canistris. Idem libro secun-  
 do Fastorum. Stat puer, & manibus lata canistra tenet. Tibullus libro primo. Hanc pura  
 cum veste sequar, Myrtoque canistra Vinc̃ta geram.
- ¶** Cantharus propriū est liberi patris poculum. Virgilius de Sileno. Et grauis attrita pen- 30  
 debat cantharus ansa. Stroza pater. Hinc faginus illi cantharus effundit glocitanti pocula  
 collo. Nomen autem sumpsit a similitudine nauigij eiusdem nominis. Nam cantharus non  
 esse nauigij ostendit Macrobius ex Menandri testimonio.
- ¶** Capis capidis nomen est poculi dicti a capiendo. Diminutiuum est Capidula. Hac di- 31  
 ctione vsus est M. Cato.
- ¶** Cista vas erat mysticum, quo vtebantur in sacrificijs Bacchi. Catullus. Pars obscura cas- 32  
 uis celebrabant orgia cistis. Nunc pro capsa capitur aut vase negociatorio. Iuuenalis. Iāq̃  
 vetus Græcos seruabat cista libellos. Hinc cistifer Mercennarius dicitur. Martialis libro  
 quinto. Nupisti Gellia cistifero. Diminutiuum est cistella. Capiturque pro vase, quo sus-  
 fragia populii in creandis magistratibus, legibusque ferendis colligebantur. Cicero ad He-  
 rennium. Saturninus legem ferre cœpit, collegæ intercedere. Ille nihilominus cistellam  
 dedit.
- ¶** Capsa a capiendo dicitur, significatque locula mentum seu vasculum, quo aliquid inclu- 33  
 ditur. Diminutiuum est capsula.
- ¶** Capfaces capitur pro Lechyto & oleario vase. Cyprianus libro secūdo Epistolarum. Fis- 34  
 delia farris non deficiet, & capfaces olei non minuetur.
- ¶** Capula vas est vinarium, quo vtebantur veteres. Ansatum erat, & manu facile capieba- 35  
 tur. Vnde inditum nomen. Varro. Capis & minores capulæ a capiendo nominantur, quod  
 ansatæ sint. Est & aliud eiusmodi, quod Capisterium dicitur.
- ¶** Caprunculum vas est fictile, detorto a capacitare ethymo. 36
- ¶** Carthallum Hieronymus in Deutero, posuit pro canistro. Tolles (inquit) de cunctis fru- 37  
 gibus tuis primitias, & pones in Carthallo.
- ¶** Corbis cista est viminea, qua vtuntur messores. Propertius libro quarto. Corbis in im- 38  
 posito pondere messor erā. Cicero in oratione pro Sestio. Messoria se corbe contextit. Var-  
 ro libro primo de re rust. Ad Corbem messe facta spicilegium venire oportet. Diminuti-  
 uum est Corbula. Cato dicit corbulas amerinas quatuor villico necessarias esse, id est ex  
 amerina falice contextas. Fuit enim Ameria vrbs Vmbriæ quondam falicibus ferax. Vn-  
 de Virgilius. Atque amerina parat lentæ retinacula viti.
- ¶** Catinus seu catinum vas dicitur, in quo iurulentum aliquid ad escariam mensam repo- 39  
 nitur. Horatius libro secundo Sermonum. Angustoque vagos pisces vrgerè Catino. Cas-  
 to. Catinum fictile vngito oleo. Vbi bene omnia commiscueris, in Catinum indito, Catis-  
 num texto operito.
- ¶** Chytra seu chytron, latine dicitur olla. Idem sibi volunt Chytrapos & Chytrapida. 40
- ¶** Cissimbium dicitur ligneum poculū ex hedera, quod Homerus Cyclopi ab Vlyse da- 41  
 tum feribit. Huius poculi Euripides & Callimachus apud Macrobiū meminerunt.
- ¶** Clepsydra dicebatur vas vitreum modico foramine pertusum, horas dimetiens, in cuius 42  
 fundo erat canalus guttatim aquam emittens. Nunc Clepsydras plerique vocant ea vascu-  
 la multis subter foraminibus pertusa, quibus aestiuo tempore horti irrorantur.
- ¶** Coculum vas Aeneum aptum coctionibus. Plautus. Aencis coculis excocta est mihi om- 43  
 nis materia M. Cato vtitur.
- ¶** Colūm vas est vinarium, contextum viminibus, dictum a colando. Virgilius. Cola que 44  
 prelorum fumosis diripe testis.
- ¶** Cophinus Græca est dictio. Corbem latine interpretatur Priscianus. Iuuenalis satyra ter- 45  
 tia. Iudæis, quorum Cophinus, fœnumque supellex. Idem Satyra sexta. Quum dedit ille lo-  
 cum Cophino, fœnoque relicto.

Cotyla vas est

IOFFICINA

- 46 ¶ Cotyla vas est aptum bibendę aquę aut vino, quo Diogenem vsũm fuisse ferunt. Capit autē sex vncias. Martia. lib. 8. Post hunc in Cotyla rafa se libra data est. Capitur etiam Cotyla pro manus concauitate. Cotyla animalia dicuntur garrula.
- 47 ¶ Crateram Nonius ait esse vas vinarium, Craterem vero olearium. Ego differentiam hanc credo nihili fieri ab authoribus. Virgilius. Crateras magnos statuunt, & vina coronant. Idem. Craterasque duos statuam tibi pinguis oliui. Ouidius libro secundo Fastorũ. Coruus inauratum pedibus cratera recuruis Tollit. Rarissime Cratera fœmineum reperitur, si reperitur.
- 48 ¶ Creterra vas est aptum hauriendę aquę, nos situlam vocamus. Neuius apud Nonium. Vidimus præter amnem creterris sumere aquam ex ponte.
- 49 ¶ Cucumę vasa sunt ænea ad calefaciendam aquam. Ambrosius. Dñi tui aut ærei sunt, ex quibus cucumę melius fiunt ad vsũ hominum.
- 50 ¶ Culigna vas est potorium. Cato. Culignam in fœno Græco ponito, vt bene oleat. In eo vinum tantum reponebatur.
- 51 ¶ Cumeras vas est frumentarium, seu quo frumenta reconduntur. Hora. lib. 1. Ser. Cur tua plus cumeris laudes granaria nostris. Idem lib. 1. Epist. Forte per angustam tenuis vulpescula rimam Replerat in cumeram frumenti.
- 52 ¶ Cuppæ dicuntur maiora vasa ex ligno ad condiendum vinum, in quibus vinitores pedibus primum vvas calcant. Lucanus libro quarto. Namque ratem vacuę sustentant vndique cuppę.
- 53 ¶ Cyathus paruum est poculum vinarium. Hinc Cyathissare Plautinum vocabulum, id est bibere. Stare ad Cyathum dicuntur pincernæ & prægustatores, qui principibus vinũ præministrant. Horatius. Puer quis ex aula capillis Ad cyathum statuatur vnctus? C. Mēsius obiecit Iulio Cæsari, quod ad Cyathum & vinum Nicomedi stetit, auctore Transquillo.
- 54 ¶ Cymbium poculum est vinarium a cymbe similitudine nuncupatum. Alij Cymbium per syncopam dicitur putant, quasi Cissymbium, vt est apud Macrobius. Varro apud Nonium. Item erant (inquit) vasa vinaria, sicut Cymbium, Aquilinę, patere gutti, Sextarij. Est tamen cymbium lactis quoque poculum. Virgilius. Inferimus tepido spumantia cymbia lacte.
- 55 ¶ Crossus vas est, cui oleũ & vnguenta imponuntur. Plutarchus in Aristide. Subsequuntur lactis & vini libationes in amphoris. Olei quoque acvnguenti Crossos liberi adolescenter deferunt.
- 56 ¶ Cirtum vas est piscatorium, quod in alueorum angustijs terrę insigitur, vt eo se intromittant pisces.
- 57 ¶ Cottabus vocatur Phiala seu peluis ænea. Interdum capitur pro genere potionis.
- 58 ¶ Cirnea vas est vinarium. Plautus in Amphitrione. Cadus erat vini, inde impleui Cirneam.
- 59 ¶ Culullis calices erant fictiles, quibus pontifices virginesque Vestales in sacris utebantur. Horatius lib. 1. Car. Diues & aureis Mercator exsiccat Culullis Vina. Idem in arte. Reges dicuntur multis vrgere culullis, Et torquere mero, quem perspexisse laborant.
- 60 ¶ Cratanius, Cranion, Cylichnides pocula sunt apud Cęlium. Apud Lacones fuit Cotho. Vnde Acratothonas vocant merum vbertim haurientes, Et ebrietas Cotonismus dicitur. Sunt & Cononię de artificis nomine.
- 61 ¶ Cypellum dicitur a Græcis poculum ad interna proclinetum. Vocatur & Amphicypellum, velut vndique intro inflexum.
- 62 ¶ Depesta fuit poculi genus, quo utebantur vestutissimi.
- 63 ¶ Diota vas erat fictile & vtrinque anatum, aptissimum seruando vino. Horatius libro primo Carminum. Atque benignius Deprome quadrimum Sabina O Thaliarche merum Diota.
- 64 ¶ Discus vas est escarium, in quo reponuntur carnes & alia cibaria. Apuleius. Coenarum reliquijs discus ornatus, Capitur etiam pro ludo & rotundo lapide, quem in sublimi iacula bantur iu uenes. Ouidius libro decimo, Splendescunt, latique ineunt certamina disci, Quę prius aerias libratum Phoebus in auras Misit, & oppositas disciecit pondere nubes.
- 65 ¶ Dolia (inquit Nonius) vasa sunt grandia, in quibus vinum reconditur. Cato de re Rust. Eos conculcatos in dolia picata indito.
- 66 ¶ Decemmodię & Primodię vasa sunt rustica, quibus rustici in serendo frumento ( dum ferunt) vtuntur. His vocabulis vtitur Columella.

- F**iscina vas est vimineum aut iunco textum, Plinius. Frondarias piscinas quatuor im- 67  
 plere fundatore in iustum esse atumat. Est autē proprie vasculum illud, quo exsiccantur  
 casei. Virgilius in Coppa. Sunt & caseoli, quos iuncea fiscina ficeat. Politianus in Rustico.  
 Contextaque cannis Fiscina lacte madens. Diminutiuum est fiscella itidem vasculum vir-  
 gultum significās, quo lac colatur, dum caseus imprimitur. Virgilius. Et gracili fiscellam  
 tetit hibisco. Tibullus libro secundo. Tunc fiscella leui detexta est vimine iunci. Vtraque  
 etiam dictio capitur pro vase, in quo maioris summa pecunia reponitur. Asconius. Spor-  
 te, sportule, & sportelle Nummorum sunt receptacula. Et facci, facculi, & faccelli crume-  
 ne, mantice & marsupia. Item fisci, fiscina & fiscellæ.
- F**ideliam Nonius ait vas esse Samium ad plurimos vsus. Plautus in Aul. Multis congias 68  
 lem plenam tibi faciam fideliam. Persius Satyra tertia. Respondet viridi non cocta fidelia  
 limo. Io. Britannicus in Persium scribit fideliam dictam esse, q̄ fideliter recondita seruet.
- F**rixorium dicitur sartago, in qua quid frigitur. Nomen a sono deductum. 69
- F**utis vas erat aquarium, quo aqua in trichnium infundebatur. 70
- G**uttus poculum erat, quo in sacrificijs vtebantur, quod forte oris esset angusti, & gut- 71  
 tatum distillaret. Plinius lib. 16. Cap. 39. Manius Curius iurauit se ex præda nihil attigisse  
 præter guttum faginum, quo sacrificaret. Gellius lib. 17. Guttum Samium imprudens ina-  
 nem (tanquam si esset oleum) affert.
- G**abate vasa erant concauata, in quibus reponerentur pulmentaria & edilia. Martialis 72  
 lib. 7. Transcurrunt Gabate, volanque lances. Has vobis epulas habete lauti.
- G**utturium vas est gutturosum, ex quo aqua guttatim manat ad lauandas manus. Fluit 73  
 autem stillatim propter oris angustias.
- G**aster genus est vasis. Gasterium dixit Aristophanes. Quali esset forma, non reperi. 74
- H**ydriam latine vocamus vnam aquariam. Budæus. Lagena vas est ea forma, qua hy- 75  
 drie fictiles hodie a Bellouacis importantur.
- H**eracleum dici volunt poculum, in quo enauigauerit Hercules, ac esse Solis proprium. 76  
 In eo genere sunt Ethanium & Hemitomus. Fuit & Holmon poculi genus Ceratio simile.
- H**isthmus poculum erat Cyprijs peculiare teste Cælio. 77
- I**nter genus est dolij rusticani. Tibullus li. 1. Aut mihi seruabit plenis in lintribus vvas. 78  
 Est etiam lignum cauatum instar nauiculæ. Vnde & pro nauis solet accipi.
- L**anx vas est latum & rotundum minus excauatum quam patina. Apta erat lanx rebus 79  
 diuinis. Ausonius. Thuribula & pathere, quæ tertia cura deum lanx. Virgil. lib. 2. Georg.  
 Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Capitur etiam pro vase eschario. Iuuenalis.  
 Aspice quam magno distendat pectore lencem.
- L**asanum vasculum est ad euacuandum ventrem. Horatius. Te pueri Lasanum portan- 80  
 tes Oonophorumque.
- L**ebetes dicuntur vasa ænea apta coquendis carnibus aut alijs rebus. Ouidius libro duo 81  
 decimo. Et prima pocula pugna Miffa volant fragilesque cadi, curuique lebetes. Idem in  
 Epo. Viginti fuluos operoso ex ære lebetes. Virgilius libro tertio Aeneidos. Ingens argen-  
 tum, Dodoneosque lebetes.
- L**arcos vas est, in quo feruntur carbones. Author Cælius.
- L**echytus vocatur ampulla olearia. Hinc prouerbiū. Lechyto pinguior. Hieronymus 82  
 lib. 3. Regum. Hydria farine non deficiet, & lechyto olei non est imminutus.
- L**epista vas est ampullæ simile. Varro de vita patrum apud Nonium. Aliqui venditant 83  
 oleum. Lepistæ etiam nunc Sabinorum fani pauperioribus plerisque aut fictiles sunt aut  
 æneæ.
- L**uter vas est, quo diluitur vinum, & immiscetur aqua. Hieronymus in Iouinianum 84  
 vitur.
- L**abrum vas est aptum balneis & thermis. Dicitur a lauando. Cicero in Epist. Labrum 85  
 si in balneo non est, fac vt sit. Virgilius. Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis So-  
 le repercussum aut radiantis imagine lunæ.
- L**ebasium & Lesbium Cælius reponit inter pocula, & lyciurges inter Phialas. 86
- L**agena vas est fictile ad formâ hydriæ. A tereti enim collo distenta laxitas sensim ad imū 87  
 gracilescit. Martialis. Nulla catenatis pila est præcincta Lagenis.
- M**alluum seu Malluig, vas est in quo lauantur manus. 87
- M**ansiferna vrcus est aquarius. Plautus. Effer Mansifernam cum aqua foras. 88
- M**atella vas est vrinarium, & in quod emittitur lotium. Martialis lib. 10. Dispeream situ 89  
 Pyladi prestare matellam Dignus es, aut porcos facere Pirithoi, Plautus in Amph. Nec  
 tu postulas

## OFFICINA

- tu postulas matellam vnam infundi in caput tuum. Diminutiuum est matellio, eiusdem significacionis. Varro. Postularet Trullum, matellionem, peluim.
- 90 ¶ Mergus megoris, nomen est vasis a mergendo dicti. Capitur forte pro situla.
- 91 ¶ Metreta nomen est mensurę. Interdū accipitur pro amphora vinaria, seu alio vase. Martialis lib. 5. Plurimus Hispanas mittet tibi nauta metretas. Iuuenalis satyra tertia. At hic tignum capiti incutit, ille metretam.
- 92 ¶ Mistarius vas, quo vinum aqua miscebatur. Lucilius. Vrcus aut gemina longus mistarius vna.
- 93 ¶ Mortarium vas est, in quo aliquid tunditur pistillo. Plautus in Aulu. Cultrum, securim, pistillum, mortarium, que vtenda vasa semper vicini rogant. Aquam in mortario tundere. Adagium est de inani opera.
- 94 ¶ Mulcra quandoque capitur pro vase, in quo mulgetur. Virgilius libro tertio Georgiarum. Quam magis exhausto spumauerit vbera mulcra. Lata magis pressis manabunt vbera mammis. Politianus in Ambra. Complerant olidam supra caput vbera mulcram.
- 95 ¶ Metaniptrum calix erat, quo post cœnam vtebantur veteres, vbi lauissent.  
¶ Mastus a Paphis nuncupatur poculum.  
¶ Mathallides quoque eiusdem sunt vsus.
- 96 ¶ Nassa vas est piscatorium, quo quum intrauit piscis, egredi nequit. Plautus. Nunquam ex ista nassa hodie escam petam. Cicero ad Atticum libro. 15. Ex hac nassa exire constitui, non ad fugam, sed spem mortis meliorem. Iuuenalis Satyra. 12. Delebit tabulas inclusus carcere nasse.
- 97 ¶ Nasiterna vas est aquarium ansatum ac patens. Varro de re rustica. Vt ex gre athena, vras os, nasiternam faceret.
- 98 ¶ Nanum vas est breue & latum. Calepinus ait aliter dici Situlum barbatum.
- 99 ¶ Nestorida Cælius ait poculum fuisse, quo sit vsus Nestor.
- 100 ¶ Obba genus est poculi. Pontanus in Lepidina. Obbam lactis, & hæc fumati farta canistro.
- 101 ¶ Oenophorum vas est vinarium, aptum ferendo vino, vt Græca compositio docet. Iuuenalis. Tandem illa venit rubicundula totum Oenophorum sitiens, plena quod tenditur vna Admotum pedibus.
- 102 ¶ Olla genus est vasis. Varro. Cato ait vnam vimineam in ollis commodissime condi. Plinius lib. 34. Quidam in ollis fictilibus tufam vrunt, ac lauant in mortarijs, postea siccant. Aula in eadem significacione potest accipi. Vnde Plautine Aulularie inditum nomen.
- 103 ¶ Orca vas est capacissimum Hispanis peculiare, quo fassamenta vinum & oleum, & Salsgana condebantur. Nomen traxit ab Orce marinæ similitudine. Persius. Angustæ collo non fallit Orca. Varro apud Nonium. Sed vbi conditum vinum nouum Orce in Hispania feruore musti ruptę.
- 104 ¶ Oxybaphum vas dicitur acetarium. Cratinus posuit pro poculo.  
¶ Onyx calis erat ligneus.
- 105 ¶ Patella vas est latum & aptum condendis obsonijs. Horatius libro primo Epistolarum. Nec modica cœnare times olus omne patella. Martia. Quauis lata tenet patella Rhombū.
- 106 ¶ Peluis vas est aquarium, in quo proprię lauantur pedes, quamuis etiã dicatur de alijs rebus.
- 107 ¶ Perfillum vas erat picatum, in quo seruabantur vnguenta.
- 108 ¶ Phiala vas erat vinarium aut aquarium. Iuuenalis satyra quinta. Virro tenet Phialas, tibi non committitur aurum. Conflabatur enim auro. Nostri phialas vocant vasa vitrea, in quibus acetum aut aliquid simile reconditur.
- 09 ¶ Patera poculum est latum ac patens. Virgilius libro quarto Aeneidos. Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido.
- 110 ¶ Patina vas est, in quo dapes elixę & iurulentę feruntur ad mensam, a patendo, vt liquet.
- 111 ¶ Pelluuium seu pelluuia vas, quo lauantur pedes, a perlucendo.
- 112 ¶ Poculum vas, quo bibitur. Virgilius. Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis. Valerius Flaccus. Pars epulas manibus, pars aurea gestant pocula. Interim poculum capitur pro ipsa portione. Syllius. Et Ambrosijs aruisia pocula siccis. Virgilius libro secundo Georgicorum. Pocula si quando seque infecere nouerę. Hinc pocillatores dicuntur pincernę. Tecum vna postea, tecum æque pocilla posset. Diminutiuum est pocillum, Plautus.
- 113 ¶ Pollubrum vas aquatile ad lauandas manus. Liuius apud Nonium. Argenteo pollubro & aureo gutto. Fabius pictor apud eundem. Aquam manibus dato, pollubrum sinistra manu teneto.



manu teneto.

¶ **Preferriculum** vas erat æneum sine anfa & patens, quod in sacrificijs solebant præferre. 114

¶ **Plycter** vas est ad vsum mensę celebre, teste apud Cęlium Polluce. Ipsum refrigerandi 115

commoditatibus destinatum erat, Plycteres tamen Nicander posuit pro vmbrosis locis. Plus  
tarchus pro vase in vita Alexandri magni. Glaucum medicum (inquit) in Theatro nactus  
absentem, caprum prandit assatum, & ingentem vini Plycterem haulit,

¶ **Pyrophorum** vas est grandius, cui succensa imponuntur ligna. 116

¶ **Podoniptum** vas est, in quo pedes lauantur. Vnde & vocabulum inditum a Gręcis. 117

¶ **Panathenaicum** nomen est poculi, apud Possidonium, quo etiam in genere sunt pellicę. 118

¶ **Pellæ** seu pellices, vasa sunt quibus excipitur lac, dum mulgetur. 119

¶ Inter pocula etiam numerantur Pristis, Prochythis.

¶ **Panaria** dicuntur vasa viminea, quibus panes inferuntur ad mensam, Statius libro primo Sylvarum. Hi canaria candidasque mappas Subuectant, epulasque lautiores. Diminutium est panariolũ. Martialis. Cum panariolis tribus redisti. Suetonius in Calligula. Spar sit & missilia variarum rerum, & panaria cum obsonio viritim diuisit. Idem in Domitiano. Septimodiali sacrorum quidem die, senatui equitique, panarijs, plebjs, sportellis, cum obsonio distributis.

¶ **Paropsis** vas est escarium, Martialis. Cui portat gaudens ancilla paropside rubra Alecę. 120

Iuuenalis Saty. 3. Quam multa magna que paropside cęnat.

¶ **Quallus** vas est vimineum, per quod vinum e prælo guttatim defluit, quum calcatur 121

vua. Virgilius. Tu spisso vimine quallos Collaque prælorum fumosis diripe tectis. Colus  
mella libro nono. Ut palis in parietem vehementer actis vimineos quallos superponant.  
Pontanus. Vidit ea pictos melius contexere quallos. Plynius libro decimo septimo. Quas  
si longius ferre libeat, in qualis statim aut vasis fictilibus defodere propagines aptissimũ.  
Diminutiũ est quasillus, Tibullus libro quarto. Sit tibi cura Toge potior, pressumq; qua  
sillo Scortum. Capitur etiam quallus pro calatho, in quo virguncule suos reponunt fulos.

¶ **Rhytium** vas est lunari specie, Martia. In Rhytio poteris Phœbe lauare pedes. 122

¶ **Sympiuium** vas erat vinarium, quo utebantur in sacrificijs, Plynius lib. 35. In sacris qui 123

dem etiam inter has opes, nõ myrrhinis, cristallinis ve, sed fictilibus prolabatur Sympiujs.  
Iuuenalis. Saty. 6. Simpiuium ridere Numę paruumque Catinum,

¶ **Sagana** dicitur vas, in quo aliquid teritur. Nomen est etiam veneficę apud Horatium. 124

¶ **Salinum** vasculum est, in quo sal reponitur, ad mensę vsum, aut sacrificia. Horatius. Vi 125

uitus paruo bene, cui paternum Splendet in mensa tenui Salinum, Persius. Purum & sine  
labe salinum.

¶ **Sartago** dicitur patella, in qua caro frigitur. Aliter vocatur frixoriũ, Hieronymus, Iussit 126

ignem admoueri, & adhuc spirantem torrerı in sartagine.

¶ **Scaphium** vas est excrementiciũ, & ad recipiendam corporis fæcem. Aliter vocatur ma 127

tella. Iuuenalis satyra sexta. Et ride positis scaphium quum sumitur armis. Capitur quan  
doque pro omni vase lati orificij. Lucretius libro sexto. Etramenta simul ferri, turere intus  
ahenis In scaphijs. Vitruuius. In eoque collocetur circiter Solis occasum scaphium æreũ,  
aut plumbeum, aut peluis.

¶ **Scyphus** vas est potorium Herculi dicatũ, quo veteres in conuiujs & sacrificijs uteban 128

tur. Cęlius ait Scyphos, quasi Scythos, a Scythijs populis, quibus frequẽs est ebrietas. Hinc  
Scythiisare id est inebriari. Inter Scyphos laudantur imprimis Bœotij quibus Hercules  
primum in expeditionibus vsus est, Deinde Rhodiaci, sequentibus Syracujs. Virgilius.  
Et facer impleuit dextram scyphus.

¶ **Scutra** seu scutula vas est forma rotunda, aliquanto minor disco. Martialis accepit pro va 129

se octo vnciarum libro octauo, dicens. Bessalem ad scutulam longo peruenimus æuo. Idẽ.  
Sic implet gabatas, paropsidesque, Et leues scutulas, cauasque lances. Nos etiam scutellam  
dicimus.

¶ **Scutrisca** vas est itidem rotundum, quod a scutra videtur deduci. Cato de re Rustica 130

vtitur.

¶ **Seria** vas est oblongum & fictile. Liuius. Et in vico histrio, fontem tanta vi aque fluxisse, 131

vt serias, doliaque (que in eoloco erant prouoluta) velut impetus torrentis tulerit. Terentius.  
Serias omnes releui. Hinc fit diminutiuum seriola. Persius satyra quarta. Seriolę ve  
teris metuens deradere linum.

¶ **Sitarchia** vas est repositorium sibi. Hieronymus libro primo regum. Panis deficit in Si 132

tarchijs nostris, & Sportulam non habemus

Sittula cista erat,

- 133 ¶ Situla cista erat, qua suffragia populi colligebantur in creandis magistratibus legibusq; ferendis. Dicimus & sitella. Cicero pro Cornelio. Neque maius est legere codicem, quam intercedatur, q̄ sitellam ipsam cum ipso intercessore deferre. Situla etiam capitur pro vase, quo aqua hauritur. Plautus. Si hanc situlam accepero, omnem illi puteo animam intertraxero.
- 134 ¶ Sporta seu sportula, vas est vimineum canistro non dissimile. Aliter potest vocari Corbis. Salustius libro secundo Historiarum. E muris canes Sportis dimittebant. Capitur etiā pro distributione pecunię in populum, aut cibis ipsis, qui distribuebantur. Iuuenalis satyra prima. Nunc sportula primo Limine parua sedet turbę rapienda togata. Suetonius in Domitiano. Septimontiali sacrorum die, senatui, equitique panarij, plebeijs, sportellis cū obsonio distributis.
- 135 ¶ Strigilecula, genus est vasis. Apuleius. Iuxtaque honestam strigileculam recta fastigiatione clausula, flexa tribulatione ligula, vt & ipsa in manu capulo moraretur, & fudor ex ea rituulo laberetur.
- 136 ¶ Sutura nium vrceolus est seu guttus, ex quo aqua in pelluuium distillat.
- 137 ¶ Sytropes, sitropedis, vas est fictile tribus fultum pedibus.
- 138 ¶ Solum vas erat, quo lauabantur, qui volebant in thermis sudare. Factum est olim tanto sumptu, vt esset argenteum, quo mulieres lauabantur. Martialis lib. 2. Zoile quid solium subluto podice perdis. Plynius aliter videtur accepisse libro. 35. vbi ait. Quin & defunctos sese multi fictilibus condi maluerunt.
- 139 ¶ Syrisicum vas erat plexile, in quod conijciebantur fici.  
¶ Seleucides Athenæus pro poculis posuit.  
¶ Stannium a Polluce numeratur inter vasa vinaria.
- 140 ¶ Sinum vas erat sinuosum, aptum condendo lacti. Virgilius. Sinum lactis, & hæc tibi liba Priape quotannis.  
¶ Synthesis vas est fictile, ex diuersis vasis compositum. Martialis. Septenaria synthesis fangunthi. Statius libro quarto sylvarum. Vnam mittere synthefin quid horres Alborum calicum, atque cacaborum.
- 141 ¶ Tepidarium vas est, in quo aqua temperatur.  
¶ Tinnia apud antiquos vasa fuerunt vinaria.
- 142 ¶ Tiental vas est, tertiam partem sextarii capiens.
- 143 ¶ Trua seu diminutiuum Trulla genus est vasis dictum a terendo. Eo vase aqua fundebatur in lauatinā. Fiebat Thrulla ex ære Corinthio & argento. Martialis posuit pro scaphio libro nono dicens. Clinicus Herodes Trullam subduxerat agro. Horatius pro vase potorio, dicens. Qui Vcientanum festis potare diebus Campana solitus Trulla, vappamque profestis.
- 144 ¶ Trulleum vas est latum & aquatile, quo perluuntur manus. Varro apud Noniam. Itaque ea sibi modo ponere ac suspendere, quę utilitas postularet, Trulleum, matellionem, peluim, nasiternam.
- 145 ¶ Talarus vocatur Calathus, qui contextitur viminibus, in quo coagulatur caseus.
- 146 ¶ Thargelus dicebatur olla, in qua percoquebatur fructū primitię in honorem Apollinis.  
¶ Tragelaphum Cęlius numerat inter pocula.
- 147 ¶ Thericleum poculum est vinarium, in quo bibitur, a Thericle quodam inuatore nominatum. Hinc natum adagium. Thericlaei amicus. In parasytos & amicos mensę.
- 148 ¶ Vanus scemine generis, vas est latum, & vimine contextum, quo sordes a frumentis auferuntur. Alij cribrū cereale vocant. Columella. Ipse autem spicę melius fustibus tunduntur, vannis expurgantur.
- 149 ¶ Vrna vas est fictile, quo hauritur aqua. Pontanus. Non riu crepitanis opem non fictilis vrnæ. In vrna etiam quandoque vinum & oleum reconduntur. Cato de re rustica. Vrne olearię, vrce aquarij, vinarie vrne, & alia vasa ænea Capuę. Dicimus etiam vrnarium. Testis apud Nonium Varro.
- 150 ¶ Vrceus vas, quo aqua effunditur in vrnam. Diminutiuum est vrceolus. Cato de re rustica, de hoc & alijs compluribus sic ait. Item in cella olearia hæc opus sunt. Dolia olearia & ospercula, & labra olearia. 14. Conchas maiores duas & minores duas, Trullas æneas tres, Amphoras olearias duas, vrceum aquarium vnū, vrnam quinquagenariam vnā, festarium olearium vt. ut. m. labellum vnum, Infundibula duo, spongias duas, Vrceos fictiles vrnales duos, Trullas ligneas duas.

Dibutades  
Ideochus  
Rhetus  
Theodorus  
Encirapus  
Eugrammus

Lyfistratus  
Dimophilus  
Gorgafus  
Calcofthenes  
Poffunius

Arcefilaus  
Praxiteles  
Turianus  
Vatinius  
Thericles



**D**ibutades Sicyonius primus fuit figulus Corinthi qui ex Creta docuit fingere, primusque personas tegularum extremis imbricibus imposuit. Vide Plynium lib. 35. Capite. 11. Sunt qui in Sarmos primos omnium plasticen inuenisse Ideochum, Rhetum, & Theodorum tradant. Author idem Plynius

- ¶ Encirapus & Eugrammus Italiae plasticen tradiderunt.
- ¶ Hominis imaginem gypso ex ipsa facie primus omnium expressit, caeraque in eam formam gyphi infula emendare instituit Lyfistratus Sicyonius frater Lyippi. Hic & similitudinem redde re instituit, & de signis effigiem exprimere inuenit.
- ¶ Plastrae laudatissimi fuerunt Dimophilus & Gorgafus.
- ¶ Calcofthenes cruda opera fecit Athenis.
- ¶ M. Varro tradit sibi cognitum Romae Poffunium, qui tubas & pisces fecerit, quos aspectu discernere a veris non potuisses.
- ¶ Idem magnificat Arcefilaum Luculli familiarem, cuius proplasticae plures venibat ab artificibus ipsis quam aliorum opera. Idem fecit Venerem genitricem in foro Caesaris.
- ¶ Praxiteles plasticen matrem statuarie, sculpturaeque & celaturae esse dixit. Neque unquam aliquid fecit, antequam finxit.
- ¶ Turianus Iouis effigiem fictilem in Capitolio dicauit. Fecit & Herculem eadem materia. Tales enim effigies deum tunc erant laudatissimae. Haec omnia habet Plynius lib. 35.
- ¶ Vatinius Beneuentanus calices vitreos faciebat. Hinc vasa Vatinia dicuntur vitrea. Martialis libro decimo, Vatiniorem proxineta fractorum. Idem in Distich. Vilia futoris calices monumenta Vatini Accipe.
- ¶ Thericles figulus fuit Corinthius, a cuius nomine fictilia quaedam vasa Thericlea dicta sunt. Huius meminit Plynius Cap. 41. lib. 16.

☞ Sacculorum nomina.

Loculi  
Marsupium  
Mantica  
Calathus  
Quallus  
Pera  
Culleus

Ascopera  
Sacciperium  
Fisci  
Fiscine  
Fiscelle  
Sportulae

Crumeng  
Veleie  
Scortea  
Hippoperie  
Palceolum  
Bulga

**S**accus imprimis dicitur culleus seu maius marsupium, in quo frumentum, aut quid aliud receditur. Diminutiva sunt sacculus & sacculus. Iuuenalis satyra vnde decima. Sacculus e caelo descendit. Saccus niuarius dicebantur pannus lineus, quo niues attenuabantur, vnde refrigerabantur vina. De hoc Martialis. Attenuare niues norunt, & linthea nostra. Saccularij dicuntur latrones & incisores marsupiorum. Plautus appellat zonarios sectores. Graeci Balantiotomos. Aeschines apud Celsum. Adducunt (inquit) illum veneficum Balantiotomum, qui remp. incidit.

¶ Loculus seu loculamentum dicitur capsula in qua seruatur pecunia. Martialis. Hos nisi de flama loculos implere moneta Non decet, argentum vilia ligna ferent. Ouidius libro sexto Fastorum. Gramina continuo loculis depromit eburnis.

¶ Marsupium. Cato. Maiorem curam habere marsupij nostri, quam vitae.

¶ Mantica dicitur pera viatoria.

¶ Pera capitur pro sacculo. Erat autem peculiaris cynicis. Martialis libro quarto. Cum baculo pera que senem. Idem in Distichis. Dormiat & tetrico cum cane pera rogat. Compositum est hippopera, equestris capsula. Et sacciperium ex pera & sacco.

Fisci, Fiscinae

OFFICINA

¶ Fisci, Fiscina & Fiscella dicuntur marsupia, in quibus reconduntur pecuniæ publicæ. Vnde consilicare verbum. Iuuenalis Satyra tertia. Res fisci est vbiunque natus.

¶ De pasceolo Plautus in rudente. Nummi (inquit) octingenti auri in marsupio inferunt, præterea centum denaria Philippea in pasceolo seorsum. Idem de facciperio & vidulo. Quenam balena inquit, meum vorauit vidulum, aurum atque argentum vbi omne compactum fuit. Eadem illa credo, quæ meum marsupium, quod plenum argenti fuit in facciperio.

¶ De hippoperis Anneus, Seneca in epistolis. Cantherio (inquit) vehabantur, impositis quidem hippoperis, vt secum vitilia portarent.

¶ De nominibus facculorū ita meminit Asconius. Sportæ (inquit) sportule, sportellæ nummum sunt receptacula. Et facci, facculi, faccelli, & crumenæ, & velicæ, & scortæ, & mantitica, & marsupia. Ita fisci, fiscine, fiscelle, Spartea vtensilia sunt ad maioris summæ pecuniæ capiendas.

¶ Scortea crumena est pellicea e testibus arietinis. Scortes enim (inquit Festus) id est pelles testium arietinorum ab eisdem pellibus dicti.

¶ Vestimentorum genera.

1	Abolla	36	Capyris		Mollicina
2	Adafus		Calafiris	67	Multicia
3	Amictorium	37	Chortæus	68	Mantile
4	Aulea		Caunaces	69	Manica
5	Amphitapæ	38	Diphthera	70	Mamillare
6	Artineum	39	Diplois	71	Myoton
	Anaxyris	40	Dalmatica		Mandya
7	Brachialia	41	Dextrocherium	72	Nebris
	Burrhanicum		Dorsualia		Otho
8	Brachæ	42	Endromis	73	Paludamentum
9	Bardocucullus	43	Encimibomata	74	Penula
10	Batrachides	44	Ephesfris	75	Puluinar
	Bardiacus	45	Epitogium	76	Palla
11	Birri	46	Exomides	77	Parnacides
12	Cyclas	47	Flamea	78	Patagium
13	Cento	48	Forense	79	Peplum
14	Calantica	49	Fœminalia	80	Perifcelis
15	Caliga		Femoralia	81	Perizonium
16	Coliptra	50	Gausapina	82	Pileus
17	Calula	51	Galericulum		Petafus
18	Capitium	52	Galerus	83	Poderis
19	Castula		Gabanium	84	Polymitus
20	Causia		Galbana	85	Pretexta
21	Chalafis	53	Hemitogium	86	Pallium
	Campestre		Homoleum	87	Phelo
22	Chirodita		Hypothicos		Perinesum
23	Chlamys		Hemiploidium	88	Rhenones
24	Chlæna	54	Ianthina	89	Ralla
25	Colobium	55	Impluua	90	Rechidimna
26	Crocotula	56	Indufum	91	Reciuum
	Crocoton	57	Infula	92	Regilla
27	Candys	58	Ias	93	Richa
28	Cucullus	59	Lacerna	94	Reticulum
29	Chiton	60	Lena		Rhiza
30	Conopeum	61	Lanetum	95	Strophium
31	Cinctus Gabinus	62	Latufclauus	96	Sagum
32	Ceficeum	63	Limbus		Sagulum
33	Carbasus	64	Lumbare		Scutulata
34	Culcitra	65	Leuidensa	97	Semitogium
35	Caliaca	66	Mastruga	98	Stragulum

99	Strigium		Singiliones	114	Tapetum
100	Subucula	107	Stola		Trabea
101	Sudarium	108	Sinthesis	115	Ventrale
102	Syrma	109	Toga	116	Venfica
103	Supparus	110	Tyara	117	Vimbella
104	Subligaria	111	Tibiale	118	Xerapellinae
105	Sindones	112	Tunica	119	Xystis
106	Subarmalia	113	Tyriantina		

EXPLANATIO.



Bolla vestis erat tragica & grauiorum personarum. Ea utebantur  
 1  
 externi reges. Erat enim magni splendoris & precij. Martialis lib.  
 3  
 quarto. Carea quem nudi tegit vxor Abolla grabati. Idem libro  
 octauo. Nescit cui dederit Tyriam Crispinus Abollam. Suetonius  
 scribit Pompeium quendam baculo percussum fuisse a Caligula,  
 quod spectacula ingressus, conuertisset omnium oculos fulgore  
 purpuræ Abollæ. De hac Iuuenalis satyra tertia. Atque audi faci-  
 nus maioris Abollæ.

- ¶ Adalus tunica erat ab humeris non confuta, 2
- ¶ Amictorium indumentum erat pectoris, quo dormientes se integebant, ne nocturno fri- 3  
 gore offenderentur. Erat autem ex lino, mulieribusq; maxime in vsu.
- ¶ Aulæa teste Nonio genus erat vestis peregrinæ. Nos aulæum dicimus velamen beluatis 4  
 intextum picturis. Aliiter dici potest Peripetasma, Peristroma, & tapes seu tapetum. Virg.  
 lib. 1. Aen. Aulæis iam se regina superbis Aurea composuit sponda. Syllius lib. 14. Quæq;  
 atalæis variata per artem Aulæis scribuntur acu, aut Memphitide tela.
- ¶ Amphitapæ dicuntur vestes, villos vtrinq; habentes. Lucilius apud Nonium. Amphita 5  
 pæ villis ingentibus molles, & si aliud quid deliciarum.
- ¶ Arfineum auctore Festo ornamentum erat capitis mulieris. 6
- ¶ Anaxirim Cælius ait indumentum fuisse perlis peculiare. Nos pileum dicimus.
- ¶ Brachialia dicuntur brachiorum tegumenta, vt tibialia tibiærum. Plynius libro vigesimo 7  
 quinto. Nec vlllo malo medicamento lædi posse, aut veneno ( si quis in brachiali habeat)  
 arbitrantur magi.
- ¶ Erat & Burihanicum genus cuiusdam vestis.
- ¶ Bræca vestimentum erat Gallis quondam peculiare. Vopiscus. Gallicis (inquit) Bræcis 8  
 ornatus Tetricus in triumphum est ductus. Lampridius ait Alexandrum principem inter  
 militaria vestimenta bræccas donasse. Hoc etiam utebantur Sarmatæ. Lucanus li. 1. Et qui  
 te laxis imitantur Sarmata bræccis.
- ¶ Bardocucullus vestis erat Gallica, vnicuiq; tempore idonea, cum qua milites imbrium 9  
 tempore iacebant in castris, & in agris rustici. Luca. lib. 1. Urbica lingonicus Tyriantina  
 bardocucullus. Idem. Gallia Santonico vestite Bardocucullo.
- ¶ Batrachides vestes erant viriles & floridæ, quæ nomen traxerunt a colore ranæ quæ Ba 10  
 thrachos Græce dicitur.
- ¶ Similis prope erat Bardiacus, sed sine cucullo id est capitis ligamento.
- ¶ Birri genus est vestis Gallicæ, quo capita integuntur. 11
- ¶ Cyclas vestis est fœminea & in rotunditatem formata. Sidonius ait pronubam cyclade 12  
 honorari, sicut toga senator honoratur. Alexander Romanus impe. auctore Lampridio di-  
 cere solebat matronas regias contentas esse debere cyclade, quæ sex vncijs auri plus non  
 haberet. De cyclade Iuuenalis satyra. 6. Hæ sunt, quæ tenui sudant in cyclade. Propertius  
 lib. 4. Hæc nunc aurata cyclade signat humum. Cycladati dicuntur induti cyclade. Tran-  
 quillus de Caligula. Sepe depictas gemmatasque indutus penulas, manuleatus & armilla-  
 tus in publicum processit. Aliquando fericatus & cycladatus.
- ¶ Cento vestis est crassa, varijsq; pannis & partibus cõsuta, ad quam alluisse videtur Ho- 13  
 ratius in arte dicens. Purpureus late qui splendeat, vnus & alter Alluitur pannus. Iuena-  
 lis Satyra. 6. de Messalina imperatrice. Intrauit calidum veteri Centone lupanar. Noma-  
 des auctore Strabone, tentorijs vtuntur Centonum instar pilo contextis. Centones per sis-  
 militudinem vocantur carminis genus, ex diuersis carminibus, & carminum fragmentis  
 hinc atq; illinc acceritis confutur. Qualis est Ausonij cento nuptialis, ex Virgilianis carmi-  
 nibus concinnatus

## OFFICINA

- nibus concinnatus. Hinc natum adagium. Farcire centones, id est commenticijs nugis auidiores ludere. Plautus in Epidico. Quin tu inquit alium queras, cui cētones farcias, id est, quem tu gloriosus mendacijs expleas. De centone vestimento Politianus in Rusti. Simul horrida cautus Terga rudi Centone fouet.
- 14 ¶ Calanrica tegmen erat capitis muliebre. Tullius in Clodium. Quum calanticam capiti accommodares.
- 15 ¶ Caliga tegumentum est tibiārum. Hinc caligati, caligis induti. Iuuenalis saty. 3. Adiuor gelidos veniam caligatus in agros. Imperator Caligula nomen sumpsit a caligis, quas margaritis refertas primus portauit. Aufonius. Caus cognomen calige, cui castra dederunt. Tranquillus. Modo in speculatoria caliga, nonnunq̄ loco muliebri.
- 16 ¶ Calyptra genus erat vestimenti, quo mulieres integebant sua capita.
- 17 ¶ Caltula vestis nomen sumpsit a calta herba seu viola coloris lutei.
- 18 ¶ Capitia dicuntur tegumenta capitum. Varro apud Nonium. Nec capitia, nec strophia, neque zonas.  
¶ Capidulum idem significat, quod capitium.
- 19 ¶ Castula dicebatur palliolum, quo puellę nude infra pupillas præcingebantur. Varro. Castulam mulier sumpserat pro succula. Hęc etiam Perizoniũ & præcinctorium appellatur.
- 20 ¶ Causia seu cauea tegmen est capitis ad calores. Valerius Maximus. Quemadmodũ Antigonus caput Pyrrhi texit causia, qua velatum caput more Macedonum habebat.
- 21 ¶ Chalasis tunica erat laxa & muliebris, vel (vt alij malunt) nodus tunicę muliebris, quo connexa circa ceruicem tunica sumitur.  
¶ Campestre dicitur lumbare seu subligar, quo integuntur lumbi. Horatius lib. i. Episto. Penula solstitio, campestre niualibus auris.
- 22 ¶ Chirodita vocatur tunica proluxa, vltra brachia manus operiens. Peculiaris est Dalmatarum genti. Eius pannum Galli Dalmascum vocant. Iulius Capitolinus in Pertinacis vita, de quorundam vestimentorum generibus ita meminit. Vestis sub tegmine ferico aureis filis insignior, per tunicas penulasq̄ lacernas, & chiroditas Dalmatarum, & cirratas militares, purpureasq̄ chlamydes gręcanicas atq̄ castrenses, & cuculli bardiaci, Bap. Pius in annotationibus putat legendum chiroditas Dalmatarum.
- 23 ¶ Chlamys dicitur vestis militaris pallio strictior & breuior. Valerius Flaccus libro sexto. Non auro depicta chlamys, non flaua galeri Cęsaries. Sidonius. Humerosq̄ ex more priorum Includat Sarrana chlamys, te picta togarum purpura plus capiat. Plautus ad ornatum militis ait opus esse chlamyde, machara & Petafo. Tranquillus in Tiberio accepit pro veste puerili. Munera inquit, quibus a Pompeia Pompeij forore in Sicilia donatus est. Chlamys & fibula, item bullę aureę durant. In Caligula vero posuit pro veste militari dicens. Vt sepe chlamyde, peltaque & galea armatam & iuxta ad equitantem militibus ostenderit. Chlamydari dicuntur induti Chlamyde. Plautus in Pseudulo. Quis hic homo chlamydatus ex, aut vnde est?
- 24 ¶ Chlæna vestimentum erat, quod alijs omnibus superponebatur. Nos lænam dicimus.
- 25 ¶ Colobium tunica erat sine manicis, qua vtebantur quondam Romani.
- 26 ¶ Crocotula vestis crocei coloris. Plautus. Patagiatam caltulam, aut crocotulam,  
¶ Crocoton genus est vestis rotundę, ac fimbriatę, qua vtebantur diuites matronę. Numeratur a festo inter delicatas vestes. Hinc adagium natum. Feli crocoton dare, quum indignis honor exhibetur.
- 27 ¶ Candys indumentum erat Persicum & regis quidem Haliporphyros. Plutarchus in Alexandro magno. Nunquam tamen vt Mœdorum amictum barbarum nimis & ab se alienum assumeret, induci potuit, semper anaxyridas, Candyn, tyranq̄ repudiās. Idem Plutarchus libro secundo de fortuna Alexandri. Adhęc Gręcos & Barbaros non chlamydę, non peltam, non acinacem, non candyn (apud Perlas regium capitis gestamen est) dirimeret, sed Gręcos virtute potius, Barbaros vitio internosci.
- 28 ¶ Cucullus vestis erat, quę implicabatur collo. Nostri monachorũ gestamen vocant, quod relinquere plane sit nefas. Cucullam tamen dicere malunt fratres heremitani. De cucullo Martialis lib. 10. Pullo Meuius alget in cucullo. Iuuenalis satyra sexta. Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos, Georgius Valla ait breue esse tegmen & vile, quo caput huius merique ad arcendam pluuiam conteguntur.
- 29 ¶ Chiton vestis erat prætenuis & simplex, quę fiebat lino. Capitur etiam pro thorace, vnde & Homerus calcochitonas achęos vocauit, tanq̄ æneis præmunitis tunicis.
- 30 ¶ Conopeum genus erat tentorię ad culices prohibendos, quo maxime vtebatur Alexander drini, qui

drini, qui Conopeis lectos operiebant, ne a culcibus infestarentur. Propertius lib. 3. Fœda que Tarpeio Conopea tendere faxo. Horatius in Epodis. Interq; signa turpe militaria Sol alpiceit Conopeum. Iuuenalis saty. 6. Vt testudineo tibi Lentule Conopeo. Nostri Conopeum Cortinam le cti circumductilem vocant.

¶ Cinctus Gabinus toga erat sic in tergum reiecta, vt lacinia eius reuocata hominem cin- 31  
geret. Ea vtebantur Romani confules bellum indicturi. Virgil. lib. 7. Aen. Ipse quirinali trabea cinctusque Gabino Insignis referat stridentia limina consul. Porro cinctus virorum erat, cingulum mulierum.

¶ Cæstitium lintheolum erat purum & candidum, sic dictum, quod oras haberet circumci- 32  
sas, auctore Nonio.

¶ Carbasus (inquit idem) pallium est, quo flumina amicituntur, aut opulentia. Sericeum 33  
erat, aut lino tenui. Virgil. li. 8. Aen. Eum tenuis glauco velabat amictu Carbasus. Cicero in Verrem. Tabernacula carbascis intenta velis collocabat. Lucanus libro tertio, Fluxa co-

loratis astringunt carbasa gemmis.  
¶ Culcitram Nonius ponit inter genera vestimentorum. Est autem tela illa seu lintheum, 34  
quod dormientibus nobis ad quietem supponimus, cuique plumam inculcamus. Martial.

Fraudata tumeat facilis tibi culcitra pluma.  
¶ Cassica nomen est vestis, qua vtebantur Græci milites, Casianam vocauit Eustachius, a 35  
nomine Casij montis.

¶ Cyparis tunica erat Persarum manicata. 36

¶ Calasiris fuit itidem Persarum vestis omnium pulcherrima. Herodotus in Euterpe. Ves- 37  
sibus amicituntur lineis circa crura simbratis, quas calasires appellant, super quas candida ferunt amacula tanquam superiecta.

¶ Massiliensium erat Chorthæus. 37

¶ Diphthera pastorium erat indumentum ex pellibus. Herodotus scribit Ionas Biblos 38  
dicere Diphtheras, q; aliquando Biblorum papyri seu penuria pellibus vterentur tum ca-  
prinis, tum ouillis. Alio nomine vocatur Beta.

¶ Diplois dicitur duplex pallium, vt dictio monstrat. Diploidion Cælius numerat inter ve- 39  
stes mulierum proprias.

¶ Dalmatica genus est vestis, que a Dalmatis populis (apud quos frequens fuit estus vsus) 40  
nomen sumpfit. Hac dictione vsus est Lampridius. Dalmaticatus inquit, post cenam ame-  
bulabat.

¶ Dextrocheria dicuntur dextrarum manuum ornamenta. Alio nomine vocantur dextrae 41  
riola. Iulius Capitolinus scribit Maximinum patrem pollice fuisse ita vasto, vt vxoris dex-  
trocherio vteretur pro annulo.

¶ Dorsualia dicuntur tegumenta, quibus integuntur equi. Iul. Capi. Processerunt inquit, albi 42  
boues cornibus auro iugatis & dorsualibus sericis discoloribus presulgentes.

¶ Endromis vestis erat hirsuta & longiore villo, quibus vtebantur in Gymnasio & theatro 42  
ad munera arenae exercende. Mittebatur autem ex Gallia ob peritiam textorum, qui illic  
habebantur præstantissimi. Martialis lib. 4. Hanc tibi Sequanice pinguem tetricis alum-  
nam. Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet, Sordida sed gelido non aspernanda dex-  
cembri Dona, peregrinam mittimus Endromidem. Hæc vestis exigui erat precij, licet a di-  
uitibus tantum vsurparetur. Nam soli diuites in Gymnasijs solebant exerceri. Idem Mar-  
tialis. Pauperis est munus, sed non est pauperis vsus. Hæc tibi pro togula mittimus Endro-  
midem. Iuuenalis satyra tertia. Igniculum brumæ si tempore poscas, Accipit Endromidē,  
si dixeris æstuo, sudat. Idem Iuuenalis satyra sexta. Endromidas Tyrias, & fœmineum Cæ-  
sari roma. Endromidatus dicitur Endromide indutus. Sidonius. Et nunc dum in carbaso sudat  
vnus, alter in bombyce. Tu Endromidatus exterius, intrinsecus fasceatus.

¶ Encimibomata vestes erant quædam puellares. Cato de liberis educandis apud Nonium. 43  
Vt puellæ habeant potius in vestitu chlamydes, Encimibomata & Parnacidas, q; togas.

¶ Ephestris a Græcis dicitur, quam milites armis superponunt. 44

¶ Epitogium dicitur pallium, quod superponitur toge. Verbum est bigenum ex Græco & 45  
Romano compositum.

¶ Exomides erant vestimenta quædam, que alijs tunicis superponebantur. Sunt qui Co- 46  
micorum fuisse putent.

¶ Flammae erant indumeta capitis, quibus matronæ & nubentes vtebantur ad velandū pudor. 47  
rem in nuptijs. De his videtur intellexisse Sene, Cui cōiugio corpora velas captiue pudor.

Lucanus libro secundo. Non timidum nuptæ leuiter tectura pudorem Luthæ demissos  
 velarunt flammea vultus. Idem. Flammea sollicitum præuelatura pudorem. Martialis li-  
 bro vndecimo. Flammea textentur sponse, iam virgo parata est. Dicitur etiam flaminium.  
 Plynius libro vigesimo primo. Luthæ video honorem antiquissimum in nuptialibus flam-  
 meis torum foeminis concessum.

- 48 ¶ Forensia vestimenta erant, quibus Romani utebantur in foro. Aliter vocantur togæ for-  
 reales. Suetonius in Augu. Forensia autem & calcos nunquam non intra cubiculum ha-  
 buit. Idem in Caligula. Posteriore epulo forensia insuper viris, pueris ac foeminis fascias  
 purpuræ ac conchylij distribuit.
- 49 ¶ Fœminalia seu femoralia dicuntur fœminum seu femorum tegumenta. Fœmina enim  
 pro femoribus capiuntur. Plynius. Prioribus pedibus fœmina onerant, propter id natura  
 scabra. De fœminalibus Suetonius in Augusto. Hyeme quaternis cum pinguit toga tuni-  
 cis & subucula, & thorace laneo, & fœminalibus & tybialibus munebatur.
- 50 ¶ Gaufapina vestis erat villosa, non tamen onerosa. Martialis. Et dolet, & queritur sibi non  
 contingere frigus. Propter sexcentas Baccara gauapinas. Idem. Is mihi candor inest, velle  
 rum gratia tanta est. Vt me vel media sumere messe velis.
- 51 ¶ Galericulum capitis indumentum, quo crines operiebantur. In vsu erat palestritis, ne  
 capilli eorum cæromate contaminarentur. Suetonius scribit Othonem Galericulum capis-  
 ti propter raritatem capillorum adoptasse, vbi galericulum accipit pro adulterina coma,  
 quæ ex alienis capillis instar galeri compingitur, & ita graphice capiti annectitur, vt a ves-  
 ra coma internosci nequeat. De hoc Martialis. Ne lutet immundum nitidos cæroma capil-  
 los. Hac poteris madidas condere pelle comas.
- 52 ¶ Galerius dicitur capitis tegumentum, factum instar galeæ. Poetæ fingunt Mercurium in  
 ferendis deum mandatis vti galero. Claudianus lib. 1. de raptu. Cylenius altitit ales Somni  
 feram quatiens virgam, tectusq; galero. Stroza pater. Pedibus ralaria curam Picta galeriti  
 noctre Mercurij. De Galero Statius libro. 4. Theb. Arcadij morem tenet ille galeri. Ponsa-  
 nus. Et picturatum buxi de fronde galerum.
- ¶ Gabanium habitus est Græcanicus oblongis manicis, quo nunc vtuntur pleriq; Itali.
- ¶ Galbana vestes erant muliebres dictæ a colore galbano, quibus lucidus est cum pallo-  
 re. Iuuenalis saty. 2. Cærulea indutus scutulata, aut galbana rafa.
- 53 ¶ Hemitogium dicitur mediâ pars togæ. Ratio dictionis nota.
- ¶ Homoleum genus erat pilei, quo utebantur veteres.
- ¶ Hypothicos dicitur subucula, estque pontificum, auctore Hieronymo.
- ¶ Hemidiploidion numeratur inter muliebres vestes.
- 54 ¶ Ianthina dicitur vestis violacea, Martialis. Coccina formosæ donas & Ianthina Moeche.  
 55 ¶ Impluuiâ vestis erat, qua sacerdotas per imbrem utebantur. Varro, Salium quoq; fere-  
 no tempore impluuiâ amictum fuisse criminabantur.
- 56 ¶ Indusium vestis erat, quæ super subuculam induebatur. Indusiatus, i. indusio vestitus.
- 57 ¶ Infulæ dicebantur fasciæ factæ instar diadematum, a quibus vtrinq; dependebant vitæ.  
 Virgil. Nec te tua plurima Panthu Labentem pietas. Nec Apollinis infula textit. Idem li-  
 bro. 3. Georg. Lanea dū niuea circumdatur infula vitta. Seneca in Agamennone. Sed cur  
 sacratas diripis capitis infulas. Infulati dicuntur infula operiti. Suetonius in Caligula. Cun-  
 cta ntem pueris tradidit verberatum infulatumque.
- 58 ¶ Las nomen est vestis apud Herodotum scribentem. In quas cum alia ratione animadu-  
 tere non possent, vestem illarum in ladem mutauerunt.
- 59 ¶ Lacerna vestis erat militaris & coccinea. Erant & lacernæ albæ apud veteres, quibus ute-  
 bantur in spectaculis, & ad vsus theatrales. His albæ togas (vt indicat Epigrammaticus)  
 contegebant. De his intellexit Suetonius in Augusto dicens. Ne quem post hæc de cetero  
 paterentur in foro, circove, nisi positis lacernis togatum consistere. Plynius li. 16. Statimq;  
 augent lacernarum precia. Propertius lib. 3. Tu tamen iniecta tectus vesane Lacerna, vbi  
 de militari intelligit. Idem lib. 4. Textitur hæc castris quarta lacerna tuis. Ouidius lib. 2. Fas-  
 storum. Mittenda est domino (nunc nunc properate puellæ) Quam primū nostra faciala  
 cerna manu. A lacerna fit lacernatus. Iuuenalis satyra. 1. Ipse lacernatæ quum se iactaret a-  
 mica. De amphitheatralibus lacernis, Martialis. Amphitheatrales nos commendamur ad  
 vsus. Quum tegit albentes nostra lacerna togas.
- 60 ¶ Lena vestimentum erat, quod superponebatur tunicis omnibus. Virgil. Tyrioque arde-  
 bat murice lena Demissa ex humeris, Græci Epigraphon dixere. Ab huius vestis vsu nos  
 men traxerunt Lanates Romani.

Lanetum genus est



- ¶ Lanetum genus erat vestimenti confectum ex lana succida, 61
- ¶ Latufclauus vestis erat senatorij ordinis insignis, vt & calceus lunatus. Tunica purpuram Plynius Latumclauum appellat. Suetonius in Augusto, Sumentis vitilem togam tunica latuclauu refuta ex vtraq; parte ad pedes decidit. Idem in Cæsare dictatore, Ferunt vsu cum lato clauo ad manus fimbriato, nec vt vnquam aliter quam super eum cingeretur. Idem de Gallis, Idem in curia Galli baccas deposuerunt, & latumclauum sumpserunt. Horatius libro primo sermonum describere volens senatorem dixit, Et latum demissi pectore clauum. Clauus etiam & latufclauus (quod etiam Laticlauium dicitur) capitur pro senatoria dignitate, vt ius annulorum aureorum, pro equestri ordine. Ouidius, Curia restabat Tullum hostilium e regibus primum vsu prodidit. Dicitur est autem a textura, qua in mappis vsos fuisse docet Martialis, Et lato variata mappa clauo. Ab hoc vestimento latuclauus dicuntur senatores & senatorum filij, Suetonius in Augusto, Binos plerumque latuclauos præposuit singulis alis. Idem in Nerone, A quodam latuclauo (cuius vxorem attraxerat) prope ad necem cæsus.
- ¶ Limbus erat vestimentum muliebre, purpuram in imo confutam habens. Virgil. lib. 4. Aen. Sidonia picto chlamydem circumdata limbo. Statius lib. 6. Theb. Subligat & picto distinguit tempora limbo. Idem lib. 2. Achill. Et picturato cohibet vestigia limbo. Limborum dicuntur huius vestimenti textores. 62
- ¶ Lumbare, quo integuntur lumbi. Hieronymus, Sicut tu posuisti lumbare istud ad lumbos tuos. 63
- ¶ Leuidensæ genus est vestis vile, raro tenuique textu. Hinc munus leuidensæ prouerbiales figura dicitur munus minimi precij. Cicero ad Dolobellam lib. 9. Epist. Sed ego hospiti veteri & amico munusculum mittere volui Leuidensæ crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. 64
- ¶ Mastrugæ seu mastruce vestes erant Sardis peculiare. Plautus. Mastrugatus & plenus puluere. 65
- ¶ Mollicina vestis a mollicie nomen sumpsit.
- ¶ Multicia vestes erant tenues & lucidæ & delicatis aptissime. Fiebant serico. Dicebantur autem multicia, quod suauitate sua mulcerent. Iuuenalis satyra. 2. Non facient alij, quum tu multicia sumas. Idem Iuuenalis satyra. 11. Humida suspectis referens multicia rugis. De multicijs Plynius hominum molliciem arguens, intellexit, vbi ait. Nec puduit has vestes etiam viros leuitate vsurpare propter onera æstiuæ. In tantum a lorica gerenda discesserunt mores, vt oneri etiam sint vestes. 66
- ¶ Mantile dicitur lintheum, quo terguntur manus. Virg. Tonisique ferunt mantilia villis. Pontanus. Pendunt mantilia circum Alba quidem, croceis sed flauescencia villis. Dicimus & mantelum. Plautus. Nec his scyphantijs nec fucus vllum mantelum obuiam est. 67
- ¶ Manicæ dicuntur manuū tegumenta. Hinc manicæ vestes, quæ olim probro datæ sunt & molliciei. Virgil. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. 68
- ¶ Mamillare indumentum erat ad compescendas papillas mulierum mammosarum. Martialis, Taurino poteras pectus constringere tergo. Nam pellis mammas non capit ista tuas. 69
- ¶ Myoton Armeniorum fuisse vestimentum dicunt, muris figura varie ornatum. Erat & Mandya vestimenti genus, quo se vt lorica munebant. Latini Mantellum dicunt. 70
- ¶ Nebrides vestes erant villosæ factæ pellibus ceruorum, quibus in sacrificijs Bacchi utebantur. Sidonius, Rotat Enthea thyrsus Bassaris, & maculis Erithræ Nebridos horrens. 71
- ¶ Otho apud Romanorum nomen est candidi amiculi ex lana non ex lino, inquit Cælius.
- ¶ Paludamenta ornamenta erant & insignia militaria. Ideo quum ad bellum exiit imperator. Paludatus dicitur proficisci. Cicero in Pisonem & Gabinium. Exierunt duo paludati vulturij. Sueto. in Cæs. dictatore, Paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis. Idem in Augusto. Priore cum Antonius fugisse scribit, ac sine paludamento, equoque post biduum demum apparuisse. Paludamenta dicuntur a palæ his induti. palam conspicerentur. Plynius scribit Coccum fuisse dicatum paludamentis imperatorij. Licet autem bellicum & castrense imperatoris esset indumentum, paludati tamen erant lictores. Linius. Cum paludatis licitoribus profectus ab vrbe Brundisium venit. De hoc vestimenti genere etiam meminit Valerius Maximus. libro primo de Crasso apud Parthos interfecto loquens, Pullum (inquit) ei traditum est paludamentum, quum in prælium exeuntibus album aut purpureum dari solet. Paludati (vt iam exemplis docuimus) dicuntur paludamentis ornati, 72

- Iuuenalis saty. 6. Cumque paludatis ducibus praesente marito, Ipsa loqui recta facie, stris-  
ctisque mamillis. Paludamentum hodie Cottam armorum vocamus, inquit Budæus.
- 74 ¶ Penulæ vestes erant feruorum & pauperiorum. Optimæ texebantur ex lana Appula. Ea utebantur ad arcendam pluuiam, sed nunquam imperatores. Galba amico roganti Penulam, non pluit, inquit, non opus est tibi. Si pluet, ipse utar. De Penulis Lampridius in Alexandro Seuero, Penulis intra urbem frigoris causa, ut senes uterentur, permisit, quum id vestimenti genus semper itinerarium aut pluuiæ non fuisset. Matronas tamen intra urbem Penulis uti vetuit, in itinere permisit. Horatius libro primo Epistolarum. Incolumi Rhodos & Mitylene pulchra facit, quod Penulo solstitio, brumale niualibus auris. Notatus est Caligula, quod penulis uteretur, quæ imperatorem minime decebât. Suetonius de eo sic inquit. Saepe depictas gemmasque indutus penulas, manuleatus & armillatus in publicum processit. Augustinus penulam accepit pro grammaticorum indumento libro primo Confess. vbi ait. Quis penulatorum magistrorum inquit, audit ore sobrio, ex eodem pulvere hominem clamantem & dicentem, fingebat hæc Homerus. Vulpianus iurifcon. inter communia vestimenta (quibus vir & mulier promiscue vtuntur) penulas numerat. Penularium dicitur penulæ repositorium, & penulati penulis vestiti, Martialis libro. 2. Non ipse Codrus alpha penulatorum.
- 75 ¶ Puluinar, puluinus, & puluillus dicitur, quod dormienti ut caputibus supponitur, a plumis pullorum, quibus fit. Catullus posuit pro plumeo lecto & geniali thalamo, in quo noua nupta quiescit cum sponso, vbi ait, Puluinar vero diuæ geniale locatur, Idem, Puluinar complexa suo velabat amictu.
- 76 ¶ Palla dicitur honestæ mulieris vestimentum. Stadius libro septimo Thebaïdo. Et fibula rasilis auro Tænariam fulua mordebat laspide pallam. Seneca in Hippolyto. Tenuem tyrio stamine pallam. In gallia viri etiam utebantur palla. Martialis. Dimidiasque nates gallica palla tegit.
- 77 ¶ Parnaces vestes erant puellares. Testis apud Nonium Varro.
- 78 ¶ Patagium erat chlamys aurea, quæ preciosis tunicis superindui solebat. Patagiarum dicitur vestimentum huius textores. Patagiarum, eo induti. Apul. li. 2. de asino aureo. Vberes enim crines leniter emissos, & ceruice pendulos, ac deinde per colla dispositos, sensimque sinuatopatagio residentes.
- 79 ¶ Peplum seu peplus vestis erat solennis, quæ viro vel foeminae iniiciebatur. Plautus. Nunc ad ciuitatem veni, nisi quum infertur peplum hodie. Virgil. Crinibus liades passis, peplumq; ferebant. Lactantius grammaticus ait peplum dici vestem candore eximio, aureis distinctam clauis, sine manicis, quam vestitores deorum simulachris iniiciebant. Peplum primo instituerunt Athenienses. Texebantur matronarum manibus, intraque triennium numini offerre batur, sed Mineræ imprimis. Seruius ait Peplum pallam esse foemineam Mineræ consecratam. Xenophon scripsit peplum etiam conuenisse viris. Lactantius peplos dixit in masculino genere. His peplis (inquit) & indumenta preciosa, quibus vltus velaminis nullus est, his aurum & argentum consecrant.
- 80 ¶ Periscelis dicitur pectoralis mulierum fascia, seu simile aliquo indumentum puellare, aut (ut alij malunt) brachiorum est ornamentum, quod aliter dextrocherium vocatur. Horatius libro primo Epistolarum. Nota refert meretricis acumina, sepe catellam, sepe periscelis idem raptam sibi flentis. Menander scripsit puellas gestare periscelidas. Gremialia vocat Cælius.
- 81 ¶ Perizonium pallium est præcinctum, quo nudæ virgines infra papillas præcinguntur. Aliter præcinctorium vocatur.
- 82 ¶ Pileus seu pileum dicitur virile tegumentum. Apuleius libro vndecimo. Vidi & vrsam mansuem cultu matronali sella uehebatur, & simiam pileo textili, crococtisque phrygijs castamiti pastoris specie. Persius. Hanc nobis pilea donant. Cælius Sabinus iurisperitus testis est apud Gellium pileatos seruos venum solitos ire, quo indicabant veteres venundandi legem non esse operiendam. Corona signum erat captiuorum venalium. Pileus vero impositus demonstrabat eiusmodi seruos venundari. Hinc pileus interim pro libertate capitur, cuius insigne est. Liuius. Postero die serui ad pileum vocati & carcere vinculi missi. Suetonius in Nerone. Tantumque gaudium publice præbuit, ut plebs pileata tota urbe discurreret. Idem in Tiberio. Seruisque ad pileum frustra vocatis in Siciliam profugit. Serui enim (qui manu mittebantur) accipiebant pileum capite raso. Sex. Aurelius. Omnis (inquit) Roma adeo interitu Neronis exultauit, ut plebs induta pileis manumissionum tam seuo exempta domino triumpharet. Max. Permittis puto pileata Roma. In Saturnalibus



- 94 **Reticulum** capitis tegmen muliebre. Varro. Suisque suspendit laribus marinas molles pilas. Reticula & strophia. Capitur etiam pro quodam instrumento. quo antiquitus panes ferebantur. Iuuenalis saty. 12. Mox cum reticulis, & pane, & ventre lagenæ. Horatius. Vt si Reticulum panis venales inter onusto Forte vehas humero.
- 95 **Rhiza** vestimentum fuit Thracium.
- 95 **Strophium** dicitur fascia pectoralis ad deuinciendas puellarum mammæ. Nonius ait Strophium breuem esse fasciam, quæ virginarum papillarum coereret errorem. Martialis fascia vocat pectoralem, vbi ait. Fascia crescentes dominæ compece papillas. Vt si quod capiat nostra tegatque manus. De Strophio Catullus. Non tereti strophio lactantes vincta papillas. Pontanus libro tertio de stellis. In medio iecit strophium & cum pectine gemmas. Capitur etiam strophium pro religiosa quadam corona, qua utebantur antiqui sacerdotes. Plinius. Tenuioribus coronis utebantur antiqui strophia appellantes. Diminutiuum est strophiolium. Author hymni (qui in honorem diui Iohannis Baptistæ canitur) posuit strophium pro villosio corporis tegumento, vbi ait. Præbuit hartum tegimen Camellus Artubus sacris. Strophium bidentes.
- 96 **Sagum** erat militare vestimentum, quod teste Cicerone, sumi solebat in bello. Et quando in sagis tota ciuitas erat, consulares viri solebant esse togati. Martialis libro primo. Ibis ab exculto missus in astra sago. Plinius libro. 17. Sacerdos candida veste cultus arboræ scandit. Falce aurea demetit, Candido id excipitur sago. Iuuenalis satyra sexta. An sago vendēti nubat caupone relicto. Suetonius. Ferebatur & noctibus vagari solitus, atque inualidum quemque obuiorum vel potulentum corripere, ac dissenso sago impositum in sublimem iactare. Sagati dicuntur sago induti. Idem Suetonius in Cef. dicta. Cōiuuatum assidue per prouincia duobus triclinijs, vno quo sagati palliati ve, altero quo togati cum illustrioribus prouinciarum discumberent. Martialis. Vis te purpureum ruffe sagatus amem. Sagarij dicuntur venditores sagorum.
- Sagulum** diminutiuum est a sago. Virgilius libro octauo Aeneidos. Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla Auro innectuntur. Hinc etiam sagulati sagulo induti. Suetonius in Vitellio. Vrbe quoque ad clofficum introiit paludatus, ferroque succinctus inter signa atque vexilla sagulatis militibus.
- Scutulata** vestimenta erant orbiculos quosdam habentia instar scutularum, id est formarum rotundarum. Iuuenalis saty. 2. Cerulea indutus scutulata, aut galba rasa.
- 97 **Semitogium** vocatur breuis & dimidia toga. Vnde semitogati dicuntur
- 98 **Stragulum** vestis est, qua lecti sternuntur colorum & figurarum multitudine variegata. Tibullus libro primo. Nam neque tunc pluuia, nec stragula picta soporem Nec sonitus placide ducere posset aque. Martialis. Stragula purpureis lucent villosa tapetis. Idem tamen accepit stragulum pro Ephippio. vbi ait. Stragula fuccincti venato fume veredi. Varro. Quicquid insternebant, a sternendo stragulum appellabant. Hieronymus posuit pro veste muliebri. Stragulatam (inquit) vestem fecit sibi, Byssus & purpur indumentum eius.
- 99 **Strigium** vestis erat hispanica. Plautus. Nudus est Iurat se strigium optigeraffe.
- 100 **Subucula** vestis erat interior, quæ sub alia induebatur. Varo. Postq̄ binas tunicas habere coeperunt, insituerunt vocare subuculam. Heratius lib. 1. Epist. Rides, si forte subucula pexę Trita subest tunice, vel si toga diffidet impar,
- 101 **Sudarium** dicitur lintheum ad detergendum corporis sudorem & purgandas nares. Suetonius in Nerone. Ne quicquam serio iocove egerit, nisi astante Phonalco, qui moneat, parceret arterij, ac sudarium ad os applicare. Ex Setabi Hispaniæ vrbe mittebantur optima linthea, quæ sudaria dicebantur. Catullus. Nam sudaria Setaba ex Iberis. Miserunt mihi muneri Fabullus Et Verannius. Diminutiuum est sudariolum. Apuleius. Quanti sudoribus innocentibus hoc vno sudariolo afferantur, possum equidem pluribus disputare.
- 102 **Syrma** vestis erat, quæ in recitandis grauioribus poematis trahebatur ab hystrionibus. Martialis lib. 4. Musa nec infans Syrmate nostra tumet. Seneca in Hercule furente. Auro decorum Syrma barbaricum trahit. Ea veste maxime utebantur tragœdi, quod etiam innotuit illud distichon. Martialis libro. 12. Transtulit ad tragicos se nostra Thalia cothurnos, Aptaisti tragicum tu quoque Syrma tibi.
- 103 **Supparum** seu supparum dicitur leuis & angusta toga. Festus ait vestimentum esse puellare ex lino. Nos subuculam & camisiam dicimus. Nonius ait supparum esse lintheum femorale vsque ad talos pendens, quod subtile appareat. De supparo Afranus. Puella non sum, Supparos si

Supparos si induta sum. Lucanus libro secundo. Humerisque hærentia primis Suppara nudatos cingunt angusta lacertos. Seneca accepit Suppara pro velis, in Medea scribens. Et alto rubicunda tremunt Suppara velo.

¶ Subligaria vestes erant, quæ coxas vsque ad vmbilicum a genibus cõtegebant. His utebantur Mimi in theatro. Martialis libro tertio. Si pudor est, transfer subligar in faciem. 104

¶ Sindones vestes erant candidæ ex lino, quibus magi utebantur. Erant autem subtilissimæ & tenuissimis filis intextæ. Martialis libro quarto. Nec sic in Tyria Sindone tutus eris. 105  
Idem. Cultus Sindone non quotidiana. De hac intellexit Lucanus libro decimo scribens. Candida Sidonio perlucet pectora filo. Quod Nilotis acus compressum pectine Serum Soluit, & extenso laxauit stamina velo. Syndones vero populi sunt in Meotidis confinio teste Pomponio Mela, de quibus Valerius Flaccus libro sexto Argon. Vbi Syndonique phalanges Martearent.

¶ Subarmalia saga erant & chlamydes, quibus arma superinduebant. Aelius Spartianus. 106  
Seuerus prætorianos cum subarmalibus inermes sibi iussit occurrere. ¶ Singliones genus erat vestis barbæræ, inquit Baptista Egnatius.

¶ Stola erat talaris tunica, qua matronæ utebantur. Tibullus libro primo. Quamuis nec 107  
vitta ligatos Impediat crines, nec stola longa pedes. Ouidius libro primo de arte. Este procul vitæ tenues, insigne pudoris. Quæque tegis medios Instita longa pedes. Instita erat fasciola, quæ partem vnam stola ambiebat. Horat. Sunt qui nolunt tetigisse, nisi illas. Quarum subsuta talos tegit instita veste. A stola pudor dicitur stolatus, id est matronæ conueniens. Martialis libro primo. Et stolatum permittit meretricibus pudorem.

¶ Synthesis genus est vestis breuis & negocijs aptæ, qua Romani omnes toga deposita in 108  
Saturnalibus utebantur. Confuta erat & composita quadam compositione versicolori, unde inditum nomen. Martialis de hac intelligit scribens. Dum toga per quinas gaudet res quiescere luces, Hos poteris cultus fumere iure tuo. Idem de nostra præsina Synthesis empta toga. Synthesiatus hac dicitur indutus veste. De Synthesi Suetonius. In Nerone. Ac pleurumque Synthesium indutus ligato circum collum sudario prodierit in publicum. Q. Seren. Vilem deprendit in illis Synthesium, & vulgata fatis medicamina risit.

¶ Toga communis erat Romanorum vestis, qua vtriusque sexus homines utebantur. Accipitur interdum pro peculiari habitu clientum & saluatorum qui togati salutatum ibant, ut 109  
sportulam consequerentur. Martialis. Mane vel a media nocte togatus ero. Idem. Si matutinos facile est tibi rumpere somnos, Mentita veniet sportula multa toga. Suetonius in Augusto. Ac sepe regnis relictis non Romæ modo, sed prouincias peragranti quotidiana officia togati, ac sine regio insigni, more clientum præstiterunt. Sensus est. Plerique reges deposito diademate ornamentisque regalibus soliti sunt præbere officia Augusto instar clientum togati. Eutropius. Multi reges ad regnis suis venerunt, ut Augusto obsequerentur, & habitu Ro. togati ad vehiculum vel equum ipsius cucurrerunt. Toga prætextæ vestis erat magistratum. Togatæ fabulæ, quæ scriptæ sunt secundum ritus & habitus Romanorum Horatius. Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas. Earum scænicæ actores vocantur togatarij. Suetonius. Histrionum licentiam adeo compescuit, ut Stephanionem togatarium (cui in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse compererat) per trina theatrum virgiscæsum relegauerit. Toga pura & virilis dicebatur, quam adolescentes tyrocinij die posita prætexta puerili, fumebant in capitolio. De toga Martialis libro tertio. Gallia Romanæ nomine dicta togæ. Claudianus. Latiaque micantem Loricam mutare toga A toga Romanam dicuntur togati. Virgilius. Romanos rerum dominos, gentemque togatam.

¶ Tyra tegumentum erat capitis Persarum genti peculiare, quo reges & sacerdotes utebantur. Simile ppe erat Mitræ aut galero. Iuuenalis Satyra sexta. Et phrygia vestitus buccica Tyra. Hieronymus in epistola ad Fabiolam. Quartum (inquit) genus est vestimenti rotundum pileolum, quale pectum in Vlyseo conspicimus, quasi sphaera si diuisa & pars vna ponatur in capite. Hoc Græci & nostri Tyram, nonnulli galero vocant. Non habet acumen in summo, nec totum vsque ad comas caput tegit, sed tertiam partem a fronte inopertam relinquit. Atque ita in occipitio vitta constrictus est, ut non facile labatur ex capite. Est autem 110  
Byssinum, & sic fabre operatum lintheolo, ut nulla acus vestigia forinsecus pateant. Oui. libro vndecimo

libro vndecimo. Tempora purpureis tentat velare Tyaris. Reperitur etiam in masculino genere & frequentissime. Virgilius. Sceptrumque faceret Tyaras. Politianus in Nutricia. Achæmenium seruantiū bulsta Tyaram. Sidonius. Flecūt Achæmenius lunatum Perfa Tyaram. Claudia. in. 4. Conf. Honorij. Barbarus Artacio confurgeret ore Tyaras. Seneca in Thyeste. Hoc Phrygius loco Fixus Tyaras Pelopis.

- 111 ¶ Tibialia dicuntur Tibiarum indumenta, atque etiam arma, quibus crura muniuntur. Suetonius in Augusto. Subucula & thorace laneo & sceminalibus & tibialibus muniēbatur. Paulus Iuris. Si tibiale vel humerale miles alienauit, castigari verberibus debet.
- 112 ¶ Tunica vestis erat breuior & sine manicis, qua utebantur viri. Manicata decebat sceminas, vt arguit illud Virgilij. Et tunice manicis, & habent redimicula Mytre. Plautus. Manuleatam tunicam habere hominem decet. Gellius libro septimo. Tunicis (inquit) vti virū prolixis vltra brachia & vsque in primores manus, ac prope in digitos Romæ atque omni in Latio indecorum fuit. Propterea Publ. Africanus Pauli filius. P. Gallo homini delicato probro dedit, quod tunicis veteretur manus totas operientibus. Diminutiuum est Tunnicula. Gellius libro primo. Elegans illa vestis & molles tuniculæ ab æmulis aduersarijsque probro datum. Tunicati dicuntur tunica induti. Horatius libro primo Epist. Vilia vendentem tunicato scruta popello. Tranquillus in Augusto. Vt stare interdum per totum diem iubeat ante prætorium tunicatos. Idem reliquias legerunt primores equestris ordinis tunicati & distincti pedibusque nudis. Et in Caligula. Retiarj tunicati quinq; numero gregati dimicantes. Tunica talaris est, quam Græci vocant Poderim. Idem Suetonius. Cum palla tunicaque talari profuit.
- 113 ¶ Tyrianthæ vestes erant purpureæ sumpto nomine a Tyrijs, qui vsu purpuræ claruerunt. Martialis libro primo. Vrbica Lingonicus Tyrianthina Bardocucullus.
- 114 ¶ Tapetum seu Tapes vocatur tegmen, diuersis coloribus & figuris variegatum, quo precipue aulae & cubicula diuitum ornari solent. Aliter vocatur Aulaum, Peristroma, Peripetasma. Virgilius libro septimo. Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis. Idem libro nono. Armaque, craterasque simul, pulchrosque tapetas. Cn. Matius apud Gellium. Iam tonsiles tapetes ebris fuce. Quos concha purpura imbuens venenauit. Statius libro secundo Theb. Fuderat Assyrijs extracta tapetibus alto Membra thoro. ¶ Trabea vestis erat togata purpura circumducta, sub tegmine puniceo, quam auræ fibulæ annecebant. Virgilius. Ipsi qui rinali lituo, paruaque sedebat Succinctus trabea luuenalis satyra octaua. Ancilla natus, trabeam & diadema quirini. Et sacres meruit regum vltimus ille bonorum. Trabeatus dicitur trabea indutus. Ouidi. lib. 1. Fast. Hoc igitur vidit trabeati cura quirini.
- 115 ¶ Ventrale ventris tegumentum, vt femorale femoris, brachiale brachij, humerale humerorum, tibiale tibiæ. Plynius. Patris mei memoria cœpere Amphimala nostra, sicut villosa etiam ventralia.
- 116 ¶ Venfica tegumentum erat & mitella capitis subtilissima qua Germanorum crines contegebantur. Martialis libro octauo. Fortior intortos seruas Venfica capillos.
- 117 ¶ Umbella itidem erat indumentum capitis, quo radij solis arcebantur. Martialis libro vndecimo. Umbellam luseque Lygdæ feras domine.
- 118 ¶ Xrapellinæ vestes erant matronales dicitur ab Ampellino colore, qui medi⁹ est inter Coccum & muricem. Merula ait Atrabicas fuisse appellatas. luuenalis satyra. 6. Et Xrapellinas vestes donauerit ipsi.
- 119 ¶ Xystis auctore Celio dicitur talaris tunica & muliebris. Alij tragicum putant indumentum. Xytus vero appellatur lata porticus, in qua athletæ hiberno tempore exercebantur. Vnde & Xystici athletæ dicti sunt. Suetonio in Aug. Nec tamen eo minus aut xysticorū certationes, aut gladiatorum pugnas seuerissime semper exegit.
- 120 ¶ Porro acu vestes facere Phryges inuenerunt, ideoque Phrygiones appellati. Aurum intertexere in Asia inuenit Attalus rex Pergami. Vnde nomē Attalicis. Colores diuersos picture intexere Babylon celebrauit, & nomen imposuit. Martialis. Non ego prætulim Babylica picta superbe Texta. Semiramia que variantur acu. Plurimis licijs texere quæ Polymita appellant, Alexandria instituit. Scutulis diuidere, Gallia. Auctor Plynius lib. 8. Capite. 48. Vestimentorum sunt omnia aut lanea, vel lineæ, vel sericea, vel bombicina. Omnia autem aut virilia, aut puerilia, aut muliebricia, aut communia, aut familiaria. Afri, Mauri, Sarraceni, Scythæ gaudent colorum varietate. Græci crepidati incedebant. Fuerunt & priuate quorundam vestes. Adam & Eua priusque peccassent, degebant nudi. Post peccatū texere folijs verenda, crudis pellibus humeros amicti. Ioannes Zachariæ fili⁹ in heremo utebatur veste camelorū fetis contexta, scortaque cingebatur zona. Vnica fuit Christo vestis inconfutis

inconfutis, quæ nullo vsu detrita est. Pallium Bartholomei per annos viginti neq; sordes vllas, neq; vetustatem sensit. Iacobus apostolus, qui a corporis similitudine frater Christi dictus est, lineo vtiebatur amiculo. Idem in tonsus vixit, nunq; cinctus, nunq; balneo vsus. Paulus primus heremita vestem habuit palmaceis contextam folijs. Mortui exuuia induit Antonius abbas diebus solum festis. Capilli texerunt Timotheum Anachoretam, & adeo deformarunt, vt a Panucio in solitudine repertus, fera primo aspectu sit creditus non homo. Onophrius heremita consumpta veste nudus egit, folijs verenda tegentibus. Franciscus Alisias crassi panni tunicam induit, quam funiculo compressit. Nudis pedibus ligneos subiecit socculos. Maria Aegyptia consumptis vestibus nuda egit in heremo. Herculem Nemei leonis exuuio indutum Græcia fabulata est. Diogenes vnico pallio vixit contentus. Portius Cato nunq; toga vsus, plurisquam centum drachmis empta. Pythagoras alba vtiebatur veste, & coronam gestabat auream. Empedocles Agrigentinus vtiebatur veste pura, æreisque calceamentis. Hippas quoq; & Gorgias purpureis. Porphyrius a purpura nomen sumpsit, quum prius Maichus diceretur. Fuit Aristoteles vincto vestituque delitiosus, & ob id Platoni aliquantulum inferius. Cethegi exerto nudoque victu vestituque delitiosus. Augustus hiberno tempore, thorace laneo, tibialibus, & quaternis tunicis. Meccenas mollioribus vestibus, vnde & Malacinus ab Augusto cognominatus est. Demosthenem Gellius scribit fuisse cultu corporis nitido & nimis accurato. Hortensium quoque multa cum mundicia & circumspecte fuisse indutum. De coloribus vestimentorum nunc aliquid adiciamus. Cymatitem colorem dixerunt marinum & cæruleum. Glaucus p viridi ponitur, habetq; virori commixtum alborem, hinc glauci oculi, glaucæ salices & oliuæ. Impluuiatus color quasi fumato stillicidio, Crocinus & croceus a Croco. Hinc croceata vestis. Cærinus a cære colore. Ferrugineus a ferro. Ostrinus subruber. Murex fuit purpureus, Antracinus niger. Antracus græce dicitur carbo. Amethyston vt viola prope purpureum ponit Plynus. Molochinum dixerunt colorem similem Maluæ, Luteum croceum a luto herba.

Vestes gentium propriae.

¶ Pallium, Gabinium, Casaca Græcorum. ¶ Toga & prætexta Romanorum. ¶ Mastrus ga Sardorum, Braccæ, Bardocucullus Gallorum. ¶ Germanorum Rhenones. ¶ Aulea Britannorum. ¶ Strigium Hispanorum. ¶ Arineu Tyara, Candys, Copyris Persarum. ¶ Chorthus. Massiliensium. ¶ Myoton Armeniorum. ¶ Dalmatica Dalmatarum. ¶ Peplum Troadum. ¶ Caunaces Babyloniorum.

Vestes quædam memorabiles.

Vestis Antisthenis

Vestis Tarquinij

Vestis Sylofontis

Vestis Lollia Paulinae

Vestis Neronis

Vestis Frothonis

**A**ntisthenes Sybarita vestem elaborauit, in qua variegatorum effigies erant depictæ. Hæc quotannis in Liciniae Iunonis templo suspendi miraculi causa solebat. Athenienses magno precio eandem sibi compararunt. Aristoteles citante Volaterrano.

¶ Lollia Paulina tunicam habuit ex Margaritis æstimatam quadringentis sestertijs, Plynus Cap. 35. libri noni.

¶ Tarquinius præcæ aurea triumphauit tunica. Vestis Verrius apud Plynium. ¶ Habuit Nero triclinaria Babylonica quadringentis millibus sestertium empta. Idem Plynus Cap. 48. octauo libri. ¶ Sylofon vestem habuit, quam quum Dario Hystapis filio dono dedisset, totam eo urbem & insulam Samiorum in hostimentum muneris accepit. Author Valerius de gratitudine & Herodotus in Thalia. ¶ Saxo grammaticus scribit Frothoni cuidam vestem fuisse, qua circumamictus nullo telorum acumine lædi poterat.

Calceamentorum genera.

1	Calopodium		Hypodefis		Nymphides
	Sandalium	6	Mullei	12	Harpides
2	Pero	7	Sculponeæ		Carpicum
3	Soccus	8	Tentipellium		Phæcasi
	Cothurnus	9	Sole	13	Basilides
4	Carpatingæ	10	Crepida		Alia pleraque
5	Hopistocrepides	11	Crupezia		

EXPLANATIO.

Calopodium



- 1 **A**lopodium genus est calceamenti lignei, alio nomine dicitur Soccus. Sandalium genus est calceamenti Ethruscis peculiare, vt docet Iul. Pollux. Legimus in libro Iudith, quæ admodum illa induit Sandalia in pedibus suis assumpsitq; dextrariola & in aures. De Sandalio, Terentius. Communi tibi Sandalio caput. Apolo Sandaliarius dicitur est a vico eiusdem nominis, vbi Athenis colebatur. Et Sandaliarij etiam dicuntur calceolarij.
- 2 **P**erone[m] Seruius ait esse rusticum calceamentum e crudo Corio. Virgilius libro septimo. Crudus tegit altera Pero. Iuuenalis in Rust. Capitique galerum induitur, crudusque operit vestigia pero. Peronatus dicitur perone indutus.
- 3 **S**occi dicuntur calceamenta Comædorū, vt Tragædorū Cothurni. Actores enim comædiarum, proscenium intrabant cum foccis, vt hic cum cothurnis. Hinc Soccus plerumque que capitur pro versu comico. Horatius in arte. Hunc Socci cœpere pedem, grandæque cothurni Martialis libro octauo. Aniuuat ad tragicos foccum transferre cothurnos. Pontanus libro quarto de Stellis. Atq; humili figet vestigia focco. Soccus etiam capitur pro calceamento muliebri. Suetonio, in Caligula. Aliquando sericatus & Cycladatus, ac modo in crepidis vel cothurnis, modo in speculatoria caliga, nonnunq; focco muliebri. Diminutiuum est Socculus. Idem Suetonio, in Vitellio. Pro maximo munere a Messalina petijt, vt sibi pedes præberet ex calceandis, detractumque focculū dextrū inter togam tunicaque gestauit, asidue nonnunquam osculabundus. Cothurnus aptus est vtriq; pedi, fiebatq; in modum crepidarum. Hinc adagium natum. Cothurno versatilior. In homines inconstantes. Congrebat hoc calceamentum viris pariter & mulieribus. Virgilius. Purpureoque alte furas vire cothurno. Quod interim pro tragico versu accipiatur, varia docent exempla. Statius libro quinto Sylvarum. Terrifico super intonuere cothurno. Politianus in Ambra. Hinc & magniloquis voces creuere cothurnis.
- 4 **C**arpatinæ calceamentum erat rusticum, quod fiebat ex recētib[us] coriis bubulis, sic appellatum a Caribus, vt scribit Iul. Pollux lib. 9. ad Commodum Cæsarem. Aristoteles in secundo de animalium hist. scribit camelos calceari carpatinis, ne in exercitu longiore fatiscant itinere. Catullus. Cullos & crepidas lingere Carpatinas. Sunt qui crepidas Carpatinas dicant esse calceamenta stercorata.
- 5 **H**opistocrepides genus est calceamenti foeminei. Hypodesis seu hypodema calceum latine significat.
- 6 **M**ullei primum fuerunt calcei regum Albanorum purpurei coloris, postea patriciorum. Vopiscus. Culceos mulleos & hederacos & albos viris omnibus abstulit, mulieribus reliquit.
- 7 **S**culponeæ calcei sunt ex lana confecti. Plautus. Qui queso potius quam Sculponeas, quibus batuatur tibi os. Neuius. Sculponeis batuenda sunt latera. Cato scribit Sculponeas bonas alternis annis dari oportere familie rusticanae.
- 8 **T**entipellium calceamentum est ferratum, quo extenduntur pelles.
- 9 **S**olea calceamentum est, quo calces plantarum obteguntur, cæteris pedum partibus prope nudis, ipsis tamen pedibus coriaceo vinculo superne vinctis. Plautus. Date iam soleas atque intro me actutum ducite. Fiunt etiam ex ferro, quæ pedibus equorum & mulorum subiiciuntur. Catullus. Et supinam animam graui delinquere cœno. Ferream vt soleam tenaci in voragine mula. Suetonius scribit vxorem Neronis Poppeam mulas & iumenta argenteis calceasse soleas. Plynius item lib. 33. Nostra (inquit) ætate Poppea coniunx Neronis principis delicatioribus iumentis suis soleas ex auro induere solebat. Solea interdū pro calceo ponitur. Propertius. Profilit in lata nixa pedem solea. Apuleius libro nono. Videt sub lectulo soleas incognitas, quibus indutus Philesterus irrepserat. Soleati soleis induti.
- 10 **C**repida Græcicum fuit calceamentum coriaceis superiorem ligulis. Persius. Non hic, qui in crepidis graiorum ludere gestit. Gellius lib. 13. Cap. 20. ait crepidas & crepidulas esse, quas Romani soleas vocant. Cicero apud eundem Gallicas vocat dicens. Cū Gallicis & lacerna cucurristi. Eius item futores crepidarios dixerunt. Sempronius Afellio lib. 14. rerum gestarum. Crepidarium (inquit) cultellum a crepidario futore. Martianus Capella. Crepidas peragrandæ telluris causaviatrix infatigata gestabat. Suetonio, in Tiberio. Redegitq; se deposito patrio habitu, ad pallium & crepidas.
- 11 **C**rupezia auctore Cælio tibicinum sunt calceamenta. Nymphides calceamenta sunt muliebria



muliebría & sponsalia, Cælius.

¶ Harpides calceamenta sunt multiplici futura. Similes sunt crepidis. ¶ Carpicum seu carpiculum genus est calceamenti auctore Flauio vopisco, qui ait Aurelianum absentem a senatu vocatum fuisse Carpicum. Hodie quoq; Itali Scarpos vulgo crepidas vocant. Phœcia sibi dicebantur veterum sacerdotum calcei.

¶ Græciani calcei ex Polluce sunt Basilides, quibus utebantur Athenis. Crepides gestamen militare. Embades sumptuosum calceamentum, Crotopeziū lignēū calceamētū dictū a fonitu. ¶ Sunt item Schifæ Singæ, Compodes, Afirce, Embades vtrique sexui cōmunes. Hypocelma virile calceamentū, Profchema fenile, Peribates ancillarum, Ploearia & Aconitia meretricū. Rhadia variū & circūuolutū erat. Baucides sūptuosiorū, Rursus Crocotides, Aphracta, Opitocrepides, Amphispiphyra, Acrosphyra, Canobia, Gynepodia, Nychipedeces, Mesoperlice, Phytacides, Selucides, Nissides, Ambracides, muliebría fuerūt. Vtriq; sexui cōmunia, Phares, Ledarium, Chiton, Xyltis. Ex Volaterrano in Philologia.

Latrones & Sacrilegi.

1	Prometheus	15	Stamatus	27	Arfaces
2	Scyron	16	Dauid	28	Amasis
3	Cacus	17	Dismas	29	Baliffa
4	Procustes	18	Marclylas	30	Barrabas
5	Scinis	19	Argiui	31	Tetrinius
6	Brennus	20	Pamphilus	32	Nero
7	Cilix	21	Mercurius	33	Dionysius
8	Autolycus	22	Bargulus	34	Verres
9	Hermogenes		Viriatus	35	Pyrrhus
10	Spartacus	23	Voranus	36	Harpalus
11	Tyttigias	24	L. Tubulus	37	Sambicus
12	Cercyon	25	Eurybatus	38	Leo
13	Capiton	26	Attabas	39	Fuluus Flaccus
14	Sisyphus		Numenius	40	Annibal.

EXPLANATIO.



Prometheus Deucalionis pater & Iapeti filius post factos homines auxilio Mineræ ascendit in cælum, & ignem ferula de rota Solis furripuit, quem hominibus indicauit. Quapropter irati dii febres & morbos terris immiserunt. Prometheus autem per Mercuriū Caucaſo alligauerunt adhibita aquila, quæ eius cor excederet. Virgilius in Buccolicis. Caucaſeſque refert volucres, furtumq; Prometheus. Horatius libro primo Car. Audax Iapeti genus igne fraudis mala gentibus intulit. Post ignem ætherea domo Subductum macies & noua febrium Terris incubuit cohors. Claudianus in. 4.

Conf. Honorij. Aethereis miscens terrena Prometheus Synceram patri mentem furatus olympo. Politianus in Nutricia. Tuq; o consule Prometheus, Qui tenuem liquidis ignem furatus ab astris, Sabellicus. Primus dira luens æternum furta Prometheus. Mautuanus. Me mouet & sacros ignes furarier ausus, Atq; putres audēs glebas animare Prometheus. ¶ Scyron latro fuit prope Athenas, qui hospites e saxo præcipitabat in mare. Hunc interfecit Theseus & in mare deiecit, vbi eiusdem ossa mutata sunt in saxa, quæ propterea vocantur Scyronia.

¶ Cacus Vulcani filius boues & armenta suffurabatur in Auentino monte, quæ verſis veſtigijſ cauda trahebat in suam speluncam, vt furtum non agnosceretur. Huc Hercules deſcendit morti. Propertius libro quarto. Sed non infido manserunt hospite Caco Incolumes, furtu pollutit ille locum. Incola Cacus erat metuendo raptor ab antro, Per tria partitos qui dabat ora fonos. Hic ne certa forent manifestæ signa rapinæ, Auerſos cauda traxit in antro boues. Nec sine teste deo furem sonuere iuueni. Furis & implacidas diruit ira fores. Menasilio iacuit fufus tria tempora ramo Cacus, & Alcides sic ait, ite boues. Sidonius. Collaq; flammigenæ dirumpens fumida furis, Tandem directas iuſſerit ire boues. Ouidius in Ibin. Quæ ferus ipse suo perijſ macatus in antro Proditus incluſe Cacus ab ore bouis. Martia, libro quinto

libro quinto. Sylvarumque tunc mor, tacita qui fraude solebat Ducere non rectas Cacus in antra boues. Calentius. Cacus erat teneros solitus vincere iuencos. Et trahere auerlas in sua tecta boues.

- 4 ¶ Procustes latro fuit insignis in Attica, qui hospites interimebat. Tandem & ipse interfec- tus ab Hercule. Ouidius libro septimo. Vidit & immitem Cepheſias ora procutem. Se- neca in Thyeste. Quis ve Cecropiſ metus Terris Procustes.
- 5 ¶ Scinis latro fuit in Isthmo Corinthiaco, qui homines arboribus alligatos discerpebat in frusta. Hunc Theseus interemit.
- 6 ¶ Brennus dux Senonum cupiditate prædæ inflammatus, Apollinis Delphici templum inuasit. Propertius libro tertio. Torrida sacrilegum testantur limina Brennum, Dum pe- tit intonſi Pythia regna dei.
- 7 ¶ Martialis libro sexto Epigrammatum arguit furti Cilicem quendam his verbis. Fur nos- te nimium rapacitatis Compilare Csilix volebat hortum. Eiusdē nominis est gladiator qui- dam apud Iuuenalem Satyra quarta.
- 8 ¶ Autolycus Mercurij fuit filius, qui proxima Parnaso loca furtis infestauit. Martialis lib. 8. Non fuit Autolyci tam piccata manus. Ouidius libro vndecimo Meta. Alipedis de stir- pe dei versuta propago Nascitur Autolycus furtum ingeniosus ad omne, Qui facere assue- rat patrie non degener artis, Candida de nigris, & de cadentibus atra. Autolyci meminit Strabo libro nono.
- 9 ¶ Martialis libro duodecimo incesſit Hermogenem & Massam fures, hunc nummorum, il- lum mapparum, vbi ait.  
Hermogenes tantus mapparum Pontice fur est,  
Quantus nummorum vix puto massa fuit.  
Tu licet obserues dextram, teneasque sinistram,  
Inueniet mappam qua ratione trahat,  
Nuper quum Myrino peteretur missio laſo,  
Subduxit mappas quattuor Hermogenes,  
Cæratam prætor quum vellet mittere mappam,  
Prætori mappam furripit Hermogenes,  
Attulerat mappam nemo, dum furta timentur,  
Mantile e mensa furripit Hermogenes.  
Hoc quoque si deerit, medios diſtringere lectos  
Menſarumque pedes non timet Hermogenes,  
Quamuis non modico caleant ſpectacula ſole,  
Vela reducuntur, quum venit Hermogenes.  
Festinant trepidi ſubſtringere carbasa nautæ,  
Ad potum quoties paruit Hermogenes.  
Linigeri fugiunt calui, ſiſtrataque turba,  
Inter adorantes quum ſtetit Hermogenes,  
Ad cœnam Hermogenes mappam non attulit vnquam,  
A cœna ſemper rettulit Hermogenes.
- 10 ¶ Spartacus fuit latro quiſpiam & gladiatorum princeps, qui collecta fugitiuorū & per- ditorum hominum manu bellum Romanis intulit. Hunc vicit P. Crassus. Lucanus libro ſecundo. Vt ſimili cauſa caderes, qua Spartacus hoſtis. Sidonius. Mox per hūc Spartacum quecunque ſunt clauſa, franguntur, que que obſerata, referantur. Itaque quas domorum nequiuertunt machinis, aperte ſimulatibus impetere, cuniculis clandeſtine pro- ditionis impugnant.
- 11 ¶ Tyttigias latro fuit & plagiarius in Arcadia, qui res alienas (quas furto abſtulerat) ven- debat, eo que queſtu diues factus eſt. Zenodotus apud Eraſmum.
- 12 ¶ Cercyon Atticam regionem latrocinij infestauit. Ouidius. Cercyonis læthum vidit Ce- realis Eleuſis.
- 13 ¶ Capiton latro quum aliquandiu latrocinij vacaſſet, pertæſus vitæ illius, tranſiit ad he- remum, vbi annis. 30. durauit in quodam antro.
- 14 ¶ Sifyphus Aeoli filius latro fuit in Iſthmo, quem Theſeus occidit.
- 15 ¶ Stamatus homo Cretenſis, Sancti Marci theſaurum venetijs expilauit. Author Volater.
- 16 ¶ Dauid latro fuit apud hermopolim, qui cum alijs triginta prædonibus queſtum ſolo par- rabat furto. Tandem meliore ductus ſpiritu, incluſit ſe monaſterio, vbi ad mortem vſque ſanctiſſime vixit.

- ¶** Dissinas fuit latro, qui ad Christi dexterā in cruce pependit, & scelerū veniā impetrauit. 17  
**¶** Tortelius ait Marcliam fuisse latronem in sylua Dodonga. 18  
**¶** Antiquitus Argiui furacitatis infamia laborarunt. Vnde adagium, Argitifures. 19  
**¶** Pamphilus veteris comœdiæ conuicijs notatus est, quod ararium expilasset, Erasmus. 20  
**¶** Poetæ faciunt Mercurium furem, atque etiam deum furum. Lactantius, Furac nebulo 21  
 Mercurius, quid ad famam sui reliquit, nisi memoriam fraudum suarum, Mātuanus, The-  
 tidofque cubile Peleus incestat, rector Neptunus aquarū Phorcida, Deucalidem fraudis  
 furumq; magister Mercurius,  
**¶** Bargulus nomen est latronis apud Cice. lib. 2. de Off. qui propter æquabilem præde par- 22  
 titionem magnas opes assecutus est. Fuit & Viriatus Lusitanus latro, cuius ferocitatem Le-  
 lius prætor fregit & comminuit. Eodem Cicerone teste.  
**¶** Voranus fuit Q. Luciacij Catulli furacissimus libertus, quem nummularius nummos de 23  
 mensa subtrahentem & in calceos infarcientem deprehendit. Cælius Cap. 49. libri decimi,  
 de hoc intelligendum est Inuenalis carmen, Satyra. 13. Minum agit ille, Vrbanus qualem fu-  
 gitius scurra Catulli.  
**¶** L. Tubulus fuit homo admodum flagitiosus & rapinator egregius, qui quod multis sa- 24  
 crilegis & peculatis vitam infamasset, multamq; pecuniam malo cepisset dolo, Lucilij sa-  
 tyris notatus est. Asconius Pedianus ait virum fuisse prætorium ætate patrum Ciceronis,  
 qui propter multa flagitia de exilio accersitus, ne in carcere necaretur, venenum hauserit.  
**¶** Eurybatus latro fuit astutia singulari, quem deprehensum quum custodes vellent cogere, 25  
 vt ostenderet, quibusnam modis consuisset domos conscendere, ille aptatis spongijs &  
 stimulis ferreisq; retinaculis irrepit in parietem, & spectantibus illis artificijs nouitatem  
 mirantibus præhenso laqueari per tegulas effugit, eoque modo periculum euasit. Hinc Eu-  
 rybatissare id est quum quis deprehensus sit, arte quapiam elabi. Erasmus.  
**¶** Attabas & Numenius latrones fuerunt famosissimi, qui sequenti adagio locum fecerunt 26  
 Conuenerunt Attabas & Numenius, quoties improbus aggregatur cum improbo, Au-  
 thor Diogenianus apud Erasmus.  
**¶** Ammianus Marcellinus scribit Arfacem Parthorum regem inter adolescentiæ rudimē- 27  
 ta doctorem fuisse latronū, verū mutato postea in melius proposito multa gloriose & forti-  
 ter egisse, superato etiam Nicanore Seleuco Alexandri successore.  
**¶** Amalis Herodoto teste, quum pecunia voluptati non sufficeret, solebat circūeundo fu- 28  
 rari. Et quum reposceretur, ab his quos expilauerat, eosdem ad oraculum sistebat, a quo ta-  
 men sepe conuictus est, & frequenter absolutus. Neque tamen deorum templa habuit cus-  
 re, qui furtis eius pepercerant.  
**¶** Balista ludimagister quispiam ob infamiam atrociorū lapidibus coopertus est, in quē 29  
 Virgilius hoc disticho lusit, Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus, Nocte dieq;  
 tutum carpeviator iter.  
**¶** Barrabam fuisse latronem docent sacrosancta Euangelistarum verba. 30  
**¶** Tetrinius teste Suetonio fuit latro, qui quum postularetur, & qui postularent Tetrinius 31  
 esse ait Caligula imperator, hoc est iplos accusatores latrones esse, & tales, qualis dicebatur  
 Tetrinius.  
**¶** Expilauit Nero prouincias, spoliatis etiam & auro templis quod triumphis & religioni 32  
 vniuersus populus Romanus in metu sacrauerat. Per Asiam & Achaiam, non dona tantū  
 sed ipsa etiam numinum simulachra quantuliscūque ornata diuitijs abripuit. Author Cor-  
 nelius Tacitus.  
**¶** Dionysius Siciliæ tyrannus fana deorū expilauit, eosdem iocularibus verbis irridens. 33  
 Nam (vt est apud Valeriū) quū fano proserpinae Locris spoliato, secundo vento vehere-  
 tur, ridens amicis, videtis ne inquit, q̄ bona nauigatio ab ipsis dijs immortalibus, sacrilegis  
 tribuatur: Idem cum Ioui Olympio aureum magni ponderis amiculum detraxisset, lane-  
 um iniecit pallium, dicens æstate graue esse aureum amiculum, hyeme frigidum Laneum  
 vero vtrique temporis aptissimū. Idem Aesculapio barbam auream ademit dicens non de-  
 cere filiū esse barbātū patre imberbi. Insuper mensas aureas & argenteas e fanis abstulit.  
 Atreas item pateras & coronas, quę simulachrorum manibus sustinebātur. De hoc abun-  
 de etiam meminit Cicero libro tertio, de natura deorum.  
**¶** C. Verres Sicilia compilaui, sublati deorum simulachris, ornamentisque sanorum. 34  
 Eum propterea Cicero comparauit Dionysio, Lactantius libro secundo.  
**¶** Pyrrhus e thesauro Proserpine Loerenis pecuniam sustulit. Vlsciente demum numine 35  
 faxis illius in mari naufragium fecit, Idem Lactantius ibidem.

OFFICINA

- 36 ¶ Fuit etiam Harpalus insignis & felix prædo, qui auctore Tullio libro tertio de Natura deorum, dijs illudebat, q̄ in illa fortuna tandiu viueret.
- 37 ¶ Sambellicus latro templum Dianæ expilauit in Elide. Quod flagitium quū fateri nollet, annum perpetuum exquisitissimis cruciatibus ad mortem vsq; tortus est. Hinc adagiū Sambico grauiora pati. Plutarchus in Problematjs, & Cælius Cap. 3. decimi libri.
- 38 ¶ Leo imperator filius Constantini Capronymi coronam a Mauricio principe deo dicatā nefario capiti imposuit, captus gemmarum & auri splendore. Bar. Egnatius.
- 39 ¶ Fuluius flaccus Censor tectum marmoreum Iunonis Lacinie spoliauit, vt eodem (quam dedicauerat equestri fortunæ) tegetet. Liuius lib. 42.
- 40 ¶ Annibal in luco feronie templum opulentissimum & refertissimum donis dirupuit, quū victor Italiam peruagaretur. Plutarchus.

¶ Pyratæ:

Basilus	Icarion	Thorias
Sextus Pompeius	Mnas	Bero
Cerpalus	Rotho	

¶ Pyratæ dicuntur prædones marini, qui nauigia cum mercibus inuolant, eoq; furto quæstum faciunt. In his Basilus a Lucano ponitur, vbi ait. Et Basilum videre duces noua furta per equor. ¶ Sextus Pompeius Pompeij magni filius pyratice itidem exercuit. Idē Lucanus. Sextus erat magno proles indigna parente. Qui mox Scyllæis exul grassatus i vnicis. Polluit aquorcos Siculus pyrata triumphos.

¶ Cerpalus Tortellius inter pyratas numerat. ¶ Icarion quoque nomen fuit fauissimi pyratæ. ¶ Mnas quoq; fuit pyrata, qui sub sexto Pompeio oras Italiæ & omne circum pelag. prædatoria classe infestabat. Plutarchus iu Antonio. ¶ Saxo grammaticus Rothonē quendam inter pyratas numerat. Ea tempestate (inquit) Rotho Rutenorum pyrata patriam non sram raping & crudelitatis iniurijs profligabat. ¶ Eodem teste Thorias & Bero pyratice munus exercuerunt.

¶ Suppliciorum diuersa genera,

Vngula	Cratis	Crurifragium
Ascia	Anchora ferrea	Metalla
Runcina	Neruus	Lathomia
Rota	Icrion	Culeus
Centra	Paratimos	Stigma
Scalæ gemonia	Aporaphadinosis	Beltia
Suspendium	Cyphon	Gyarus
Vncus	Archiuus	Exilium
Fustuarium	Colasis	Tympanum
Decimatio	Colus	Tunica Ostracum



yprianus apud Cælium prodit vngulam fuisse tormenti genus ait que ascias & Runcinas inter scuitiæ tormēta reperiri. Rota tormentum est Germanis peculiare. Aristophanes apud Cæliū. Rota torqueri te illic necesse est vt exculpatur, quod perperam fecisti. Erat autē seruilē supplicium. Rotæ inferebantur noxij, & mēbratim radijs rotarū conuulsi lenta morte perimebantur. Centra stili multi erant, que ad mouebantur reis. Scalæ Gemoniæ seu Gemonij gradus, locus erat eminens, qui gradibus quibusdam conscendebatur. Eo trahebātur damnatorum corpora. Legimus enim M.

Claudio q̄ scdam cum Coris pacem fecisset) adeptam libertatem, mox & spiritū extinctum, Corpus demum contumelia carceris & detestanda gemoniarum scalarum nota scdatum. Dicuntur autem gemoniæ a loco gemitus & calamitatum. Suetonius in Cæsa. Tiberio. Imputauit etiam, quod nō laqueo stragulatam abiecerit in gemonias. Suspendiū est supplicij genus, quo aucti ad furcas malefici faucibus laqueo cōstrictis infelicem reddūt spiritum. Quæ mors maxime erat probosa. Nam in pontificalibus libris cautum fuerat, vt tales insepulti abijcerentur. Vnde & Virgilius de Amata Lauiniæ matre sic ait. Et nodum informis læthi trabe necit ab alta. Plurimq; mortē hanc præposteram vocat. Ea hodie apud nos puniuntur latrones & homicidæ. Vncus etiam nomen est tormenti. Nā infames multique flagitijs adobruti post mortem vnco trahebantur in sentinas & sordium receptacula. Mortuo Commodō imperatore, senatus hunc in modum acclamauit. Qui senatum occidit,

cidit, vneo trahatur. Qui omnes occidit, vneo trahatur. Qui templa spoliavit, vneo trahatur. Hoc & alia instrumenta Carnificum quum ostentaret Carnifex, ferunt Nerone ad voluntariam moram coactum. Suetonius de Vitellio scribens, ait. Tandem apud gemonias minutissimis ictibus excarnificatus & confectus est, & inde vneo tractus in Tyberim. Fustuarium dicitur castigatio fustium virgarumque supplicium. T. Livius. Fustuarium meretur, qui signa relinquit, aut praesidio decedit. Antiquitus in militari disciplina duo fuerunt suppliciorum genera, Fustuarium & decimatio. Eum qui virgis caedit, Plautus virgatorē vocat. Liberum erat caedi fustibus, virgis ferule. Erat & Cratis supplicium apud priores, quo quis deiectus in aquam, crate superne injecta, saxi cōiectis obruebatur. Pausanias anchoram ferream corum ceruicibus adalligabat, quos crudelius vellet castigare, eaque affectos ignominia vniuerso populo videndos exponebat. Neruus ferreum erat vinculum quo impediabantur pedes. Eo etiam ligabantur ceruices. Hinc Cato apud Gellium festiue dicit priuatos fures in neruo & compedibus vitam agere, publicos in auro & purpuravisi. Cleron erat instrumentum, quo martyres cruciabantur. Paratimos supplicium erat, quo pauperes in adulterio deprehensi puniebantur. Ditiore enim pecunia se redimebant, ut constat verbis Ciceronis, qui scribit Salustium, venalem exposuisse domum paternam ut se adulteri crimine purgaret. Aporaphanidosis supplicium erat, quo Raphani in pendas reorum partes impingebantur. Cyphon ligneum erat vinculum aut ferreum, quo maleficorum colla inuoluiebantur. Cyphonismus ipsum est supplicium. Hoc adhuc nostratate visitur. Archiuus seu Archiuum locus est, ad quem damnati ducebantur, in quo legum placita risui habuisset, diebus viginti vinctus Cyphone perseverabat nudus, melle & lacte delibutus, quo molestę essent illi apes & muscę. Draco vnicuique & quantuloscunque furto extremum supplicium id est mortem irrogauit. Colasis genus erat poenę que adhibebatur causa castigandi aut emendandi. Colus masculini generis tormentum erat carnificina seueritatis, quo rei flagellabantur. Ipsum erat Coriaceum, auctore Festo. Crurifragium supplicium erat quo crura maleficis multabantur & infringebantur. Apulei libro nono. Tunc vxor egregia diras in eum deuotiones deprecata & crurifragium eius abominata exanguis formidine trepidantem adulterum abscondit. Eodem modo Plautus Lumbrifragium vocat Lumborum fracturam in Amphibolico, dicens. Nam sine irritassis, hodie Lumbrifragium hinc auferes a me. Damnari ad metalla supplicium fuit apud antiquos, quo vincti fontes in opus metalli trahebantur, seu in metallicas mittebantur fodinas. In calceariam puoque & sulphurariam damnabantur aliqui. Nam iuriconsulti inter poenas metallicas nominant sulphurariam & calceariam, hoc est calcis fodinas & sulphuris. Item Lathomias ubi caduntur lapides. Plautus, Tyndarus in Lathomias Lapidarias ab Egione damnatur. Fuit & Lathomię locus carceris Romę, & Syraculis carcer. De Metalloium poena Tranquillus in Caligula. Multos honesti ordinis deformatos prius stigmatum notis ad metalla & munitiones viarum, aut ad bestias condemnauit, aut bestiarum more quadrupes caute coercuit, aut medios ferro dissecuit. Plinius in Epistolis. Erat fustibus caesus, damnatus ad metallum, strangulatus in carcere. Culeus saccus erat, in quo Simia, serpens, canis, & gallus gallinaceus cum parricida includebantur, ac demum precipitabantur in aquas. Iuuenalis Satyra octaua de Nerone. Cuius supplicio non debuit vna parari Simia, non serpens vnus, non culeus vnus. Suetonius in Augusto. Si quidem manifesti parricidij reum ne culeo infueretur, quod non nisi confessi afficiebantur hac poena, ita fertur interrogasse. Valerius scribit M. Tullium dumuirum culeo infutum in mare abijci iussu esse a Tarquinio rege ob librum secreta sacrorum continentem, quem exscribendum dederat. Stigma dicitur nota, que inuritur fronti reorum, in perpetuum probri monumentum. Martia, Frons hec stigmatem non meo notanda est. Iuuenalis Satyra decima. Mirius id sane quod non stigmatem dignum Credidit. Quintianus in Cleopoli. Nota nulla dolosi Criminis, hanc presso signabit stigmatem frontem. Suetonius de Augusto. Valerium Catullum (a quo sibi versiculis de Mamurra perpetua stigmata imposta non dissimulauerat) satisfacientem eadem die adhibuit coenę. Vbi stigma metaphorice posuit pro infamia & fugillatione. A stigma fit stigmaticus id est publica notatus infamia. Cicero. O miserum, qui fidelioem & barbarum & stigmaticum putaret, quam coniugem. Plinius scribit colubino fimo deleri stigmata. Ad bestias damnari etiam supplicium erat apud antiquos, quo reicum bestiis, ferisque agrestibus & ieiunis depugnabant. Propterea apud Gellium legimus Androdam a domino datum ad bestias. Bestiarum erant, qui bestiis obijciebantur, aut in eas decertabant. Tertullianus. Iupiter est Romę, quem ludis suis proluunt sanguine bestiarum.

OFFICINA

Seneca, Nuper in Ludo bestiariorum vnus ex germanis quū ad matutina spectacula præpararetur, secessit ad exonerandum corpus. Bestiaris autem mos erat, vt supremam cœenam coenantes, liberalius & geniali<sup>9</sup> epularentur, authore Tertulliano. Apulei<sup>9</sup> libro sexto Metamor. Vt primus inquit viam cremari cenferet puellam, secūsus bestiis obijci suaderet, tertius patibulo suffigi iuberet. ¶ Gyaros est insula in mari Aegæo, quo mittebatur noxij, Iuuenalis Satyra prima, Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum, si vis esse aliquid. ¶ Exilium seu mutatio patriæ, numeratur inter pœnas reorū, Exules aliter dicuntur relegati & deportati, Differunt tamen, Relegatis enim licebat vti bonis proprijs in exilio, Deportati vero nihil possidebant ex suis bonis.

¶ Tympanum præter communem significationem capitur etiam pro organo tortorio, Vnde apud Theodoritum Cyrensem sic legitur, Quum homicidas palis infigant, tympanis que sic distendant, Idem Ceruices gladijs supposuerit, tympanis ac fidiculis extenta fuerit.

¶ Seneca inter sequitiæ commenta numerat tunicam alimentis igniū illitam & intextā de qua Satyrographus, Ausi quod liceat tunica punire molesta, Et Martialis, Nam quum dicitur tunica præsentem molesta Vre manum, plus est dicere non facio, Idem, Et scombris tunicas dabunt molestas.

¶ Ostracum erat genus exilij, quo populus Atheniensis potentes ac præstantes gloria viros de ciuitate solebat expellere, Erat autem institutum causa nobilissimorum ciuium, non fordidorum hominum, Propterea Plutarchus in Alcibiade scribit Ostraci notam conuersam in authorem, hyperbolum Athenis expulisse.

Exules nonnulli.

M. Aemylius Lepidus  
L. Apul. Saturninus  
Aristides  
Boetius  
Cliffhenes  
Conon  
Demarathus  
Dion  
Dionysius iunior  
Egefitratus  
Eustathius  
Eusebius  
Hylarius  
Ioannes Gothus  
Hippias  
Liuus Salinator

Lucifer præsul  
Dedius  
M. Marcellus  
Marius præscus  
Meletius  
Metellus  
T. Annius Milo  
Montanus  
P. Nigidius  
L. Opimius  
Oribasius  
Paulus Diaconus  
M. Popilius  
Protogoras  
Philistus  
Tullia

Tarquinius  
P. Rutilius  
Thrasylbulus  
Thucydides  
Cicero  
Hostasius  
Berengarius  
Albertus  
Benedictus, s. Pont.  
Xenophanes.  
Ouidius  
Pythagoras  
Solon  
Lycurgus  
Scipio



Aemylius Lepidus quum vellet exules in urbem reuocare, ipse vrbe detrusus est. Reuersus demum ad obsidionem vrbis, a Catulo consule & Pompeio pulsus, & hostis patriæ iudicatus exulauit in Sardinia, vbi dolore animi periit. Florus libro tertio Epitomatū ¶ L. Apuleius Saturninus tribunus, quum propter agrariam legem (quam per vim tulerat) aliasque item factiones videret se odio summatibus, Rhodum profectus est in voluntariū exiliū, Liuus lib. 69. ¶ Aristides Atheniensis post multa i Rēp. beneficia tandem sua virtute incidit in odium malorum, quorum inuidia pulsus est in exiliū, vbi tamen deos precatus est, vt omnia Atheniensibus p voto & animi sententia bene succederent, Plutarchus. ¶ Boetius imperante Zenone exilio damnatus est a Theodorico rege, ob affectatę libertatis suspicionem. ¶ Cliffhenes Atheniensis (qui primus legem tulerat de exilio) primus exulauit, Plutarchus. ¶ Conon dux Atheniensis impatiens cladis, quam a Lyfandro Lacedæmonio, in conflictu nauali acceperat, spontaneum delegit exilium, Iuitque ad Artaxerxem regem Persarum in Cyprum, cuius auxilio libertati patriam asseruit cui prius seruitutem attulerat

rulerat. Plutarchus. Demarathus Lacedæmonius, quum apud Athenienses exularet, non potuit tamen furtim non monere patriâ bellici apparatus, qui Athenis fiebat. Iusti. lib. 2. ¶ Dion Syracusanus quum plerumque monuisset Dionysium iuniorem, apud quē in summa dignatione & familiaritate vivebat, vt patriæ libertatem restitueret, factus ei suspectus & in exilium pulsus est. Vbi tamen ad liberandas Syracusas animum semper adiecit. Nam facto Apollini sacrificio, habitaque ad milites concione contra tyrânū copias mouit, quē facta deditione coegit exilium capere, quod prius alij dabat. Hinc adagium natum, Dionysius Corinthis. De his, qui a prospera fortuna ad humilem redacti sunt. Athenienses Demosthenem in exilium miserunt, quod pecunia fuisset corruptus ab Harpalo, qui fugerat ab Alexandro, & Athenas se receperat. Iustinus lib. 13. & Plutarchus in eius vita. ¶ Egefratus Ephesius ob Tribulis sui necem exulauit. ¶ Eustathius Pamphilius præsul Antiochenus sub Constantino principe in exilium pulsus est Traianopolim Thraciæ ciuitatem, quæ Arrianorum placita refellisset. ¶ Eusebius Vercellensis præsul ob religionem & doctrinam a Constantino principe missus est Cappadociam in exilium. Ex Hieronymo. ¶ Hylarius præsul Pictauensis, qui scripsit in Arrianos, relegatus est in Phrygiam. ¶ Ioannes Gothus præsul Gerundensis, quum sub Phoca principe Arrianam sectam oppressisset, ab hereticis relegatus est. ¶ Hyppias dux Atheniensis pulsus in exilium, Dariū in patriam commouit. Iustinus lib. 2. ¶ Liuius salinator quum de Illyrijs triumphasset, inuidiam sibi gloria comparauit. Iudicatus enim reus peculatus, in volūtarium exilium profectus est, postea tamen reuocatus Annibale Italiam opprimente. Liuius lib. 29. ¶ Lucifer præsul Caralitanus a Liberio pont. ad imperatorem Constantinum missus, ab eodem relegatus est Palestinam, Decius Magius quum Annibali Capuā intranti solus assurgere nollet, ab eodem relegatus est. Quum autem in exilium traheretur, aperto capite vociferans, habetis inquit, libertatem Campani, quam petistis. Semper enim patriæ deditionē dissuaserat. Liuius lib. 23. ¶ M. Marcellus Pompeianorum partiū vbi vidit Casarem victorem Athenas profugit in exilium. Vnde proconsul Africæ, domitiani tempore damnatus reuertendū, quæ Africam diceretur expulisse, actus est in exilium. ¶ Meletius præsul Arriane heresis sectator, sub Diocletiano pulsus est in exilium, quæ præter opinionem, fidem nostrā defendisset, quum tamen Arrianam vellet tutari. ¶ Metellus Numydicus (qui de Iugurtha triumphauit) relegatus est, quæ in legem Apuleiam per vim latam iurare noluisse. ¶ T. Annius Milo Massiliæ exulauit, quæ cliens fuisset Ciceronis, in causa cædis Clodiane. ¶ Montanum Vatiensem oratorem patriâ Narbonensem Tiberius relegauit ad Baleares. ¶ P. Nigidius Figulus, quem Lucanus Astrologiæ peritum fuisse scribit, mortuus est in exilio, teste Eusebio. ¶ L. Opimius post Ful. Flaccum virum consularem, & C. Gracchum tribunum, tum oppressos, iudicio circumuentus & in exilium actus est. Ascenius in Orationem contra Pisonem. ¶ Oribastus Sardinus mortuo Iuliano principe, quocum in summa familiaritate vixerat, inuidia succedentium principum, & bonis spoliatus est, & in exilium detrusus, vbi tamen in omni calamitate constante mansit animo, secq; philosophum verum exhibuit. Ennapius apud Volater. ¶ Paulus Diaconus Aquileiensis a Carolo magno relegatus est ad Diomedis insulā, quæ Desyderio Longobardorū regi eiusdē Caroli inimico faueret. Volater. ¶ M. Popiliū Romani in exiliū egerunt, quæ missus contra Numantinos re sua culpa male gessisset. Liuius lib. 55. ¶ Protagoras Abderites Menædri filius, & auditor Democriti, accusatus ab atheniensibus, quæ Persarum magiam & religionē didicisset, sponte exulauit. Philostratus apud Vola. ¶ Philistū Syracusanū (qui res Siculas libris duodecim cōplexus est) Dionysius senior in exiliū pepulit, vbi tamen bonā historiæ partē obsoluit. Plutar. in Dione. ¶ Tullia Seruij Tulli filia acta est in exilium, quæ super faciem parētis mortui curam traxisset. Tarquinius Superbus, qui occiso Seruio Tullo regnū scelestè occupauit, missus est in exiliū cū Tarquinio Collatino filio suo propter stupratā ab ipso filio Lucretiam. Liuius lib. 1. P. Rutilius Cons. Cnei Manlij collega relegatus est a Syllanis. Deinde quū reuocaretur, Malo inquit, vt patriâ exilio meo erubescat, quæ reditu moreat, Volaterra. Thrafsybulus dux Atheniensis relegatus est a triginta tyrannis Athenas per vim occupantibus, quos demū collecta aliorū exulū manu, iuuante Lyfandro Lacedæmoniorū duce expulit, patriæq; libertatē peperit. Vale. de mode. ani. Thucydides Atheniensis rillus Amphipolim, quam rex Philippus per vim occupauerat, quum in prodicionis suspicionem venisset, actus est in exilium, quam tamen fortunam constantissime tulit. Cicero ob Clodij inimicitiam actus est in exilium. Quod egre adeo tulerunt Romani, vt viginti hominum millia vestem mutauerint. Tandem tamen redijt magno omnium plausu & vniuersa prope Italia illū suis hūeris reuehente. Volaterranus, in geogra. Hostasius Rauennæ domi

OFFICINA

nus a suis ciuibus relegatus est, quod in ocio & ignauia torpesceret, publicæq; administrationi inceptus videretur. Volaterran<sup>9</sup> in Georg. ¶ Berengarius imperator, & Albertus eius filius ab Othone victi & in exilium pulsi sunt. ¶ Benedictus quintus Pontifex Maximus ab Othone imperatore relegatus est, suffectio Leone octauo. ¶ Xenophanes a. nis. 65, exulauit a patria. ¶ In exilio supra septem annos versatus est Ouidius, vbi tamen barbaras gētes adeo sibi demeruit, vt in eius obitu getæ ac Tomitani lachrymas cohibere nequiuerint. ¶ Sponte Pythagoras Samon liquit, Athenas Solon, Lycurgus Lacedæmona, Romam Scipio. ¶ Interrogatus Socrates cuias esset, respondit se ciuem mundi.

Viri Celebres mortui in aliena terra.

**S** Amos genuit Pythagoram, texit Metapontus. ¶ Ciceronem Arpini ortum, nutritū Romæ, Sinus Caietanus vidit exanimem. ¶ Plinium infantem latuit Atheçis, grandæum extinxit Veseuus. ¶ Virgilium dedit Mantua, Brundisium abstulit. ¶ Genuit Ouidium Sulmo, Ponticum exilium suffocauit. Terentium Carthaginensem quem Roma docuerat, Arcadia sepeliuit. Horatium Appulum, Ennium Calabrum, Statium Narbonensem, Aufonium Burdegalum, Duos senecas & Lucanum Cordubenses, Plautum Arpinatem, Lucilium Aruncum, Pacuuium Brundisium, Iuuenalem Aquinatem, Propertium Vmbrum, Valerium Antiatem, Catullum Veronensem, Varum Cremonensem, Gallum Foroliuensem, Actium Pifaurensem, Cassium Parmensem, Claudianum Florentinum, Persium Volaterranum tumulauit Roma. Alexandrum Pella genuit, Babylon peremit. Cyrum Persis tulerat, Scythia truncum tulit, Crassum & Pompeium tulerat Roma, Hunc Aegyptus, illum Assyria sustulit. Catoni principium & nomen de derat Roma, finem & cognomen Utica. Cornelios Scipiones Roma genuit, Hispania obruit.

¶ Decij extra patriam ceciderunt Pater cum latinis pugnans, cum Etruscis filius. ¶ Aemilium Paulum Cumæ, Claudium Marcellum Venusia, Tiberiū Gracchum tumulauit Lucania, omnes natos Romæ. Drusus obiit in Germania, Marcellinus Baiona. Tarquinius Cumis, Sylla Putcolis expirarunt. Augustus Cæsar apud Nolam Campaniæ. Tiberius apud Cāpanij Misenum. Traianus in occidente natus, in Oriente mortuus est. Septimius Seuerus ortum habuit in Africa, Imperium in Italia, tumulū in Britannia. Theodosium ortum in Hispania, mediolanum terra operuit. Annibalem Africę lumen cepit vna Bithynica. Thefeum, Themistoclem & Solonem Athenienses sepeliverunt Syrus, Persis, Cyprus. Hæc exempla debes Petrarchę lector optime, qui in dialogo de moriente extra patriam hæc affert, Faciamus nunc auctarium nostro labore. Sextum Turpilium Romæ natum, abstulit Sinuessæ. Hermolaum Barbarum natione Venetum, Romę pestilentia suffocauit. Quintum Cornificium Romanum militaris factio foris abstulit. Aemilius Macar Veronensis obiit in Asia. Cn. Norbanus a Sylla vict<sup>9</sup>, apud Rhodios voluntariam oppetiit mortem. Nero extra urbem seipsum confodit. ¶ Otho apud Bebrzacum mortuus est. Labeonem Marsum Romanum tumulauit Macedonia. Maguentium imperatorem vidit Roma, Lugdunum habuit mortuum. Cleomeni Lacedæmonio tumulum præbuit Aegyptus. Demostheni Atheniensi Calabria. ¶ Critolao duci Acheorum Thermopylæ. Themistocles Atheniensis in Perfide taurinum hausit sanguinem, coque periit. Iugurtham peperit Numydia, mortuum vidit Roma. Nascentem Aeneam vidit Simois in Asia, Raptum absorbit Numycius in Italia. ¶ Didoni patria fuit Phœnicia, Carthago tumulus. Aiace moilei rapuit mare, quę Grecia tulerat. Leandrum Abydum, Aegeum Atheniensem, Aegyptium Pharaonem, Menandrum poetam, Palinurum & Misenum non sua sed piscium extinxit patria. Reperirem huiusmodi exempla numero prope infinita, nisi timerem, ne nimia copia saturis plus equo stomachis nauream excitaret

Contemptores deorum

1	Glaucus		Amasis	12	Erisichthon
2	Aiax	7	Theuthis	13	Proetides
3	Pub. Clodius	8	Pyrrhus	14	Atalanta
4	Lycurgus	6	Mezentius		Hippomenes
5	Pentheus	10	Lycaon	15	Diomedes
6	Cleopes	11	Alcithoe	16	Cambyfes

Capaneus



7	Capaneus	27	Leo	33	Turce
8	Dionysius	28	Traianus		Othomanus
11	Xerxes		Decius	34	Leo Armenius
20	Phlegyas		Valerianus		Theophilus
21	Salmoneus		Galenus	35	Genfericus
22	Celmis		Diocletianus	36	Heroftratus
23	Diagoras		Athanasius	37	Brennus
24	Theopolemus	29	Euarix	38	Fulcus Flaccus
25	Cyanippus	30	Demonax	39	Pleminius
	Armitus	31	Anaxagoras		Pyrrhus
26	Theron	32	Ilice	40	Milites Alex

EXPLANATIO.



Laucus quum sacra Veneris contemneret, illa irata eius equabus  
 furorē inmisit, quib⁹ vtebatur ad currū, eūq; morfu dilacerauerūt.  
 ¶ Aiax Oilei filius Cassandram in tēplo Minervae stuprauit, dea  
 facinus vlcifcente, fulminatus est in mari, dū euerso llio redire vel  
 letiā patriam.  
 ¶ Pub. Clodius Pōpeiam Q. Pōpeij filiam & Syllae neptē inter pu  
 blicas bonę deę ceremonias adulterauit, Plutarchus in Cicerone.  
 ¶ Lycurgus rex Thracū, contemptor fuit Bacchi, Propterea vlcis  
 scente numine cruribus suis asciam illisit, dum vellet amputare vi  
 tes, Propertius libro terti, Vefanumque noua ne quicquam in vite Lycurgum, Propterea  
 a poetis bipennifer & securiger appellatur, q; securi seipsum offenderit, Qui, libro quarto  
 Meta, Penthea tu venerande, securigerumque Lycurgum Sacriligos macias, Idem libro  
 quinto Trist, Ossa bipenniferi sic sint male pressa Lycurgi, Impia nec pœna Pentheos v  
 bra vacet, Seneca in Oedipo, Regna securigeri Bacchum sensere Lycurgi.  
 ¶ Pentheus Echionis & Agaues filius, dum sacra Bacchi despiciatur, a matre, cæterisque  
 Menadibus interfectus est, Propertius, Pentheos in triplices funera grata greges, Ouidi⁹  
 libro tertio Meta, Contemptor superum Pentheus.  
 ¶ Herodotus scribit Cleopem Aegypti regem templa omnia obserasse, ne populus sacrifici  
 caret dijs, ¶ Amasis quotienscunq; acculabatur furti (erat enim maximus prædo, vt iam  
 diximus) causam deferebat ad deos, velut iniuste accusatus hominum querimonia, Conui  
 ctus a dijs, neque eorum templa curę habuit, nec illis sacrificauit, tanquam male de eo me  
 rerentur, quod falsa (vt dicebat) oracula redderent, Idem Herodotus libro secundo.  
 ¶ Teuthis fuit quispiam princeps, qui ad expeditionem Troianam cum Græcis nauigare  
 volens, dum in Aulidis rupes impēgisset, indignatus Palladē vulnerauit hasta, Vnde exis  
 tiali morbo correptus est.  
 ¶ Non erubuit Pyrrhus Achillis filium Priamum senio confectum ad aram Iouis Ercę in  
 terficere, Virgilius libro secundo Aene, Hoc dicens altaria ad ipsa trementem Traxit, &  
 in multo lapsantem sanguine nati Implicuitque comam læua, dextra coruscum Extulit, &  
 lateri capulo tenus abdidit ensem.  
 ¶ Inter contemptores diuum numeratur Mezentius a Virgil, libro septimo, vbi ait, Pri  
 mus init bellum Tyrrenis asper ab oris Contemptor diuum Mezentius, Fuit enim impi  
 us in homines sine deorum respectu, Inquit Macrobius.  
 ¶ Lycaon rex Arcadię quum Ioui pararet insidias, ab eodem mutatus est in Lupum, vt fa  
 bulantur poetę, Vnde Iupiter apud Ouidium lib. i, Meta, sic loquitur, An satis o superi tus  
 tosfore creditis illos, Quum mihi qui fulmen, qui vos habeoque reoq; Struxerit insi  
 dias notus feritate Lycaon.  
 ¶ Alcithoe sunt etiam contemprix Bacchi, Ouidius libro quarto Metamor, At non Alci  
 thoe Mineias orgia censet Accipienda dei, sed adhuc temeraria Bacchum Progeniem ne  
 gat esse Iouis, socialque forores Impietatis habet, Idem, Et adhuc Mineia proles Virget op⁹  
 spernitque deum, festumque profanat.  
 ¶ Erilicthō Theffalius Cereris (quam aspernabatur) lucum abscidit, Vlcifcente dea ad tan  
 tam redactus est famem, vt sua ipse membra corroferit, Ouidius libro octauo Meta, Pater  
 huius erat, qui numina diuum sperneret, & nullos aris adoleret honores, Ille etiam Ce  
 reale nemus violasse securi Dicitur, & lucos ferro temerasse vetustos.

OFFICINA

- 13 ¶ Proetides filie Proeti Argiuorum regis Iunonise praesertim ab eadem mutatae feruntur in vaccas. Aij fabulantur hoc factum, quod Venerem spreuissent.
- 14 ¶ Atalanta & Hippomenes venero concubitu templum Cybeles profanarunt. Vterque deum leones facti sunt vlciscente numine. Author Ouidius libro decimo Meta.
- 15 ¶ Diomedes Tide filius Venerem in bello Troiano lassisse fertur. Ouidius libro primo Eleg. Pessima Titides scelera monumenta reliquit. Ille deam primus perculit. Idem libro primo de Reme. Non ego Titides, a quo tua faucibus mater in liquidum redijt aetherae martis equis.
- 16 ¶ Cambyses rex Persarum templa & leges ludibrio habuisse fertur. Vbi enim potitus est, Aegypti, Vulcani templum ingressus, risu & conuicijs insectari coepit. Alia etiam simulachra per summam locorum licentiam caullatus exussit. Apertis item conditorijs mortuorum cadauera introspicere maxime duxit voluptati.
- 17 ¶ Capaneum scalarum reptorem (quem poete fulminatam fuisse dicunt) deorum contemptorem vocat. Statius libro tertio Theba. vbi ait. Sed enim ipse manu pregressus auorum facta, diu tuto superum contemptor, & aequi impatiens.
- 18 ¶ Nam diximus in capite de latronibus & sacrilegis, Dionysium Syracusanum templa deorum spoliasse, suisque furtis gratulatum, dñs ipse illuisse. Stroza pater. Auratas vestes Siculi non more tyranni Dexteram de sanctis traxit imaginibus. Haud vlli per me contempto numine diuum Sacrilega ablata est aurea barba manu. Mantuanus libro primo de Calamitate. Quique deum manibus rapiens pendencia dona Sacrilegus superum vanos irrisit honores.
- 19 ¶ Xerxes rex Persarum notatur impietatis, quod Neptuno maris deo compedes & Soli te nebra s minaretur. Idem Stroza. Nec veluti Xerxes, Neptuno vincla minamur. Classib? insolitum quum patefecit iter. Idem Templa in Graecia inflammauit, quod parietibus includerent deos, quibus omnia deberent esse patetia ac libera, quorum hic mundus omnis templum esset ac domus. Author Cicero libro secundo de legibus.
- 20 ¶ Phlegyas rex Lapytharum & Ixionis pater templum delphici Apollinis incendit. Hinc ad inferos detrusus ibidem grauissime punitur. Virgil. lib. 6. Aene. Phlegiaque miserimus omnes admonet, & magna testatur voce per umbras. Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.
- 21 ¶ Salmoneus Aeoli filius Iouis fulmina in aere simulabat, vt deus in Elide crederetur. Virgilius libro sexto Aene. Vidi & crudeles dantem Salmonea poenas. Dum flammis Iouis & sonitus imitatur olympi. Quattuor hic inuectus equis, & lampada quassans Per grauium populos, medicque per Elidis urbem Ibat ouans, diuumque sibi posebat honores. Demens, qui nymbos, & non imitabile fulmen Aere, & cornip. dum cursu simulataeque oru.
- 22 ¶ Celmis vnus fuit ex Idaeidactylis, qui matrem deoru Rheam violauit stupro. Zenodotus apud Erasmus.
- 23 ¶ Diagoras melius Atheniensium sacrorum mysteria & cerimonias adeo neglexit, vt permultos auerterit a religione. Idē arcana mysteria (que non licebat profanis inuulgare) omnibus detexit. Propterea Athenienses eum in exilium pepulerunt, talento proposito, si quis hominem compertum occidisset. Erasmus in Chiliade.
- 24 ¶ Theopolemus & hiero fratres Apollinis fanum expilarunt. Quo facto poenam iudicij reformidantes domo profugerunt. Author Cicero in quinta Verrina.
- 25 ¶ Cyanippus Syracusanus soli Baccho sacra facere neglexit. Iratus deus tantam ei ebrieta tem immisit, vt reperta in tenebris filiam nefando coitu stuprauerit. Plutarchus in Parallelo. Contemptor eius numinis Aruntius ebrius factus est & Medulline filie vlciscente deo se commiscuit. Idem Plutarchus ibidem.
- 26 ¶ Theron rex citerioris Hispanie furore correptus templum Herculis apud Gades expugnare voluit & incendio dare. Iratus deus fecit, vt eius naues improviso igne corripentur. Author Macrobius libro primo Satur.
- 27 ¶ Leo imperator apud Constantinopolim sanctorum imagines depositas incendit, iussitque Romano pontifici, vt idem faceret, si imperialem gratiam sibi promereri vellet. Diaconus de gestis Longobardorum.
- 28 ¶ Tertius post Neronem sequijt in Christianos & religionem catholicam Traianus imperator, sub quo Clemens tertius Pontifex, Symeon Hierosolymitanus episcopus, Ignatius Antiochenus episcopus passi sunt, Grego, Turonensis, Imperator quoque Decius multa Christianorum millia

stianorum millia dedit morti. Quod etiam fecerunt Valerianus & Galenus filius. Vnde pater a principe Turcarum deo volente captiuus ductus, in misera seruitute cōfenuit. Idē Gregorius. ¶ Diocletianus per annos quattuor eadem rabie debacchatus est in orthodoxe fidei cultores.

¶ Athanicus Gothorum rex multos itidem Christianos varijs tormentorum generibus enecauit. Alios detruncauit gladio, quosdam in exilium pepulit, & ibidem fame & siti lan-  
guere ad mortem coegit. Hinc iuxta numinis ira miserum exhalauit spiritum, sanguinis  
fluxu toto corpore erumpentis, author idem Gregorius. 19

¶ Euarix rex Gothorum, templorum aditus spinis oblerabat & sepiebat, vt introcūdi raris  
tas obliuionem religionis induceret. Clericos carceribus iucludebat. Nullū omittebat tor-  
menti genus, in quo feritatem suam non exerceret. Gregorius Turonensis. 30

¶ Demonax philosophus Adriani tempore, adduci nōquam potuit, vt ad Eleusina sacra ac  
mysteria accederet. Propterea accusatus a populo, vt religionis contemptor, factum excu-  
savit, testatus ea sacra merito esse suspecta, quæ in occulto fierent. Nam si bona essent, dice-  
bat ea manifestari oportere, si mala, debere refugi. Lucianus apud Volaterranum. 31

¶ Anaxagoram Clazomenium Athenienses in vincula coniecerunt, quod solemignitum  
dixisset esse lapidem, non deum, quem tamen illi pro deo colebant. 32

¶ Illyce filia Ibyci Lydij vltione martiris (quem aspernabatur) in furorem versa, e scopulo se  
p̄cipitauit. Idem Calderinus in Ibin Ouidij. 33

¶ Imperante Constantino Manuelis filio, quum Turcæ Constantinopolim cepissent, nul-  
le scelerum facies defuerunt, nulla dignitatis, sexus aut ætatis habita est ratio. Stupra cēdi-  
bus, cædes stupris addite. Templum sanctorum diruta sunt. Ossa martyrum canibus & suis  
bus obiecta. Redemptor ipse iterum cruci affixus, Luto limoque deformatus est. Nullum  
omissum est ludibrium, quod prius exercuissent iudei. Princeps tantę feritatis Othoman<sup>9</sup>  
vbi satis in sanctorum reliquias & simulachra sequutum est, feritatem conuertit in vtriusq;  
sexus homines, quos omnes more porcorum gregatim occidit, p̄ter nōnullas liberali for-  
ma fœminas, quas ad maiorem libidinis ignominiam reseruauit. Hoc autem factum est in  
annum salutis. 453. Bap. Egnatius.

¶ Leo Armenius imperator parta de Bulgaris victoria diuorū imagines deleri penitus ius-  
sit, Paulopost a Michaele Traulo per insidias iugulatus. ¶ Theophilus quoque imperator  
post Michaelē Traulum, quum sanctorum imagines itidem odio haberet, multos earum  
cultores ad mortem cædi iussit. 34

¶ Genfericus princeps Vandalorum quum Carthaginem cepisset, omnesque opes inter-  
fectis ciuibus in ius suum vertisset, animum ad ecclesiarum spoliationem adiecit, quas sa-  
cris vasīs exinanitas, & sacerdotum administratione priuatas, equorum suorum fecit stas-  
bula. 35

¶ Herostratus templum Ephesie diane toto orbe nominatissimum, & inter septem orbis mi-  
racula nominatum incendio dedit, vt immortalitatem nominis sibi compararet. Author  
Cellius. 36

¶ Brennus dux Gallorum Senonum templum Apollinis Delphici causa p̄de ingressus  
ira numinis se interfecit. Author Valerius & Iustinus lib. 24. 37

¶ Fuluius Flaccus in Censura tegulas marmoreas ex Iunonis Lacinie templo detraxit, &  
in eadem fortunę equestris, quam Romę faciebat, transfudit. Post quod factum negatur mē-  
te constitisse. Quinetiam per summam animi egritudinem expirauit, quum ex duobus fi-  
lijs in Illyrico militantibus alterum decessisse, alterum grauiter vulneratum audisset. Au-  
thor idem Valerius Maximus de neglecta religione, & Liuius lib. 42. Vnde Mantuanus  
libro primo de Calamitate, Et qui surripiens auri duo millia pondo, Et Lateres fuluos fu-  
cata subintulit æra. 38

¶ Pleminius Scipionis legatus thesaurum Proserpine apud Locros spoliavit, nec defuit vl-  
tio. Nam postea in carcere teterrimo genere morbi consumptus est. 39

¶ Pyrrhus quoque e Sicilia rediens thesauros Locrensis Proserpine intactos ad eam diem  
spoliavit & imposuit classi, quę postera die vicinis deę littoribus illisa naufragiū fecit. Vas-  
lerius de neglecta Religione.

¶ Milites Alexandri, qui Milese Cereris templum ad p̄dam irruperant, flamma obiecta  
priuati sunt oculis. Idem Valerius. 40

OFFICINA

1	Aetius	19	Meletius	34	Symmachus
2	Amonius	20	Menander	35	Saturninus
3	Apollinaris	21	Messaliani		Basilides
4	Arrius		Datosius	36	Theodorus
5	Berillus		Phibas	37	Tertullianus
6	Carpocrates		Dalphidius	38	Apelles
7	Cherinthus	22	Montanus	39	Acephali
8	Ebion	23	Monothelitę	40	Almericus
9	Helchetaite		Sergius	41	Barbara
10	Eluidius	24	Nauatus	42	Cerdo
11	Eudoxus	25	Nepos	43	Ioannes hus
12	Eunomius	26	Nestorius	44	Alogij
13	Eutyches	27	Nicolaus		Aquarij
14	Eusebius	28	Paulus Samofaten <sup>9</sup>		Adamiani
15	Fauftus	29	Praxeas		Nyctages
16	Iouinianus	30	Photinus		Hemerobaptifte
17	Pollio	31	Sabinus	45	Marcion
18	Manes	32	Sabellius	46	Templarij
	Paulus p̄sul	33	Simon magus	47	Donatus

EXPLANATIO.

- 1 **A**etius sophista Antiochenus primum Christianus. Arrianorum sectę postmodum adhefit. Vnde Antiochia pulsus est, & Atheos vocatus.
- 2 **A**monius Alexandrinus p̄ceptor Origenis, fuit a puero Christianus. Prouectior vero factus, ad philosophiam se cōuertit deserta fide.
- 3 **A**pollinaris iunior, dicebat animam a deo verbo facto non assumptam, aut si assumpta esset, non habere mentem. Huic propterea christianorum commercio interdictum est.
- 4 **A**rrius Alexandrinus Armodij filius, filium deum ab æterna patris substantia separabat. Ad quam heresim refellendam iussu Constantini Imperatoris celebrata est Synodus Nicęna, cui interfuerunt Alexāder & Pannutius p̄sules. Item Athanasius diaconus cum 318, alijs p̄sulibus, qui explosa Arrij sententia, filium patri consubstantialem fecerunt. Arrius in exilium pulsus, magnam nihilominus turbam hominum in suam traxit sententiam, sed non impune. Nam dum in latrina corporis excrementa egeret, animam cum intestinis emisit. Ex Ruffini historia.
- 5 **B**erillus Bosfrenę urbis Arabię p̄sul dicebat Christum redemptorem ante humanitatem non extitisse, nec propriam diuinitatis habere substantiam, sed tantum patris in eo habitasse. Quem eius errorem ita repressit Origenes, vt tandem cum ad meliorem mentē reuocauerit. Author Eusebius.
- 6 **C**arpocrates hereticus Simonis magi superstitiones imitatus est, quas palam tradebat. Idem Eusebius.
- 7 **C**herinthus dicebat regnum Christi post resurrectionem Hierosolymis futurū, vbi mille annis homines libidini & voluptatibus indulgissent. Huius meminuit Pius Papa in sua hist.
- 8 **E**bion putauit Christum purum esse hominem sine vlla deitate, perfectum tamen & omni virtute cumulatiſſimum. Eius sectatores vocantur Ebionitę. Eusebius.
- 9 **H**elchetaite quędam de scripturis refutabant, & quędam rursus admittebant nouę ac veteris legis testimonia. Paulum apostolum penitus respuebant. Librum quendam circunferebant, quem dicebant de cęlo lapsum, cuius verba si quis audisset, delictorum veniam consequeretur.
- 10 **E**luidius Auxentij discipulus fatebatur virginem peperisse, verum postea congressam viro dicebat alios suscepisse liberos fratres domini. Insanam eius opinionem confutat Hieronymus.
- 11 **E**udoxus p̄sul Constan. fuit imitator Arriane sectę, Valentis principis ætate.
- 12 **E**unomius p̄sul Cyzicenus diuinitatem negabat in Christo. Plurima scripsit contra fidem, & disserendi leges suis sectatoribus reliquit. Hunc Gregorius Nazianzenus, & Gregorius Nisseus p̄sules suis argumentis confutarunt.

Eutyches

- E**utyches Constantinopolitanus discernerebat Christum a verbo dei, Negabat præterea  
 Christi carnem similem esse nostræ, duasq; in eo naturas inficiabatur. Aiebat ipsum Chris- 13  
 ti corpus cælo descendisse, & in virginis uterum tanq̃ Solis radios penetrasse. In hunc ce-  
 lebrata est quarta Synodus, Volaterranus.
- E**usebius Nicomediensis præsul secutus est Arrium, cui & multos peperit affectas. 14  
**F**auftus Afer secta fuit Manicheus. Scripsit libros in Orthodoxam fidem, quibus abun- 15  
 de respondit Augustinus.
- C**louinianus nuptias virginitati præferebat, secutus opinionem Stoicorum de virtutum 16  
 & viciorum æqualitate. Eius scriptis respondit Hieronymus.
- P**ollio Macedonius dicebat spiritum sanctum nihil habere commune cum patre & filio. 17  
 Fatebatur tamen filium patri similem.
- M**anes hæreticus imperante Aureliano Romã venit e Perside. Hic ponebat duo prin- 18  
 cipia inuicem contraria. Dicebat se natum ex virgine, & in montibus educatum. Ponebat  
 vnicam in Christo naturam diuinam. Eius vero humanitatem dicebat esse phantasticam,  
 causatus non esse verisimile deum pati voluisse. Contra vero Paulus præsul Antiochenus  
 affirmavit Christum simplicem fuisse hominem, maximum alioqui prophetam. De Mane  
 te sic ait Eusebius. Manes hærefiarca, genere Persa, vita & moribus Barbarus, tam acer  
 ingenio, vt ex nominis argumento insanire videretur. Denique Christi se nunc formam  
 gerere conabatur ostendere, nunc ipsum se esse paraclitum dicitabat, eiusque more duo-  
 decim discipulos quaquauersum ducebat, qui stultissima dogmata nunciarent. Sectatores  
 eius dicti sunt Manichei.
- M**eletius præsul in Aegypto Arrianis adhefit, habuitq; multos affectas, eos maxime qui 1  
 Petro præsuli Alexandrino aduersabantur. Socrates in hist. tripartita.
- M**enander magus genere Samaritanus seruatorem se vocabat, ex Olympo ad hominũ 20  
 salutem demissum. Docebat nullo pacto angelos ab hominibus vinci posse quam magicæ  
 artis disciplina. Varia passim hærefes distudit, quarum lolio multorum oculos viciavit.  
 Eusebius.
- M**essaliani cuiusdam demonis effectum expectabant, quem sanctum spiritum arbitra- 21  
 bantur. Reijciebant opus manuum tanquam malignum, Somnio & ocio indulgebant. Eius  
 sectæ principes fuerunt Datusius, Phibas, Dalphidius. Theoderitus in hist. tripartita.
- M**ontanus Phryx natione, vocabat se paraclitum. Multos in suam traxit hærefim, & in 22  
 his Priscam & Maximillam, quas eo redegit insanie, vt relictis viris eũ sequerentur, eiusq;  
 inspiratione spiritum propheticum habere se crederent. Sectatores habuit qui Cataphrys  
 ge dicuntur. Hi spiritum sanctum sibi non apostolis infusum prædicabant.
- M**onothelita duas in deo voluntates negabant diuinam scilicet & humanam, quum ta- 23  
 men res aliter se habeat. Nam Christus multa vt homo voluit & fecit. Multa item vt deus.  
 Cõtra hos celebrata est sexta Synodus Anno salutis. 585. Sectæ princeps fuit Sergius præ-  
 sul Const. Diaconus de gestis Longobardorum.
- N**auatus presbyter Ro. sectam instituit Nauatianorum, qui se mundos & puros appella- 24  
 bant. Hic in tantam lapsus est dementia, vt eos (quibus Eucaristiam præbebat) prius iu-  
 rare cogeret, se nunq̃ Cornelium pontificem secuturos.
- E**piscopus fuit in parte Aegypti Nepos nomine, qui dicebat sanctos in terris cum Chris- 25  
 to mille annis regnatos in libidine & voluptate.
- N**estorius Germanicus præsul Constanti. cælum suis sectatoribus promittebat, Christũ 26  
 hominem tantum esse prædicabat, duas negando naturas. In hunc celebrata est tertia Sy-  
 nodus sub Theodosio iuniore.
- N**icolaus (a quo Nicolaitarum secta orta est) legem matrimonij refellebat, volebatq; pro 27  
 miscuos esse concubitus, Eusebius.
- P**aulus Samofatenus homo multæ arrogantie & nullius prope sapientie psalmos solitos 28  
 cantari vetuit. Hisque alijs suffecit, quos in suam ipse laudem conscripserat. Negabat filium  
 dei de cælo descendisse, sed in utero virginis initium habuisse.
- P**raxeas Asiaticus plures negabat personas in trinitate, sed eundem patrem & creasse om- 29  
 nia, & in cruce pendisse, quod (vt dicebat) communicata pluribus monarchia authorita-  
 tem principatus minuat. Huius argumentis respondit Tertullianus.
- P**horinus præsul Smyrnæus humanam solum naturam in Christo posuit, instar Ebri- 30  
 nitatum.
- S**abinus præsul Heracleę secta fuit Arrianus. Is Christianos omnes (qui in Synodo Nice- 31  
 na ab Arrio defecerant) idiotas vocabat & ignauos, eosque infirmitate ingenij lapsos dice-  
 bat. Socrates

OFFICINA

- bat, Socrates in historia triperita.
- 32 ¶ Sabellius hereticus negabat Christum dei filium, primogenitumque omnis creature; Atque etiam spiritus sancti auferebat intellectum. Ponebat vnicam in trinitate personam. Hinc varie factiones & malorum germina pullularunt. Eius sectatores Sabelliani dicuntur. Sunt qui Sabinum & Sabellum eundem faciunt.
- 33 ¶ Simon Magus natione Samaritanus multos artibus magicis & ope demonum eludit Romam imperante Claudio principe, ita ut numinis loco habitus sit, & honore & simulachri decoratus, cum hac subscriptione. Simoni deo sancto. Eum Samaritani omnes & deum fatentur. Sunt qui dicant eum, quum per acra diuolaret, Petri precibus cecidisse, eaque ruina miseram exhalasse vitam.
- 34 ¶ Symmachus vnus ex interpretibus bibliorum, putauit Christum ex concubitu Ioseph & Marię natum. Quam insaniam probare voluit ex Euangelio Matthæi. Eusebius.
- 35 ¶ Saturninus Antiochenus secutus est hæresim Menandri magi.  
¶ Basilides scripsit in Euangelium, 24. commentarios, confinxitque prophetas quosdam, ut Barabam & Barcob, aliosque barbaris nominibus nuncupatos. Hic instar Pythagoræ sectatores suos quinquennio silere iussit.
- 36 ¶ Theodorus Coriarius humanam tantum naturam tribuebat Christo. Fatebatur tamen verbum dei in eo habitasse ob excellentem virtutem, Mariamque non dei sed hominis tantum matrem esse. In hunc celebrata est quinta Synodus, Iustiniani principis & Vigilij pontificis tempore anno salutis. 540. vbi sancitum est, ut Maria Theotocos, id est dei mater vocaretur. Eusebius libro quinto.
- 37 ¶ Tertullianus patria Carthaginensis, quum in fide aliquandiu perstitisset, tandem clericorum Romæ, contumelijs ad Montani dogma delapsus est.
- 38 ¶ Apelles hæreticus dicebat in Christo fuisse corpus phantasticum, prophetias non recipiebat, quod sese rescinderent, & implicarent contradictionem.
- 39 ¶ Acephali duas in Christo negabant naturas, nullo eius opinionis authore. Vnde & traxerunt nomen.
- 40 ¶ Almericus hæreticus dicebat Ideas in mente diuina creare & creari. Hunc Innocentius tertius cremari iussit Lutetia. Volaterranus.
- 41 ¶ Barbara Sigismundi imperatoris coniunx stultas vocabat virgines pro Christi nomine passas, quod voluptatis gaudia non gustassent. Dicebat animas cum corporibus intrare nec futuram aliam vitam post hanc quam viuimus.
- 42 ¶ Cerdo hæreticus assererat duo fuisse contraria principia. Eius affectus dicti sunt Cerdoniani.
- 43 ¶ Ioannes Hus & Hieronymus, quum sceleratissimas hæreses Bohemorum animis inculcassent, sententia publici consilij incendio & flammis deuoti sunt.  
¶ Alogij hæretici verbum negabant esse deum, sprete Ioannis Apocalypsi.
- 44 ¶ Aquarij fuerunt heretici quidam, qui solam aquam offerebant in calice sacramenti. Author Cælius.  
¶ Adamiani exemplo Adam nudi ac sine vllis vestibus degabant, eoque modo cum feminis versabantur, asserentes illud in vita melius putandum esse, quod ad naturam magis accederet. Crinitus cap. 6. lib. 16.  
¶ Nyctages vniuersam noctem somno, & quieti concedebant dicentes naturam genitum violari atque corrupti, si ipso noctis tempore vigilaretur. Idem Crinitus ibidem.  
¶ Hemero baptista apud Iudeos vocati sunt hæretici, qui seiplos & sua vestimenta quoties die abluebant. Author Crinitus.
- 45 ¶ Marcion hereticus bina principia binosque deos ponebat, bonum scilicet & malum.
- 46 ¶ Templarij heretici emerlerunt anno post imperium Augusti. 1030. Hi solymius in tantam sanctitatis opinionem venerunt, ut breui tempore multas diuitias ac templa sibi conuolauerint, a quibus templarij dicti sunt, quod frequentes & assidui versarentur in templis, lidem Christi sacris impudentissime abdicatis, in quedam flagitia diuerterunt. Conflauerunt enim simulachrum quoddam miro artificio, cui hominis cutem superinduxerunt, collocati in fronte binis carbunculis oculorum vice promicantibus. Hoc autem loco numinis reuerentur, Morientium cadauera resoluta in cineres ceteris dabant in potum, ut in ea secta firmiores essent. Natum ex templarij virginisque coniugio torrebant igne, simul ex humore delicato suum perungebant simulachrum. Nefanda masculorum libidine conflagrant. Damnati sunt autem in Viennensi concilio, & deuoti flammis sententia Clementis pontificis Maximi, qui Benedicto successit, Idem Crinitus Cap. 13. lib. 24.

¶ Donatus

☉ Donatus natione Afer dicebat filium esse minorem patre, & spiritum sanctum filio. 47

☉ Vates augures & aruspices.

1	Protheus	35	Maffurius	58	Iacoba
2	Laocoon		Mutius	59	Ophioneus
3	Eurypilus	36	Softratus		Polybius
4	Athyrtia	37	Spurina	60	Thrafibulus
5	Melampus	38	Astylus		Lamus
6	Tyrefias	39	Tyburnus	61	Scirus
7	Tages		Olenus	62	Abaris
8	Caifandra	40	Prylis	63	Vecius
9	Calchas	41	Lampon	64	Vggerus
10	Helenus	42	Eurycles	65	Baudolinus
11	Nautes	43	Chryfes		Theolapius
12	Carmentis	44	Astyphilus	66	Amphilochus
13	Manto	45	Martha	67	Heleus
14	Rhamnetes	46	Milthas		Callias
15	Afilas	47	Peripoltas		Perialla
16	Tolunnus	48	Aristander		Cleander
17	Iapys		Cleomanthes		Megistias
18	Choreus	49	Vmbritius		Lycius
19	Aruns	50	Theocritus		Silanus
20	Libyfa	51	Demophoon	68	Euenius
	Craco	52	Amalthea		Deiphonus
21	Phemonoe		Marpesia	69	Tifamenus
22	Martius		Heriphile		Hippomachus
23	Amphiaraus	53	Sabe	70	Daniel
24	Mgon		Demo	71	Mofes
25	Branchus		Phigo	72	Galcotg
26	Thyodamas		Phacnis	73	Deiotarus
27	Idmon		Bacis	74	Tharchon
28	Trophonius		Lichas	75	Parnafus
29	Apollonius	54	Dauid	76	Prophetæ
30	Mopfus	55	Simachia	77	Ocyros
31	Polyxo	56	Theano	78	Aethion
32	Philochorus		Euexippe	79	Romulus
33	Sofipatra	57	Albigerius	80	Auctarium
34	Actius				

☉ EXPLANATIO.



Rotheum filium Oceani & Tethyos poetæ vatem faciunt. Virgilius libro quarto Georgicorum. Est in Carpathio Neptuni gurgite vates. Ceruleus Protheus. Ouidius lib. vndecimo. Donec Carpathius medio de gurgite vates Aeacide dixit. Statius libro primo Achille. Hos abolere metus magici iubet ordine sacri Carpathius vates. Syllius libro septimo. Tum sic incipiens repetita exordia retro incipit ambiguus vates, referatque futura. Idem. Quæ dum arca deum vates euoluit in antro.

☉ Laocoon vates fuit Troianus, qui prædixit Græcos in fatali Sinonis machina delitelcere, Troianosque obiurgauit, quod eam in urbem admiffissent, Virgilius libro secundo Aeneidos author.

☉ Eurypilus vates fuit Græcus, quem Sinon Virgilianus ait Apollinem consuluisse fufper fimulato Græcorum reditu in patriam, vbi ait. Sufpenfi Eurypilus fcitatum oracula Phœbi Mittimus, isque adytis hæc tristia dona reportat. Est & Eurypilus vates medicinae apud Plynium lib vndecimo Nat. Hifto.

☉ Athyrtia filia fuit Sefoftris regis Aegypti, diuinationis perita, quæ futuram patri monarchiam prædixit.

chiam prædixit. Diodorus libro secundo.

- 5 ¶ Melampus filius Amythaonis medicus fuit & augur peritissimus. Tibullus libro quarto. Compertum est veracibus vt mihi signis, Quis Amythaonius nequeat certare melampus. Propertius libro secundo. Turpia perpessus vates est vincla Melampus. Statius libro tertio Thebaidos. Sed mente virens, Phœboque Melampus. Politianus in Nutricia. Quid te cui volucrum fibræ patuere Melampus. Plynus libro septimo. Diuinitas & quedam societas coelitem nobilissima ex foeminis in Sybilla fuit. Ex viris in Melampode apud Græcos, apud Romanos in Martio. Idem libro, 2. ¶ Melampodis fama diuinationis artibus nota est.
- 6 ¶ Tyresias rex Thebarum & augur fuit, qui consultus a Ioue, vtri maior esset in Venere libido, viro ne an foemine, quum foemina dixisset, ira Iunonis excecatus est. Quam eius cæcitatem Iuppiter vaticinio pensauit. Alij excecatum ferunt, quod Mineruam in fonte nudam conspexisset. Propertius libro quarto. Magnam Tyresias apexit Pallada vates, Fortia dum posita Gorgone membra lauat. Ouidius libro tertio Metamorphoseos. At pater omnipotens (neque enim licet irritata cuiquam Facta dei fecisse deo) pro lumine adempto Scire futura dedit, poenamque leuauit honore. Ille per Aonias fama celeberrimus vrbes, irreprehensa dabat populo responsa petenti. Sabinus in epistola Vlyssis. Sed si Tyresias tam læti prouidus augur. Quam verax vates in mala nostra fuit. Statius libro secundo Thebaidos. Longæui vatis opacos Tyresiq; vultus, vocemque & vellera nota Induitur. Politianus in Ambra. Baculum dat deinde potentem Tyresia magni, qui quondam Pallada nudam Vidit, & hoc raptam pensauit munere lucem. Suetus inoffensos baculo ducere tendere gressus. Nec deest ipse sibi, quin sacro instincta furore Ora mouet, tantique parat solatia damni. De Tyresia abunde meminit Cicero libro primo de diuinatione.
- 7 ¶ Tages primus omnium aruspicii disciplinam dedit Etruscis. Ouidius lib. vlt. Meta. Indigenæ dixerunt Tages, qui primus Etruscam Edocuit gentem casus aperire futuros. Huius meminerunt Cicero lib. 2. de diuinatione, Marcellinus, & Crinitus.
- 8 ¶ Cassandra Priami filia quum Apollini copiam sui corporis promississet, ab eodem vates facta est. Quum autem non staret promissis, iratus deus fecit, vt eius vaticinijs non adhiberetur fides. Hæc prædixit futura ex Helene raptu infortunia. Propertius libro tertio. Certa loquar, sed nulla fides. Neque enim illa quondam verax Pergameis Phœbas habenda malis. Sola Parim Phrygiæ fatum componere, sola Fallacem patriæ serpere dixit equum. Ille furor patriæ fuit vtilis, ille parenti. Experta est veros irrita lingua deos. Idem libro quarto. Aut si Pergameæ sero rata carmina vatis Longæum ad Priami vera fuere caput. Virgilius libro secundo Aeneidos. Tunc etiam fati aperit Cassandra futuris Ora dei iussu non vnquam credita Teueris. Cicero libro secundo de diuinatione. At multi saepe vera vaticinati, vt Cassandra. Mirandula in hymnis. Et patriæ repetens celebrem Cassandra ruinam.
- 9 ¶ Calchas augur fuit Thestoris filius qui tempore belli Troiani, Græcis oracula reddidit. Virgilius libro secundo Aeneidos. Hic Itachus vatem magno Calchanta tumultu Protrahit in medios. Idem prædixerat Græcos omnes Troia diruta in patriam sospites redituros, Quod secus accidit. Nam multi apud Caphareum Euboicæ naufragium fecerunt. Quo liquet veterum vatum præfagia non semper vera extitisse. De Calchante Ouidius lib. 12. At veri prouidus augur Thestorides, vncemus ait, gaudete Pelasgi, Troia cadet, sed erit nostri mora longa laboris, Atque nouem volucres in belli digeret annos. Idem libro secundo de arte. Quantus erat Calchas extis, Thelamonius armis. Statius libro tertio Achille. Incepitans vatem magno Calchanta tumultu. Cicero libro primo de diuinatione. Alia autem subito tempore coniectura explicantur, vt apud Homerum Calchas, qui ex passereum numero belli Troiani annos auguratus est. Ferunt hunc Calchantem cum Amphilocho Amphiarai filio ab expeditione Troiana redeuntem ad Apollinis Clarij lucum diuertisse, repertoque ibidem Mopso, quædam proposuisse, que quum ille soluisset, aiunt Calchantem animi egritudine perisse. Questio ab Hesiodo talis memoratur.
- Mirabor sane, poteris si dicere ficus  
Quot numero hæc Caprificus habet, per parua licet sit,  
Mille quidem decies modius mensura, superque  
Vna fit, hanc nullo poteris comprehendere pacto,  
Dixit & inuentus numerus, mensuraque certa est.  
Continuo mortis Calchanti somnus obortus, Pherecydes apud Cesium scribit Calchantem  
sue oblata interrogasse, quot porculos gestaret, Mopsum vero respondisse tres, atque ex  
his vnâ foeminam. Quem vbi vera locutum patuit, illum egritudine intabuisset. Vide  
Strabonem



Strabonem lib. 14. Vnde hæc mutuatus est Cælius.

¶ Helenus Priami filius vaticinio claruit auctore Virgilio, apud quem Aeneas siccum al-  
loquitur libro tertio Aeneidos. His vatem aggredior dictis ac talia quero. Troiugena in-  
terpres diuum, qui numina Phœbi. Qui tripodas, clarij lauros, qui lydera sentis. Et volu-  
crum linguam, & præpetis omina penne. Idem. Præterea si qua est Heleno prudentia vati.  
Si qua fides, animum si veris implet Apollo. Ouidius lib. 13. Meta. Quam sum Dardanio  
(quem cepi) vate potitus. Cicero libro primo de diuinatione. Quid Atiæ rex Priamus, non  
ne & Helenum filium & Caïandram filiam diuinantes habebat.

¶ Nautes nomen est Troiani apud Virgilium libro quinto Aeneidos, quidum incensæ ab  
Iride in Sicilia comburerentur Aeneæ naues, docuit hoc ipsum fieri Iunonis odio, vt Latio  
Troianos auerteret, monuitque Aeneam ipsum, vt non succumberet calamitatibus, sed  
inuictus peristeret animo. Verba Virgilij sunt hæc. Tum senior nautes (vnũ Tritonia Pal-  
las Quem docuit, multa que insignem reddidit arte) Hæc responsa dabat, vel quæ portens  
deret ira Magna deum, vel quæ fatorum posceret ordo.

¶ Carmentis Euandri mater erat præfaga & monitrix rerum futurarum. Prius vocabatur  
Nicoltrata, verum vbi carminibus dare incœpit responsa, Carmentis vocata est. Virgilius  
libro octauo. Matrisque egere tremenda Carmentis nymphæ monita, & deus Auctor As-  
pollo. Et carmentalem Romano nomine portam, Quam memorant Nymphæ prisçæ Car-  
mentis honorem Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros Aeneadas magnos, & nobile  
Pallantem. Martianus Capella. Alij quoque huius generis homines, in diuinandi vsum  
& præscientiam procreati, vt Carmentis in Arcadia, ab effuso per vaticinia carmine dicta.  
De Carmentia Plutarchus in vita Romuli sic meminit. Alij Euandri Arcadis matrem fati-  
dicam, Eam Phœbo dicatam fuisse tradunt, & Carmentiam quod carmine responsa ederet,  
nuncupatam. Nicoltrate enim proprium illi nomen fuerat.

¶ Manto filia Tyresia (a cuius nomine dicta est Mantua) fuit etiam fatidica & rerum futu-  
rarum præfaga, Virgilius libro decimo. Ille etiam patrijs agmen ciet Oenus ab oris Fa-  
tidicæ Mantus, & Thulci filius amnis. Qui muros matrisque dedit tibi Mantua nomen.  
Politianus in Manto. Venit & Elyfio venturi præscia Manto, Manto que iuuenem fluiuo  
conceperat Oenum, Oenum, qui matris dederat tibi Manrua nomen, Ouidius libro sexto  
Meta. Nam fata Tyresia venturi præscia Manto. Per medias fuerat diuino concita motu  
Vaticinata vias, Statius libro decimo. Fit prouida Manto Responsis vt plena fides, Stroza  
filius. Prisca que fatidicæ referam fundamina Mantus, Mantus vnde suum deduxit Man-  
tua nomen.

¶ Rhamnetes augur fuit charissimus Turno. Virg. lib. 9. Rex idem & regi Turno gratis  
simus augur, Sed non augurio potuit depellere pestem.

¶ Afilas nomen est etiam auguris, qui suppetias tulit Aeneæ contra Turnum. Virgilius li-  
bro decimo. Tertius ille hominum diuumq; interpres Afilas, cui pecudum fibre, cœli cui  
lydera parent, Et lingue volucrum, & præfagi fulminis ignes, Mille rapit densos acie, atq;  
horrentibus hastis.

¶ Tolunnius nomen est auguris, qui pro Turno bellauit in Aeneam. Virgil. lib. 12. Expe-  
pediuntque manus, primusque Tolunnius augur. Idem. Cadit ipse Tolunnius augur, Pri-  
mus in aduersos telum qui torserat hostes.

¶ Iapys Iasij filius nomen est auguris apud eundem Virgilium lib. 12. Iamq; aderat Phœ-  
bo ante alios dilectus Iapys Iasides, acri quondam cui captus amore Ipse suas artes, sua mu-  
nera lactus Apollo Augurium citharamque dabat, celeresq; sagittas. Ille vt depositi profer-  
ret fata parentis, Scire potestates herbarum, vsumque medendi Maluit, & mutas agitare  
inglorius artes.

¶ Chorus sacerdos fuit Cybeles diuinandi peritus. Virgilius libro vndecimo. Aureus ex  
humeris sonat arcus & aurea vati Cassida.

¶ Aruns vates fuit Thufcus, cuius peritiam in diuinando describit Lucanus dicens, Hæc  
propter placuit Thufcos de more vetusto Acciri vates, quorum qui maximus quo Aruns  
incoluit deferte moenia Lunæ. Fulminis edoctus motus, venasque calentes Fibrarũ, & mo-  
tus errantis acre penne. Iam docuimus Ethruscos inuectores fuisse Aruspicij.

¶ Libyssa mulier fuit fatidica in Bohemia, quæ filiam habuit Craco nomine rerum quoque  
futurarum peritam. Volaterranus in Geographia.

¶ Phemonoe virgo prima delphici Apollinis vates fuisse dicitur, carmenq; Heroicum in-  
uenisse. Plinius libro decimo. Phemonoe Apollinis dicta filia dentes ei fuisse prodidit. Lu-  
canus libro quinto. Phemonoen errore yagam, curisque vacantem Corripuit, cogitque  
fores irrumpere

OFFICINA

res irrumperet templi, Limine terrifico metuens consistere Phœbas, Abstertere ducem no-  
cem nocendi ardore futura Cassa fraude parat. Idem. Sic plena laborat Phemonoe Phœ-  
bo. Staius libro secundo Sylvarum. Referetque arcana futuros Phemonoe fontes. De hac  
Phœbade frequens est mentio apud auctores, maxime apud Statium, Lucanum, & quan-  
que Politianum.

- 22 ¶ Plynius libro septimo ait maximam fuisse diuinitatem Melampodi apud Græcos, apud  
Romanos Martio.
- 23 ¶ Amphiarus Oiciei filius augur fuit & vates Græcus, quem quum Adrastus rex in bel-  
lum contra Thebas vellet ducere, recusauit, ac ne cogretur, sese occuluit, quod præuides-  
ret ibidem se periturum. Fraude tamen vxoris Eryphiles (quam monili corruperat Adras-  
tus) proditus est, & inuitus in bellum tractus, vbi terre hiatu absumptus est. Staius libro  
primo Thebaidos. Non tu ipse pater, nō docte futuri Amphiaræ vides. Idem libro tertio.  
Solers cura tibi futuri Amphiaræ datur. Idem libro septimo. Qui tripodas laurusque se-  
qui, qui doctus in omni Nube salutato volucrem cognoscere Phœbo. Sabellicus. Ignibus  
Oicides visis ventura canebat Coniugis impulsus fatales visere Thebas Proditione suæ.  
Martianus Capella. Ex hac diuinandi possibilitate Amphiarus Mopsusq; celebrati. Hes-  
rodotus in Clio. Sub hanc statim cognationem tentare statuit vaticinia quæq; apud Græ-  
cos, quæque in Affrica essent, alijs alio demissis, quibusdam Delphos, quibusdam Dodos  
nam, nonnullis ad Aphiarum ac Trophonium.
- 24 ¶ Mæon nomen est vatis & auguris apud Statium libro secundo Thebaidos dicentem. Il-  
le hæc præuiderat omnia doctus Aeris & nulla deceptus ab Alite Mæon.
- 25 ¶ Branchum ferunt Apollinis fuisse filium, cui pater diuinandi artem concesserit. Staius.  
Primoque æqualis honori branchus. Strabo ait eum sacerdotem fuisse delubri Apollinis  
Didymæi. Mirandula in hymnis. Hinc quoque Brachiaco vatem stimulauit ab axe Delis  
us innumeris subigens ambagibus orbem.
- 26 ¶ Thyodamas filius fuit Melampodis, diuinandi quoque peritus. Staius libro octauo. In-  
signem fama, sanctoque Melampode Cretum Thyodamatam volunt, quo cum ipse arca-  
na deorum Partiri, & visas vni sociare solebat Amphiarus aues, tantæque haud inuidus  
arti Gaudebat dici similem, iuxtaque secundum.
- 27 ¶ Idmon Apollinis & Asterie filius & ex Argonautis vnus claruit etiam vaticinio. Hunc  
a serpente occisum ferunt, Seneca in Medea. Idmonem quamuis bene fata nosset. Consci-  
dit serpens Lybicis arenis. Politianus in Nutricia. Plenumque parente Idmonna fulmi-  
nei percussum dentibus apri. Valerius Flaccus libro tertio Argon. Vbi Typhis, vbi Idmō  
Fata canens Ausoniue. Idmona quod vatem, medicum quod lapyga dicunt. Hoc vate v-  
si sunt Argonaute.
- 28 ¶ Trophonius vates fuit quispiam speluncam habitans, in quam qui descendebant, per-  
petuo erant agelasti & irrisibiles. Hinc adagium natum. In Trophonij antro vaticinatus  
est, de homine maxime tristi & prænimis fevero. Mirandula in hymnis. Phœbeique antrū  
fundens consulta Trophoni.
- 29 ¶ Apollonius e Tyana ciuitate Græciæ rerum futurarum præfagijs fertur claruisse. Præui-  
dit enim Cilicem quendam lasciuum hominem intrā diem tertium occisum iri, vt contigit.  
Aiebat se cuncta facere deo consultore & duce demone, scireque omnium linguas, & ho-  
minum cogitationes introspicere, futura præuidere, & iam præterita diuinitus cognoscere.  
Somnia interpretabatur, declarabat portenta, damnabat animalium sacrificia. Eius vitam  
compendiose fatis deseribit Volaterranus.
- 30 ¶ Mopsus fuit omnium vatum peritissimus, vnus eorum, qui Argonautis futura prædix-  
erunt. Cum hoc in certamen descendit Calchas, victusque dolore animi in fata concessit, vt  
iam diximus. Adagium fluxit in vulgus. Mopso certior, de eo qui circa mendacium futura  
præuidet & enunciat. Fuit Mopsus Ampyci filius. Ouidius libro decimo. Nec tu credides  
ris tantum cecinisse futura Ampycidem Mopsum, Mopso iaculante biformis Occubuit,  
frustra que loquitentauit Odites. Apollonius apud Cælium. Vbi & Ampycidem die illa  
Mopsum crudelis mors abstulit, amarulentū vero non vitauit fatum vaticinijs. Nec enim  
mortis euasio vlla. Seneca in Medea. Omnibus verax, sibi falsus vni Concidit Mopsus, cas-  
ruitque Thebis. Valerius Flaccus libro primo Argon. Phœbique fides non vana parens  
tis Mopsus. Fuerunt & alij eiusdem nominis, vt Mopsus Tyrese filius, alius etiam a cuius  
nomine Attica regio Mopsopia vocata est.
- 31 ¶ Polyxo nomen est Phœbadis apud Valerium Flaccum libro primo Argon. Tunc etiam  
vates Phœbodislecta Polyxo.

- Philochorus** Atheniensis fuit vates Eratosthenis tempore, qui extinctus est infidijs An- 32  
 tigonis Macedoniarum regis, quod venisset in susceptionem contracta cum Ptolemaeo rege a-  
 micitijs. Hic scripsit Athidis libros septemdecim, qui continent res gestas Atheniensium  
 & reges & magistratus vsque ad Antiochum deum, Scripsit etiam libros quatuor de va-  
 ticipio.
- Sospitratra** mulier genere Lyda, vxor Aedefij sopherij spiritu fatidico, & futurorum præ- 33  
 sago fuisse prædicatur, atque etiam a quibusdam numinibus educata fertur, Eunapius a-  
 pud Volaterranum.
- Actius Nauis** augur fuit, qui nauacula cotem præcidit spectante Tarquinio. Quo fa- 34  
 ctum est, vt Tarquinius ipse in rebus dubijs eo augure semper vteretur, & populus de  
 suis rebus ad eum deferret. Cicero libris primo de diuinatione, & secundo de natura deo-  
 rum.
- Massurius & Mutius** nomina sunt augurum Romanorum apud Plynium libro decimo 35  
 Capite septimo.
- Sofratus** vates fuit, qui per furorem multa prædixit Græcis, vt Xerxis aduentum in 36  
 Græciam.
- Spurina** vates Cæsarem monuit, vt idus Martias caueret Tranquillo teste, Eoq; die in- 37  
 terfectus est imperator, quem cauendum esse prædixerat vates.
- Astylus Centaurus** Ixionis filius, quum diuinandi peritia claret, fratres suos monuit, 38  
 ne bellum contra Lapythas molirentur. Idem prædixit Nesso vulnus, quod Hercules sagit-  
 ta erat accepturus. Ouidius, Astylus ille etiam metuenti vulnere Nesso Ne fuge, ad Her-  
 culeos, inquit, serua ueris arcus.
- Tyburnum** Plynium lib. 16. ait fuisse Amphiarai filium peritum augurij, a quo Tybur- 39  
 tes populi originem traxerint multo ante Romam conditam.
- Olenus Calenus** nomen est vatis apud eundem lib. 28. vbi ait. Quum in Tarpeio fodis 40  
 entes delubro fundamenta, caput humanum inuenissent, missus ob id a senatu legatis, Ethru-  
 rijs celeberrimus vates Olenus Calenus præclarum id fortunatumque cernens, interroga-  
 tione in suam gentem transferre tentauit.
- Prylis** Mercurij fuit filius diuinandi apprime peritus. Hinc adægium, Lesbius Prylis, in 41  
 hominem sagaci coniectura. Plutarchus apud Erasimum,
- Lampon** fuit sacrificus & vates oraculorum, solitus iurare per anserem velut auem augu- 42  
 ralem. Erasmus in Chiliadibus,
- Eurycles** vates fuit, qui de se suisque incommodis aliquid semper diuinabat. Hic per as- 43  
 sistentem demomonem vera vaticinabatur. Propterea Euryclete dicuntur omnes diuinaculi.  
 Idem Erasmus, & Celius Cap. 10. lib. 5.
- Chryses** vates fuit Iunonis, cuius filiam Chryseidem quum Græci rapuissent, dea iniurijs 44  
 riam vlciscente pestilentia in suis castris laborarunt. Tortelius.
- Astyphilus** Possidoniates vir fuit vaticinij peritus, qui Cimoni Atheniensi (quo cum in 45  
 summa familiaritate vivebat) mortem prædixit ex præcedentibus prodigijs. Author Plu-  
 tarchus in Cimone.
- Martha** nomen est mulieris fatidicæ, quam in lectica stantem honorifice circumduxit 46  
 Marius, & sacrificia ea iubente celebrauit. Hanc senatus, quod futura obseruaret, & prædi-  
 ceret, libertate donauit. Author idem Plutarchus in Mario.
- Apud eundem** Milthas nomen est vatis, quo in explicandis prodigijs Dion vsus est. 47
- Peripoltas** vates fuit ex Thessalia, qui Opheltem regem suosque in Bæotiam populos 48  
 deducens, familiam multis deinde temporibus nobilissimam ex se reliquit. Plutarchus in  
 Cimone.
- Aristander & Cleomantes** nomina sunt diuinaculorum apud Plutarchum in Alexan. vbi 49  
 ait. Quod prodigium conspicatus Alexāder, accitis ariolis Aristandro & Cleomanti Spar-  
 tano aperit.
- Vmbritius** apud eundem in Galba nomen est auguris. Nam illo die inquit, simul cum di 50  
 luculo & Galba presentibus amicis sacrificabat in palatio augur Vmbritius. Cornelius Ta-  
 citus. Sacrificanti proge Apollinis Galbae, aruspex Vmbritius tristitia exta & instantes  
 insidias ac domesticum hostem prædicit.
- Theocritus** nomen est auguris apud eundem Plutarchum in Pelopida. 51
- Demophon** fuit vates, qui periculum Alexandro imminere prædixit. Author Curtius, 52  
 cuius verba citassem, nisi timerem calumnias eorum, qui tantam testimoniorum multitudi-  
 nem, vt nascabundam refugunt.

- 52 ¶ Amalthea, Marpesia, Heriphile, nomina sunt Sybillarum aut aliarum Phœbadum apud Tibullum libro secundo. Quicquid Amalthea, quicquid Marpesia dixit, Heriphile Phœbo grataque quod monuit.
- 53 ¶ Politianus quosdam Phœbades atque vna viros diuinandi peritos his verbis enumerat, Quin & veteres prompsere Sybille  
Carmen Amalthea, & fati Marpesia diues,  
Herophileque Idæa genus, prædoctaque Saba.  
Demoque, Phigoque, & verignara Phaennis,  
Etcarmenata parens, & Manto, & Pythia longos  
Pheemonoe comenta pedes, & filia Glauci  
Deiphobe nimitum viuax, & Martia fratrum  
Nomina lymphatusque Bacis, subterque Triones  
Natus hyperboreos Ollen, inque Attide terra  
Clarus honore Lichas, Dodoniadesque columbræ.
- 54 ¶ Dauidem ecclesiastici omnes sacrorum vatum principem fuisse fatentur. Idem Politianus. An memorem Solymos prælustria nomina vates, Pfallentemque deo regem, qui turbinæ fundæ Ictæ Philistæo secuit puer ora gyganti.
- 55 ¶ Symachiam Martianus Capella ait vnam fuisse ex Sybillis, quas duas numero solū ponit dicens. Quas non decē (vt asserunt) sed duas fuisse non nescis, id est Herophilam Trozianam Marmensi filiam, & Symachiam Hippotensis filiam, quæ Erithræa progenita, etiam Cumis vaticinata est.
- 56 ¶ Theano & Euxippe filia, cuiusdam Scedasi Spartafis cauenda oracula præcinuerunt. Postea tamen ab adolescentibus eiusdem loci construprate, & in puteum coniectæ sunt, Quod vbi rescituit pater, animi dolore seipsum interfecit. Cælius Cap. 8. lib. 3.
- 57 ¶ Albigerius Carthaginensis fuit adeo diuinandi peritus, vt dæmonibus afflantibus responderet, quicquid egisset quisque aut omnino cogitasset. Quod testatur Augustinus, qui illis ipsis vaticinijs se plerumque scribit interfuisse. Author Augustinus apud Cælium Capite. 27. libri septimi.
- 58 ¶ Cælius scribit fuisse in patria sua mulierculam nomine Iacobam, ex cuius ventre immundi spiritus acclamati futura prædicarent, ac vnum ex his Cinnatulū fuisse nuncupatum, qui & præterita & futura percontantibus responsa dabat mirifica. Interrogatus tamē de futuris, mentiebatur sæpe numero.
- 59 ¶ Ophioneus fuit Messeniorum vates, qui semper a natali die luminibus captus priuatim & publice vaticinia peregit.  
¶ Polybius Corinthius filio Troiam proficiscenti & multis alijs mortem prædixit. Author Cicero.
- 60 ¶ Thrasybulus fuit inter Eleos quispiam multis præfagijs nobilitatus, quo etiam titulo simulachrum meruit in Olympiâ.  
¶ Iamus Apollinis fuit filius, qui fatidico spiritu magnum apud veteres nomen adeptus est. Cælius Cap. 55. libri septimi.
- 61 ¶ Scirus vates fuit Eleusinius, a cuius nomine Minerva Sciras dicta est. Cælius.
- 62 ¶ Abaris filius cuiusdam Seuthæ inter Scythas, scripsit oracula, quæ nuncupata sunt Scythica. Vide Cælium Cap. 22. libri noni.
- 63 ¶ Terentius Varro in libris antiquitatum scribit Vectium in augurandi disciplina nobilē fuisse, eumque affirmasse, futurum Romani imperij terminum post. 1200. annos.
- 64 ¶ Saxo Grammaticus ait Vggerum vatem fuisse ætatis incognite, & supra humanum terminum proluxit.
- 65 ¶ Paulus diaconus ait Baudolinum quandam vite sanctitate conspicuum prophetico spiritu claruisse, regnante apud Longobardos Liutprando.  
¶ Fuit & eo tempore alter Theolapius nomine, qui præfago spiritu multa prædixit futura. Eodem Diacono teste.
- 66 ¶ Amphiloachus rex fuit & augur inter Argiuos. Mirandula in hymnis. Amphiloachi autem monitus adiit male sana nefastos. Huius meminit Cicero lib. 1. de diuinatione.
- 67 ¶ Heleus vates fuit Polycrati Samiorum tyranno familiaris. Author Herodotus.  
¶ Callias vates fuit Eleus, qui Amyclis vaticina reddidit.  
¶ Perialla antistes fuit mulierum apud Delphos vaticinantium, ætate Cleomenis.  
¶ Cleander quoque nomen est vatis Arcadici apud eundem Herodotum.  
¶ Fuit & Megistias patria Acarnanius, oriundus a Melampode, clarus vaticinio. Nam pro-

speculis extis futura prædicebat. Floruit ætate Leonidæ Spartani. Herodotus li. 7. Fuerunt præcis temporibus vates permulti, quæ peractis cædibus vaticinabantur, quicquid in arte sua peritissimi & digni memoria sunt habiti, ut Megistias Acarnanius, Aristæder Lycius, Silanus Ambraciota. Sacrificabant autem & vaticinabantur. Acarnam quidem Leonidæ Spartæ regi, Lycius Alexandro Macedoni, Silanus vero Cyro, qui regnum affectabat, Author Theophrastus in vita Apolloniij.

¶ Euenius vates fuit apud Apolloniatas initio pastor, quo dormiente quum lupi sexaginta gregem inuasissent, ouesque ad vnam trucidassent. Re cognita vocatus est in ius & iudicium sententiâ excæcatus, mox tamen insitam obtinuit diuinationem, habuitque filium Deiphonũ, qui ductus a Corinthijs exercitui vaticinabatur. Author Herodo. in Calliope.

¶ Apud Græcos aruspex fuit Tifamenus Antiochi filius, quæ apud delphos reddebat oracula. Habuerunt etiam Græci alium aruspicem Leucadium. Hippomachum nomine. De his abunde meminit Herodotus libro nono.

¶ Claruit Daniel spiritu prophético, Scripsit librum partitum in decem visiones. Susannã falso accusatam liberauit a morte. Floruit ætate Nabuchodonosor Chaldæorũ regis, a quo captiuus ductus & enutritus est. Datus est leonibus in prædam, a quibus tamen euasit inscius. Sabellicus. Fatidico iuueni mirabile dictu, sepius obiecto sæui parcere leones.

¶ Moses seu Moyses Hebræorum dux vaticino spiritu omnium maxime claruit. Ei domus in monte Sinay gloriam suam perfecit. Seruanti oues apparuit in rubo ardenti, qui tamen non comburebatur. Deum vidit, quod mortalium nemini contigit vnquam. Decalogi præcepta accepit in tabulis æneis, quæ dedit filiis Israel. De Mose Iuuenalis. Tradidit arcana quodcunque volumine Moses. Mantuanus. Fatidicus Moses orbis dum scriberet ortum.

¶ Galeote vates fuerunt in Sicilia & Attica, a Galeote Apollinis filio. Hos solebat consuleri Dionysius.

¶ Cicero libro primo de diuinatione scribit Deiotarum regem fuisse peritum auspicij, ac nihil vnquam gessisse, nisi auspicato.

¶ Archon fuit dux & aruspex in Ethruria, cuius meminit Virgilius.

¶ Parnafus vates fuit & fatidicus, qui Parnaso monti ( vbi reddebat oracula ) nomen imponit.

¶ Prophetarum nomina apud Ecclesiasticos sunt. Esdras scriba Hæbræus, Neemias Artaxerxis præcæna, Agabus. Item Amos, Aggeus, Achias, Baruch, Delbora, Ezechiel, Esaias, Helias, Enoch, Symeon, Moyses, Dauid, & alij plerique.

¶ Ocyroe Chironis Centauri filia res futuras præscisse dicitur. Ouidius lib. 2. Meta. Ecce venit rutilis humeros protecta capillis filia centauri, quam quondam nympha Cayci Fluminis in rapidi ripis enixa, vocauit Ocyroen, non hæc artes contenta paterna Edidicisse fuit, fatorum arcana canebat. Ergo vbi vaticinos concepit mente furores, Incaluitque deo, quæ clausum in pectore habebat. Hæc prædixit Aesculapium adhuc infantem, medicinæ artis peritissimum fore, & a Ioue aliquando fulminatam iri.

¶ Aethion nomen est vatis apud Ouidium li. 5. Meta. scribentem. Aethionque sagax quondam ventura videre, nunc aue deceptus falsa.

¶ Romulus nihil vnquam nisi auspicato faciebat. In auspicijs autem & captandis augurijs vtebatur augurali baculo cuspides vtrinque flexas habente, quem lituum vocant.

¶ Porro diuinationem Græci Manticen appellant, id est scientiam rerum futurarum. Hæc scientiam primi excogitauerunt Aegyptij & Chaldæi ex obseruatione syderum. Cilicum & Pisidarum gens & his finitima Pamphila, volatibus auium, cantibusque declarari res futuras crediderunt. Romulus urbem auspicato ipse optimus augur condidit. Auguribus reges vsi sunt, nec sine auspicijs res olim gerebantur. Colophonius Xenophanes diuinationem negauit. Contra vero Democritus comprobauit. Chrylippus duos libros scripsit de diuinatione, vnum de oraculis, vnum de somnijs. Diogenes Babylonius vnum, duos Antipater, quinque Possidonius. Discipulus Antipatri Panætius dubitauit an esset vis vlla diuinandi. Cicero ait diuinationem esse earum rerum ( quæ fortuite putantur ) prædictionem atque præfensionem. Duo sunt diuinandi genera, alterum artis, vt in extis pecudum & in sortibus, alterum nature, vt somniorum & vaticinationum. Diuinationis coniectura nititur, ultra quam progredi non potest. Lituus clarissimum erat insigne auguratus, quo Romulus regiones direxit, quum urbem condidit. Erat autem Lituus baculum leuiter a summo inflexum. Tiberius Gracchus augurum & aruspicum disciplinam comprobauit. Arte carent diuinatores, qui non ratione aut coniectura, sed coniectatione quadam animi futu-  
dd tura præsentunt,

OFFICINA

tura præsentunt. Sagire est acute sentire, hinc sagaces, qui multa scire volunt. Qui sagit prius quam res oblata est, præfagire dicitur. Hinc præfagatio diuination, quæ si exarsit acris, furor appellatur, quum abstractus a corpore animo diuino instinctu concitatur. Vaticinia quæ explicantur coniectura, aut euentis notata sunt, artificiosa dicuntur non naturalia. Apud Persas magi congregabantur in fano commentandi causa, vt augurarent ac diuinarent. In Telmello Cariæ vrbe claruit aruspicum disciplina. In Syria Chaldei cognitione astrorum & ingeniorum solertia antecelluerunt. Ethruria facile interpretabatur, quid quæque portenta sibi vellent. Propterea antiqui Romanæ vrbs principes filios Ethrurie populis dabant in disciplinam, Phryges, Piside, & Cylices Arabiæ autum significationibus obtemperabant, quod & fecerunt Umbri. Fortuna casus, euentus, nihil aliud, quàm quum aliquid sic cecidit & euenit, vel non cadere ac euenire, aut aliter cadere atque euenire poterit. Constat falsa quandoque aruspicum fuisse vaticinia & consilia. Nam Cæsar quum a summo aruspice moneretur, ne in Africam ante brumam transmitteret, transmisit tamen. Quod nisi fecisset, vnum in locum omnes aduersariorum copiæ conuenissent. Falsum fuit & responsum illud ex Delphico de rege Pyrrho. Aio te Acacida Romanos vincere posse, nunquam enim Apollo latine locutus est. Deinde Pyrrhi tempore Apollo versus facere desierat. Apud Lygureos Thraciæ populos, antistites oracula reddidit, multo prius vino se ingurgitabant. Contra vero apud Clarios, futura prædicturi, aquam prius large hauriebant. Diuination quæ per aquam fiebat, hydromantia dicitur. Axinomantia erat diuination per fescurim, Lecanomantia per peluim, in qua aqua mouebatur a dæmone, & vox tenuis inde ex futuri reddebatur. Geomantia erat illa, quam de punctis terræ fixis constabant, Pyromantia erat, quam de varijs figuris ex flamma glomeratis colligebant. Capnomantia erat diuination per fumum. Capyromantia quæ de speculis ex dissultantibus imaginibus trahebatur. Aeromantia quæ fiebat ex ære. Coschinomantia ex Cribro, Cleromantia ex fortibus, Physiognomia ex membrorum natura, Chiromantia ex manibus. Botanomantia ex herbis, Galtromantia ex amphora ventrosa, quæ a puero solebat introspecti. Augurium ex auiibus, Extispicium ab extis. Cæterum fidem non esse diuinaculis adhibendam Phauorinus apud Gellum arguit hoc modo. Aut enim (inquit) aduersa euentura dicunt, aut prospera. Si prospera, & fallunt, miser fias frustra expectando. Si felicia promittunt, eaque ventura sunt, expectatio te spei suspensum fatigabit, & futurum gaudij fructum spes tibi iam deflorauerit. Si aduersa dicant, & mentiantur, miser fias frustra timendo. Si aduersa, & non mentiantur, iam inde ex animo miser fies, antequam e fato fias.

☞ Prodigia & portenta diuersa.



Oculum sanguinea specie apparuit, quum rex Philippus græciâ inuasit, ☞ Stellæ circa solis orbem visæ sunt Augusto Cæsare in prima iuuentute in urbem intrante post mortem patris, ☞ Circa Solem arcus apparuit L. Opimio, & Q. Fabio consulibus, ☞ Trini Soles apparuerunt Sp. Posthumio, & Q. Minutio consulibus, ☞ Lunæ trine visæ sunt Gn. Domitio, & L. Annio consulibus, ☞ Clypeus ardens ab occasu ad ortum scintillans L. Valerio, & Gn. Mario consulibus.

☞ Relatum est cœlum lacte pluuisse & sanguine M. Acilio & C. Portio consulibus. Item carne L. Volumnio & Seruio Sulpitio consulibus, ☞ Item ferro in Lucanis paulo antequam M. Crassus a Parthis occideretur, ☞ L. Paulo & C. Marcello consulibus lana pluit & lateribus coctis, ☞ Armorum crepitus & sonitus tubarum auditi sunt e cœlo Cibricis bellis, ☞ Tertio consulatu Martij visæ sunt ab Amerinis & Tudertibus arma cœlestia ab ortu & occasu inter se concurrentia, pulsus ad extremum, quæ ab occasu erant, ☞ L. Martio & Sex. Iulio consulibus in agro Murinensi duo montes inter se concurrerunt, crepitu maximo assultantes & recedentes, & inter eos flamma fumoque exeunte. Quo concursu vix omnes elisæ sunt. Animalia permulta (quæ intra fuerant) exanimata sunt, ☞ Tiberio principante maximus post hominum memoriam terræ motus factus est, quod duodecim vrbes Asiæ vna nocte prostratæ sunt, ☞ Quum Dionysius iunior suo principatu pulsus est, accidit prodigium, vt vno die in portu dulcesceret mare, ☞ Inter initia Marsici belli Alcippe mulier peperit Elephantum, & quædam ancilla serpente. Natus est

- ¶ Natus est Hippocentaurus in Thessalia, & eodem die mortuus est.
- ¶ Quo anno Sagunthus deleta est ab Annibale, puer in eadem vrbe reuerfus est in vterum matris.
- ¶ Quū idē Annibal in Italiā irrupisset, Romanosq; vicisset apud Threbiā fluiū variā apparuerūt prodigia. Ferūt enim ex scutis sanguinem manasse, metuentes apud Antium cruentas picas cecidisse, lapides igneos & ardentes e cœlo cecidisse, cœlum ipsum supra Phalerios scissum apparuisse, & hinc fortes plurimas excidisse. Plutarchus in Fabio.
- ¶ Quum Flaminius copias in Annibalem apud Thrasymenum struxisset, & iam milites vtrinq; manus confererent, terræ motus factus est, qui multas vrbes eruit, & concussit flusuiorum cursum remoratus est. & ardua montium loca ingente mole prorupit.
- ¶ Regnante apud Romanos Numa Pompilio, quum pestifer morbus vrbem Romam & vniuersam Italiā occupasset, ferunt mœrētibus cunctis peltam aeneam e cœlo delapsam, in Numæ manus decidisse. Ad cuius similitudinem Veturius Mamurius ingeniosus eius temporis artifex vnam effinxit. Plutarchus.
- ¶ Quum Athenienses ducibus Nicia, Lamacho, & Alcibiade pararent expeditionem in Syracusanos, ferunt Mercurij statuas, quarum Athenis magna erat copia, in omnibus locis nocte vna corruisse, omnesque capitibus perfractis repertas fuisse in terra, Plutarchus in Alcibiade.
- ¶ Annotatum est in antiquis prodigijs canem locutum fuisse, & serpentem latrasse, quum pulsus est regno Tarquinius.
- ¶ Bouem quoque locutum fuisse, proditur veterum monumentis.
- ¶ C. Epidius apud Plinium testis est arbores quandoque locutas.
- ¶ Olua in totum ambusta reuixit.
- ¶ In Bœotia de rose a locustis ficus germinauere.
- ¶ Laodicæ aduentū Xerxis Piatanus in oleam mutata est.
- ¶ Paulo ante mortem Cæsaris, equorum greges comperti sunt pabulo abstinere, vbertimque flere. Prædie vero quam interficeretur, auem regaliolum cum laureo ramulo Pompeia ne curia se inferentem volucres varij generis discerperunt, Suetonius.
- ¶ Ante mortem Caligulæ simulachrum Iouis Olympiæ tantum cachinum repente edidit, vt machinis labefactis opifices diffugerint, Suetonius.
- ¶ Ante mortem Sergij Galbæ quum oppidatim victime cederentur, taurus securis ictu conternatus rupto vinculo esedum eius inuasit, & totum cruore perfudit, Suetonius.
- ¶ Neronis principatu arbores sedem mutauerunt.
- ¶ M. Lepido & Q. Catulo consulibus in villa Gallerij locutus est Gallus gallinaceus.
- ¶ Cecinere Galli nocte tota, qua Mattheus vicecomes primum suscepit filium, vnde Galeario inditum nomen.
- ¶ Neapolis sub Nicolao quinto pontifice maximo tremuit, eoque motu multa hominum millia periere.
- ¶ Seruio Tullio adhuc puerulo dormienti flamma emicuit circa caput.
- ¶ Tempore belli, quod Romani gerebant in Veientes, Albanus lacus solitum stagni modum excessit.
- ¶ Dum L. Sylla consul sociali bello in agro Nolano immolaret, subito ab vna parte aræ prolpus est anguis, quo viso Posthumus aruspex suasisit, vt exercitū in expeditione educeret.
- ¶ C. Volumnio & Seruio Sulpitio consulibus Bos mugitu in humanum sermonem conuerso locutus est.
- ¶ Puer infans semestris in foro Boario triumphum proclamauit, Alius cum Elephantino capite natus est.
- ¶ Traditur etiam in antiquis prodigijs lapides in agro Piceno pluuisse. In Gallia lupum vigilie vagina gladium abstulisse, in Sicilia scuta duo sanguinem iudasse, metētibus cruentas picas in corbē decidisse, aquas sanguine mixtas fluxisse. Secundo etiam bello punico bouem dixisse, Cave tibi Roma.
- ¶ C. Hostilio Mancino in Hispaniam ituro talis vox sine authore vno peruenit ad aures, Mancine mane.
- ¶ Quum Tiberius Gracchus consul in Lucanis sacrificasset, angues duo ex occulto prolapsi hostiæ quam immolauarat, iecur adederunt, demum in eandem latebras se reulerūt. Idem quoque secundum sacrificanti accidit.
- ¶ M. Crasso in Crassos ituro datum est pulsum paludamentum, quum exeuntibus in prælium album aut purpureum dari solet.

OFFICINA

¶ Quum Pompeius Dirrarchio egressus in Casarem proficisceretur, eius signa apum, examinis obfcurata sunt, quo portento Iuppiter eum a bello reuocabat. Sonus Tympanorum Pergami abditis delubris editus est, Palma viridis Trallibus in eade victorie sub Casaris statua enata est.

¶ In exercitu Xerxis aduersus Greciam contracti eque partu lepus editus est. Eidem priusquam Athenas deleret, de inuadendis Lacedaemonijs cogitanti hoc accidit, Infusum namque paterae eius vinum ter in sanguinem conuersum est.

¶ Myde puero dormienti formicae in os grana tritici congesserunt, vt Platoni mel & fauos apes intulerunt.

¶ Anno quo hyerosolymas deleuit Vespasianus, sydus in caelo apparuit gladii figura, vrbi imminens. Apparuerunt & currus varijs caeli regionibus vagantes, vitae sunt armatae acies concertare in nubibus.

¶ Sedente in pontificatu Ioanne vndecimo, Genue fons sanguinis prodigiose fluxit, Paulopost vrbs ipsa a Sarracenis capta est.

¶ Pridae quam Veneti Iugustico bello vincerentur, Corui diuersis inter se agminibus conspexere, ita vt sanguis superne cadens naues ipsas cruentaret.

¶ Imminente Romanis primo ciuili bello ignis ex hastis subito emicuit, qui vix potuit extingui. Tres corui pullos suos in viam productos laniarunt, quod ex laniatu superfuit, retulerunt in nidum. Mures aurum in templo roserunt. Capta ex his foemina quae nos musculos in muscipula enixa est, & tres ex illis deuorauit, Tubarum clangor in aere concepuit.

¶ Eodem belli ciuilis tempore Paulo ante mortem M. Marcelli, qui quintum consul designatus cecidit in conflictu contra Annibalem, praeraeque aedes fulminibus percussa sunt, infans elephantis capite natus est.

¶ Triumuiralibus copijs ad Bononiam contractis, sedit aquila super Octauii tabernaculum, duosque hinc & inde coruos incessantes vehementer afflixit, Quod vniuerso exercitui futuram triumuirorum discordiam portendebat.

¶ Moyses cuius virga se in draconem conuerterat, ac demum priorem acceperat formam) rubum vidit incombustum.

¶ Daniel quum Sulis esset in Mesopotamia, concidissetque in faciem terrae motu, iussus post ea caelesti voce surgere, ipsumque caelum intueri, arietem vidit in aere multicornem.

¶ Eo die quo virgo Christum peperit, oleum Romae in transyberina regione crupit, & diem totum perpetua manauit fluxu.

¶ Quo die Christus affixus est cruci, sol sexta hora diei ad nonam obtenebratus est.

¶ Mauritio imperatore (qui Gregorio pontifici erat infestissimus) apparuit homo ignotus monastico habitu cum gladio, quem imperatoris statuque circumferens, praedixit Mauritium gladio periturum, vt accidit.

¶ Dario Babylonem obsidenti vox e muris reddita est, vrbs ipsam tunc a Persis captum iri, quum mula pareret, Quo praesagio omnes capiendae vrbs desperatio iam ceperat, Zopyri Persae mula enixa est.

¶ Anno quo Nero excidit principatu, oleae & prata in contrarias sedes transiere.

¶ Ante paulo quam Augustus imperator factus esset, bos in suburbano Romae ad arantem locutus est, frustra se vrgeri. Non enim frumenta, sed homines breui defuturos.

¶ Sedenti in pontificatu Leone septimo, Sol per aliquot dies veluti sanguinolentus apparuit, Quod prodigium calamitosa pestis secuta est.

¶ Anno, 1157, Christianae salutis figura crucis in luna publice visa est.

¶ Imperante Henrico septimo, & sedente in pontificatu Clemente quinto, tres Lunae simul apparuerunt.

¶ Anno salutis, 1348, Imperante Carolo quarto ceciderunt e caelo quaedam bestiole, quarum corruptio & foetor pestem attulerunt.

¶ Anno salutis, 1456, sedente Calixto tertio natus est in Sabinis vitulus biceps, Romae apud Veneris portam sanguis cecidit e caelo, Carnes in Liguria.

¶ Imperante Henrico, 4, monstrum superne bicorpor natum est in agro Britannico.

¶ Imperante Henrico quinto in agro Hemiliano & flaminio sanguis pluit Idibus Iunii.

¶ Regnante apud Gallos Ludouico duodecimo, & sedente in pontificatu Iulio secundo monstrum natum est Rauennae habens cornu in capite, vtrinque alas, brachia nulla, pedes vnum, oculum in genu, vtrumque sexum, in medio pectore ypsilon, & crucis effigiem.

Quum Roscius



¶ Quā Roscius esset in cunabulis, noctu lumine apposito experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu.

¶ Lacedæmone in Herculis fano arma sonuerunt, eiusdemque dei Thebis valuæ clausæ sua sponte se aperuerunt, scuta sublime prius fixa, humi reperta sunt.

¶ Tibullus libro secundo meminit de quibusdam prodigijs, quæ Rome acciderūt, vbi ait.

Hæc fore dixerunt belli mala signa Cometam,  
Multus vt in terras deplueritque lapis,  
Atque tubas, atque arma ferunt strepitantia cælo  
Audita, & lucos præcinuisse fugam,  
Ipsum etiam Solem defectum lumine vidit  
lungere pallentes nubilus annus equos,  
Et simulachra deum lachrymas fudisse tepentes,  
Fataque vocales præmonuisse botes.

Claudianus in Eutropium.

Semiferos partus, metuendaque pignora matri,  
Moenibus in medijs auditum nocte luporum  
Murmur, & attonito pecudes pastore locutas,  
Et lapidum duras hyemes, nymboque minacem  
Sanguineo rubuisse Iouem, puteosque cruore  
Mutatos, visas polo concurrere Lunas,  
Et geminos soles mirari definat orbis.

Idem libro secundo,

Tum decolor imber,  
Infantumque noni vultus, & dissona partu  
Semina, tum lapidum fletus, armenta que vulgo  
Ausa loqui, medijsque ferè se credere muris.

☉ Miracula quædam nature, cum aliquot alijs  
prodigijs & portentis.



Iracula nature vocamus, quæ præter consuetudinem accidunt, idæque rarissime, cuiusmodi sunt sequentia.

¶ Cæcilius Agrippa ex vtero matris egressus est in pedes. Hinc ab ægro partu traxit nomen.

¶ Amonius Alexandrinus philosophus, Origenis præceptor, Asiæ num habuit sapientiæ auditorem.

¶ Ferunt Anaxagoram Clazomenium, Catonem, & M. Crassum nunquam risisse, L. Pomponium nunq̄ rucasse, Antoniam nunq̄ expuisse, Zenophantum risum cohibere nequiuisse.

¶ Epimenides Cretensis missus ab Agifarcho patre ad ouium custodiam dormiuit in speculæ annos quinquaginta. Polystratus & Hippoclidus Epicuri discipuli, eodem die nati, eodem die mortui sunt.

¶ Philetas Cocus Elegiographus fertur fuisse corpore tam tenui, vt necesse fuerit, plantis eius plumbum adhibere, ne ventorum flatu raperetur, Aelianus apud Volaterranum.

¶ Telephus Herculis filius iussu aui expositus in syluis nutritus est a cerua.

¶ Ceneus, Iphis, Tyresias sexum feruntur mutasse, Pontanus in stellis. Pœniteat generis tamen & se Cenea malint, Aut in fœmineam penitus transire figuram, Aufonius, Mœret in antiquam Ceneus reuocata figuram. De Tyresia Ouidius libro tertio Meta, Deque vis ro factus (mirabile) fœmina septem Egerat Autumnos.

¶ Hoc etiam poete fabulantur de Sythone quod scilicet interdum mutauerit sexum, Ouidius libro quarto Metamorphoseos. Nec loquar vt quondam nature iure nouato Ambiguus fuerit modo vir, modo fœmina Sythion.

¶ Martia mulier Romana partu fulmine exanimato superuixit.

¶ Plinius ait ad Cutilias aquas opacam esse syluam, quæ nunquam die ac nocte eodem loco visitur.

¶ In Tarquinensilacu duo nemora olim circumferebantur, nunc triquetram figuram edentes, nunc rotundam, nunquam quadratam.

¶ Fanum Veneris habet Paphos, in cuius aream nunquam impluit.

OFFICINA

- ¶** Iuxta Harpasa oppidum Asiae cautes est horrenda vnico tamen digito mobilis, si toto corpore impellatur, resistens.  
**¶** Locris & Crotona nunquam fuit pestilentia.  
**¶** Licinio Graiso & C. Cassio longio Conf. Casini puer factus est ex virgine.  
**¶** Licinius Mutianus apud Plynium prodit visum a se Argis Aristontem, cui nomen Aristule fuisset, Nupuisse etiam, mox barbam & virilitatem prouenisse, vxoremq; duxisse.  
**¶** Plynius ipse ait se vidisse in Africa mutatum in marem die nuptiarum, L. Cossicium ciuem Tisdritanum.  
**¶** M. Curius & Cn. Papyrius Carbo cum dentibus nati sunt, quo etiam modo nata est Valeria.  
**¶** Filius Prusie Bithyntorum regis in superna oris parte habuit os vnum conrinuum vice dentium.  
**¶** Risiteo die quo genitus est Zoroastres, eique cerebrum ita palpitauit, vt impositamre pelleret manum.  
**¶** Orionis corpus, 46. cubitorum in abrupto quodam monte Cretae repertum est.  
**¶** Eutimenis filius triennio in tria cubita adoleuit  
**¶** C. Meccenas vltimo vitae triennio somnum oculis non vidit vlllo horo momento.  
**¶** Reuixit in rogo Auiola consularis, crematus tamen, quoniam preualente flamma subueniri non potuit.  
**¶** Caelius Tubero praetura functus relatus est a rogo.  
**¶** Hermotini Clazomenij anima relicto corpore errabat, & vaga e longinquo multa enuntiabat.  
**¶** Corfidius funere locato reuixit, & locatorem funeris extulit.  
**¶** Non est alienum a miraculo, Elephantibus intellectum esse sermonis Patrij & obedientiam officiorumque (quae didicerint) memoriam. Item amoris & glorie voluptatem, Solis & Lunae venerationem. Regem adorant genua submitunt, per funes ambulant. Mutianus apud Plynium testis est fuisse quendam qui ductus literarum Graecarum didicerit, atque haec scripserit. Ipse ego haec scripsi, & spolia Celtica dicaui.  
**¶** Copas apud Plynium scribit De marchum Parrhasium in sacrificio (quod Arcades Ioui Lycæo humana hostia faciebant) im. nolati pueri exta gustasse, & in lupum se conuertisse, ac decimo demum post anno pristinae restitutum formæ.  
**¶** Suffollum a cuniculis in Hispania oppidum a Talpis in Thessalia, a Ranis ciuitatem in Gallia pulsam, a Locustis in Africa, Ex Gyaro insula a muribus fugatos, Amyclas a serpentibus delatas ascribendum est miraculo.  
**¶** Cecina Volaterranus equestris ordinis capras hirundines victoriae nuncios amicis mittebat, in eundem nidum postea remeantes.  
**¶** Philarchus apud Plynium testis est Aspidem in Aegypto fuisse, quae ad mensam cuiusdam ventitans, ibidem sit enixa catulos. Quorum vnus quum hospitis filium occidisset re cognita, mater extremum de eo supplicium sumperit, nec postea rediit in testum.  
**¶** Nicolaus quidam Calapiscis cognomento, ex Appulia oriundus, ita a puero vinationi infueuerat, vt postea inter marinas beluas remaneret illelus dies multos.  
**¶** Albertus magnus scribit mulierem fuisse in Colonia Agrippina, quae per dies triginta durerit sine cibo Fuisse ite virum melancholicum, qui captiuus in carcere septem hebdomadas ieiunus manserit.  
**¶** Cicero apud Plynium testis est in nuce inclusam Iliada, Homeri carmen in mēbrana scriptū.  
**¶** Achemenis herba coniecta in hostes, facit eorum agmina trepidare, & terga vertere. Author Plynius.  
**¶** Pyrrho regi pollex fuit in dextro pede, cuius tactu Lyenosis medebatur.  
**¶** Albertus magnus scribit quendam fuisse mulierem in Germania, quae 6. o. filios pepererit, quolibet partu quinque, quorum nullus ad dimidium annum peruenerit.  
**¶** Alterius meminit Auicenna, quae duos & viginti abortiuos ediderit.  
**¶** Ion Chius prodit apud Cesium Herculem fuisse triplicidantium serie.  
**¶** Ferunt vetustissimum quendam fuisse Marin nomine, antica corporis parte humana, postica vero equina, qui equum primus inscenderit, annos. 123. vixerit, ac ter mortuus ter itidem reuixerit. Caelius Cap. 4 5. libri quinti.  
**¶** Anates Ponticae venenis viuunt. Matreas feram habebat, quae semetipsam vorabat.  
**¶** Fuit quispiā nomine Philinus, qui tota vita nullo vsus est potu, nullo cibo preterq; lactis.  
**¶** Smyndirides Sybarita dicebat se nec orientem vidisse Solem, nec occidētem annis plus minus viginti,

minus viginti, quod etiam de se predicabat Ponticus heſtius.

¶ In Co inſula ouis de grege cuiuſdam Nicippi leonem peperit, præter ritum nature, quod Nicippo tyrannidem portendebat, quam mox affecutus eſt. Idem Cælius libro ſeptimo.

¶ Græci Aefopum, Herculem, Tyndareum & Glauceum reuixiſſe dicunt.

¶ Abaris fuit Hyperboreus, qui per vniuerſum orbem terre ſagittam circumtulit, nihil omnino comedens. Herodotus libro quarto.

¶ Quo tempore Bocchorus Dynaſtes præerat Aegyptijs, agnum locutum ferunt;

¶ Cælius ait ſe duorum fere ſtadiorum ſpacio a mœnibus vrbis patriæ vidiffſe cornicem albam, capite nigricante. Hinc Cornix alba pro uerbio dici ſolet, res inuentu rara.

¶ Sunt qui veritati & hiftoriæ tribuant Gryllum a Circe deformatum fuiſſe in brutum,

¶ Aelianus prodit ceruum a Ptolemæo Philadelpho educatum, vt Græce loquentem magiſtrum perſpicue intellexeret.

¶ In partem miraculi pono, quod Scipio Africanus annis. 54. nihil emerit, nihil vendiderit, nihil ædificauerit, libras argenti. 33. auri tres tantum moriens reliquerit, cuius tamen potestate victa fuerat Carthago. Cælius Cap. 22. lib. 14.

¶ Plutarchus in libro de Oraculis ſcribit Cleonem ex Daulia multos quibus vixerat annos, nulla vnquam inſomnia vidiffſe. Quod & Traſimedi contigit. Theon Stoicus dormiens paſſim ambulabat, quo etiam morbo laborauit ſeruus Periclis, adeo vt dormiens in ſumma tecta reperet. Crinitus Capite vltimo libri vndecimi.

¶ Scribit Cælius Buddam gymnophiſtarum principem e latere ſuo virginem generaffe.

¶ Ferunt & principem philoſophorum Platonem natū de virginis partu, Perictione eiufdem matre Apollinis oppreſſa phantaſmate. Guarinus Veronenſis.

¶ Amore laſciuio & Venereo puellam vrfus adamauit. Vide in capite de hominibus adamatīs a brutis.

¶ Herodotus in Euterpe ait ſuo tempore Hircum palam coiuiffſe cum muliere.

¶ Xerxe in Græciam copias parante mula peperit mulū maſculis, fœmineiſq; genitalibus.

¶ Ex vna mure genitos. 120. Item apud Perſas pregnantēs in vtero parentis repertas ſcribit Plynius libro decimo, Cap. 95.

¶ Euripheus Cyreneus habuit in ſuperiore maxilla vnicū os continuum vice dentium. Timarchus Meſſoris Cyprij filius habuit vtrinque geminum dentium ordinem. Volateranus in Philologia.

¶ Agrippina Claudiſſi Cæſaris vxor turdum habuit imitantem ſermones hominum, quo tempore Plynius hiftoriam ſuam ſcribebat.

¶ Habebant & Cæſares iuuenes Sturnum & Luſcinias Græco latinoque ſermoni aſſuefactas, & aſſidue noua loquentes, longo etiam verborum filo.

¶ Atys Crœſi filius ſemeltris locutus eſt in crepundijs, dum videret hoſtilem gladium paterno imminere iugulo.

¶ Fauſta mulier e plebe Oſtiæ duos mares ac totidem fœminas vno edidit partu.

¶ In labra louis Gnydij fonte anguille veſcuntur manibus humanis, & additas inaures accipiunt. Idem faciunt in Cabura Meſopotamiæ fonte. In Lymira fonte Lyciæ Apollini ſacro ter fiſtula euocati piſces ad augurium veniunt, & abiectas carnes diripiunt. Hierapoli Syriæ in lacu Veneris vocati parent edituorum vocibus, ornati auro veniunt aduantes & ſcalpendos ſe præbent.

¶ Cornelius Ruſſus Manij Curionis in conſulatu collega dormiens excaecatus eſt, quum id ſibi accidere ſomnia ret.

¶ Echeneis piſculus naues quamlibet impetuoſo ventorum ſtatu agitataſ remoratur, ſi caſtoreis adhæreat.

¶ Formicæ viuæ mortuas ſepeliunt magna in ſuam ſpeciem charitate.

¶ Lacydiſ philoſopho anſer perpetuus adhæſit comes, ab eius latere nunquam diſcedens.

¶ Circa fontem Gangis populi ſunt Aſtomi ſine ore, corpore toto hirti, veſtiti frōdium lanugine, halitu tantum viuentes & odore, quem naribus trahunt.

¶ Zoroaſtres annis viginti caſeo vixit in deſertis.

¶ De miraculis aquarum loquemur in capite de fluuijs.

¶ Eo tempore quo Veturia Coriolanum filium ab obſidione vrbis reppulit, fortunæ mulieris ſimulachrum bis locutum eſt.

¶ Seruij Iulij ſtatua (quum eſdes fortunæ conflagraſſet) inuiolata permanſit.

¶ Pamphilius Pheræus cæſus in aciæ decem diebus iacuit, biduoque poſtquam inde ſublatus eſſet, impoſitus rogo reuixit.

## OFFICINA

¶ Vxor Naufimenis Atheniensis quum liberos in incestu depræhendisset, horrore facinoris permota vocem amisit.

¶ Egles Athleta Samius quum videret fortitionem inter socios non bona fide fieri, indignatione motus vocalis factus est, quum semper ante a fuisset mutus.

¶ Gorgias Epyrota in funere matris suæ, vtero elapsus, lectum ferentes consistere coegit inopinato vagitu.

¶ Lafonê Phœgium quum per insidia nescio quis inferendæ mortis animo percussisset, vomica eum liberavit, quæ nullis mendicorum artibus curari potuerat.

¶ Daphidas sophista, quum irridendi causa Apollinem Delphis consulisset, an equum inuenire posset, quum prius nullum habuisset, accepit ab oraculo, inuenturum equum, sed quo deturbatus periret, inde quum neglecto per calumniam oraculo reuerteretur, incidit in manus Attali regis, quem contumeliosis verbis absente plerumq; momorderat. Eius itaque iussu præcipitatus est e saxo, cui nomen erat equi.

¶ Philippus rex Macedonum monitus ab oraculo, vt caueret a quadriga, toto regno disitigi currus imperavit. Postea tamen interfectus est gladio Paulaniæ, in cuius manubrio cæcata erat quadriga.

¶ Direptina Mithridatis filia duplici dentium ordine deformata est.

¶ Lynceus oculorum acie tam longe contendit, vt egredientes Carthaginensium naues, a Lylbæo porru inspiceret.

¶ Aristomenes Messenius ab Atheniensibus ob calliditatem dissectus, repertus est hirsuto & piloso corde.

¶ Antipater Sidonius omnibus annis eo die quo genitus erat, febre laborabat, qua ad extremum consumptus est eodem natali suo.

### ☞ Venefici.

1	Circe	11	Guthrune		Folia
2	Vmbro	12	Onomacritus	18	Mœris
3	Medea	13	Marfi	19	Thracia
4	Mycale	14	Pfylli	20	Neuri
5	Eriçtho	15	Oblogenes	21	Choatre
6	Dipfas		Triballi		Choastes
7	Paletes		Vitiæ	22	Harcalo
8	Exagonus	16	Canidia		Atyr
9	Eriphia	17	Lagana	23	Gyge
10	Locusta		Veia	24	Alprenas

### EXPLANATIO.



1 Irce Solis & Persæ nymphæ filia, quum venefica esset peritissima poetarum fabulis dicta est commutasse socios Vlyssis in porcos. Habitauit autem non procula Caieta Campaniæ vrbe. Virgilius in Buccolicis. Carminibus Circe socios mutauit Vlyssis. Tibull<sup>9</sup> libro secundo. Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni. Propertius libro secundo. Seu mihi Circæo percundū est gramine, siue Colchis Colchiaci vrat athena focis. Plinius. Homerus mult<sup>9</sup> in admiratione Circes, gloriâ herbarum Aegypto tribuit. Mantuanus in Alphonso. Gramina suspendunt, virosi infamia Ponti ce. Et Veneris quondam furij agitata Calypso. In varios vultus homines mutare solebant. Idem Mantuanus libro tertio de calami. Et Phœbi filia Circe. Quæ placidos hominum fera li carmine vultus. Vertit in immites formas, & in ora ferarum. Ouidius libro tertio Elegia. Aut te traiecit Aegæa venefica ramis Deuouet. Stroza filius. Despectus magicæ petit im- pia carmina Circes.

2 ¶ Vmbro fuit sacerdos, e gente Marrubiorum prope Fucinum lacum habitantium, adeo peritus veneficij & herbarum potens, vt Hydros sopiret, & innocuos serpentes tractaret. Virgilius libro septimo.

¶ Quin & Marrubia venit de gente sacerdos

Fronde super

Fronde super galeam & felici comptus oliua,  
 Archippi regis missu fortissimus Vmbro,  
 Vipereo generi & grauiter spirantibus hydris  
 Spargere qui somnos cantuque manuque solebat,  
 Mulcebatque iras, & morsus arte leuabat,  
 Sed non Dardaniæ medicari cupidus ictum  
 Eualuit, Nec eum iuuere in vulnera cantus  
 Somniferi & Marfis quesitę in montibus herbe.

¶ Medea filia Agtę regis Colchorum & Ipsę, ac soror Circes multarum herbarum acra  
 dicum vires inuenit, eamque artem didicit a sorore & adeo exercuit, vt tauros flammam  
 faucibus cructantes, draconemque peruigilem aurei velleris custodem sopiuerit, ne raptu  
 ro vellus ipsi Iasoni incōmodarent. Quo beneficio permotus Iason eam sibi copulauit  
 vxorem. Vbi autem ambo in Thessaliam peruenerunt, Medea Aesonem patris Iasonis, jã  
 senio confectum, suis artibus reduxit ad iuuentutem, Nihilominus Iason obsequij oblitus  
 eam postea repudiauit, & Creusam filiam Creontis regis Corinthiorũ superinduxit. Qua  
 ingratitude permota Medea, nouę nuptę dissimulato odio, pallam venenis infectam mu  
 neri misit. Quam quum illa induisset, subito flagrauit incendio, Pararique exitio perierũt  
 Creõ & eius regia, Quo facto Medea filios ex Iasone susceptos lanauit palam, demum a  
 draconibus in aerem iubleuata Athenas deuolauit, ibique iterum nupsit ægeo, cuius filiũ  
 Theseum potauit Cerberi spuma, ac demum nubes carminibus excitauit, quib⁹ cum Me  
 do filio (quem ex egege susceperat) inuoluta peruolauit in Asiam. Hęc sunt notissima om  
 nium Medę veneficia, Ouidius libro septimo, eam sic inducit loquẽtem, vbi artis suę pe  
 ritiam fatetur deos omnes alloquens, vt æsonem iuuentuti restituat.

Tuque triceps hecate, quę cęptis conscia nostris  
 Adiutrixque venis, Cantusque artesque Magorum,  
 Quęque magos tellus pollentibus instruis herbis,  
 Auręque & venti, montesque, amnesque, lacusque,  
 Dijsq; omnes nemorum, dijsq; omnes noctis, adeste,  
 Quorum ope (quum volui) ripis mirantibus, amnes  
 In fontes rediere suos, Conculsaque sisto,  
 Stantia concutio cantu freta, nubila pello,  
 Nubilaque induco, ventos abigoque vocoque,  
 Vipereas rumpo verbis & carmine fauces,  
 Viuaque saxa, sua conuulsaque robora terra  
 Et syluas moueo, iubeoque tremiscere montes,  
 Et mugire solum, manesque exire sepulchris,  
 Te quoq; luna traho, quamuis temerata labores  
 Aera tuos minuant, currus quoq; carmine nostro  
 Pallent, ac pallet nostris aurora venenis, Idem in Epistolis, Barbara narratnr venisse vene  
 fica tecum, Idem, Illa reluctantem cursu deducere lunam Nititur, & tenebris abdere Solis  
 equos, Illa refrenat aquas, obliquaq; flumina sistit, Illa loco syluas, vitiaq; saxa mouet, Per  
 tumulos errat sparsis discincta capillis, Certa que de tepidis colligit ossa rogis, Deuouet ab  
 sentes, simulachra que cęrea fingit, Et miserum tenues in iecur vrget acus, Propertius li  
 bro secundo, Non hic herba valet, non hic nocturna Citęis, Non per Medę gramina cor  
 cta manus, Idem libro tertio, Colchis flagrantem adamantina subiuga tauros Egit, & armi  
 gera pręlia fœuit humo, Custodisque feros claudit serpentis hiatus, Iret vt Aefonias aurea  
 lana domos, Valerius Flaccus libro octauo, Contra tartareis Colchis spumare venenis, Cũ  
 ctaque Lethęi quassare silentia ramı Perstat, Plynius lib, 2 5, Certe quid non repleuere fa  
 bulis Colchis Medea, alię que?

¶ Mycale nomen est veneficę mulieris apud Ouidium lib, 12, scribentem, Mater erat My  
 cale, quam deduxisse canendo, Sepe relactantis constabat Cornua Lunę.

¶ Erietho maga fuit Thessala multis veneficij famosa, De qua Lucanus libro sexto ait.  
 Hos scelerum ritus, hec dirę carmina gentis, Esieta damnarat nimic pietatis Erietho, In quo  
 nouos ritus pollutam duxerat artem, Illi namque nefas vrbis submittere tecto Aut la  
 ribus ferale caput, deseratque busta Incolit, & tumulos expullis obtinet vmbriis, Grata de  
 is herebi, cœtus audire silentium, Nosse domos Stygias arcana que ditis operti, Non superi  
 non vita vetat, Tenet ora profanę Fœda situ macies, cœloque ignota sereno Terribilis sty  
 giofacies pallore grauatur, Impexis onerata comis, Si nymbus & atrę Sydera subducunt  
 nubes,

- nubes, tunc Theffala nudis egreditur buftis, nocturnaue fulgura captat. Longa est series carminum, quibus sceleratam hanc magnam depingit. Si quis appetit videre graphicam veneficæ artis narrationem, videat eundem Lucanum. Nemo latinorum poetarum meliorem aperuit. Ouidius in Episto. Sapphus. Illuc mentis inops vt quam furialis Ericto Impulit.
- 6 ¶ **D**ipfas nomen est vetulæ veneficæ apud eundem Ouidium libro primo Elegiarum scribeniem.  
Est quædam, quicumque volet cognoscere lenam  
Audita est quædam nomine Dipfas anus.  
Ex re nomen habet, nigri non illa parentem  
Mennonis in roseis sobria vidit equis.  
Illa magnas artes æque carmina nouit,  
Inque caput liquidas arte recuruat aquas.  
Scit bene quid gramen, quid tota concita Rhombo  
Licia, quid valeat virus amantis equæ.  
Quum voluit, toto glomerantur nubila cælo,  
Quum voluit, puro fulget in orbe dies.  
Sanguine (si qua fides) stillantia sydera vidi,  
Purpureus lunæ sanguine vultus erat.  
Hæc ego nocturnas versam volitare per vmbas  
Suspitor, & pluma corpus anile tegi,  
Euocat antiquis proauos, atavosque sepulchris,  
Et solidam longo carmine findit humum.
- 7 ¶ **P**afetes fuit quispiam præstigiarius & magiæ peritissimus, qui suis incantamentis faciebat, vt repente conuiuium omnibus epulis instructissimum appareret. Rursus quum volebat, omnia iubebat euanescere. Quum quid emebat, precium & nummus redibat a venditore ad emptorem. Testis Erasmus, in explanatione illius adagij, Pafetis femiobolus.
- 8 ¶ **E**xagonus legatus Oblogenum (qui populi sunt in Cypro) quum Romam venisset, ibi que de herbarum viribus multa differeret, volens coniectus est a consulibus in dolium plenum serpentibus experimenti causa, vbi serpentes ipsi non solum non eum mordebant, at etiam demulcebant linguis. Author Plynium lib. 28.
- 9 ¶ **E**riphia venefica fuit & fascinatricis, quæ quum aliquod animal aspiciebat, illi accidebat mali quidpiam. Hinc adagium. Anus Eriphus, in mulierem excantatricem. Erasmus.
- 10 ¶ **L**ocusta apud Cornelium Tacitum nomen est mulieris veneficæ, quæ boletos venenis infecit, quibus Agrippina Claudium maritum suffocauit. Capitur etiam Locusta pro quacunque venefica. Iuuenalis Saryra prima. Instituitque rudes melior locusta propinquas.
- 11 ¶ **G**uthrone sui venefica, quæ suis incantamentis plerosque excæcauit, nulla morbi causa apparente. Author Saxo.
- 12 ¶ **O**nomacritus fortilegus fuit apud Athenienses & Musæi socius, quem Hipparchus Athenis expulit. Author Herodotus in Polyhymnia.
- 13 ¶ **M**arfi populi Italiæ a Circe oriundi herbarum vires & veneficia apprime calluerunt. Vnde Syllius libro octauo. Ac Marfica pubes. Et bellare manu, & Chelydris cantare soporẽ, Vipereumque herbis hebetare & carmine dentem, Aetæ prolem anguitiam, mala gramina primam Monstrauisse ferunt, tactuque domare venena. Et lunam excussisse polo, Itridoribus amnes Frenantem, ac syluis montem nudasse vocatis. Gellius libro decimosexto Cap. 11. Gens in Italia Marforum, orta fertur a Circes filio Marfo. Propterea Marfi, omnibus vi quadam genitili datum, vt serpentum virulentorum domitores sint, & incantationibus herbarum succis faciant medelarum miracula.
- 14 ¶ **P**sylli populi fuerunt in Africa Nasamonibus contermini, quorum terra quum austriflatu exaruisset, collecto exercitu sumptisque armis in austrum ipsum, perinde ac hostem profecti sunt. Contra vero ventus magno spiritu occurrens, eos omnes arenarum cumulis adobruit. Quod prius accidisset, ferunt eos eadem vi & potentia in veneficis præditos fuisse, qua & Marfos. De Psyllis. Plynium libro septimo sic ait. Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, ex cuius odore sopirent eas. De Marfis & Psyllis Mantuanus libro primo de Calamita. Marfas in Aufonijs vmbrosorum vallibus inter Serpentes impune cubat, Libyque per agros Qua steriles versant nigri garamantes arenas Non metuunt Psylli colubros, non seua nexarum Spicula, non hydri morium, non aspidis horrent.
- 15 ¶ **C**rates Pergamenus apud Plynium testis est Ophiogenes populos esse in hellepõto, serpentum ictus

pentum ictus contactu leuare solitos, & manu imposta venena extrahere corporibus.  
 ¶ Populi sunt in Triballis & Illyrijs, qui visu effascinant & interimunt, quos diutius intuentur iratis præcipue oculis, Huius generis & potentia sunt scemine in Scythia, quæ vocatur Vitæ.

¶ Canidia Neapolitana fuit vnguentaria, fascinatricis & venefica, Horatius in Epodo. An malas Canidia tractauit dapes, Idem Canidia breuisbus implicata viperis, Crines & incorsum caput, Iubet sepulchris caprificos erutas, Iubet cupressos funebres, Et vncta turpis oua ranæ sanguine, Plumamque nocturnæ frigidis, Herbasque quas Colchos atque Iberia Mittit venenorum ferax, Et ossa ab ore rapta ieiunæ canis, Flammas aduri Colchicis.

¶ Apud eundem Sagana, Veia, & Folia, nomina sunt veneficarum, quæ varum puerum prætextatum suis veneficijs incantantur, De Sagana sic inquit. At expedita Sagana per totam domum Spargens auernales aquas, horret capillis, De Veia, Abacta nulla Veia conscientia, Ligonibus duris humum Exhaustabat, ingemens laboribus, De Folia, Nō defuisset masculæ libidinis Ariminensem Foliā, Et ociosa credidit Neapolis.

¶ De Mœri venefico virg. in Bucco, sic ait. Has herbas, atque hæc ponto mihi lecta venena Ipse dedit Mœris, nascuntur plurima Ponto, His ego sæpe lupum fieri & se cōdere syluis Mœrim, sæpe imis animas excire sepulchris, Atque fatas alio vidi traducere messes.

¶ Thracia fuit nympha saga & fascinatricis, quæ propter peritiam herbarum & veneficiorum habita est loco numinis apud Thracas, quorum etiam regioni dedit nomen.

¶ Neuri populi fuerunt in Scythia incantatores maximi, vt qui ex hominibus in lupos se verterent, Author Herodotus.

¶ Choatre populi (quos Plynius circa Mœotim locat) fuerunt etiam incantatores maximi, Vnde Val. Flac. lib. 6. Argon. Centoras, & diros magico terrore Choatras. ¶ Apud eundem Choastes nomen est venefici, vbi ait. Maximus hos inter Stygia venit arte Choastes.

¶ Harcalo veneficus fuit, qui innocuos leones impune atrectabat manibus. Syllius lib. 1. Harcalo non pauidus fortas mulcere leenas. Apud eundem Atyr nomen est incantatoris qui serpentes solo tactu sopibat, de quo sic ait. Necnō serpentes diro exarmare veneno Docus Atyr, tactu que graues sopire Chelydros, Ac dubiam admoto sobolem explorare Cerasse.

¶ Paryfatis mater Cyri famulam habuit Gygem nomine, qua vtebatur ad veneficia.

¶ Asprenas fuit veneficus apud Romanos, quem Cassius Seuerus palam accusauit, obijciens. 130 conuiuas veneno ab eo præministrato interiisse.

¶ Porro, venefici apud Persas hac pœna legibus puniebantur. Ampla erat petra, in qua capita eorum imposta alia petra feriebant, quoad faciem & caput infregissent. Quo mortis genere Gyge interiit. Author Plutarchus in Artaxerxe, Veneficarum autem vis est, vt suis cantibus homines in porcos commutent, fruges excantent, scabiem & velut pestem quamdam armentis eorum (quos oderunt) immittant, herbas cogant arefcere, mentes illaqueent, oculos fascinent, membra illigent, manus & pedes sic perstringant, vt suum satis officium nequeant facere, durefcere faciant limum, carā liquefcere, quosdam tabescere sensim e morientes, ymbra sepulchris eruere, accerfcere cacodemones, deducere lunam cœlo, & alia re latu mira, & creditu difficillima facere. Cuiusmodi sunt ea que Tibullus memorat libro primo dicens.

Hanc ego de cœlo ducentem sydera vidi,

Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter.

Hæc cantu finditque solum, manesque sepulchris

Elicit, & tepido deuorat ossa rogo.

Iam ciet infernas magico stridore cateruas,

Et iubet aspersas lacte referre pedem.

Quum libet, hæc iristi depellit nubila cœlo,

Quum libet, æstiuo prouocat orbe niues.

Sola tenere malas Medea dicitur herbas.

Sola feros hecates perdomuisse canes, Idem.

Cantus vicinis fruges traducit ab agris,

Cantus & irata detinet anguis iter,

Cantus & e cœlo deducere nubila tentat,















Et faceret, si non ara repulsa sonent.

Magi & alij Venefici.

Ceticus

OFFICINA

1	Ceticus	Empedocles	7	Amphion
2	Dardanus	Democritus		Simon Samareus
3	Zoroastres	Apollonices		Gobrias
	Hermippus	Captidenes		Graca
	Agonax	Hofthanes		Thor
4	Apufcorus	Druyde		Othinus
	Zaratus	5	8	Cynops
	Namaridius	6	9	Arnuphis
	Zarmocenedas		10	Salomon
	Hippocus			Eleazarus.
	Hofthanes			
	Pythagoras			

- 1  Ceticus magus fuit, cui<sup>9</sup> augurio Bocrebista rex Getarum Romanos vicit.
- 2  Dardanus fuit sceleratissimus quispiam mag<sup>9</sup>, a cuius nomine artes magicæ vocantur Dardaniæ. Columella. At si nulla valet medicina repellere morbum, Dardaniæ veniunt artes. Hinc etiã Dardanij dicuntur propolæ, qui omnia præemunt, vt carius postea vendant. Latine reuenditores. Hic Dardanus libros de magia scripsit, quos in sepulchro fertur constituisse. Eos Democritus editis commentarijs illustravit, disciplinamq; ex illis recõditam accepit.
- 3  Conuenit inter autores Magicam artem in Perside a Zoroastre inuentam, qui etiam centum millia versuum de ea scripsit, quæ Hermippus commentarijs explanauit. Preceptorum in ea vanitate habuit Zoroastres Agonacem, qui aliquot annorum millibus floruit ante bellum Troianum, autore Plynio. Nam si vera est Cosmographorum supputatio, Troia capta est annis. 4020. post mundi creationem.
- 4  Plynii inter primi sæculi magos recenset Apufcorum & Zaratum Mædos, Babyloniu Marmaridium, Hippocum Arabem, & Assyrium Zarmocenedam, quorum tamẽ nulla extant monumenta. De Magia etiam commentatus est Hofthanes, Xerxem regem Persarũ bellum inferentem Græciẽ comitatus. Cuius artis semina adeo diffudit, vt quacunq; cõmearet, inficeret & interficeret pluri mos.  Pythagoras, Empedocles, & Democritus ad eã perdiscendam exiliũ patriæ sibi proposuerunt, qua reuersi prædicauere, & velut mysterium aliquod in arcanis habuere. De ea etiam scripserunt Apollonices & Captidenes, quorum opera Democritus suis commentarijs locupletauit circa bellum Peloponnesiacũ. Plynius ait aliam fuisse Magicẽ artis factionem, quam exercuerit Moses, sed multis annis post Zoroastrem.  Fuit & Hofthanes secundum Alexandri magni comitatu exornatus, qui huic arti auctoritatem & incrementum addidit professione. Eam etiam apud Gallos exercuerunt Druydæ eorundem philosophi.
- 5  Plynij temporibus Britanni tantis cerimonijs eam celebrabant, vt dedisse Persis videri possent, quibus tamen eius artis commentum refertur acceptum. Nunc apud christianos iam desint, ea vanitas.
- 6  Tyridatem regem Armeniæ magum fuisse indicant verba Plynij, qui ait Neronem ab eo cœnis magicis initiatum, adeo vt maior citharæ aut cantus libido non ei fuerit, quã eius artis.  Ferunt & Apollonium Tyanæũ arte magica insignem fuisse, teste Lactantio, adeo vt cum Domitianus eum punire vellet, repente in iudicio non comparuerit.  Medaurẽ sis quoque Apuleius non aliam ob causam fingitur commutatus in asinum, quam ob earum vanitatum peritiam, Lactantius.  Cobares natione Mædus magicẽ artis professio ne celebrer habitus est, quo tempore Alexander bellum mouebat in Bactrianos. Author Curtius libro sexto.  Aegyptij crediderunt Amphiona Thebanum magicẽ artis peritũ fuisse, ac propterea factam esse fabulam de arboribus, auritisque scopulis eius cantui obtẽperantibus.
- 7  Simon Samareus magicis artibus & ope dæmonum suffultus, egregie adeo Romanos lusit, & fascinauit, vt plerisque fecerit se numen, merueritque inter duos põtes simulachrũ hoc titulo. Simoni deo sancto. Cælius lib. 13. Cap. 59.  Gobrias fuit Magus, a quo Socrates multa didicit de pœnis animarum & beatitudine. Idem dicebat mortalium animas in occultiorem locum sub terram demigrare, in quo lunonis esset regia. Vide Crinitum Cap. 11. libri quinti.

Craca mulier



¶ Craca mulier, Thor & Othinus nomina sunt magorum apud Saxonem. Quorū illa (vt ait) appositas dapes in aliarum rerum formam commutabat, hi ludificatis idiotarum mentibus, diuinitatis fastigium sibi arrogabant.

¶ Cynops magus fuit, qui Ioāni resistens, fingebat se fuscitare mortuos, & demonibus colloqui in Pathmo insula, quę est vna ex Sporadibus. Mirandula in hymnis. Et Cynopem magię confisum dispulit altę Mentis Ioannes.

¶ Arnuphis ægyptius philolophus, arte magica & demonum præstigijs in aera se sublimabat. Idem tempore M. Antonij præcipis, quum Romanorum exercitus aquarum sitiret penuria, imbrem cum fulgore & tonitru æstiuo tempore fertur fuscitasse.

¶ Iosephus libro octauo antiquitatum scribit Salomoni a Deo concessum fuisse, vt artē cōtra dæmones edisceret ad hominum salutem, curatiores item institueret, quibus ægritudines possent mitigari. Quam edoctus artem Eleazarus, spectante Vespasiano, eos curabat, qui a Dæmonibus vexabantur. Porro vim artis magicę Ouidius exprimit his verbis.

Carminē lesa Ceres sterilem vanescit in herbam, Deficiunt læsi carmine fontis aque. Illis cibibus glandes, cantataque vitibus vva Decidit, & nullo poma mouēte fluunt. Quanto autem in precio fuerit primis seculis, vide apud Plynium lib. 39. Nat. Hist. Cap. 1.

Astrologi.

1	Anaximenes	12	Protagoras	21	Meson
	Apollonius	13	Ptolemæus	22	Tarnutius
2	Eudoxus	14	Sulpicius Gallus	23	Zoroastres
3	Iul. Hyginus	15	Thales	24	Polyenus
	Conon		Theon	25	Necepsus
4	Archytas	16	Atlas	26	Aratus
5	Babylonij	17	Cleostratus	27	Sulla
6	Hipparchus		Pythagoras	28	Pontanus
7	Manilius	18	Endymion	29	Biliottus
8	Manethus		Anaxagoras	20	Thrafsyllus
9	Nigidius		Pherecydes	31	Petofyris
10	Oenopides	19	Berosus	32	Ptolemæus Gallina
11	Palamedes	20	Soligenes		



Anaximenes Milefius Thaletis discipulus spheram cōstruxit, horologium & gnomonem inuenit. Conuersiones solis notauit & æquinocētia. Plynium libro secundo.

¶ Apolloni⁹ Tyanęus scripsit libros de astrologica diuinatione quatuor.

¶ Eudoxus Gnydius nobilis fuit astrolog⁹ Platonis æqualis. Scripsit poetice de astrologia. Curuas lineas primus reperit. Habuit etiam cū astrologia, Geometriam quoque & medicinam.

¶ Iulius Hyginus familiaris Quintiliani scripsit de mundi & spheræ narratione. Præterea de signis cœlestibus libros. 4. Item commentarios in Virgilium, qui non extant, & librum nomine Gromaticon, de modo obsidendarum urbium & castrorum. ¶ Conon Mathematicus ægyptius natione, libros de astrologia septem reliquit. De hoc Virg. in Bucc. In medio duo ligna Conon, & quis fuit alter, Descripsit radio totum qui gentibus orbem. Hic quum vellet inire gratiā Ptolemęi regis, dixit crinem regiņe Berenices in cœlo collocatū.

¶ Archytas Tarētinus Mechanica primus exposuit & in Geometria cubum inuenit. Ab eo descēdit horus etiam in astrologia clarus. De vtroque & Conone Propertius lib. 4. Me creat Archyte soboles Babylonius horus. Horus & a proauo ducta Conone domus.

¶ Babylonij primi omnium astrologiam dicuntur inuenisse, omnemque curam in cōtēplatione syderum collocasse. Lucretius libro quinto. Vt Babylonica Chaldæum doctrina refutans Astrologorum artem. Ab his Gręci polum, gnomonem & duodecim horas diei didicerunt.

¶ Hipparchus Niceus scripsit de Stellis fixis, de lunę motu contra Platonem. Instrumenta Mathematicis inuenit. De hoc Plynium libro secundo Cap. 12. & 26. loquitur.

¶ C. Manilius Antiochenus, primus poetarum latinorū astrologiam versibus aggressus est, quod opus nuncupauit Augusto, Hipparchum, Eudoxum & Aratum secutus.

Manethus

- 8 ¶ Manethus aegyptius scripsit Physiologiam & astrorum effectus versibus.
- 9 ¶ P. Nigidius Figulus secta fuit Pythagoreus, astrologie & medicine peritissimus. De quo Lucanus libro primo. At figulus cui cura deos secretaque mundi Nosse fuit, quem non stelarum Aegyptia Memphis Acquaret visu, numerisque mouentibus astra.
- 10 ¶ Oenopides Chius astrologus, dedicauit in Olympia æreum libellum, in quo magnum annum predicabat.
- 11 ¶ Pala medes Naupli & Climenes filius, quum esset astrologie peritus, annum menseseq; ad cursum solis apud Græcos accommodauit. Primusq; visam multorum metu in castris eclipsem, dixit rem esse naturalem & minime timendam. ¶ Protagoras Diogene teste, fuit astrologus, in quem Euphorion scripsit Epicedium.
- 12 ¶ Ptolemæus aegyptius (qui floruit Antonini temporibus) in astrologie scientia antiquos omnes æquauit. Primus apud Græcos cœli narrationem omnem explicuit, inuentaque ab Hipparcho instrumenta, clarius illustrauit. Edidit compositionem illam, quam Almagestū vocant. Scripsit & de his, que ad practicam astrorum prognosticam spectant & alia per multa.
- 13 ¶ Sulpicius Gallus in exercitu Pauli æmylij contra Perseum, depræhensam noctu Eclipsem Lunę mirantibus militibus enarrauit. Plynius Cap. 12. libri secundi.
- 14 ¶ Thalas milesius astrologie secreta penetrauit omnium primus. Primus Solis Eclipsem prædixit & de visa minore disseruit. Idem Plynius ibidem. Theon philosophus Alexandrinus scripsit de astrologia & Commentarios in Ptolemæum. Item paruum Astrolabium, Volaterranus.
- 15 ¶ Ideo poete fingunt Atlantem cœlum humeris sustinuisse, quod syderali scientia clarissimus extiterit. Sunt enim qui Sphære inuentum eidem referant acceptum.
- 16 ¶ Cœli signa primus dicitur aperuisse Cleostratus Authore Plynio. ¶ Sydus veneris, quæ nascentem Solem præuenit, & in ortu Lucifer, in occasu refulgens nuncupatur vesper, primus Pythagoras enarrauit, eiusque docuit naturam.
- 17 ¶ Lunę rationem & naturam primus depræhendit Endymion. Hinc poete fabulati sunt eum a Luna fuisse adamatum. ¶ Anaxagoras scientia cœlestium literarum prædixit, quibus diebus saxum casurum esset e sole. Anno secundo Olympiadis. 78. Quod & factum est ad Egos flumen Thracie. Plynius Cap. 60. lib. 2. & Plutarchus in Lylandro. ¶ Eius quoque artis peritia Pherecydes Syrius hausta e puteo aqua futurum ibidem terræ motū prædixit.
- 18 ¶ Berofo ob syderalium rerum peritiam, diuinaque prædictione, statuam inaurata lingua posuerunt Athenienses in publico gymnasio. Plynius libro septimo Cap. 37.
- 19 ¶ Soligenes fuit astrologus, quem Cæsar dictator annos vicio pontificum per intercallandam diligentiam turbatos ad Solis cursum redigens adiutorem sibi adhibuit. Author Plynius libro decimo octauo Cap. 25.
- 20 ¶ Mefon nomen astrologi apud Plutarchum in Nicia, qui quum esset militia, videretque pessime sue parti futurum, insaniam mentitus est, atque etiam domum incendio dedit, vt missionem & militiae vacationem impetraret. Quidam vero furorem simulasse negat, sed Atheniensibus in Syracusanos expeditionem agitantibus, quum ex astrologie disciplina præuideret futuram belli calamitatem, combusta domo, suaque fortuna palam in concione deplorata sic populum commouit, vt præter consuetudinem filium suum receperit ab omni militia exemptum. De hoc Mefone etiam meminerunt idem Plutarchus in viuis Alcibiadis & Pyrrhi, & Cælius Cap. 76. vndecimi libri.
- 21 ¶ Tarnutius vir fuit tum philosophiæ, tum mathematicæ imprimis studiosus, qui quum in astrologia putaretur excellere, huic imposuit Varro, vt Romuli conceptionem in diem & horam deduceret, inspectisque eius vitæ institutis ac rebus gestis ex illis consequentiam colligeret, veluti geometricarum propositionum resolutiones præcipiunt. Author Plutarchus in Romulo.
- 22 ¶ Suidas apud Budæum ponit Zoroastrem in numero astronomorū, aitque floruisse Nicini regis Allyrie tempore.
- 23 ¶ Cicero lib. 4. Questionū Acad. ait Polyenum quendam magnum fuisse Mathematicū qui Epicuro postea adheferit, totamque Geometriam falsam crediderit.
- 24 ¶ Necepsus rex fuit Aegyptiorum in astrorum cognitione peritissimus, de quo Aufonius scribit. Quique magos docuit mysterio vana Necepsi, Iulius firmicus, Necepsus inquit, imperator iustissimus ægypti, & astrologus valde bonus, per ipsos decanos omnia vicia, valetudinesque cogit.

Aratus poeta floruit Antigono regnante, scripsitque Phenomenona Iatio iure a Cicero 25  
ne & Cesare Germanico donata. Item multa alia opera, vt docebimus in poetis.

Sulla fuit Mathematicus, qui Caligulae consulenti de genitura sua, certissimam necē ap 26  
propinquare affirmavit.

Nostro saeculo magna literarię Reip. vtilitate emerfit Iouianus Pontanus poeta (parcāt 27  
mihi, qui solam mirantur & suspiciunt antiquitatem) cum hominibus superioris saeculi ci-  
tra scrupulum conferendus, qui de Stellis libros. 5. Meteororum vnum scripsit, erudite nō  
minus quam docte, quamuis tamen argumentum ipsum egre & labore maximo cultum  
fermonis & verborum phaleras admittat.

Marullus ait Biliottum fuisse astrologum, extinctum Boletis. Hæc eius verba. Dum 28  
cauet astrologus perituris sydera amicis, Dum sibi boletos non cauet, ipse perit.

Thrasyllus fuit astrologus syderalis scientiæ adeo peritus, vt eo velut oraculo vteretur 29  
Tyberius ad cognoscendum quid fata portenderent. Quum sagax autem & futuri prou-  
idus extiterit, sequens manifestat exemplum. Nam quum Tyberius Rhodum se recipiens  
constituisset eum (quem dolebat arcanorum suorum esse cōsicium) de muro descendere, Thra-  
syllus viso Tyberio frontem contraxit, manifesto doloris argumēto, Tyberio causam per-  
contanti, respondit ille se conturbari & magnopere terreri, propter imminens vitę suæ pe-  
riculum. Iamiam enim norat in animo, quid Tyberius constituisset facere. Admiratus ita  
que Tyberius, non fecit quod proposuerat, authores Dion Cassius & Suetonius. De hoc  
Iuuenalis Saty. 6. Non ibit pariter numeris reuocata Thrasylli.

Petofyris fuit mathematicus Aegyptus, qui scripsit de dijs Græcorum & Aegyptiorum. 30  
De hoc Iuuenalis Satyra sexta. Nulla videtur Aptior hora cibo, nisi quā dederit Petofyris.

Ptolemæus Gallina Catinenfis fuit astrologus, quem Pontanus carminibus suis com 31  
mendat.

## Geometræ

1	Archimedes		Marinus	7	Mamertinus
	Archytas	5	Pappus		Timosthenes
	Dicæarchus		Pausanias		Dionysiodorus
2	Dionysius		Polemon		Alij
3	Eudoxus	6	Ptolemæus		
4	Eupompus		Scylax		



Archimedes Syracusanus Geometriam adeo exercuit, vt ductus aliis 1  
quando ad balnea, dum vnguendus in labro thermulario constituetur,  
retur, per corporis vngueta figuras & liniamenta digito inscriberet.  
Archimedes ingenium, laudes, perspicax acumen & opera copiose  
leguntur apud Plutarchū in vita M. Marcelli. In spheram Archime-  
nidis extat nobile epigramma Claudiani, cuius initium est Iuppiter  
i puo quū cerneret ethera vitro Risit. Archytas Tarētīn<sup>9</sup> etiā Geo-  
metriæ operam dedit, in qua discipulum habuit Platonem. Primus  
Mechanica exposuit, cubūq; reperit teste Diogene. Dicæarchus Siculus Aristoclis audis-  
tor geometra fuit ætate sua clarissimus, qui scripsit de Rep. Lacedæmoniorū. Hic regū cur-  
ra montes permenfus est, ex quibus altissimū prodidit Pelion. 1250. passiuū ratione perpē-  
diculi nullam esse eā portionem vniuersæ rotūdinitatis colligens. Testis Plynius Cap. 67.  
Secundi libri.

Dionysius Afer ex Byzante ciuitate, scripsit geographiā versibus hexametris, quos Pri 2  
scianus latinos fecit.

Eudoxus Gnydius primus Geometriæ rationes difficileque demonstrationes per fen 3  
sum & instrumētōrū exempla edidit vna cū Archyta præceptore. Quapropter ambo cons-  
uicia a Platone passi sunt, q; geometriæ dignitatem sustulissent a cogitatione & rebus ins-  
corporeis, ad ea quę sensibus perciperentur, declinantes. Plutarchus in Marcello.

Eupompus Macedo Zeufis coætaneus Arithmeticę & geometriæ fuit peritissimus, sine 4  
quibus negabat artem posse perfici. Marinus Tyrius geographiam scripsit, ex qua Pto-  
lemæus suam detorsit.

Pappus philosophus Alexā. scripsit de situ orbis, de fluuijs Africæ & commentarios in 5  
Ptolemæum. Pausanias Cæsariensis scripsit vniuersæ Græciæ geographiam cum eius  
historijs. Polemon helladicus, scripsit de origine ciuitatum, & Lacedæmonia Geogra-  
phiam &


OFFICINA

- phiam, & de cursu Solis libros 3.  
 6 ¶ Ptolemæus Aegyptius præter libros de syderali sciētia editos, scripsit etiam de geographia, ¶ Scylax Cariandæus (Carianda ciuitas est Cariæ) scripsit circuitum mensuramq; maris extra columnas Herculis, Suidas apud Volaterranum.  
 7 ¶ Stefichorus poeta fratrem habuit Mamertinum geometram, ¶ Timosthenes præfectus classis Ptolemæi Philadelphi geographus fuit nobilis, Scripsit de portibus libros decem, ¶ Dionysiodorus fuit quispiam geometrica scientia nobilis, in cuius mortui sepulchro a se fines reperisse dicuntur epistolam eius nomine ad superos scriptam, Peruenisse eum a se sepulchro ad infimam terram, esseque eo stadiorum. 42. millia, Author Plynius in fine secundi. Leguntur etiam aliorum nomina, qui in hac arte præstiterunt, ut Euclides, Hippias, Eleus, Theodorus Cyrenæus, Leodamas Thasius, Eratosthenes, Plato, Proclus, Theon, Nicephorus, Isacijs, Cenforinus, Boetius, Geometriam autem inuenerunt Aegyptij in Nilii auctu ac dimensione, Sita est in phantasia, non opinabili, sed certa ex apparentibus speciebus noticia,

Citharædi, Tibicines, Cantores  
& Musici.

1	Iopas	21	Lafus		Pylades
	Creteus		Marfyas	36	Philomelus
2	Iapys	22	Mymnermus	37	Diodorus
3	Philamon	23	Nicostratus		Tarpeius
4	Dorceus		Laodocus	38	Canus
5	Linus	24	Olympius		Conus
9	Arion		Philistus	39	Eucerus
7	Orpheus	25	Phyrnis		Batalus
8	Thamyras		Scylax	40	Agathon
9	Amphion		Simon	41	Carneus
10	Hermogenes	29	Tellen	42	Stratonicus
11	Echion		Timotheus		Propis
	Glaphyrus	27	Xenophilus		Bos
	Choraules	28	Molchus	43	Chryfogonus
12	Hydimeles	29	Aristoxenus		Pollio
13	Amœbeas		Demodocus	44	Terpander
14	Anaxenor	30	Hifmenias	45	Terpnus
	Antigenides		Dionysiodorus	46	Octauius hercnus
15	Aristonus		Nicomachus	47	Achilles
16	Hipparchiō	31	Aspendius		Chiron
	Rufinus		Conna	48	Alexander
17	Cheris	32	Babys	49	Apollo
18	Clinias	33	Ialemus		Mercurius
19	Corœbus		Pronomus	50	Pan
	Eunomius		Menedemus	51	Pitocles
	Ariston	34	Lamia	52	Fulcus Ferra
20	Hippomachus	35	Epicles	53	Epaminondas

EXPLANATIO.



Opas nomen est citharædi apud Virg. lib. 1. Aene. scribentem. Cithara crinitus Iopas Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas. Idem libro nono facit Cretea quendam Philomusum & Lyricum, vbi ait. Et Clycium Aeoliden & amicum Cretea musis, Cretea musarum comitem, cui carmina semper, Et citharæ cordi, numerosque intendere neruis, Sæper equos, atque arma virû, pugnasq; calebat. ¶ Apud eundem Iapys nomen est auguris & Citharædi lib. 12. vbi ait. Iamque aderat Phœbo ante alios dilectus Iapys Ialides, acri quodam cui captus amore Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo Augurium citharamque dabat, celeresque sagittas.

Philamon fuit

Philamon fuit Apollinis filius, clarus cithara, Ouidius libro vnde cimo. Nascitur e Phœ 3  
bo (namque est enixa gemellos) Carmine vocali clarus, citharaque Philamon.

Dorceus cantu citharę apud Thraces secundam post Orpheum meruit palmam. Val. 4  
Placcus libro tertio Argon. Protinus insignem cithara, cantuq; fluenti Dorcea, qui dulci  
fests allistere mensis Pectine Bistoniar magnum post ausus alumnum.

Linus Apollinis & Vranie filius Lyricę musæ fuit peritissimus, in qua magni nominis 5  
discipulos habuit, Orphea, Thamyram & Herculem. De hoc Propertius libro secundo.  
Tunc ego sim Inachio notior arte Lino. Huc ab Hercule plectro & cithara occisum ferunt  
dum eum rusticus canentem acerbe nimis corripuisset. Cælius Cap. 64, decimi libri.

Arion Methymngus citharædus & poeta Lyricus dum Lesbos patriam peteret, vide 6  
retque insidias & coniurationem parari sibi a socijs (quibuscum nauigabat) propter opes,  
quas ferebat secum, rapta cithara nonnihil prius modulans in mare se coniecit. Cuius can-  
tu illectus Delphin dorso exceptum portauit ad litus, & exemit a periculo. In cuius rei mo-  
numentum erecta est illi statua cum Græco epigrammate, quod Volaterranus latinum fe-  
cit hoc modo. Cernis amatorem, qui vexit Ariona delphin. A Siculo subiens pondera gra-  
ta mari. Politianus in Nutricia. Iam Methymngum vatē Delphine reuectum. Idē i Rust.  
Quos glomerant imbres, aut pressus Arione Delphin. Aut pleas, Ouidius libro secundo  
Fastorum, de eo abunde meminit his verbis.

Quod mare non nouit, quæ nescit Ariona tellus?

Carmine currentes ille tenebat aquas,  
Sæpe sequens agnam lupus est a voce retentus,

Sæpe canes, leporesque vna iacuere sub vmbra,  
Et stetit in saxo proxima cerua Leę.

Et sine lite loquax cum Palladis alite cornix,  
Sedit, & accipitri iuncta columba fuit.

Cynthia sæpe tuis fertur vocalis Arion  
Tanquam fraternis obstupuisse modis.

Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes,  
Atque ita quesitas forte ferebat opes.

Forfitan infelix ventos vndasque timebas,  
At tibi naue tua tutius æquor erat.

Namque gubernator districto constitit ense,  
Cæteraque armata conscia turba manu.

Quid tibi cum gladio? dubiam rege nauita puppim,  
Non sunt hæc digitis arma tenenda tuis.

Ille metu pauidus, mortem non deprecor inquit,  
Sed liceat sumpta pauca referre Lyra.

Protinus in medias ornatus desilit vndas,  
Spargitur impulsa cærulea puppis aqua,

Inde (sede maius) tergo Delphina recuruo  
Se memorant oneri supposuisse nouo;

Ille sedet, citharamque tenet, preciumque vehendi  
Cantat, & æquoreas carmine mulcet aquas.

De hoc etiã loquitur, G. 1. lib. 16. Cap. 19. & Hero. i Clío. Ab Arione Lyra vocat Arionia.

Idē Oui. lib. 3. de ar. Quãuis mut? erat, voci fauisse putat Piscis arrionie fabula nota lyre.

Orpheum Apollinis & Calliopes filium poetę faciunt principem Musę Lyricę, adeo vt 7  
fabulentur delinitas eius cantu arbores suis se locis exeruisse, sensificatas cautes egisse cho-  
ros, fluuios cursum cohibuisse, exarmatas feras posuisse feritatem, & alia id genus incredē-  
da. Quod ideo fictū est, quoniam agrestes & beluino prope ritu degentes homines ad me-  
liorem vitę cultum redegerat. Vnde Hora. in arte, Syluestres homines facer interpretesque  
decorum Cędibus & fœdo victu deterruit Orpheus, Dictus ob hoc lenire tygres, rabidose  
que leones. Fingitur etiam ab inferis cantu suo exorasse Eurydicen vxorem, ea lege, vt se  
quentem a tergo non prospiceret, priusq; ad superas auras ambo rediissent. Cui legi quã  
amor nimius stare non permisisset vatem, Eurydicen demum euauisse ferunt. Virgil;  
libro sexto Aene. Si potuit manes accersere coniugis Orpheus Threicia fretus cithara, fis-  
dibusque canoris. De eodem. Ouidius lib. 3. de arte. Tu licet & Thamyram superes, atque  
Orphea cantu, Non erit ignota gratia magna Lyra. Idē libro vndecimo de eodē mortuo,  
ec Temœstæ

## OFFICINA

Temœste volucres Orpheu, te turba ferarum, Te rigidi silices, tua carmina sæpe secuta  
 Fleuerunt syluæ, positis te frondibus arbor Tonfa comas luxit, Lachrymīs quoque flumi  
 na dicunt Increuisse suis, obfcuraque carbasa pullæ Nayades & Dryades claudius has  
 buere capillos, Propertius libro tertio, Orpheu te tenuisse feras, & flumina dicunt Flumis  
 na Threicia detinuisse lyra. De eodem Claudianus in præfatione lib. 2, de Raptu,

Et refides leni modulatus pectine nervos

Pollice festiuo nobile ducit ebur.

Vix auditus erat, ventis sternuntur & vnde,

Pigrior astrictis torpuit Hebrus aquis.

Porrexit Rhodope sitientes carmina montes,

Excussit gelidas pronior Ossa niues,

Ardua nudato descendit populus hæmo,

Et comitem quercum pinus amica trahit.

Cirrhæaque dei quamuis despexerit artes,

Orphæis laurus vocibus apta venit.

Securum blandi leporem fouere Molossi,

Vicumque lupo præbuit agna latus.

Concordes varia ludunt cum tygride Dzmæ,

Massyllam cerui non timuere iubam. Ab Orpheo Lyra vocatur Hæmonia, Threicia, Ors

phæa, Bistonis, & Bistonis, q̄ Trax fuerit natione. Ouidius libro quarto Trist. Hæmonia

curas attenuasse Lyra. Idem in Epistolis, Threiciam digitis increpasse Lyram. Mantuas

nus in Parth. Mariana, Orphæamque Lyram & flammis incensibus aram, Claudianus,

Syluaque Bistoniam sæpe secuta Lyram. Pontanus libro secundo Amorū, Vos mihi Pers

sephonem cantu placate, moueri Namque potest, mouit Bistonis ante Lyra.

- 8 ¶ **Thamyras** citharædus fuit Thracius Lini discipulus, quem poetæ a Musis fabulantur  
 excecatum, q̄ eas ad certamen cantus irritasset. Politianus in Nutricia, iam Thamyra can  
 tu doctas anteire sorores Fretum mox citharæ damnatum & luminis orbū. Idem in Epigr.  
 Cederet huic Thamyras docti certamine cantus, Cederet aurata Calliopæa Lyra.

- 9 ¶ **Amphionem** poetæ fabulantur Lyrae adeo peritum fuisse, vt sequētibz cantum scopu  
 lis Thebarum muros condiderit, Horatius in arte. Dicitur & Amphion Thebæcōditor  
 yrbis Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda Ducere quo vellet. Propertius lib. 3.  
 Saxa Cytheronis Thebas agitata per artem Sponte sua in muri mēbra coisse ferunt, Mar  
 tianus Capella. Nam Orpheus Amphion, Arionque doctissimi, aurata omnes testudine  
 consonantes flexant, quum pariter reddidere cōcentum. Seneca. Natus Amphio loue Stru  
 xit canoro saxa modulatu trahens. Idem in Theb. Poteris has Amphionis Quassare mos  
 les, nulla quas struxit manus Stridente tardum machina ducens onus. Sed conuocatus vo  
 cis & citharæ sono Per se ipse turres venit in summas lapis.

- 10 ¶ **Hermogenes** fuit citharædus, qui Iulio Cæsari suauitate cantus ad modū placuit. Apud  
 Martialem nomen est furis mapparū. Apud Horatium lib. 1. Ser. nomen cantoris, vbi ait.  
 Vt quamuis tacet Hermogenes cantor, tamen atque, Optimus est modulator.

- 11 ¶ **Echion & Glaphyrus** nomina sunt citharædorum apud luuenalem Saty. 6. vbi ait. Ac  
 cipis vxorem de qua citharædus Echion, aut Glaphyrus fiat pater, Ambrosiusq; Chorau  
 les. Hic Choraules propriū est nomen viri fistulicinis. De Glaphyro, Martialis libro quar  
 to, Plaudere nec cano, plaudere nec Glaphyro.

- 12 ¶ **Hydimeles** nomen est etiam Citharædi apud luuenalem satyra sexta scribentem. Quo  
 tener Hydimeles operam dedit, hunc tenet, hoc se Solatur, gratocq; indulget basia plectro.

- 13 ¶ **Amœbeas** citharædus fuit castissimus, qui vxorem nunquam attigit.

- 14 ¶ **Anaxenori** citharædo M. Antonius tributa quatuor ciuitatum legenda concessit, ppter  
 eius artis peritiam, Strabo lib. 14.

¶ **Antigenides** Thebanus fuit musicus & tibicen Philoxeni discipulus, qui calceamentis  
 Mileijs & lasciuioribus primus vsus est. Huius meminit Plynius. Idem vt est apud Cice  
 ronem in Bruto) discipulo frigenti ad populum, dixit. Mihi cane, & Musis. De eo vide nō  
 nihil apud Gellium & Valerium de Fiducia sui.

- 15 ¶ **Ariston** citharædus fuit, qui quum sexies Pythia vicisset, vt Lysandri amicitia demes  
 reretur, pollicitus est se seruum eius palam proclamaturum, si denuo vinceret.

- 16 ¶ **Hipparchion & Rufinus**, præcipui fuerunt apud Græcos citharædi, qui quum solen  
 nibus ludis inter se certaturi essent, contigit, vt theatri tumultu & strepitu commotus &  
 attonitus

- actonitus Hipparchion obtulerit. Vnde natum prouerbitum, Mutus Hipparchion, de his qui repente silent, a quibus tamen grande aliquid expectatur. Zenodotus apud Erasimū.
- ¶ Chers nomen fuit citharædi de quo nihil reperi præter nudum nomen, 17
- ¶ Clinias philosophus fuit secta Pythagoræus qui si quando ad iram concitaretur, motus animi sumpta protinus cithara leuabat, quod & Achillem fecisse prædicant, Volaterra. 18
- ¶ Coræbus filius Atys regis Lydorum in cithara quintam chordam inuenit. Eunomis us citharædus Locrensis statuam meruit, quæ insidentem citharæ cicadam habebat. Nam quum in certamine (quod cum Aristone regio musico de cantu susceperat) chorda una fracto defecisset, cicada superuolans vocem fertur suppleuisse. Strabro libro sexto.
- ¶ Hippomachus fuit tibicen qui quum videret a plebe laudari discipulum, quem tamē in arte peccare cognoscebat, baculo tactum desistere iussit, dicens maximum erroris argumentum esse, quod ab ignara turba laudaretur. Aelianus apud Volaterranum.
- ¶ Lafus herminæus (qui floruit principante Dario) primus de musica scripsit, & dithyræborum certamen primus protulit. Marfyas tibicen Phryx natione tibij a Minerua inuentis ausus est Apollinē ad certamen prouocare, a quo victus & excoriatu est. De quo Oui. lib. 6. Met. Quem Tritoniaca Latous arundine victum Affecit pœna, quid me mihi detrahis inquit? Ah piget, ah non est, (clamabat) tibia tanti, Clamanti cutis est summos direpta per artus.
- ¶ Mynnernus Colophonius poeta fuit Elegiographus & tibicē clarissimus. Author Strabo lib. 14. 22
- ¶ Nicoftratus & Laodocus citharædi fuerunt, qui quum in certamen venissent, Nicoftratus dixit Laodocum esse in magna arte paruum, se vero in parua magnum. 23
- ¶ Olympius mysius tibicen citharæ legē dedit, modosq; pulsandi reperit & docuit. Volat. 24
- ¶ Philistius Milesius musicę primū operam pedis, euasitque clarissimus tibicen. Ad oratoriam demum conuersus, auditor fuit Isocratis.
- ¶ Phyrnis Mitilengus discipulus Aristoclidis, primus apud Athenienses pulsauit citharā & vicit Panathenea. 25
- ¶ Scylax Cariandæus mathematicus, claruit etiam arte musica. Simon Magnesijs insignis musicus, neglecto superiorum musicorum more Simodiam introduxit sicut & Lylis Lyfiodiam. Strabo.
- ¶ Tellen fuit tibicen, qui suauitate cantus sequenti prouerbio locum fecit. Cane ea q̄ sunt Tellenis, quod optima fuissent. Timotheus Milesius musicus decimam & vndecimam Lyre chordam addidit, & antiquam musicam in meliorem modum mutauit. Huius Timothei meminit Cicero lib. 2. de legibus. Item Fabius, Propter quod (inquit) Timotheus clarus in arte tibiaram, duplices ab ijs (quos alius instituisset) solebat exigere mercedes, quā si rudes traderētur. Idem quum ad Alexandri mensam caneret, mutatis de industria modulis regem velut insanum repente coegit ad arma proficere, rursus remittente cantu continuo & regis remisit affectus. Sabellicus in Exemplis.
- ¶ Xenophilus musicus fuit patria Chalcidensis, qui annos. 107. vixit citra vllum corporis incommodum, quæ magna est homini felicitas. Author Plynius. 27
- ¶ Moschus citharædus fuit imperitus, qui citra respirationem diu & in longum producebat vocem, neque tamen sonabat aliquid, quod ad stomachum auditorum faceret. Hinc adagium natum, Moschus canēs Bœoticum. In multiloquos & intempestiuos locutores. Bœoticum genus erat cantionis, Erasimus. 28
- ¶ Aristoxenus genere Italus, patria Tarentinus cognominatus est musicus propter peritiam eius artis. Author Plutarchus in Aristotele. Demodocus Corcyrcensis fuit citharædus, quem Homerus inducit canentem in conuiuijs Alcinoi regis Phæacum, vbi Alcinoi ipse Demodocum vocat diuinum cantorem. Plutarchus in musica scribit Demodocū excidium Iliæ & Veneris atque Vulcani connubium poemate cecinisse. 29
- ¶ Hilmenias tibicen fuit peritissimus, Antigenis discipulus, qui teste Boetio, multis agritudine laborantibus omnes animi molestias absterfit. Solitus erat gemmis vti fulgentibus & preciosis, vte ostentatione artes musicę pluris æstimarentur, authore Plynio. Antisthenes quum audisset hilmeniam optimum haberi tibicinem. At inquit, est homo nequam. Non enim (si probus foret) tibicen esset. Quo dicto musicos arguebat vt vnguentarios et ministros volu ptatum. Idem fecisse fertur Philippus, qui quum accepisset filium suauius alicubi cecinisse, tacite eum obiurgauit. Non te pudet inquit, quod tam bene canere scias. Hilmenie q̄ qualis fuit Dionysiodorus & œmulus, Plynio teste. 30

OFFICINA

- ¶ Nicomachus fuit etiam musicus, quem idem Plynius scribit multas gemmas habuisse, sed nulla peritia electas, sed forte quadam.
- 31 ¶ Alpendius fuit citharistes, qui omnia sibi itus cecinisse dicitur. Budæus de Asse, & Cic. in Verrem. Conna fuit citharædus seu lyrista, extreme fortis, qui deuorato patrimonio factus est pauperimus & homo nihili. Hinc adagium natum. Conne calculus, In hominẽ nullius momenti, cuiusque opinio nihili æstimatur. Erasmus.
- 32 ¶ Babys frater fuit Marlye, quem quum Apollo excoriato Marlya vellet quoque perdere, supplicium deprecata est Minerua dicens, Baby m abieciorem esse, & infelicius canere, quam vt dignus esset supplicio, Quibus verbis pacatus Apollo Baby m cõtempfit, sua que inficitia grauiter fatis punitum credidit. Hinc adagium. Peius Babys tibia canit. Eras.
- 33 ¶ Ialemus Calliopes fuit filius musicus quidem, sed infelix, & in cantu multum frigidus. Ainc lalemi cantilenam pro despiciabili & abiecta posuerunt. Erasmus. Pronomus tibi cẽ fuit, qui barba vt rebatur promissa, & vestitu nimis accurato, adeo vt mollicie suspectus haberetur. Idem Erasmus. Plutarchus ait Menedemum fuisse musicum & discipulũ Aristotelis.
- 34 ¶ Lamia mulier fuit ætate Demetrii formosa, quæ tibijs optime fertur cecinisse & canendi suauitate magnam apud homines promeruisse gratiam. Qua arte sic Demetrium inescavit, vt ille nihil haberet charius, & quod maiore beniuolentia prosequeretur. Author Plutarchus.
- 35 ¶ Epicles fuit citharista magno quõdam in precio apud Athenienses, quem Themistocles orauit, vt apud se artem exerceret. Volebat enim domum suam a multis frequẽtari. Py lades fuit citharædus, qui quosdam Timothei versus audiente Philopemene cantauit ad citharam. Quorũ sequẽs citatur a Plutarcho. Hoc duce libertas Græcas ornauerat vrbes.
- 36 ¶ Philomelus nomen est citharædi apud Martialem lib. 3. Plus habuit Didymus, plus Philomelus habet.
- 37 ¶ Diodorus citharistes fuit tempore Vespasiani, cuius arte princeps delectatus, multis eũ donis cumulauit. Martialis. Tarpeias Diodorus ad coronas Romam quum peteret Pharo relicta. Fuit & Tarpeius citharædus Vespasiani tempore. Author Tranquillus.
- 38 ¶ Canus fuit choraules & tibicen, qui multas pecunias accepit a Galba, quum eum in cena delectasset. Martialis libro decimo. Et concupiscat esse Canus ascaules. Tranquillus. Cano autem choraule mire placenti denarios quinque donasse prolatos manu sua, peculiaribus oculis suis. Conus fuit alter fidicẽ, quo præceptore hæc in re vsus est Socrates, qui apud Platonem de eo sic meminit. Vnum tamen vereor, ne his dedecori sim, quem admodum Cono Metrobij filio cithariste, qui me etiam in fidibus docet. Pucri igitur condiscipuli me quotidie ridet, & Conum ipsum senum magistrum nuncupant.
- 39 ¶ Eucerus fuit tibicen, natione Alexandrinus, vt est apud Cornelium Tacitum. Batalus fuit Ephesus tibicen, qui calceamentis fœmineis primus omnium in scenavsus est, fractisque cantibus tibiaram artem emolliuit. Hinc Batalos vocamus mulierosos & parum viros homines.
- 40 ¶ Agathon fuit tibicen, cantilenarum suauitate commẽdabilis, sed mollicie nota famosus. Ab eo Agathonia cantio dicitur oratio blãda magis q̃ fructuosa. Zenodo, apud Erasum.
- 41 ¶ Carneus fuit citharistes, qui Terpandrum vicisse legitur.
- 42 ¶ Stratonicus fuit citharædus, qui habuit in ludo nouem musarum imagunculas & Apollinis vnam. Discipulos duos. Propterea interroganti cuidam, quot haberet discipulos, Cũ dijs inquit, duodecim. Idem ridere solebat & cauillis nonnunquam afficere duos alios sua ætate citharistas. Propin Rhodium, & quẽdam, qui Bos vocabatur, quod imperiti essent, & rudes in arte.
- 43 ¶ Chryfogonus fuit modulator, qui tanta arte remigum manus dirigebat, vt quũ remorum pulsus Chryfogoni cantibus accommodarent, delectabilem & iucundam redderent harmoniam. Plutarchus in Aleibiade. Chryfogonus quoque & Pollio nomina sunt citharædorum apud Iuuenalem saty. 7. Chryfogonus quanti doceat, vel Pollio quanti, Lãtorum pueros. Idem saty. 6. Sunt qui Chryfogonum cantare vetent.
- 44 ¶ Terpander Lesbicus accersitus a Lacedæmonijs, qui seditionibus inter se tumultuabantur suauitate cantus eorum animos adeo deliniuit, vt redderent in amicitiam, & a seditione delisterent. Vnde Lesbij cantores primas semper meruerunt Spartanorum iudicio. Erasmus in Chiliadibus Adag.

Terpnus fuit



Terpnus fuit citharædus, cuius cantu oblectatum Neronem scribit Trāquillus his ver- 45  
bis Statim vt imperium adeptus est, Terpnum citharædum vigentem tunc præter alios  
accerlit, diebusque continuis post cœnam canenti in multam noctem assidēs, paulatim &  
ipse meditari exercitarique cœpit, nec eorum quicquam omittit, quæ generis eius artifi-  
ces, vel conseruandę voci causa, vel augendę factarent.

Macrobius scribit Octauium Herenum fuisse quempiam prima adolescentia tibicinem 46  
qui arti suę diffusus, mercaturam postea instituit.

Fortissimus Græcorū Achilles musicis cantibus oblectabatur adeo, vt a Chirone The- 47  
salo armoniam lyricam voluerit edoceri, quæ emergentes animi curas discutere, & pristi-  
ne serenitati restituere se sibi posset. Sciebat enim nihil esse vtilius mortalium vite, quam  
remedium habere ad abigendas egritudines mentis, medullarum & omnium lętitiaę popu-  
larices. De Chirone & Achille, Horatius in Epodis, Nobilis vt cecinit grandi centaurus  
alumno. Vide caput de præceptoribus virorum illustrium. De Chirone, Sido. Apollinā-  
ris. Hos inter Chiron ad plectra sonantia saltans Flecxit inepta sui membra facetus equi.  
Semifer audiri meruit, meruitque placere, Quamuis hinnitum dum canit, ille daret.

Achillem imitatus Alexander Macedo citharę dedit operam, vt haberet, vnde serias il- 48  
las de monarchia & principatu meditationes quandoque reprimeret, aut exercitio maio-  
re fatigatum corpus subleuaret.

Tonius nomen fistulicinis pagani apud Mantrianum scribentem in Bucc. Et cum mul- 49  
tiori Tonius cui tibia buxo. Tandem post epulas & pocula multicolorem Ventriculum  
sumpsit, buccalque inflare rubentes Incipiens oculos aperit, cilijsque leuatis Multoties, &  
altis flatu a pulmonibus hausto Vtrem implet, cubito vocem dat tibia presso. Nunc huc,  
nunc illuc digito saliente vocauit Pinguibus a mensis iuuenes ad compita cantu Saltidico  
dulcique diem certamine clausit.

Apollinem & Mercurium musicę & citharę inuentores faciunt poete. Vnde Oui. Me 50  
fide conspicuus Troiæ munitor amauit, Val. Flac. Musarum chorus, & citharæ pulsator  
Apollo. Ply. Item Apollinem citharædum, serpentemque eius confici sagittis Statius lib.  
2. Syl. Ipsi quos penes est honor canendi, Vocalis citharę repertor Arcas. Oui. lib. 5. Fast.  
Attu materno donasti nomine mensam, Inuentor curuæ furibus apte fidis.

Pana deum fistulę repertorem faciunt. Virgil. Pan primus calamos cæra cōiungere plu- 51  
res Instituit. Eandem ob causam Sidonius Panas vocat cicuticines, vbi ait. Alta Cicutici-  
nes liquerunt menala Panes. Postque chelyn placuit fistula rauca Ioui.

Pitocles fuit musicus, quo præceptore Pericles vsus est in arte musica. 52

Fulcus ferrariensis fuit insignis musicus. De quo Pōtanus lib. 1. Tumulorum sic inquit, 53  
At neque bistonię senis est Lyra, sed Lyra fulci, Ab eodem quoque celebratur, Perinellus  
canto & musicus.

Epaminōdas Thebanorū dux Lyra & fidibus optime cecinisse dicitur. Summam enim  
eruditionem gręci sitam censebant in neruorum vocatione cantibus, Cicero libro primo  
quest. Tuscul.

Sambucam instrumentum musicū reperit Ibycus Rhēginus. De tribus citharædis om-  
nium prstantissimis meminit Pacificus his verbis.

Orpheus Eurydicen cithara reuocauit ab Orco,

Eque suis mouit laxa nemusque iugis.

Pisce fuit pelagus per longam vectus Arion;

Hac etiam Amphion mœnia struxit ope. Porro harmonię rationem primus extulit in  
luce Aristoxenus repertis etiam instrumentis deinde Ptolomęus, Nicephorus, & Grego-  
ras. Commentatores in ea fuerunt Pappus, Theon, Alypius, Gaudentius, Iacius, Apule-  
ius, Boetius. Lyram tritum chordarum inuenit Mercurius ægyptius, Quintam chordam  
Corcebus Aty's filius, Sextam hyagnis Phryx, Septimam Nerpander. Lyram primus in  
Græciam attulit Cadmus Agenoris filius. Lyra plectro & digitis percutiebatur, Partum an-  
tiquitus differebat a cithara. Hoc instrumentum factum in formam testudinis, vtramque  
nunc exigit manum. Epigeneum instrumentum erat musicum, ab Epigono inuentore  
dictum, hoc sine plectro pulsabatur chordis, 40. Tofinon chordis, 35. Monochordum  
fuit Arabum, Penthechordum Scytharum, Psithryos Lybicorū, Psalterium exercebatur  
in hymnis Barbiton tetrachordum Anacreontis inuentum in Lyricen, Psalterio canēs vo-  
catur Psaltes, & Psalmicen a Sidonio. Olīm magada vocabatur a Maga do inuentore. Ma-  
gades apud Anacreontem cithara est, 30. chordarū. Sambuca soni erat acutissimi, a Sā-  
bucō inuentore nominata. Ea utebantur Parthi & Troglodytę.

OFFICINA

¶ Tripus præbebat vsum trium cithararum, vt tres citharædi concordēs viderentur pulsare. Habebat enim triplicem harmoniam. Cymbala & Crotali agitabantur manibus.

¶ Fuit olim multiplex tibia. Trenetica, qua utebantur ad luctus, Thebani eam ex ceruicibus ossibus factitabant, Scythæ ex ossibus aquilarum & vulturum, Aegyptij ex calamis. Anthippus in tibijs reperit harmoniam Doricam & Lydiam. Nicopheles Athenam tibiã sacram Mineruæ. Odontifimus erat quattuor foraminum. Parœniæ erant tibiæ, quibus utebantur in conuiujs, vt Spondiacæ apte erant hymnis, Chorycæ dithyrambis, hyperrelie virorum choris, Parathretæ threnis.

¶ Naulium erat musicum instrumentum, Organo simile. Monaulon erat conuiuiorum, Caulas posuit Philemon. Volaterran<sup>9</sup> eas putat, quas hodie Cornumufas vocat, Phœnix fiebat instar Conigaleæ, Fistula compingebatur ex cannis, lino, & cæra, Cornibus, tubis, lituis, & buccinis utebantur in bello. Nunc etiam tympano. Lacedæmonij instrumentis musicis suorum animos ad bellum euibrabant. Pandura apud Lampridium, nomen est instrumenti musici, quod qui pulsat, vocatur Panduros. Tibicines, fistulicines, cicuticines, Psalmicines, citharædi, cithariste, Lyristæ, Chorastæ, tympaniste dicuntur qui musicis instrumentis videntur. Iulius Pollux multa instrumenta ad hanc artem facientia enumerat. Inter ea quæ pulsantur inquit, sunt lyra, cithara, barbiton, Psalterion, Phœnix, Spadix. Iyrophœnicium, Clepsiambus, Paritambus, lambyce, Scindapsus, Epigoncum, Hypopadus. Cælius ait Naulam alio nomine Psalterium dici. Fuit & Crembalum organum, De generib<sup>9</sup> tibiærum, vide Cælium lib. 5, lect. antiq. Capitibus, 23, & 25, & 26.

¶ Tubicines.

Mifenus  
Triton

Stentor  
Olympius

Aglais  
Agyrtes.



¶ Nisenum Aeolidem Virgil. ait fuisse tubicinem Hæctoris, mortuo demum hæctore, ad hælisæ Aeneæ comitem, & tandem a Tritone deo submersum, q<sup>o</sup> ad certamen tubæ deos marinos irritaret. Verba Virgilij sunt hæc. Atq; illi Mifenum in littore sicco Vt venire, vident indigna morte peremptum. Mifenum Aeolidem, quo non præstantior alter Aere ciere viros, martemque accendere cantu. Hæctoris hic magni fuerat comes. Hæctora circū Et lituo pugnas insignis obibat & hasta. Item subiungit. Sed tum forte caua dum perlonat aquora concha, Aemulus exceptum Triton (si credere

dignum est) Inter saxa virum spumosa immerferat vnda. Idem lib. 3. Aen. Dat signum specula Mifenus ab alta Aere cauo. Proper. lib. 3. Qua iacer & Troiæ tubicen mifenus arena.

¶ Triton fertur esse deus & tubicen marinus. Author Aetnæ. Nā veluti sonitura diu Tritone canoro. Ouidius libro secundo Meta. Cæruleos habet vnda deos Tritona canorum. Idem Ouidius libro primo Meta. Cæruleum Tritona vocat, conchaque sonanti Inspirare iubet fluctusque & flumina signo iam reuocare dato. Stentor fuit tubicen in bello Troiano, cui homerus ferream & inuictam tribuit vocem. Iuuenalis Saty. 13. Tu miser exclamas, vt Stentora vincere possis. Homerus apud Erasmus, Stentoris in specie validi cui ferreavox, qui Quinquaginta alios equas clamore sonoque, Olympi<sup>9</sup> Phrygius tubicē fuit ætate Mydæ regis. Aglais Megaclis filia tubicinio vitam fouit. Agyrtes nomen est tubicinis apud Statium in Achil. lib. 4. scribentem. Tecum lituo bonus adsit Agyrtes, Oculantque tubam tacitos apportet in vsum.

¶ Inuentores diuersarum rerum.

¶ An inuenit fistulam, Virgilius. Pan primus calamos cæra coniungere plures Instituit. Minerua oliuam, Virgil. lib. 1. Geor. Adlis o Tegeæ fauens, oleæ que Minerua inuentrix, Syllius lib. 3. Qua virgo (vt fama est) bellatrix edita lympha Inuento primam Lybien perfudit oliuo. Tripolemus, vel vt alij malunt, Olyris aratrum, Virgil. libro primo Georgi. Vncique puer monstrator aratri. Sidonius. Non cum Tripolemo vendam Eleusim, Qui primas populis dedere aristas. Tibullus lib. 1. Primus aratra manu sollerti fecit Olyris. Et tenuem ferro sollicitauit humum. Ceres cultum terræ & fruges. Virgil. lib. 1. Georg. Prima Ceres ferro mortales vertere terram Instituit, quū iam glandes atque arbute sacra Desiderent syluæ, & victū Dodona negaret. Ouidi. libro quinto Meta. Prima Ceres vnco glebā dimouit aratro. Prima dedit fruges, alimenta que mita terris. Prima dedit leges, Cæceris sunt omnia munus. Item. Et frugū genitrix immēfos lisse labores. Idem

Idem lib. 3. Eleg. Prima Ceres docuit turgescere semen in agris, Falce coloratas subsecuit que comas. Prima iugis tauros supponere colla coegit, Et veterem curuo dente reuellit humum. Lucretius libro quinto. Namque Ceres fertur fruges, liberque liquoris Vitigeni laticem mortalibus instituisse.

Ericthonius rex Atheniensis vulcani & Minerue filius currus & quadrigas. Virg. libro tertio Georgico. Primus Ericthonius currus, & quattuor ausus lungere equos, rapidisque rotis insistere victor. Peletroni Thessalie populi frena, Idem Virg. Peletroni lapythe gyrosque dedere Impositi dorso, atque equitum docuere sub armis Insultare solo, & gressus glomerare superbos. Belge Effeda vehicula. Virgil, libro tertio Aene. Belgica vel molli melius feret Effeda collo.

Aristeus rex Arcadie apum & mellis usum Virgilius libro quarto Georg. Tempus & Arcadie memoranda inuenta magistri Pandere, quoque modo celsis iam sepe iuuentis Insincerus apes tulerit cruor. Ouidius inuentum mellis Baccho tribuit lib. 3. Fasto dicens. Liba deo fiunt, succis quia dulcibus idem Gaudet, & a Baccho mella reperta ferunt. Idem. Liber & inuenti premia mellis habet. Achates igem Silice excutere. Virgilius libro primo Aeneid. Ac primum silicis scintillam excudit Achates, Secundum alios Pyrodes Cilicis filius. Aegyptij listrum, Virgilius libro octauo de Cleopatra. Regina in medijs patrio vocat agmina listro. Sidonius. Quum patrio cleopatra ferox circumdata listro. Martialis lib. duodecimo. Linigeri fugiunt calui, listrataque turba. Ouidius libro tertio Eleg. Quid nunc sacra iuuant, quid nunc Aegyptia profunt Sistra?

Apollo medicinam. Vnde apud Ouidium lib. 1. Meta. sic loquitur. Inuentum medicina meum est, opifexque per orbem Dico, & herbarum subiecta potentia nobis. Idem lib. 1. de Reme. Car. & medicæ Phœbe repertor opis, Aegyptij linum. Ouid. lib. 1. Meta. Nunc dea linigera colitur celeberrima turba, Secundum alios Arachne. Talus puer ferram, Ouid. lib. 8. Ferroque incidit acuto Perpetuos dentes, & ferræ repperit usum Primus.

Iason & Tiphys nauim, secundum ecclesiasticos Noe. Ouidius lib. 1. Meta. Primeque ratis molitor Iason. Tibullus hoc inuentum Tyrijs ascribit dicens. Prima ratem ventis credere docta Tyros, Mercurius lyram. Statius in syluis. Vocalis citharæ repertor Arcas, Græcithrochum. Horatius lib. 3. Car. Venarique timet, ludere doctior Seu Græco iuberis throco, Seu malis vetita legibus alea. Archilochus iambicum carmen. Horatius in Arte. Archilochum proprio rabies armavit iambo, Bacchus vinum. Ouidius libro decimo quinto. Victa racemifero lynceas dedit India Baccho. Pontanus lib. 1. Amorum. Primus pampinea docuit de vite liquorem Expressere, & puris dulcia mella fauis.

Zoroastres artem magicam. Stroza pater. Nec zoroastre as artes, magicæve requirã Carminis auxiliũ, Purpuram Hercules. Politianus in Rust. Aut bis in herculea Milesia vel lera concha Verfatur, Aleman poeta carmen amatorium.

Anaximander milesius horologium & spheram Bizes Naxius tegulas, Sp. Carbilius grammaticus G. litteram, Claudius Centinianus R. litteram, Daphnis pastor carmen buccolicum.

Palamedes Nauplius ordinem literarum, Corax & Ctesias Siculi artem & præcepta Rhetoricæ, Ibycus Rheginus Sambucam.

Perillus taurum Aeneum, qui propterea dicitur Perilleus. Ouidius. Ipse Perilleo Phalaris permisit in ære Edere mugitus & bouis ore queri, Piseus & Tyrreus æneam tubã.

Pheemonoe carmen hexametrum. Politianus. Et Delphica longos Pheemonoe commenta pedes, Simonides Ceus ortem memoriæ, Amphion rationem musicam, Aristeus lactis coagulum, Atreus Solis eclipsem, Aesculapius dentium euulsionem, Aregillus quadrigam in Græcia, Amphytrion somniorum interpretatione, Anagallis puella ludum pile, Palamedes aleam, Tages artem aruspiciam, Capaneus scalas.

Cadmus lapidicinas, auri & metallorum confaturam, Cyclopes ferrariam fabricam, Cecrops coniugium apud Athenienses, Dædalus fabricam lignariam, asciam, & perpendiculum, Empedocles artem oratoriam, Epimetheus statuam ex luto.

Etholus iaculum, Gorgoris mellis usum apud Hispanos, Anaximenes umbrarum rationem, Cadmus soluta orationem, Belus scientiam syderalem, Ethrusci prætextas vestes, Idei Phryges acu vestes facere, Aurum Attalus intexere, Alexandrini colores picture intexere, Galli scutululis diuidere. Fuluius Hirpinus vitaria inuenit. L. Scrigius Orata Ostrearum, Licinius murena reliquorum piscium C. Hirrius murenarum, Delici gallinas saginare,

OFFICINA

¶ M. Lelius auiaria. ¶ Cn. Matius nemora tonsilia. ¶ Argeus agrorum stercorationē. Numa deorū cultū apud Romanos. Mercurius Moly herbam, Hercules heracleon herbā, Mercurius Parthenion, Achilles Achilleon, Melampus melampodion, Teucer Teucrion, Gentius rex Gentianam, Lyfimachus Lyfimachiam, Iuba rex Euphorbiam, Scythē Scythicon, Thraces Ischemonem, Vetones Betonicam, Seruilius Democrates hiberiden, Hierundines Chelidoniā, Canes canariam, Cirnæ Elaphoboscon, Sardonia Peucedanum herbas.

¶ Ancus martius Salinas, Seruius rex, cæs signare. Callias Atheniensis minium, Asinius Pollio bibliothecam apud Romanos, Glycera coronas, Dibutades plasticen, Greci subdialia. Annus Aegyptius vsus cibianorum, in quibus panes coquerentur.

¶ Apollodorus pictor vmbraum imitationem, Staphilius vinum aqua diluere. Secūdū Plinium Aristeus, Glaucus ferruminationem. Atracius artem magicam in Thracia.

¶ Atalus tapetes, qui propterea dicuntur Attalici, Dipelus sculpturam marmoris. Dithyrambus Thebanus versus dithirambicos.

¶ Endymion cursum lunæ, Iphytus Olympiadem, Melissa rex Cretensis deorum sacrificia, Paralus longam nauem, Pilunus Iouis filius & Dauni pater, pinfedi frumenti vsus, Prometheus ignem in ferula seruare, Thon apud Aegyptios medicinam.

¶ Thymele mulier saltationem scænicam, Martialis, Qua Thymelem spectas, derisoriq; latinum, Illa fronte precor carmina nostra legas.

¶ Aegyptij vel Cleantes picturam, Rhodij Celocem nauem, Cinyras regulas, Aegyptij ciuitatem regiam, Hostilius rex latum clauum genus vestimenti, Crassus coronas argenteas, Danaus puteos, Bacchus diadema, Nicias artem fullonicam.

¶ Cloister fusos Hanno Carthaginensis leonum mansuetationem, Chiron artem herbariam, Salaminij hypagium, Hortensius pauos occidere, Lydi lanas inficere, De dulus malum nauis, Thrason muros vrbium, Typhis adminicula nauium, Nero aque decoctionem, Perse vnguenta, Rhadamentus leges, Zeno Eleates & Alexamenus dialogos, Sp. Coruinus diuertium.

¶ Prometheus boues occidere, Boetius artem futrinam, Thales horologium apud Milesios, Bacchus triumphos, Cyclopes turres, Phryges vehiculum quadrirotum.

¶ Icarus vela, Lycurgus munus humani, Oppidum Cecrops.

¶ Rhadamantus Assyrias literas, Anubis & Mennon Aegyptias, Phœnices Græcas.

¶ Carmenta Euandri mater latinas, Copæ populi remum, Plateæ populi latitudinē remi, Phælon nummum & mensuras, Vulcanus fabricam, Minerva artes, Mefon comicus personam, Damon Atheniensis remissam harmoniam, Clonas elegiographus tibicinicas regulas & concentus, Terpander citharœdicas, Polymnestus Colophonius carmina heroica, Secundum alios Phemonoe, vt alijs placet Delphici in honorem Apollinis post interfectum Pythonem, Sabellie, Heroica carmina Phœbo Delphica post cælum cecinit Pythona iuuentus, Olympius Phryx legem tibiale, Hyagnis tibiam lugubrē.

¶ Cecrops simulachra, Pelagus tuguria, Lycaon Lycea, Rheucus & Theodoros Samij artem aeris fundendi & conflandi statuas, Theuth numeros, supputationem, geometriam, talorum & alearum vsus, Artaxerxes longimanus legem venationis.

¶ Chalybes ferrum, Combe puella Asopi filia armaturam, Aeneæ, Anacharsis folles, an choram, bidente, figuli rotam, Pyxodorus vsus marmoris, Asclepiades medicus lectos pensiles, Archytas crepitaculum, Ctesibius hydraulicas machinas, Pollux palestrā, ad quod alludit Statius lib. 2. Syl. Siue catenatis curuatus membra palestris Staret, Amyclea conceptum matre putares, Chus filius Cham idollatriā, Ninus bellum, Vulcanus fulmen, Pontanus, Tum deus ignipotēs inuento fulmine primum Ipse suum miratur opus.

¶ Lydi ludum tesserarum, Darius tributa.

¶ Amazones securim, que propterea Amazonia & Penthesileæ dicitur, & Thermodontia, quod Amazones ad Thermodontē fluuium habitauerint, Horatius libro quarto Car. Amazonia securi Dextras obarmer, Ouidius libro tertio de Pōto, Nec tibi Amazonia est pro me fumenda securis, Mantuanus in Alphonso, Penthesileæ non inferiora securi.

¶ Cottalus Siculus libare pocula, Lycaon bellorum inducias.

¶ Proetus & Acrisius clypeos, Authore Plinio, Loricam, Mydias Messenius, Gladium galeam, hastam lacedæmonij, Ocreas & cristas cares, Arcum & sagittam Scythes Iouis, laculum cum amento, Aetolus Martij filij, Lanceas Aetoli, Hastas velitares & pilū Tyrhenus, Pifeus venabula.

Scorpionem Cretes. Catapultam Syri. Balistam & fundam Phœnices. Testudines Artemon Clazomenius. Arietem Epeus repertor machinæ Troianæ. Turres ambulantes Diades miles Alexandri. Equestrem pugnam centaury. Bigas Phryges. Ordinem exercitus, signi dationem & vigiliam Palamedes in bello Troiano. Fœdera Theseus. Sarmenes primus de equitatu scripsit. Corfes primus barbam sibi rasit Alexandriæculo. Alexander Citherius primus psalterium implicuit chordis. Aeginetæ primi nummum cuderunt. Maris Theisalus primus equum ascendit. Gregorius pontifex maximus primus se feruum feruorum dei appellauit. Paulus heremita solitudinem heremiticam inuenit. Calistus pontifex ieiunia quatuor temporum. Sinon Græcus speculam. Sidonius mensuras & pondera, regnante apud Solymos Hieroboan. Author Eutropius. De literarum inuentoribus reperti sunt sequentes verius admodum vetusti, quos Crinitus ait se legisse in bibliotheca septimana.

Moyles primus Hebraicas exarauit, literas,  
Mente Phœnices sagaci condiderunt Atticas.  
Quas latini scriptitamus, edidit Nicofrata,  
Abraham Syras & idem reperit Chaldaicas,  
Illi arte non minore protulit Aegyptias,  
Gulfila prompsit Getarum quas videmus vltimas.

Aegyptij geometriam inuenerunt. Dierum natalium obseruationem Chaldæi. Scapham Lybici. Sunt & discipuli quædam, quarum inuentum multis tribuitur. Clio fertur historiam inuenisse, Melpomene tragœdias, Thalia comœdias, Euterpe Tibias, Terpsicore psalterium, Erato geometriam, Calliope literas, Vrania astrologiam, Polyhymnia rhetoricam. De alijs rerum inuentoribus vide Plynium.

## De deis.



Ei superni sunt Demogorgon repertus in visceribus terre. Saturnus inuentor falcis, cuius seculo ætatem auream floruisse dicunt. Iuppiter Saturni filius, quem poeta cœlo præesse pulso parente fingunt, ibique fulminare.

Apollo qui propter interfectos Cyclopes diuinitate priuatus. Admeti regis Thessaliæ pauit armenta. Fertur inuentor medicine. Triplex est eius potestas. Vocatur Sol in cœlis, liber pater in terris. Apollo in inferis, Musis præest, armatur arcu sagittis & Clypeo. Perpetua iuuentus eidem tribuitur. Deus est poetarum, vatum & aurum. Genitus fertur in Delo eodem partu quo Diana.

Bacchus Iouis filius & Semeles bisgenitus, & fulminata matre natus ex femore Iouis, dictus propterea femorigena. Vinum reperit, vniuersum orbem peragrauit, debellatis Indis primus omnium triumphauit. Sacrificas habuit & sacerdotes, quæ dicuntur Bacchæ, Menades, Thyades, & Mimallonides. Perpetuam iuuentutem habere fertur vt Apollo.

Mercurius deorum nuncius, deus furum, galero & caduceo ornatus, indutus talaria, deus facultatæ Argi centoculi interfector.

Mars deus belli & armorum, apud Thraces natus, frater Bellonæ, cuius ministri finguntur Impetus, discordia, ira, furor.

Hercules monstrorum domitor, armatus claua, exuuium leonis indutus, Iouis & Alcmenæ filius, odiosus Iunoni, cuius mandato portenta subegit, combustus in Oetha propter indutum pallium Nessi cruore tinctum.

Vulcanus deus ignis, fulminum fabricator, maritus Veneris.

Deæ superæ, Cybele vxor Saturni, vecta leonum iugo, deum mater.

Venus nata maris spuma, dea annorum, vxor Vulcani, mater cupidinis, & gratiarum, facibus armata, Cesto incincta.

Themis quam Deucalion & Pyrrha consuluerunt super humani generis reparatione.

Luno Saturni filia, deum regina, maxima cœlicolum, coniunx & soror Iouis, dea diuitiarum, quæ nubentibus præest, & parientibus.

Ceres dea frugum Saturni & Opis filia, legum latrix apud Siculos, vnde & legifera vocatur a Marone.

Minerua nata ex Iouis cerebro, dea sapientiæ disciplinarum & armorum.

Diana Iouis & Latonæ filia, dea virginitatis, quæ in cœlo Luna, in terris Diana, in inferis vocatur

OFFICINA

feris vocatur Proserpina. Vnde a triplici potestate vocatur triformis. De hac Catullus ait. Montium domina vt fores, Syluarumque virentium, Saltuumque reconditorum, Anniumque sonantium, Tu Lucina dolentibus, Iuno dicta puerperis, Tu potens triuia & notes Dicta lumine Luna.

¶ Dei inferni Pluto, Cerberus, Charon, Minos, Aeacus, Rhadamanthus.

¶ Deę infernae Proserpina, Megera, Chimera, Tisiphone, Clotho, Lachesis, Atropos.

¶ Dei marini Oceanus, Neptunus, Palemon, Pollux, Castor, Nereus, Protheus, Phorbas, Melicerta, Glaucus.

¶ Deę marinę Amphitrite, Thetys, Doris & Nereides.

¶ Dij nemorum Fauni, Panes, Satyri, Syluani,

¶ Pan fingitur deus pastorum, Virgilius in Buccolicis, Pan curat otes, ouiumque magistras.

¶ Tethym deam esse maris indicat illud Virgilianum libro primo Georgicorum, Teque si bi generum Tethys emat omnibus vndis.

¶ De Glaucō Panopęa nympha & Melicerta deis marinis, Idē Virgilius libro primo Georgicorum. Votaq; seruati soluent in littore nauę, Et Glaucō & Panopęę, atque Inoo Melicertę. Propertius libro secundo de Glaucō. Quod si forte tuos vidisset Glaucus ocellos, Eiles Ionij facta puella maris.

¶ Alcinoüs rex Phęacum fingitur deus hortorum, quod hortos & pomaria diligentissime curauerit. Statius. Quid bifera Alcinoi laudem pomaria. Virgilius libro secundo Georgicorum. Pomaque & Alcinoi syluę.

¶ De Protheo deo maris Virgilius libro quarto Georgicorum. Est in Carpathio Neptunigurgite vates Cęrulicus Protheus, Aliter vocatur Vertunnus. Propertius libro quarto. Quid mirare meas tot in vno corpore formas, Accipe Vertunni signa paterna dei.

¶ Syluanus deus est pecoris & aruorum, Virgilius libro octauo, Syluano fama est veteres sacrasse pelagos Aruorum pecorisque deo.

¶ Pomona dea hortorū & pomorū. Ouidius lib. 14. Rege sub hoc Pomona fuit, qua nulla latinas Inter Hamadryades coluit solertius hortos, Nec fuit arborei studiofior altera ferę. Vnde tenet nomen, non syluas illa, nec amnes, Rus amat & ramos felicia poma ferentes, Augurellus. Hinc calathos replet fructibus Pomona beati Fęetibus, Plynius libro. 23. Non cessit his Pomona, partesque medicas pendentibus quoque dedit, Sidonius. Hinc grauidos Pomona sinus pro tempore portat.

¶ Aristęus deus mellis. Vnde Ouidius libro primo Fastorum. Flebat Aristęus quod apes cum stirpe necatas Viderat inceptos destituisse fauos.

¶ Flora deo florum. Ouidius libro quinto Fastorum. Hunc meus impleuit generoso flore maritus, Atque ait arbitrium tu dea floris eris.

¶ Carna dicebatur dea cardinis. Ouidius libro sexto Fastorum. Prima dies tibi Carna datur, dea cardinis hec est. Numine clausa aperit, claudit aperta suo. Hanc deam veteres vis talibus humanis pręesse opinabantur, petebantq; ab ea, vt iocinora corda & alia que sunt intrinsecus viscera salua conseruarentur. Huic templum dicauit Brutus.

¶ Hypona dea erat equorū, quam stabularij colebant, Eius simulacrū locabatur in stabulis. Iuuenalis saryra octaua. Iurat solam Hyponam & facies olida ad pręsepia pictas. Apuleius lib. 2. Meta. Respicio pilę medio, que stabuli trabes sustinebat, in ipso vero meditullio Hyponę deę simulachum residens edicula.

¶ Osyris maritus fuit Isis & rex Aegypti, quem a Typhone fratre interfectum Aegyptij in forma bouis coluerunt, & frequenter immersum aquis, que siuerunt cum luctu, vocaueruntque Apim, que dictio eorum lingua significat bouem, Tibullus libro primo. Te canit, atque suum pubes miratur Osyrim, Barbara Memphitem plaudere docta bouem, Primus in experite commisit semina terrę, Pomaque non notis legit ab arboribus, Sidonius. Hic cererem Siculam Phariis comitatur Osyris, Fr. Mirandula in hymnis, Aegyptus lacerum męrens plangebat Osyrim.

¶ Isis vxor Osyris & Anubis fuerunt Aegyptiorum numina, quorum hunc canina specie reuerebantur. Idem Mirandula, Et latratorem templo sacrarat Anubim, Isis & Pharię numen Crocodilon, & Ibin Atque etiam Pharium instituit malefana Serapim, Lucas libro octauo. Nos in templa tuam Romana accepimus Isim, Semideosque canes, & siftra iubentia luctus, Et quem tu plangens hominem testaris Osyrim, De Ili Propertius libro. 2. Io versa caput primos muguerat annos, Nunc dea, quę Nili flumina vacca bibit.

Castor & Pollux

☉ Castor & Pollux inter numina maris ponuntur, Plynius libro secundo. Et ob id Pollucis & Castori id numen assignant, eosque in mari deos inuocant, Cavillus, iam prece Pollucis, iam Castoris implorata, Tale fuit nobis Mallius auxilium.

☉ Angerona dea a Romanis culta est, quum tota ciuitas angina laboraret, Sacra eius dicebantur Angeronalia, Simulachrum fingebatur digito labris admoto, Plynius libro secundo. Namque diua Angerona cui sacrificatur ad diem, 13. Calendas Ianuarij, ore obligato obfignatoque simulachrum habet, Verrius Flaccus ait Angeronam dictam, quod angores ac animorum sollicitudines depellat.

☉ Syluani rusticorum sunt numina, vt etiam Fauni & Panes. Plynius libro duodecimo, Quin & Syluanos Faunosque & deorum genera syluis ac sua numina tanquam cælo attributa credimus, Politianus in Rust. Et nymphæ & Fauni, & capripedes Satyrisci, Panesque rubens, & fronte cupressifera Syluanus.

☉ Veteres Sciam deam a serendo, & Segestam a segetibus appellabant, Simulachra Romę habuerunt etate Plynij.

☉ Agonius deus dicebatur, qui rebus agendis præerat.

☉ Gallis Romam aduentantibus audita est noctu vox quędam, quę eius rei magistratus monebat. Ex eo tempore Aius deus a Romanis cępit honorari. De hoc meminit Cicero libro primo de diuinatione, Budęus libro quarto de Affe. Nempe inquit, quod Aius ille locutius arcanum nihil esse finit eorum, quę in aula geruntur.

☉ Anculi & ancule putabantur dij & deę ancillarum.

☉ Anaitis dea colebatur a Lydis, eiusque ministerio nobilitate præstantes puellas dedicabāt, quę inibi corporis pudicitia in vulgus data velut angustiores factę, mox viris nubunt.

☉ Atergatis dea colebatur a Syrijs, Strabo. Trans Euphratē est Bambyce, quam Edesam & Hierapolim vocant, in qua Atergatim Syriam deam colunt.

☉ Deuerram deam venerabantur, vt scopis domum possent verrere.

☉ Empanda vocabatur dea, quę rebus patentibus præerat.

☉ Bona dea colebatur a Romanis mulieribus, Ab eius sacrificij arcebantur mares, Tibullus libro primo, Sacra bonę maribus non adeunda deę, Ea fuit Dryas Fauni filia vel vxor quę virilem aspectum adeo refugisse fertur, vt nunquam prospecta sit in publico. Maximo opprobrio datum est P. Clodio, quod eius ceremonias violasset adulterata Pöpeia Q. Pompeij filia, & Syllę nepte, De hac Luuenalis. Nota bona secreta deę, Propertius libro quarto, Fœminę loca clausa deę, fontesque piandos, Impune & nullis sacra resecta viris.

☉ Priapus deus & custos hortorum falcem habuisse fingitur, cuius motu aues & furunculos terreret, Columella. Inguinibus puero prædoni falce minetur, Ouidius libro, 14. Quis que deus fures, vel falce, vel inguine terret, Idem in Fastis, Et rubet hortorum custos. Tibullus libro primo, Pomosisque rubet custos ponatur in hortis, Terreat vt sæua falce Priapus aues.

☉ Hymenæum Veneris filium & deum nuptiarum fecerunt Eius laudes Catullus in Epithalamio Lulij & Manlij cumulatissime scribit, De Hymenęo etiam meminit Pontanus libro primo de amore conjugali dicens, Primus Hymen trucibus molliuit corda puellis, Atque animos facili cõtudit arte feros, Primus inexpertos vinclo sociauit amores, Legitimo fratuens debita iura toro, Et pronis gratę decepto flore iuuentę Primitias Veneris & sua dono dedit.

☉ Thalassij numen Romani etiam in nuptijs inuocabant, Catullus, Lulisti nucibus, Iubet iam seruire Thalassio.

☉ Feronia fuit nemorum dea, Virgilius, Et viridi gaudens Feronia luco.

☉ Fidium sunt qui Iouis filium dicant a fide, Plautus, Per deum fidium credis iurato mihi, Fuit apud veteres Romanos in honore maximo, adeo vt templa cum sacrificijs meruerit, Cultus est a veteribus in quirinali iugo Nonis Iunij, Ouidius in Fastis, Quarecã nonas sancto fidio ne referrem.

☉ Lauernam appellarunt deam furum, a qua & Lauerniones dicti sunt fures. Horatius libro primo Epistolarum, Pulcha Lauerna da mihi fallere, da sanctum iustumque videri.

☉ Limentinus deus præerat liminibus.

☉ Meditrina dea erat medicamentorum, a medendo, Eius sacra vocantur Meditrinalia

☉ Mellonia putabatur dea mellis.

☉ Mena credebatur præesse mensuris mulierum.

☉ Murcida dea, quę reddebat homines murcidos & desidiosos.

☉ Myagrur erat deus muscarum, Aliter vocatur Myodes & Achor, vt docet Plutarchus, De Achore

OFFICINA

- De Achore Plynius Cap. 28. lib. 10. Inuocant (inquit) Cyrenaici Achorem deum muscarum multitudinem pestilentiam afferente, quæ protinus intereunt quæ litatum est illi deo.
- Portunus deus, qui Portubus præerat. Aliter vocatur Palemon & Melicerta.
- Robigo dea & Robigus deus, quos Romani opinabantur a fegetibus rubiginem auertere. Eorum sacra vocabantur Robigalia.
- Salacia dea dicebatur a concitando Salo. Pacuuius. Hinc sæuitiam Salaciæ fugimus.
- Vacuna dea, quæ præerat ociosis & vacantibus. Huic sacrificabant agricolæ, quæ post collectas fruges quiescebant.
- Vallonia putabatur præesse vallibus.
- Vitula dea, quæ iuuenili præerat lætitiæ. Nam veteres vitulari dicebant, pro gaudere.
- Nundina erat dea Romanorum, a nono die nuncupata, qui Iusticus dicitur. Die Iustri eo pueris imponebantur nomina, maribus nono, foeminis octauo, inquit Macrobius.
- Assyrii, deo, quem summum habebant & venerabantur. Adad nomen dederunt. Quæ dictio significat vnum. Subiungunt eidem Atergati deam, de qua iam diximus. His autem duobus omnem rerum potestatem tribuebant. Macrobius.
- Dij Palici colebantur in Sicilia. Horum autem genealogiam Macrobius hunc in modum scribit. Iuxta Simetum Siciliæ fluuium nymphe Thalia compressu Iouis grauida metu Iunonis optauit, vt terra sibi dehisceret. Quod & factum est. Sed vbi venit tempus maturationis infantum, quos alio illa gestauerat, reclusa terra est, & duo infantes de alio Thaliæ progressi emerferunt.
- Hebe Iouis filia. Herculis vxor dicta est dea iuuentutis. Catullus. Hebe nec longa virginitate foret. Baptista Pius. Esse suam credet læta iuuenta deam.
- Fellenus deus fuit Aquileiensium tutelaris ac præses.
- Fro & Thor nomina sunt deorum in historia Saxonis grammatici.
- Furina significat deam furum. Secundum Ethruscos tamen, deam fortium, ad dirimendas lites. Amnius in Berofum.
- Horchia erat dea Ethrusiæ vrbis, cui dicatum est fanum. Ab ea vicus Horchianus sumpsit nomen. Idem Amnius.
- Razenua deus erat Ethruscorum, qui coniugij præerat. Idem Amnius.
- Mania fuit dea & mater Larium, cui pro familiarium sospitate mactabantur pueri. Verum Iunius Brurus consul, hoc sacrificij genus commutauit. Nam capitibus alij & papaueris supplicari iussit. Macrobius.
- Fanus deus, qui euntibus præerat, vel deus anni. Cuius imaginem quum Phœnices vellet exprimere, draconem finxerunt in orbem redactum, caudamque suam deuorantem, vt appareat mundum in se resoluui. Macrobius.
- Volupta dea voluptatis credita est.
- Stercutus Fauni filius, ob artem stercoreandi deus habitus est.
- Achilles in Epyro olim vt deus colebatur. Author Plutarchus.
- Eodem teste Oromasdes fuit Persarum deus.
- Rumiliam veteres dixerunt deam, quæ lactentibus adhuc infantulis præerat. Nam Rumia dicitur mamma. Vnde agni subrumi. Huic deæ sacra faciebant, quæ vocabantur nephalia, in quibus lac effundebatur. Plutarchus in Romulo.
- Consum appellarunt deum consiliorum, cuius aram sub terra inuentam fuisse dicunt. Eius festa vocabantur Consualia. Author Plutarchus in Romulo. Celebrantur autem consualia. 14. Calendas Septembris.
- Dice erat dea & præses iudiciorum, quæ lites & contentiones dirimebat. Eius ministri vocabantur Dicastæ, quasi litium diremptores. Budæus in Pandectas.
- Simulachrum Apollonij Tyanei sub Herculis Alexicaci nomine constitutum, adorabatur ab Ephesijs. Testis Lactantius.
- Auerruncus fuit deus, qui mala a frugibus auerterebat vt Robigus. Author Gellius. Auerruncare enim est auertere & depellere. vt author est M. Varro de lingua latina. Vide annotationes Beroaldi in Seruium.
- Profa & Postuerta deæ fuerunt ita appellatæ, a recti peruersique partus potestate ac nomine.
- Bubona dea bouum & armentorum.
- Pecuniam quoque inter dearum numina reposuerunt.
- Deus æris vocabatur Aesculanus.
- Aeolus habitus est ventorum deus. Vnde Iuno apud Virgilium sic eum alloquitur. Aeole namque



Aeole namque tibi diuum pater, atque hominum rex. Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento. Mantuanus in Apollonia. Ventipotens subito licitoris imagine sumpta Aeolus.

Leucothoe dicitur dea maris, latini matutam vocant, Ouidius. Leucothoe Graijs, matuta vocabere nostris. Propertius libro secundo. Quaeque tibi excepi tum dea Leucothoe.

Veteres pudicitiam, concordiam, mentem, spem, honorem, clementiam, fidem numero deorum ascripserunt. Sed & templum honori dicatum est Authore Plinio.

Libitina habita est dea sepulchrorum & exequiarum, quam Pompilius instituit coli. De hac Horatius libro tertio Carminum. Non omnis moriar, magnaque pars mei Vitabit Libitinam.

Pitho credita est dea eloquentiae, hanc latini Suadam nominant.

Zamolxis Pythagorae discipulus cum praecipit ad Aegyptios penetrauit, quorum ritus & caerimonias quum ad Getas adduxisset, ibidem haberi coepit numis loco.

Janus (quem poete bifrontem faciunt, quod vt opinor, finem & principium anni videat, aut quod praeterita sciuerit, & praeuiderit futura) templum habuit Romae, apertum belli tempore, clausum vero dum pax erat. Hinc Patulcius dicebatur & Clusius. Xenon apud Macrobius testis est Ianus in Italia primum dijs sacra fecisse & ritus factorum instituisse. Simulacrum eius fingebatur, manu dextra trecentorum, & sinistra, 65. numerum continens, ad exprimendam anni dimensionem. Varijs autem nominibus eum appellabant, quae quoniam in Epithetis nostris iam posita sunt non repetimus.

Inter deos etiam numerantur Aesculapius deus medicinae, Genius naturae, Harpocrates silentij, Momus reprehensionis, Cloacina cloacarum.

Vitunus deus credebatur vitam largiri, Sentinus sensum, Dij Selecti dicebantur, quorum maior erat potestas. Fuerunt autem viginti numero, duodecim mares, Ianus, Iuppiter, Saturnus, Genius, Mercurius, Apollo, Mars, Vulcanus, Neptunus, Sol, Orcus, Liber pater, Os foeminae, Tellus, Ceres, Lucina, Iuno, Diana, Minerva, Venus, Vesta.

Hesiodus memoriae prodidit triginta deorum millia in orbe terrarum habita fuisse. Tertullianus ait trecentos loues vel si mauis, Iupitros a M. Varrone enumeratos. Reperiuntur alij quam plurimi dei, vt Vagitanus, Pilumnus, Picumnus, Cunina, Leuana, Edulica, Potina, Statilinus, Statanus, qui pueris praesunt, quum iam possunt stare. Fabulinum & Vagitantum dixerunt, quum fandi & vagiendi principium esset. Picumnus & Pilumnus posuerunt, pro dijs coniugalibus. Cuninam deam infantulorum existentium in cunis. Leuanam cuius opem de terra leuantur. Edulicam & Potinam deas eduliorum & potus. Libentinam deam libidinum & praesidem. Posuerunt etiam Adoneam, Albeonam, Volunam, Volunam, Fessoniam ad hominum vsu, Pelloniam ad pellendos hostes, Agenoream, Strenuam, Stimulam, quod ad aliquid agendum excitarer. Numeriam ad numeros. Habuit febris aedem in palatio. Ad morbos posuerunt Angeronam, Profam, Postuertam, Orbonam, Sentiam, quae dicendis sententijs praerant. Carmentam ad fata, Camoenas ad cantus. In coniugijs, mensuris, partu, funeribus deos confinxerunt Deuerram, Intercidonem, Domiducum, Domitium, Manturnam, Virginensem, Subigum, Premam, Partundam, Populoniam, Menam, Tellumodem, Rufonam, Neniā, Ad frumenta & segetes Tutulinam, Nodinum, Voluntinam, Patalenam, Hostilinam, Floram, Lactucinam, Maturam, Auerruncum, Runcinam, Spinensem propter spinas, Fructesam propter fructus, Rurinam ruri tribuerunt, Collinam collibus, Iugatinum montium iugis, Forulum foribus, Terminum terminis, Palem Pastorum, Empandan paganis, Arculum arculis, Fornacem fornacibus, vnde facta fornacalia. Adiecerunt Tanagream, Allocutium, Anteuortam, Larundam, Monetam, Februum, Larentiam, Mutinum, Alburnum, Maiesam, Veniliam, Bonum ouentum, Vertunum deum Ethruiae. Permissum non fuit in vrbe Roma deos alios assumere, quum quos senatus consensum iussisset. Vnde in libris pontificum ita scriptum erat. Separatim nemo sit habens deos nouos, siue aduenas, Nisi publice ascitos priuatim colunto, Diuos (qui coelestes semper habit) colunto. Constructa a patribus delubra habento.

Tutanus & Tutulina dei a tutando dicti sunt.

Ennius deos auiternos & auitengros vocauit, quod integra eorum eorum aetas atque perfecta sit. Deos quum dicimus, tam de foeminino genere quam de masculino intelligere possumus. Virgilius de Venere. Descendo, ac ducente deo flammam inter & hostes Expedior. Vnde & lunum deum pro luna veteres dixerunt.

Sed & quaedam animalia atque etiam res aliae apud antiquos numinum loco habitae sunt.

Sed & quaedam animalia atque etiam res aliae apud antiquos numinum loco habitae sunt. Troglodite adorant testudines authore Plinio. Aegyptij allium & cepas pro deis colunt, & Crocodilum habent in honore maximo, cui etiam sacra faciunt, maxime Ombite Aegypti populi,

OFFICINA

pti populi, qui sacros dies eidem constituerunt, vt Græci Olympia Ioui. Et si contingat liberos ab eo rapî, parentes gaudent, existimantes se deo placere, cui esca genuerint. De Aegyptiis luuenalis fatyra quinta. Quis nescit Volusi Bithynice, qualia demens Aegyptus portenta colat, Crocodilon adorât. Idem. Illic oppida tota canem venerantur nemo Dianam, Porrum ac cæpe nefas violare, & frangere morsu. Serpentes etiam coluntur a Phœnicibus. In Gadera Hispaniæ vrbe templa fuerunt Senectuti & morti consecrata, Senectuti, quod eâ etatem vt rerum magistrâ venerantur, Morti vt communi quieti & portui miseriarum, Paupertati quoque & fortunæ sacra constitutere.

¶ Fluuij quoque diuinis quondam honoribus culti sunt, habueruntque Simulachra, quædam humana facie, quædam bubula. Apud Lacedæmonios Plutarcho teste templa timori, risui & morti dicata sunt. Aegyptij Solem & Lunam deos fecerunt. Apud eosdem Felles, ibis, aquila, hircus pro deis habentur. Columbe colebantur a Syrijs, Anseres a Romanis propter seruatum capitolium anseris clâgore. Apud Thessalos capitale erat Ciconiam occidisse. Qui Syenen incolunt, Pharos pisces venerantur. Qui Mæotim habitant, Oxyringos pisces habent in honore.

¶ In Ambracia Legnam colebant, vt vindicem libertatis, quod tyrannum interfecisset. ¶ Delphici lupum, quod sacrum aurum in templo expilatum & defossum refodisset. Sarmij ouem, quod aurum itidem surreptum e templo indicasset. Argiui serpentem, Tenedij pregnantem vaccam, cui foetæ ministeria veluti puerperæ exhibent. Draco apud Albam in luco iuxta templum Iunonis Argiuræ colebatur a virginibus, quem certis diebus adibant, eumque suis manibus pascebant. Aspides Aegyptij habebant in honore ac delicijs, quas vna cum pueris educabant. Mustella colebatur a Thebanis.

¶ Medioximos deos antiqui minores vocarunt, Plautus in In Cistella. Ita me dij deæque superi atque inferi & medioximi. Idem deos vocat Patellarios, qui patellis & vasis sacrificio accommodis pacabantur. Ouidius. Fert missos vestæ pura patella cibos. Plautus ipse. Dij me omnes magni minutique & patellarij, Semones eos vocant, qui habent, quicquid a media regione aeris ad terram patet. Semidei a nobis appellantur. Fulgentius Semones appellat deos qui cœlo digni non censerentur, ob meriti paupertatem, cuiusmodi sunt Priapus, Hippo, Vertumnus. Fuerunt in Italia dij municipales, vt Crustumiorum Deluentinus, Narniensium Viridianus, Aesculanorum Ancharia, Volscinensium Nortia.

¶ Romani quoque Larentie deæ sacrificabant, eique Aprilij mense libabat sacerdos Martis, Author idem Plutarchus.

¶ Corys (vt Suidas ait) dea, fuit turpitudinis præfes, apud Corinthios culta, cui intemperantes & calamistrati, commendique corporis studiosi sacra faciebant.

¶ Lacedæmonij Lycurgo legum latori templum condidere, eique vt deo singulis annis sacra fecere.

Filij deorum & Heroum,



Illy Demogorgonis, Litigium, Pan, Clotho, Lachesis, Atropos, Polus, Python, Terra, Herebus.

¶ Filij Terre, Tartarus, Taygetes, Antheus, Nox, Fama,

¶ Filij Herebi, Amor, Labor, Metus, Dolus, Morbus, Pallor, Somnus, Charon, Dies, Aether, Gratia, Inuidentia, Fraus, Pertinacia, Egestas, Miseria, Fames, Querela, Senectus, Tenebra, Mors.

¶ Filij Aetheris, Iuppiter primus, Cælius,

¶ Filij Iouis primi, Apis, Sol, Mercurius, Tritopatreus, Ebuleus, Dionysius, Hercules, Liber pater, Epaphus, Scythia, Minerua,

Diana, Proserpina,

¶ Filij Mercurij secundi, Cupido, Aucstolius.

¶ Filij Beli prisci, Danaus, Aegyptus, Agenor.

¶ Filij Agenoris tertij, Polydorus, Phœnix, Cadmus, Labdacus, Taygeta, Europa.

¶ Filie Cadmi, Semele, Agaue, Autonoe, Ino.

¶ Filij Oedipi, Etheoocles, Polynices, Antigona, Ismena.

¶ Filij Cælij, Vulcanus primus, Mercurius tertius, Toxius, Titanus, Iuppiter secundus, Oceanus, Ops, Tethia magna, Venus magna.

¶ Filij Acherontis, Alcalaphus, Alecto, Thesiphone, Megera, Victoria, Styx.

¶ Filij Titani, Hyperion, Briareus, Ceus, Typhon seu Typhœus, Enceladus, Aegeon, Iapetus, Ascreus, Alous, Palcnes, Runcus, Purpureus, Lycaon, Aurora.

Filij Hyperionis

☾ Filij Hyperionis, Sol, Luna.  
 ☾ Filij Solis, Phaeton, Miletus, Phetusa, Salempetij, Dirce, Paliphae, Oeta, Cyrcce, Aegina.  
 ☾ Filij Latonæ, Apollo, Diana.  
 ☾ Filia Hesperii, Aegle, Heretusa, Hesperetusa.  
 ☾ Filij Atlantis, Hyas, Eudora, Ambrosia, Pyridile, Croni, Phito, Polyxo, Thyenes, Electra, Meta, Sterope, Celeno, Taygeta, Alcyone, Meropes, Calypso.  
 ☾ Filij Promothei, Pandora, Ilis, Deucalion.  
 ☾ Filij Iouis secundi, Apollo, Tityus, Bacchus, Amphion, Zetus, Calais, Lacedæmon, Tantalus, Hercules, Arcas, Diana, Pafitheia, Egiale, Euphrosine, Minerua.  
 ☾ Filij Apollinis secundi, Mopsus, Linus, Phlistenes, Garamas, Branchus, Philemon, Orpheus, Aristeus, Nomius, Acteus, Argeus, Aesculapius, Arabs, Lapyta, Eurynome, Pifice.  
 ☾ Filij Bacchi, Hymeneus, Thyoneus, Thoas.  
 ☾ Filij Amphionis, Archemorus, Antegorus, Tantalus, Phadimos, Sipolos, Xemerchus, Epinitos, Asticratia, Pelopia, Cheloris, Cleodoxe, Ogune, Phytia, Nerea.  
 ☾ Filij Laomedontis, Lampos, Clitio, Ioctæon, Tiron, Priapus, Antigonæ, Hefiona.  
 ☾ Filij Priami, Paris, Hector, Helenus, Caor, Troilus, Deiphobus, Polydorus, Lycaon, Escacus, Anthyus, Ilius, Teucer, Dimocoontes, Echemon, Cremenon, Gorgitō, Cebrion, Phorbos, Doricon, Pæmmon, Aliphon, Agathon, Hippothous, Aganō, Lacoontes, Mifstor, Iphartes, Tefstorius, Tymætes, Polytes, Creusa, Callandra, Iliona, Laodice, Lycaste, Medificastis Polyxena.  
 ☾ Filij Paridis, Daphnis, Idæus.  
 ☾ Filij Saturni, Pluto, Chiron, Picus, Neptunus, Iuppiter, 3, Cromis, Vesta, Ceres, Glauca.  
 ☾ Filij Fauni, Acys, Eurymedon, Latinus.  
 ☾ Filij Martis, Cupido, Enomaus, Tereus, Aescalaphus, Iasmenus, Parthaon, Zefius, Phlegyas, Euannes, Hiperius, Etholus, Remus, Romulus, Britona.  
 ☾ Filij Neptuni, Dorus, Amycis, Phorcus, Albion, Borgion, Thara, Polyphemus, Tilem<sup>9</sup>, Brontes, Steropes, Pyragmon, Naficheus, Melion, Acterion, Aon, Melappus, Bulyris, Pelsagus, Nauplius, Sicanus, Siculus, Celeno, Aello, Ocypete.  
 ☾ Filij Iouis tertij, Acheus, Amor, Castor, Pollux, Palistus, Iarbas, Myrmidon, Xanthus, Lucifer, Orion, Minos, Sarpedon, Rhadamantus, Archifius, Tantalus, Dionysius, Perse<sup>9</sup>, Aon, Eacus, Pilumnus, Mercurius, Vulcanus, Hercules, Acolus, Venus, Proserpina, Helena, Clitemnestra, Mena, nouem muse.  
 ☾ Filij Minois, Androgeus, Glaucus, Deucalion, Ariadna, Phœdra.  
 ☾ Filij Vlyssis, Telemachus, Telegonus, Auxonius.  
 ☾ Filij Pelopis, Atreus, Thyestes, Phyltines, Lyfidice.  
 ☾ Filij Mercurij, Eudorus, Myrtilus, Lares, Euander, Pan.  
 ☾ Filij Vulcani, Erictonius, Cacus, Ceculus, Tullius Seruilius.  
 ☾ Filij Herculis, Oxias, Creœtiades, Tyriomach<sup>9</sup>, Dyichoontes, Ithoneus, Cromis, Agilis, Ilius, Sardus, Cirnus, Diodorus, Tlipolemus, Theifalus, Auentinus, Telephus, Lydus, Lamirus.  
 ☾ Filij Aeoli, Machareus, Mifenus, Criteus, Salmoneus, Iphiclus, Sisyphus, Cephalus, Athamas, Canace, Alcyone.

## ☾ Loca deis sacra.

- 1 Apollini Parnafus, Gryneum nemus, Pafelis, Cynthus, Delos, Claros, Delphi, Patara, Tenedos, Chrysa, Cyrrha, Terapnæ, Soracte, Rhodos, Hyperborei, Malloes, Tegyra Miletus.
- 2 Amori Colchi, Idalium, Thespienses, Pariani, Aegyra.
- 3 Aesculapio Epidaurus, Cos, Pergamus, Tricca.
- 4 Aristeo Arcadia.
- 5 Baccho, Thebe, Nyfa Callichoros, Naxos.
- 6 Cybele Dindymus, Phrygia, Reate, Berecynthus, Pefinuntium, Almo.
- 7 Cereri, Aetna, Enna, Catana.
- 8 Dianæ, Parthenius, Parrhasius, Cynthus, Ephesus, Brauron, Auentinus, Algidum, Delos, Taurus.
- 9 Fauno, Arcadia.
- 10 Fortunæ, Antium, Rhamnus.

Gratijs,

OFFICINA

- 11 Gratijs, Orchomenos.  
 12 Herculi, Thybur, Thebe, Gades, Tyrintha.  
 13 Iunoni, Carthago, Prosimna, Samos, Argos, Mycenæ.  
 14 Ioui, Creta, Pyreus, Elis, & alia loca.  
 15 Ifidi, Paretonium, Pharos, Memphis, Aegyptus, Copton.  
 16 Latonæ, Delos.  
 17 Mineruæ, Ithynus, Pyreus, Aracynthus, Nea, Athene, Triton, Alcomencum.  
 18 Marti, Thermodon, Thracia.  
 19 Musis, Libethris, Aganippe, Helycon, Hippocrene, Sicilia, Thespiæ.  
 20 Neptuno, Tenarus, Onchestus, Trœzenij.  
 21 Nemeli Rhamnus.  
 22 Osyridi Aegyptus.  
 Pani, Lyceus, Menalus.  
 23 Proserpinæ, Sicilia, Enna.  
 24 Plutoni Elis.  
 Priapo Lampfacus.  
 25 Soli Scythæ.  
 26 Sortibus, Preneste.  
 Thefeo, Athenæ.  
 27 Veneri, Amathus, Paphos, Cythera, Idalium, Gnydos, Cyprus, Eryx, Hypæpa.  
 28 Vulcano, Imbros, Therasia, Lemnos.  
 29 Alia loca.



Equentia imprimis loca Apollini sacra fuerunt. Parnafus mons Phocidis diuertex, vbi e spelunca reddebantur oracula teste Luciano. Virgilius in Buccolicis. Nec tantum Phœbo gaudet Parnafia rupes.

Grineum nemus seu oppidum in Ionia, sacrum Apollini habuit fanum. Virgilius in Buccolicis. His tibi Grynci nemoris discatur origo, Ne quis sit lucus, quo se plus iacet Apollo. Ab hoc nemore Apollo ipse dicitur Gryncus. Virgilius libro quarto Aeneidos. Sed nunc Italiam magnam Gryncus Apollo, Italiam Lyciæ iussere capessere tortes.

Phafelis mons est in Lycia, vbi Apollo oracula reddebat. Author Aetne. Dexter mihi carminis author Apollo. Seu tibi dodone potior, tecumq; Phafelis, Seu te Cynthos habet.

Cynthus mons est imminens Delo, vbi Apollo celebre templum habuit, qui propterea Cynthius dicitur. Horatius. Intonsum pueri dicite Cynthium.

Delos insula maris Aegæi, Cycladum vna, in qua natus est Apollo. Prius Ortygia dicebatur. Vnde Apollo Delus & Ortygius. Ouidius libro secundo de arte. Et Paros, & Clario Delos amata deo. Idem libro. 13. Metamor. Intrat Apollineam socijs comitantibus vrbes. Augurellus. Te Claros, necnon Patara regna, Teque natalis tua Delos amplis laudibus tollit, colit & verenter Delphica tellus. Claudianus. Hæsit Apollineo Delos latonia partu. Tibullus libro secundo. Delos vbi nunc Phœbe tua est.

Claros fuit etiam vna Cycladum, in qua Apollo colebatur, qui inde clarius dicitur est. Valerius Flaccus. Nec clarij nunc antra dei, quercusque tonantis Arguerem. Idem apud Ouidium libro primo Metamorphoseos sic loquitur. Mihi Delphica tellus. Et claros, & Tenedos, Pataraeque regia feruit. Politianus in Nutricia. Hunc Phœbæa Claros, Cumq; Neapolis illum protulit.

Delphi oppidum fuit Phocidis, vbi etiam Apollo colebatur, qui propterea Delphicus vocatur. Seneca. Ambage nexa Delphico mos est deo arcana tegere. Aufonius. Lufit & Aacidem Parnafia Delphicolę fors.

In Patara Lyciæ ciuitate sex anni mensibus dabantur Apollinis responsa.

Tenedos Aegæi maris insula, sacra fuit etiam Apollini.

Chrysa Phrygiæ ciuitas itidem & Cilla vrbs sacre fuerunt Apollini. Ouidius libro. 13. Me Tenedon, Chrysemq; & Cillan Apollinis vrbes, Et Syron cepisse, Chrysa vrbs Phocidis sacrum etiam habuit Apollini templum.

Colebatur etiam in Cyrrha oppido Phocidis. Stroza pater. Et Cyrrhæ dominus bis genitusque puer. Statius libro tertio Syluarum. Aut Cyrrhæ pater alpernetur opacę.

Colebatur etiam

- ☞ Colebatur etiam apud Terapnas urbem Laconia. Statius libro tertio Thebaidos. Tæ-  
 nareumque cacumen Apollineasque Terapnas,  
 ☞ Soracte mons est in Phaliscis quondam Apollinis sacer. Syllius lib. 7. Phœbari Soractis  
 honor Charmelus agebat. Idem li. 8. Haud procul & sacrum Phœbo Soracte frequentat.  
 Virg. lib. 11. Summe deum sancti custos Soractis Apollo.  
 ☞ Apollo apud Rhodios in tanto honore habitus est, ut ibidem Colossum haberit inter  
 septem orbis miracula numeratum. Politianus. Conferat aut vasti molem Rhodos aurea  
 Phœbi. Idem in Ambra. Utq; Rhodos solem, Vencrem Paphos atq; Cythera. Iunonemq;  
 Samos, Cereremq; Typhoias Aetna, Me mea Creta colit.  
 ☞ Hyperborei Septentrionales populi frugum primitias Delon mittebant Apollini, quæ  
 precipue colebant. Author Plynus.  
 ☞ Acrephnia urbs fuit Phocidis, ubi Apollo Acrephnius colebatur.  
 ☞ Malloos locus fuit in Lesbo, ubi templum erat Apollinis.  
 ☞ In Entresi Phocidis urbe, Apollo etiam recdebat oracula.  
 ☞ Tegyra urbs Bœotia sacra fuit Apollini, a qua Tegyreus dictus est.  
 ☞ In Mileto lonie Asiaticæ urbe fuit oraculū Apollinis, qui propterea dictus est Milesius,  
 Apul. De Milelij vetustissimum percontatur oraculum. De quibusdam locis Apollini sa-  
 cris Mantuanus lib. 1. de cala. sic meminit. Quicquid habet Delos, quicquid Cadmeia Dir-  
 ce. Quicquid inest Delphis tibi dar, Cynthūq; Rhodumq;, Omnis odoratę seruat tibi glo-  
 ria Daphnes. Est tuus Eurotas, Helycon tuus, ardua Cyrrhę Saxa tenes.  
 ☞ Loca Amori sacra fuerunt. Cholchorum regio & Idalium nemus. Catullus. Sacte pater  
 curis hominum qui gaudia misces. Quiq; regis Colchos, quiq; Idalium frondosum.  
 ☞ Thespenses & Pariani Populi in Hellesponto Amore summa veneratione prosequun-  
 tur, eiusque sacra vocant Erotidia. Apud Aegyram urbem Achæorum Amor colebatur  
 cum fortuna sub eodem tecto.  
 ☞ Aesculapium Apollinis filium colebat Epidaurus urbs Peloponnesi. Plynus Lib. quar-  
 to. In eo Epidaurum oppidum Aesculapij delubro celebre. Ab Epidauro dictus est Epi-  
 daurius. Ouidius lib. 15. Aequore placato patrias Epidaurius aras Linquit. Statius lib. 1.  
 Syl. Progressusq; morans hinc mecum Epidauria proles.  
 ☞ Cos ciuitas seu insula eidem sacra faciebat.  
 ☞ Colebatur etiam Pergami. Martialis lib. 9. Pergameo posuit dona sacrata deo.  
 ☞ Tricca urbs Thessalie templū habuit Aesculapio sacrum, Dolophus & Pindo vicinum.  
 ☞ Aristem mellis deum colebat Arcadia. Virgilius libro quarto Georgicorum, Tempus  
 & Arcadij memoranda inuenta magistri.  
 ☞ Thebis colebatur Bacchus, qui ppter ea & Dirceus appellatur. Horatius lib. 1. Car. Vel  
 Baccho Thebas vel Apolline Delphos insignes. Ouidius li. 4. Meta. Tum vero totis Bac-  
 chi memorabile Thebis numen erat.  
 ☞ Naxos vna Cycladum coluit Bacchum. Statius lib. 4. Achill. Et a tergo decrescit Bacchi  
 ca Naxos. Claudianus. Herculis & Bromij sustentat gloria Thebas. Plynus lib. 4. Nec ce-  
 dentes Athenis claritate, quæ cognominantur Bœotie Thebæ, duorum nominum Libes-  
 ri, atque Herculis (vt volunt) patria.  
 ☞ Apud Nysam urbem Arabiae ferunt Bacchum a Nymphis educatum fuisse. Hinc Bac-  
 chus dicitur Nysæus. Statius lib. 4. Theb. Omnipotens Nysæe pater.  
 ☞ Callichoros fluuius est apud Heracleā Paphlagonie Baccho sacer, quod ab India reuers-  
 tens chorum ibidem constituerit. Valerius Flaccus libro quinto Argon. Preterit & festa  
 vulgatum nocte Lyæi Callichoron, Nec vana fides, his Bacchus in vndis Abluit Eoo ro-  
 rantes sanguine Thyrsos.  
 ☞ Amaritę populi Hircanis proximi Bacchū ab India victorē redeuntē hospitio susceper-  
 runt, eiq; sacra solēna constituerūt actis circum torcularia choreis, q̄diu spumarēt musto.  
 ☞ Cybelen deorum matrem colebant sequentia loca. Ida & Dindymus Phrygie montes.  
 Virg. lib. 10. Alma parens Idæa deum, cui Dindyma cordi. Catullus. Dea magna, dea Cy-  
 bele, Dea domina Dindymi. Hinc Cybele Dindymene. Martialis. Non per mystica sacra  
 Dindymenes. Lucretius lib. 2. Idæam vocitant matrem Phrygięq; cateruas.  
 ☞ In Phrygia Galli Cybeles ministri in honorem deę inter se concertabant & digladiaban-  
 tur ad effusionem sanguinis. Demum cruore vbertim manante concurrebant ad aliquem  
 fluuium deę sacrum, ibidem cultros & plagas loturi. Romani hoc faciebant ad Al-  
 monem fluuium proximum Romæ vndecimo Calendas Aprilis. Valerius Flaccus libro  
 octauo Argon. Sic ubi Mygdonios planctus sacer abluit Almo, Lætęq; iā Cybele, Statius  
 ff Est locus

OFFICINA

- Est locus ante urbem, qua primum nascitur ingens Appia, quaque Italo gemitus Almonae Cybelle Ponit, & Idaeos iam non reminiscitur amnes. Lucanus. Et lotam paruo reuocant Almone Cybellen. Syllius libro. 8. Tepidoque lauant Almone Cybellen. Ouidius. Est locus in Tyberin quolubricus influit Almo. Et magico nomē perdit in amne minor, Illic purpurea canus cum veste sacerdos. Iunonis dominam sacraque lauit aquis.
- ¶ Reate Umbriae ciuitas. Syllius lib. 8. Magnaeque Reate dicatum Coelicolum matri.
- ¶ Berecynthus mōs Phrygiae, a cuius nomine Berecynthia dicta est. Virg. lib. 6. Aen. Qualis Berecynthia mater Inuehitur curru Phrygiae turrata per vrbes.
- ¶ Pefinuntium oppidum Phrygiae, a cuius nomine dicta est Pefinuntica. Apul. lib. 11. Inde primigenij Phryges Pefinunticam nominant deum matrem.
- 7 ¶ Cererem venerabatur Eleufis vrbs Atticae, quod ibidem frugum vsum & agriculturae dea docuiffet. Vnde & Eleufina vocata est. Virgil. lib. 1. Georgi. Tardaque Eleufinae matris voluentia plauftra.
- ¶ Colebatur etiam in Aetna monte, Enna & Catana urbibus Siciliae, a quibus locis vocatur Aetnae, Ennae, Catanensis. Claudianus, Aetnae Cereri proles optata virebat Vnica. Syllius libro primo. Nec Cerere Ennae, Phario nec victa colono. Laetantius. De Cerere Catanensiv el Ennensiv, quarum alterius tanta fuit religio, vt adire templi eius secreta penetralia viris nequas efferet.
- 8 ¶ Sequentia loca Dianae sacra fuerunt, Parthenius Paphlagoniae fluius, Valerius Flaccus libro quinto Argon. Et fatis tibi Tiphynegatum Parthenium, ante alios Triuigij qui creditur amnis. Claudianus libro secundo de raptu. Nec quae Parthenium canibus scrutatur odoris Aspernata choros.
- ¶ Parrhasius mons Arcadiae est etiam sacer Dianae. Claudia. libro secundo de raptu. Candida Parrhasij post hanc regina Lycei.
- ¶ Cynthus mons imminēs Delo, in quo nata est cum Apolline. Hinc vterque Cynthus appellatur. Statius lib. 2. Theb. Illa suas Cyntho comites agat.
- ¶ Ephesus vrbs Ioniae seu Lydiae, in qua templum habuit magnificum, inter septem orbis miracula numeratum.
- ¶ Brauron vrbs Atticae, vbi etiam colebatur.
- ¶ Colebatur & in Auentino & Algido montibus Italiae. Horatius. Quaeque Auentinum tenet, Algidumque, Quindecim Diana preces virorum Curet. Martialis libro sexto. Laudat Auentinae vicinus Sura Dianae. Colebatur etiam in Delo. Virgilius. Notior vt iam sit canibus non Delia nostris.
- ¶ Item in Tauro Scythiae monte. Lucanus lib. 1. Et Taranis Scythicae non mitior ara Dianae. Idem lib. 3. Qua sublimenemus, Scythicae qua regna Dianae. Ouidius lib. 14. Quaeque colunt Scythicae stagnum nemorale Dianae.
- 9 ¶ Colebatur Faunus in Arcadia. Ouidius lib. 2. Fast. Faunus in Arcadia templa Lycæus habet. Idem lib. 4. Stabat Mænalio sacra relicta deo.
- ¶ Antium maritima vrbs Latinorum Fortunam habuit in honore maximo, cui etiam sacra fecit, templumque erexit magnificum. Vnde Horatius libro primo Carminum. O diua, gratum quae regis Antium.
- ¶ Rhamnus seu Rhamnissus oppidum fuit in Attica, in quo Nemesis & fortuna colebantur. Hinc vtraque Rhamnusia appellatur. Virg. in Cyri. Haud fallor, quod te potius Rhamnusia fallat. Ouidius lib. 14. Idaliam, memoremque time Rhamnussidis iram.
- ¶ In Orchomeno Bœotiae vrbe templum fuit dicatum gratijs seu Charitibus.
- 11 ¶ Herculi sacrum fuit Tybur oppidum vicinum Romae, quod inde vocatur Herculeum.
- 12 Propertius lib. 2. Curua tenet Herculeum deportant Effeda Tybur. Ten id est rene per interrogacionem. Virg. in Priapeijs. Gades Herculis humidumque Tybur. Martialis libro. 1. Tybur in Herculeum migravit nigra Lycoris. Idem. Itur ad Herculei gelidas qua Tyburis arces. Stroza filius. Herculeum Tybur, vicinaque rexit lulus.
- ¶ Bœotiae Thebe etiam Herculeum coluerunt, qui propterea Thebanus dicitur. Propertius lib. 3. Cymbala Thebano concrepuere deo. Mantuanus de Tropheis Gonzagae. Brachia Thebani pingit labor Herculis Hydra.
- ¶ Gadibus quoque (vbi columnas posuit) templum habuit Hercules, in quo quidem templo lulius Cæsar animaduersa Alexandri magni imagine, ingemuit, & quasi pertæsus ignam viam suam, quod nihil dum a se memorabile actum esset in etate, qua iam Alexander orbem terrarum subegisset. De Gadibus Litiuis. Annibal Gades profectus Herculi vota exsoluit. Hinc Gades Herculeae dicuntur. Syllius libro. 16. Nam repeto Herculeas Erithraea ad littora Gades.

littora Gades, Stroza filius, Ad Herculeas stirps gressa pelagica Gades;

¶ Tyrintha ciuitas Argis vicina Herculē nutriuit, & vt deum venerata est. Vnde & Tyrinthius appellatur. Virg. li. 7. Aen. Postq̄ Laurētia victor Geryone extincto Tyrinthius attigit arua. Idem lib. 8. Ecce furens animis aderat Tyrinthius.

¶ Sequentia loca Iunonem coluerunt. Carthago vrbs Africę. Virgilius libro primo Aeneidos. Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam Post habita coluisse Samo, hic illius arma, Hic currus fuit.

¶ Colebatur etiam in Prosimna ciuitate. Statius libro primo Thebaidos. Hinc celsę Iunonia templa Prosimnę.

¶ In Samo insula maris Icarij habebatur in honore precipuo. Nam & ibidem fuerat nutrita. Ouidius lib. 8. Et iam Iunonia leua Parte Samos fuerat.

¶ Argos & Mycenę vrbs Achaie Iunonem quoque venerabantur. Horatius lib. 1. Car. Plurimus in Iunonis honorem aptum dicit equis Argos, ditiesq̄ Mycenas.

¶ Phalisci populi Iunonem coluerunt. Ouidius libro sexto Factorum. Adde senem Tatum Iunicolasque Phaliscos.

¶ Creta insula centum vrribus memorabilis Iouem aluit, eique sacra fecit. Vnde & Creteus dicitur. Virgilius libro tertio Aeneidos. Creta Iouis magni medio iacet insula ponto, Mons Idęus vbi, & gentis cunabula nostrę. Claud. Cretaq̄ se iactat tenero reptata tonanti. Lactantius. Ipsius autem Iouis Cretici sacra, quid aliud ostendunt, quam quomodo sit aut frustra patri, aut nutritus?

¶ Pyreus portus Atticę sacer erat Ioui, vt etiam Homole mons Thessalie seu Bęotię, a cuius nomine Iuppiter Homolius dicitur.

¶ Colebatur etiam in Ida, in Latio, in Lybia vbi erat eius oraculum. In Elide. Vnde Virg. eum vocat Idęum, Lucanus Latiale. Latinum Ouidius & Lybicum. Elęum Propertius quoniam in Elide quinto quoq̄ anno celebrabantur ludi Olympici in eius honorem.

¶ Ilium Inachi filiam & deam Aegyptiorum sequentia loca habebant in honore. Paretonium vrbs Aegypti, Pharos, Memphis, & Mareotis pars Aegypti. Ouidius libro nono. Ili Paretonium, Mareoticaque arua. Paronque Quę colis, & septem digestum in cornua Nilum. Idem libro secundo Elegia. Ili Paretonium, genitaliaque arua Canopi Quę colis, & Memphim, palmiferamque Pharon.

¶ Aegyptum sacram fuisse Iliidi Propertius docet lib. 2. dicens. An tibi non satis est fuscis Aegyptus alumnis? Copton quoq̄ insula est in Aegypto sacra Iliidi.

¶ Latona colebatur in Delo, quod Apollinem, & Dianam ibidem peperisset. Virgilius libro tertio Georgicorum. Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos. Ouidius in Ibin. Prędaque sis illis, quibus est Latonia Delos.

¶ Ithynus fuit domicilium Minerę in arce Atheniensi. Catullus. Vnigenamque simul cultricem montis Ithyni Pallada.

¶ Pyreus mons Atticę sacer fuit etiam Miuerę.

¶ Colebatur & in Aracyntho Aetolię monte, a quo Aracynthia dicta est Statius de Diana & Pallade lib. 2. Theb. Illa suas Cyntho comites agat, hęc Aracyntho.

¶ Nea Cycladum vna, sacra fuit etiam Minerę, authore Plynio lib. 4. Nat. Hist. Cap. 12.

¶ Precipua eius dignatio fuit Athenis, vbi & artes inuenisse fertur, atque etiam vrbem ipsam cōdidisse, hinc Athenea, Attica, Cecropia, & Mopsopia dicitur. Horatius libro primo Car. Sunt quibus vnum opus est intactę Palladis vrbem Carmine perpetuo celebrare. Claudianus lib. 2. de raptu. Et pandionias quę cuspide protegit arces.

¶ Colebatur etiam Minerę apud Tritonem fluuium sibi sacrum. Vnde Catullus. Aut rapidi Tritonis hera, & Rhamnusia virgo.

¶ Alcomeneum fuit oppidum Bęotię, cuius conditor iussit ibidem coli Miueram.

¶ Loca Marti sacra sunt Thermodon fluuius Scythię & Rhodope mons, quoniam fertur natus in Thracia. Claudianus. Flumina lauerunt purum Rhodopeia Martem.

¶ Colebatur & in tota Thracia & apud Getas. Vnde Odrysiem eum vocat Statius & Geticum. Sythonium Pontanus & Threicium.

¶ Libethris fons Magnę sacer fuit Musis, vt etiam Hippocrene, a quorum nomine dicuntur Libethrides & Hippocrinides. Virgilius. Nymphę nosster amor Libethrides. Eam ob causam Festus Auienus Camœnalem vocat Hippocrinen, vbi ait. Lympha Camœnalem fudit procul Hippocrenen.

¶ Sunt & alia loca sacra Musis, vt Sicilia, vnde Sicelides dicuntur a Virgil. Aonia seu Bęotia. Helycon mons Bęotię, Pimpla locus vicinus Parnaso, Aganippe fons Bęotię, Sebestus fons

OFFICINA

- thus fons apud Neapolim, Thespiae oppidum Bœotiae, a quibus omnibus locis Epitheta meruerunt. Vide in Capite de Musis.
- 20 ¶ Neptunus templum habuit in Tēnaro Laconiae promontorio, a quo Tēnarius dicitur. Propertius libro primo. Tēnarius facili pressit amore deus.  
 ¶ Onchestus vrbs Bœotiae habuit etiam templum Neptuno sacrum  
 ¶ Neptunum etiam Troezenij summa religione colunt, & eius dei tutelae, eorum ciuitas dedicata est, cui & fructuum primitias deligunt, & insigne in nummo tridentem habent. Author Plutarchus in Theselo.
- 21 ¶ Nemesis dea vltionis & indignationis (que superbos punit & vaniloquos) templum habuit in Rhamnunte Asię oppido, a quo Rhamnusia dicta est, vt Fortuna. Ouidius libro 3. Meta. Dixerat, assensit precibus Rhamnusia iustis.
- 22 ¶ Osyris deus colebatur apud Agyptios. Tibullus libro primo. Te canit, atque suum pubes miratur Osyrim Barbara Memphitem plaudere docta bouem.  
 ¶ Pani facer fuit Lyceus mons Arcadiae. Pontanus libro secundo amorum. Ad quem sepe fui linquens secreta Lycei Pan egit medios sole calente dies. Idem. Menalon ille suum dilectaque rura Lycei, Parrhasięque procul liquerat antra domus.  
 ¶ Item Menalus mons Arcadiae. Idem Pontanus libro secundo de amore coniugali. Et sua cantantem Menala Pana sonant.
- 23 ¶ Proserpina Cereris filia colebatur in Sicilia teste Plutarcho, vnde & Sicula vocatur a poetis. Seneca. Vidisti Siculae regna Proserpinae: vbi primam huius ditionis Proserpina corripit, quod est inuentur arum.  
 ¶ Colebatur etiam in Enna vrbe Siciliae, vnde Ennea quoque dicitur. Lucanus libro sexto. Eloquar immenso terre sub pondere, que te Contineant Ennea dapes. Syllius libro primo. Atque Ennee numina diuæ. Atque Acheronta vocat.
- 24 ¶ Apud Elæos delubrum sacrum fuit Plutoni semper clausum & obseratum, præterquam quod semel tantum quotannis aperiebatur. Plutonem autem ideo colebāt Elæi, quod eius præsidium sensissent contra vim Herculis.  
 ¶ Lampfacus vrbs Helleponti Priapum coluit. Ouidius libro sexto Fastorum. Lampfacos hunc soli solita est maciare Priapo.
- 25 ¶ Scythae vnicum Solem deum putant, cui equum immolant.
- 26 ¶ In Præneste vrbe Italiae colebantur Sortes, & Fortuna, quæ propterea prænestinae vocantur. Propertius libro secundo. Nam quid prænestis dubias o Cynthia sortes, Quid pestis Aei mœnia Telegoni: Syllius. Sacrisque dicatur Fortunę Præneste iugis. Statius libro primo Sylvarum. Et Prænestine poterant migrare sorores.  
 ¶ Athenienses octauo cuiusque mensis die sacra faciebant Theselo, eique diuinos honores exhibebant, ob collata in patriam beneficia. Author Plutarchus.
- 7 ¶ Sequentia loca sacra sunt Veneri. Amathus in insula maris Aegæi, a qua vocatur Amathusia & Amathusis. Virg. lib. 10. Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera. Idalię que domus. Stroza filius. Est Paphos, est Amathus Veneri sunt pulchra Cythera. Pontanus. Que referant veteres formosę Amathusidis ignes. Politianus. Semper & ancipiti stumulus Amathusia cura. Colebatur etiam in Cypro insula, & Papho eiusdem insule vrbe. De Cypro & Memphi Aegypti vrbe (vbi etiam sanum habuit) Horatius lib. 3. Carminū. O que beatam diua tenes Cyprum, & Memphium carentem Sythonia niue. Idem lib. 1. Sic te diua potens Cyprī. Ouidius lib. 10. Festa dies Veneris tota celeberrima Cypro Venerat. A Cypro dicitur Cypria, Cypris & Cyprigena. Mantuanus in Fastis. Cyprigenæ campos & regna per ardua Phœbi. De Papho & Gnydo Horatius lib. 3. Car. Que Gnydon, Fulgentesque tenet Cycladas & Paphum. Statius lib. 1. Syl. Non fecus alma Venus, quam si Paphon æquore ab alto, Idaliasque domos, Erycinaque templa subiret. A Papho Paphia, & Gnydo Gnydia dicitur. Plynius lib. 7. Praxiteles marmore nobilitatus est. Gnydia que Venere præcipue. Præcedentia exempla docent Idalium nemus & Cyclades & Cythera sacra fuisse Veneri. Ab Eryce monte Siciliae sibi sacro dicta est Erycina. Horatius lib. 1. Carmi. Siue tu maus Erycina ridens.  
 ¶ Hypēpa vrbs proxima Timolo sacra fuit etiam Veneri. De hac vrbe Ouidius de Arachne. Orta domo parua, paruis habitabat Hypēpis.
- 28 ¶ Imbros insula est Thracię Vulcano sacra, quem inde Imbranium vocant. Valerius Flaccus. Proręque accesserat Imbros. Inter Leparam & Therasiam insula est Therasia Vulcano sacra. Author Plynius libro tertio. Præcipuus Vulcani cultus fuit in Lēno insula, a qua Lemnius dictus est, vt Lemnos ipsa Vulcania. Ouidius libro decimo tertio. Nec Peantiadē quod habet



quod habet Vulcania Lemnos, Virgilius libro octavo Aeneidos. Hec pater Acolijs prope  
rat dum Lemnius oris, Ovidius. Lemnius extemplo valuas patefecit eburnas.

De alijs locis in quibus dii habitati sunt in honore, Ovidius libro tertio Fastorum.

29

Pallada Ceropide, Minoia Creta Dianam,

Vulcanum tellus Hypsipylea colit,

Iunonem Sparte, Pelopeiadesque Mycene,

Pinigerum Fauni Menalis ora caput,

Mars latro venerandus erat, quia praesidet armis. Mantuanus libro secundo de calamita-  
ribus temporum varia loca diuersis dijs sacra connumerat his verbis.

Numina fallebant sículos Erycina colonos,

Iuppiter a Lybicis qui nomina sumit arenis,

Aethiopes, folisque domos ardore perustas.

Gnoscicos Dictynna lares, & rura Caystri,

Meotisque lacus, & clari regna Thoantis

Iussit vbi humanum spargi dea saeva cruorem,

Perfida Cecropiam Iussit Rhamnusia plebem.

Attica Cecropios Pallas, Rhodon altus Apollo.

Ortygiaeque breuem micone giaroque ligatam.

At tyriae Iuno Libycas Carthaginis arces,

Thraicijque Sami circumdata fluctibus arua.

Barbara Cornigerum Memphis plorabat Osyrim,

Laetaque percusso pubes Aegyptia sistro,

Inachiae celebres veniebat ad Idis aras

Dindyma per Cybellenque Phryges resonantia galli

Sacra dabant matri diuum, per Gargara & Idam

Buxa multifori stridebat tibia cantu.

Idem Mantuanus.

Nec Cyprum Venus alma videt, nec Delphica

Phoebeus templa, nec Alcides Thebas, nec Cynthia

Delon, nec Iuno sua rura Samon, nec Gnosia regna

Iuppiter, extincta fugit Vulcanus ab Aetna,

Quamuis claudus erat, triuiae vicina petiuit

Atria praepetibus pennis, celerique volatu,

Nec cupressiferam Cyllenen aspicit Hermes,

Nec Tyberim mauors audax.

Lactantius libro primo de falsa religione. Summa veneratione coluerunt Aegyptij Iside.

Mauri Iubam, Macedones Gabyrim, Pœni Vranum, Latini Faunum Romani Quirinū,

Athenae Mineruam, Samos Iunonem, Paphos Venerem, Lemnos Vulcanum, Naxos Li-

berum, Apollinem delphi.

Deorum victimae.

1	Bacchi caper	6	Isidis Anser	11	Herculis taurus
2	Cereris porca	7	Noctis Gallus	12	Saturni pur
3	Solis equus	8	Fauni capra	13	Aesculapij gallus
4	Dianae cerua & canes	9	Neptuni taurus	14	Maij fus
5	Priapi asinus	10	Mineruae capra	15	Bonae deae porca



Aper & Asinus immolabatur Baccho, Caper, quod eius vites ro-  
fisset. Virgilius libro secundo Georgicorum. Non aliam ob causam  
Baccho caper omnib<sup>9</sup> aris Caeditur. Ovidius libro secundo de pon-  
to. Nec dabit intonso iugulum caper hostia Baccho. Martialis li-  
bro quinto. Vite nocens roseas stabat moriturus ad aras Hircus,  
Bacche tuis victima grata focus. De asino Plinius libro vigesimo  
quarto. Ferulae asinis gratissimae sunt in pabulo, ceteris vero iumē-  
tis presentaneo veneno. Qua de causa id animal libero patri assi-  
gnatur, cui & ferula. Herodotus ait porcum etiam fuisse immola-  
tum Baccho,

ff iij Cereri mactabatur

OFFICINA

- 2 **C** Cereri maſtabatur porca, quod hoc animal eiufdem fruges violaffet. Ouidius libro primo Faſtorum. Prima Ceres auide gauifa eſt fanguine porce, Vta ſuas merita cede nocentis opes. Nam ſata vere nouo teneris lactetia fuccis Eruta fetigerę comperit ore ſuis. Idem libro ſecundo de ponto. Accipiet grauidę cur ſuis exta Ceres.
- 3 **P**erſæ immolant equum Soli. Ouidius libro primo Faſtorum. Placat equo, Perſis radijs Hyperiona cinctum, Ne detur celeri victima tarda deo. Sabellicus, Non tibi Phœbe celer hic cadit icſtus equus.
- 4 **D**ianę cerua immolabatur. Ouidius libro primo Faſtorum. Quę ſemel eſt triplici pro virgine cęſa Dianę, Nunc quoque pro nulla virgine cerua datur. **S**abeji & Theſſali canes Dianę etiam immolabant. Idem Ouidius. Extæ canum T riuia vidi maſtare Sabęos, Et quicumque tuas accolit Hæme niues.
- 5 **P**riapo etiam immolabant Aſinum, quod quum hic deus Lotidem Nympham dormientem ſurtim ſtuprare vellet, in teſtuo aſini clamore coitu fuiſſet impeditus, eumq; excitata virgo manibus reieciſſet magno omnium (qui aderant) riſu. Ouidius libro primo Faſtorum. Cęditur & rigido cuſtodi ruris aſellus. Cauſa pudenda quidẽ, ſed tamen apra deo, Lactantius. Quum dii omnes ad feſtum magnæ matris conueniſſent, epulisque fatiati noctem luſibus ducerent, quieuiſſe ibi Lotidem, ſomnumque cepiſſe. Ibi Priapũ ſomno eius ac pudicitia inſidiatum, ſed illam in teſtuo clamore Aſelli (quo Silenus vehebatur) excitatam, libidinem vero inſidiatoris eſſe deſectam. Hac de cauſa Lamplacenos Aſellum Priapo quaſi in vltionem maſtare conſueuiſſe.
- 6 **A**nſer Iſidi Inachi filia. Ouidius libro primo faſtorum. Nec deſenſa iuuant Capitolia, quominus Anſer Det ſecur in lances Inachi laura tuas.
- 7 **G**allus gallinaceus immolabatur nocti. Idem Ouidius. Nocte deæ noctis criſtatus cęditur ales. Quod tepidum vigili prouocat ore diem.
- 8 **F**auno capra. Ouidius libro ſecundo Faſtorum. Cornipedi Fauno cęſa de more capella, Venit ad exiguas turba vocata dapes.
- 9 **N**eptuno taurus. Statius lib. 5. Achill. Cæruleum regem tauro veneratur auumque Ne rita, Syllius lib. 15. Principio ſtatuunt aras, cadit ardua taurus victima Neptuno pariter, pariter que tonanti. Virgilius. Taurum Neptuno, Taurum tibi pulcher Apollo.
- 10 **M**ineruæ capra, q; caprarum morſus exitialis ſit oliuę, quam illa amat. Plynius lib. 8. Oliuam lambendo quoq; ſterilem faciunt. Ea; ex cauſa Mineruę immolatur.
- 11 **M**enœcius Actoris filius taurum Herculi primus ſacrificauit propter fulmineum taurũ ab ipſo Hercule interfectum, de quo Seneca in Hercule Oethæo. Vna eſt Geryon ſparſus manu, Taurus que populis horridus centum pauor.
- 12 **C**arthaginẽſes vsque ad excidium vrbs ſuæ ingenuos pueros Saturno ſemper immolarunt. Authore Curtio libro quarto de geſtis Alexandri. Quod genus ſacrificij Tauricæ Dianę factum legitimus in Scythia.
- 13 **P**riſci Aſculapio medico Phœbi filio Gallum ſacrificabant Authore Cælio.
- 14 **S**us pręgnans maſtabatur Maię Authore Macrobio lib. primo Satur. De victimis deorum vide Ouidium libro decimo quinto Metamorphoſeos.
- 15 **B**onæ deę ſacrificabatur porca. Vnde luuenalis ſatyra ſecunda. Atque Bonam tenerę placauit abdomine porcæ.

**D**eorum feſta quibus vocentur nominibus.



Esta ſeu ſacrificia Bacchi vocantur Bacchanalia, Orgia, Trieterica, Nyctileia, Liberalia, Dionyſia & Cotytia a Cotyde rege Thracum, qui ſacra Baccho inſtituit.

**S**acra Cereris vocantur Cerealia & Theſmophoria, vt Ceres ipſa Theſmophoros id eſt legifera. Plynius lib. 24. Quoniam matronæ in Theſmophorijs Athenienſium caſtitem cuſtodientes ijs folij cubitus ſibi ſternunt. Plutarchus ait Adonia fuiſſe ſacra Cereris.

**P**roſerpinę Cocytia a Cocyto infernali fluuio.

**S**aturni Saturnalia & Chronia. Nam Saturnus ipſe Chronos dicitur a Gręcis.

**L** Laurentię Laurentalia.

- ¶ Opis (quæ Coeli & Vestæ filia & Saturni vxor dicitur) Opalia.  
 ¶ Palis deæ pastorum Palilia. Tibullus libro secundo. At madidus Bacchosua festa Palilia pastor Concinet. Propertius libro quarto. Annuaque accenso celebrare Palilia foeno. Idē Vrbī festus erat dixere Palilia patres. Persius. Et focus, & porci, & fumosa Palilia foeno.  
 ¶ Romuli vel Martis Quirinalia.  
 ¶ Vertumni seu Prothei Vertunnalia.  
 ¶ Bonæ deæ Gynecia, nam Græci eam vocant Gyneciam. Author Plutarchus in Cæsare.  
 ¶ Mineruæ Panathenea. Erant autem Agones Gymnici, quos Theseus in honorem deæ primus Athenis instituit. Authore Plutarcho. Erant etiam Mineruæ Quinquatria, quæ fiebant quinque diebus post atrum diem. Ater autem dies erat post idas. Ouidius. Vna di es media est, post fiunt sacra Mineruæ. Nomina quæ a iunctis quinque diebus habent.  
 ¶ Floræ deæ floralia.  
 ¶ Carnæ deæ cardinum Carnia, quæ fiebant Sparte.  
 ¶ Iouis dii polia, seu diasia, teste Cælio.  
 ¶ Iunonis Hærea, quod Iuno ipsa hera diceretur. Ennius apud Ciceronem lib. i. de Offi. Vos ne velit an me regnare hera, vbi per heram nonnulli fortunam intelligunt.  
 ¶ Mercurij Mercurialia & Hermæa.  
 ¶ Musarum Musæa.  
 ¶ Herculis Nemea ab Argiuis instituta, ob leonem ab ipso interfectum in Nemea sylua.  
 ¶ Fauni Lupercalia, quæ februario mense fiebant.  
 ¶ Solis Mitriaca, quoniam Persæ Solem appellant Mitram. Apud eos autem fiebant hæc sacrificia in antro, educto cornibus boue, quem deo immolabant.  
 ¶ Priapi Phallagogia. Nam Phallum antiqui virile membrū appellabant. Author Theophrastus Cyrensis.  
 ¶ Megalesia ludi erant dicati in honorem magnæ matris à Iunio Bruto, de quibus Livius; M. Iunius Brutus (inquit) eadem magnæ matris deum in palatio dedicauit, & ludos ob eandem dedicationem factos Megalesia appellauit.

¶ Sacrificiorum & victimarum diuersa genera.

Agonia	Munychia	Rubigalia
Dapla	Nouendium	Fontanalia
Farreatio	Nudipedalia	Ornea
Hecatombe	Nyctileia	Parentalia
Hostia	Palatual	Inferiæ
Hyacinthina	Pastillum	Consualia
Armilusstrum	Popularia	Lampteria
Ianual	Proteruia	Amburbium
Lucaria	Scenophegia	Vinalia
Lupercalia	Solitaursilia	Thyia
Meditrinalia	Stata	Holocaustum,

¶ E X P L A N A T I O.



- Gonia & agonalia ludi erant, qui fiebant in honorem dei Agonij, vel in monte, quem illi Agonem vocabant. Agonias etiam veteres dixerunt hostias, ab agendo.  
 ¶ Dapla genus erat sacrificij, quod fiebat hyeme sæuiente.  
 ¶ Farreatio in nuptijs fiebat farreo libo. Aliter vocabatur confarreatio. At quum dissoluebantur nuptiæ, diffarreatio.  
 ¶ Hecatombe sacrificium erat centum victimarum, vel quia centum Peloponnesi vrbes id faciebant. Iuuenalis satyra duodecima. Existunt qui promittunt Hecatomben. Sidonius Apol. Vix se post Hecatombeon litatum Suetus promere Syricum Barathro,  
 ¶ Hostia erat victima, quæ immolabatur cæsis hostibus. Sacrificabatur autem Laribus, quorum ope victi credebantur hostes. Ouidius. Hostibus a domitis hostia nomen habet.  
 ¶ Hyacinthina erant quædam sacra nocturna.

OFFICINA

¶ Armilustrum sacrificium erat apud Romanos, in quo armati rem diuinam faciebant, tu bisque canebant sacrificantes.

¶ Lanua erat genus libi, quod soli Iano immolabatur.

¶ Lucaria festa Romani celebrabant in luco, in quo fugati a Gallis sese occuluerant.

¶ Lupercalia erant sacra instituta ab Euandro rege Arcadum in honorem Panos propter Romulum & Remum nutritos a lupa in Auentino monte, vbi fiebant. Luperci dicebantur ministri horum sacrorum. Stautus libro quinto Syluarum. Et tua multum Verbera succincti formidauere luperci. Celebrabatur lupercalia mēse Februario atris diebus expiationis gratia. In his iugulabant capras, tum duos adolescentes eo sistebant, quorum frōtes alij cultro sanguine perfuso tingeabant, alij statim lanam lacte madentem admoventes abstergebant, absterfos pueros oportebat ridere. Hi demum incisus in particulas & lora caprarū pellibus discurrebant in orbē, & si qui obstitissent, cedebant scuticis. Mulieres adulta etate vltro se ad verbera offerebant, ratae eam rem ad fecunditatem conducere. Canem poro immolabant Luperci. Plutarchus in Romulo.

¶ Meditrinalia sacra erant, quae fiebant in honorem Meditrinae deae medicamentorum.

¶ Munychia erant festa Palladis, a Munychio Athenarū portu, vel a Munychio rege quodam, eorum auctore.

¶ Nouendum seu nouendiale sacrificium erat exequiale, quod fiebat nono die post mortem alicuius. Horatius. Nouendiales dissipate pulueres.

¶ Nudipedalia erant quaedam sacra, quae sacerdotes nudis pedibus faciebant Hierosolymis. Nyctileia Bacchi sacrificia, quae nocturno fiebant tempore.

¶ Palatual sacrificium erat, quod Romae fiebant in palatio.

¶ Pastillum auctore Festo fuit genus libi rotundi, quod dijs offerebatur.

¶ Popularia sacra, quae ab omnibus ciuibus fiebant, nec erant priuatarum familiarum, sed omnium communia, vt a dijs impetrarentur, quae spectabant ad cōmunem populi salutē.

¶ Proteruia fuit sacrificij genus, in quo quicquid ex epulis supererat, incēdio dabatur. Au sonius. Capripedes agitat quum leta Proteruia Panas. Albidius adolescens quum vniuersum patrimonium decouisset, & aedes vnas (quae supererant) rerum desperatione, dedisset incendio, serunt Catonem hoc in eum cauillo vsū fuisse. Hic proteruiam facit. Facere autem proteruiam adagium est in prodigos, qui omnia assumunt vsque ad assem. Macrobius libro secundo.

¶ Scenophegia erant tabernaculorum festa, in quibus Iudaei faciebant tabernacula ad similitudinem eorum, in quibus habitauerant, quum peruagarentur Aegyptum.

¶ Solitaurilia sacrificia erant trium victimarum tauri, arietis, & suis. Plynius libro octauo. Si potiat, Marti Solitaurilibus piaculum fieri. Censores lustrantes urbem cōpleto quin quennio solitaurilia faciebant teste Alconio. Quintilianus existimat nomen ipsum cōpositum esse a tribus particulis. Ita tamen vt non tam ex tribus quam ex particulis trium solitaurilia coagmententur.

¶ Stata erant certa ac stabilita, statutisque diebus fieri solita. Cato. Sacra stata, solennia sancta seruasti.

¶ Rubigalia dies erant festi instituti ab antiquis ad amolliendam frugum rubiginē. Quales sunt nostro tempore supplicationes amburbiae & amburuales, quae fiunt vt fructus terrae agricolarum voto respondeant. Budeo teste, Plynius lib. 18. Rubigalia numa cōstituit, quae nunc aguntur ad septimum Calendas Maij, quonia tunc fere segetes rubigo occupat.

¶ Fontanalia sacra erant fontium, quae fiebant coronatis pueris & fontibus.

¶ Ornea sacra erant Priapi, quem Corinthij Orneum vocabant. Celebrabant autem haec festa Nymphae ad Alebedum prope Colophonem.

¶ Parentalia erant sacra funesta, quae fiebant ab antiquis in honorem parentum mortuorū. Cuiusmodi sunt anniuersaria nostra. Parentare est hoc sacrificium facere. Cicero in Philipp. Vt parentalia cum supplicationibus miscerentur. Idem. Vt cuius sepulchrum nusquam extet, vbi parentetur, ei publice supplicetur. Decius & Brutus parentabant Decēbri mense, quia Saturno consecratus est hic mensis, quem habent in numero deorum inferorum. In parentatione absumebantur fabae, quod in eis mortuorum animas esse dixerint. Blondus Flauius libro secundo.

¶ Inferiae sacra sunt etiam mortuorum. Suetonius in Caligula. Inferiasque his annua religione publice instituit. Idem in Vitellio. Adhibita publicorum sacerdotum frequentia inferias Neroni dedit. Cornelius Tacitus de Vitellio. Apud bonos inuidiae fuit, quod extruatis in campo Martio aris inferias Neroni fecisset.

¶ Confualia sacrificia fiebant in honorē Consi, qui habebatur deus consiliorum. Hęc prius fecisse Romulus dicitur apud Romanos ad comparanda matrimonia, vbi Sabine rapte fuerunt.

¶ Græci Dionysium colebant cognomento Lamptera id est faculam, eiusque festa vocabant Lampteria. Ferebant enim noctu faces ad templum, vini pateris tota vrbe cōstitutis.

¶ Amburbium seu Ambaruale supplicationes erant, quæ fiebant in ambiendis vrbibus, agrisque iustrandis. De hoc intellexit Lucanus libro primo dicens, Mox iubet & totā pavidis a ciuibus vrbem Ambiri, & festo purgantes mœnia lustro Longa per extremos Poœria cingere fines.

¶ Talia erant apud Romanos Vinalia, qualia apud Thebanos Dionysia.

¶ Thyia festum erat Bacchi apud Elæos, in quo vacuę hydrię, templo obserato, vino implebantur noctu.

¶ Holocaustum seu Holocaustoma sacrificium erat, in quo exta victimarum aris superposita comburebatur, de quo Virgilius. Et solida imponit taurorum viscera flammis. Pique superque oleum fundens ardentibus extis. Iosephus Quando (inquit) tota victima quę immolatur, incenditur, id sacrificium nomen holocaustomatis habet.

¶ Porro Orgia Orpheus inuenit in Thracia. Matris deorum sacra phrygię quotannis crudelissimis certaminibus faciebant, Rhodij hominem Saturno sacrificabant. In Salamine insula homo Diomedei immolabatur, Diana Taurica humanis placabatur victimis. Dionysio apud Chios homo crudeliter discerptus sacrificabatur. Lacedæmonij hominem Marti immolabant, Phœnices in bello & pestilentia amicissimos homines immolabant Saturno; Eidem in Creta sacrificabantur pueri. In Laodicea Syrię virgo immolabatur Palladi, Arabes singulis annis puerum immolantes sub ara sepeliebant, Græci priusquam prodiret in bellum humanas victimas dijs offerebant. Aristomenes Messenius, 200. homines Ioui sacrificauit. Athenienses bello petiti & victi a Minoe rege Cretę propter interfectū Androgeum eius filium cogebantur quotannis septem mares ac totidem fœminas in Cretā mittere sacrificandos. Scythę quoscumque aduenas repererint, Dianę immolāt. In pella Thesalię ciuitate singulis annis homo immolabatur Peleo & Chironi, Galli Esum & Teutatē humano cruore placabant. Lactanti tempore Latialis Iupiter sanguine colebatur humano, Carthaginenses ab Agathocle victi, quum iratum sibi Saturnum crederent, ducentos ei nobilissimos iuuenes immolauerunt. Author Lactantius, Apud Romanos sacrorum author fuit Numa, qui instituit colere deos fruge, & mola saxa supplicare. Vocabula ad religionem spectantia sunt Cerimonia, sacrificium, cōsecratio, superstitio, dedicatio, piaculū, iusiurandum, hostiæ, Mola erat far tostū, sale aspersum. Sacrificare est petere, vt detur venia, Litare est propiciare, vel sacrificium rite facere. Apud Lyndum oppidum Rhodiorū fiebat sacrificium in honorem Herculis, quod probris & conuicijs peragebatur. Hinc adagium natum, Herculi Lyndio sacrificare, id est sacris deuotionibus vti. Ritus sacrificij quę fiebat in honorem Cybeles, Ouidius in Fastis sic exprimit. Ardua iamdudum resonat tintinibus Ida, Tutus vt infanti vagiat ore puer, Pars clypeos sudibus, galeas pars tundit inanes, Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus. Res latuit, prisque manent imitantia facti Aera deæ, comites rauaque terga mouēt. Cymbala pro galeis, pro scutis tympana pulsant, Tibia dat phrygios (vt dedit ante) modos. Sali sacerdotes Martis, eidem sacra faciebant salientes, Victimarum superstitio emanauit ab Hyperbio Martis filio, vt placet nonnullis, quę animal primus occiderit, vt Prometheus occidit bouem. Apud Delphos nullum reddebatur oraculum, nisi tota victima ab imo contremuisset, membris omnibus agitata. Phaselitę populi falsos pisciculos dijs immolabant. Cares vero canem. Hinc Caricam victimam dicuntur immolare, qui vilissima largiuntur. Libabatur etiā vinum sed merū. Prosepe Asopum fluuium habitatores singulis annis diem vnum sacrum faciunt Eumenidibus quibus pręgnantes oues immolant. Amastris Xerxis regis vxor pro salute propria decem defodit viuos homines. Berofus prodit fuisse apud Babylonios festum Saceas nomine solitum agi quinque diebus, quibus serui imperabant dominis. Coi lunoni sacrificantes seruos a conuiuio reijciebat.

Sacerdotes deorum.

1 Panthus  
Anius  
Lychas

2

Hemonides  
Phœbades  
Lacoon

3

Polybetes  
Sofratus  
Alphitus

Calybe

OFFICINA

4	Calybe Alcyone Theron	7	Barthabaces Cotys Bacchæ		Megabyzus Myxus Sethon
5	Potitius Pinarius	8	Hypeccaustria Lysimache	11 12	Salij Hierophante
6	Choreus Melissa	9	Mera	14	Alij
		10	Iphigenia		



- 1 Pollinis sacerdotes fuerunt Panthus Othrij filius. Virgilius libro secundo Aene. Panthus Othriades arcis Phœbiq; sacerdos. Idē. Nec te tua plurima Panthu Labentem pietas, nec Apollinis infula textit. ¶ Anius rex, Virgil. libro tertio Aene. Rex Anius, rex idem hominum Phœbique sacerdos. Ouid. lib. 13. Hunc Anius, quo rege homines, antistite Phœbus Rite colebatur. ¶ Lychas, Virgil. libro decimo. Inde Lycham ferit exertum iam matre perempta Et tibi Phœbe sacrum.
- ¶ Hemonides, Idem libro decimo. Nec procul Hemonides Phœbi Trivieque sacerdos. Infula cui sacra redimibat tempora vitta. Phœbades dicuntur Phœbi sacerdotes.
- 2 ¶ Neptuni Laocoön Troianus. Virgilius libro secundo Aeneid. Laocoön ductus Neptuno sorte sacerdos, Solennes taurum ingentem macabat ad aras.
- 3 ¶ Cereris Polybetes. Virgilius lib. sexto Aeneidos. Treis Antenoridas, Cererique sacrum Polybetem. Fuit & Sosratus Cereris sacerdos, authore Cornelio Tacito. ¶ Alphitus, Ouidius libro quinto Meta, Cererisque sacerdos Alphitus, albeni velatus tēpora vitta.
- 4 ¶ Iunonis Calybe. Virgil. libro septimo Aene. Fit Calybe Iunonis anus tēpliq; sacerdos. ¶ Alcione Ouidius libro vndecimo. Ante tamē cunctos Iunonis templa colebat, Proque viro (qui nullus erat) veniebat ad aras.
- 5 ¶ Herculis Potitius, Virgilius libro octavo. Iamq; sacerdotes primusq; potitius ibant. ¶ Teron, Syllius libro secundo, Iam noua molitus stimulatō milite Teron, Alcide tēplī custos arasque sacerdos.
- 6 ¶ Fuit & Pinarius custos sacrorum Herculis Authore Macrobio.
- 7 ¶ Cybeles Choreus, Virgilius libro vndecimo. Forte sacer Cybele Choreus, olimque sacerdos. Insignis longe phrygijs fulgebat in armis. ¶ Melissa fuit sacerdos Cybeles, a cuius nomine ceterę eius deę sacerdotes Melissa postea dicte sunt. Fuit & Barthabaces Cybeles seu opis sacerdos. Plutarch<sup>9</sup> in Mario. Per ea tempora adueniens Barthabaces, magnę matris sacerdos, nūciauit deam in templo ad se locutam, victoriam prædixisse. Galli quoque sacerdotes erant Cybeles. ¶ Cotys rex Thracię sacra quędam instituit Baccho, quę Cotitia dicuntur. ¶ Fœminę Bacchi sacerdotes dicuntur Thyades, Menades, Bacchæ, Eleides, Mimallonides, Aedonides, Euhyades, Bassarides, Triaterides. ¶ Thyades Valerius flaccus libro sexto Argon. Mox rapuere deum iamiam quodcumq; paratę Thyades, infusus per sua colla comis. ¶ Mænades, Martialis libro vndecimo. Ad matrem fugiet Pentheus, ad Mænades Orpheus. Ouidius libro vndecimo. Mænades Orphęi titulum rapuere theatri. ¶ Bacchę. Ouid. lib. 6. fasto. Dissimulata deam latias Saturnia Bacchas Instimulat. ¶ Eleides, Idem in Epistolis. Nunc feror, vt Bacchi furijs Eleides actę. ¶ Mimallonides, Idem lib. 1. de arte. Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis. ¶ Aedonides, Lucanus libro primo. Aedonis Ogygio decurrit plena Lyxo. ¶ Euhyades, Horatius libro primo Car. Non secus in iugis Exsomnis stupet Enhyas. ¶ Bassarides, Sidonius. Rotat Enthea thyrsū Bassaris. Idem. Ire in Bassaridas, y elinfultos Aram ad thuricremam rotare mystas. Statius libro secundo Syluarum. Et tu Bassaridum rotator Euhan. ¶ Triaterides, Statius libro quarto Theb. Et atra sacrum recollit Triateris Opheltem.
- 8 ¶ Hypeccaustria sacerdos erat Minerę apud Solos. ¶ Plynius lib. 34. ait Lysimachen fuisse Minerę sacerdotem annis. 64.
- 9 ¶ Veneris sacerdos fuit Mera. Statius libro octavo Theb. Aegęę Veneris quos Mera sacerdos Ediderat prohibente dea.
- 10 ¶ Dianę Tauricę sacerdos fuit Iphigenia Agamennonis & Clitemnestrę filia. Megabyzus

☞ Megabyzus sacerdos erat Dianę Ephesię eunuchus, a cuius nomine cęteri dicti sunt Megabyzi. Plynius libro vigesimo quinto. Pinxit & Megabyzi sacerdotis Dianę Ephesię pōtam. Idem. Ephesi vero est Megabyzi sacerdotis Ephesię Dianę sepulchrum.

☞ Fuit & Myxus Dianę sacerdos, immodicus sui nominis præco & ostentator. Hinc Myxos appellamus huiusmodi homines ventosos, qui plus æquo sibi tribuunt.

☞ Sethon rex fuit apud Aegyptios post Amyrteum, quem Herodotus in Euterpe Vulcani sacerdotem fuisse memorat.

☞ Martis sacerdotes erant Salij, quos in portandis ancilibus saltare mos erat. Hi per urbem cum tripudijs canebant quædam carmina admodum obscura, quæ nec ipsi intelligebant, ut innuunt verba Fabij. Vnde ab ipso tripudio saltatorio dicti sunt Salij, quæ vehementius robustiusque per urbem euntes saltarent. Quidam tamen opinati sunt ita fuisse nūcupatos a viro Samo thrace seu mātineo, Salo nomine, sed hanc opinionem refellit Plutarchus in vita Numę.

☞ Hierophantę erant Atheniensium sacerdotes, qui cicutę forbitione seipfos castrabant, quo castius in suo sacerdotio durarent ac persisterent.

☞ Cor. Cethegus, & Q. Sulpicius flamines fuerunt apud Romanos, qui suo sacerdotio priuati sunt, hic quod inter sacrificandum apicem (quem flamines ferebant) de capite cadere permisisset, ille quod exta victimę non rite admouisset. L. Bebius flamen fuit quirinalis, ut Plautius Hypsæus. Coris sacerdos fuit funerarius. Cinarades, & Basilides nomina sunt sacerdotum apud Cornelium Tacitum.

☞ Sacerdotes legis fuerunt Salomon, Hieroboan, Nadab, Bahasa, Hela, Zambri, Achab. Ocozias, Joram, Heleseus, Hieu, Ioas, Ionas, Zacharias, Sellū, Manahen, Phaceias, Ozee, Aarō, Eleazarus, Phinees, Abiud, Achito, Samuel, Hely, Abiathar, Sadoch, Achimas, Azarias, Vriias, Gonniias, Eleachin, Chelcias, Soreas, Iesus huius filius, Ioachin, Melchisedech, Simeon, Iad, Onias.

☞ Themistocles in magna nesiā templum edificauit Dindymenę matri, eique filiam Innepsiā toletiam dicauit sacerdotem.

☞ Onarus Bacchi fuit sacerdos, cui Ariadnam a Theseo relictam, nupsisse nonnulli scripserunt, Plutarchus.

## Parce seu deę fatales.

Clotho

Lachesis

Atropos

☞ Parce seu deę fatales dicuntur a poetis Clotho, Lachesis, Atropos. Cefelius vindex apud Gellium lib. 3. ponit alia earum nomina, ut Nonam, Decimam, Mortam, citatque versus hunc Liuij poetę antiquissimi. Quando dies aduenit, quā profata mortua est. Finguntur autem Demogorgonis filię, secundum Ciceronem heredi & noctis. Alio nomine vocantur fata. Seneca. Multi ad fatum venere suum, dum fata timent. Dicuntur insuper metiri vitam hominum fufis, & staminibus, quę ex sua colorent & deducunt. Vnde & lanificę vocantur a poetis, Idem Seneca. Parcarumque colos irremeabiles. Virgilius. Talia secla suis dixerunt currite fufis Concordes stabili fatorum numine Parcę. Ouidius libro quinto Trist. Scilicet hanc legem nentes fatalia Parcę Stamina. Martialis libro primo. Lanificas nulli tres exorare puellas Contigit, obseruant quem statuere diem. Feruntur esse inexorabiles, nullisque precibus moueri, ut quem impofuerunt rebus seriem, commutent, aut vitę exitium prorogent, quem nascentibus nobis constituerunt. Vnde Seneca. Nulli iusso cessare licet, Nulli scriptum proferre diem. Earum autem officia poetę distingunt, ut velint vnam esse, quę vitam hominis ordiatur, aliamque contexat, tertiã quę filum rumpat, ac finiat. Prima est Clotho, quam Statius ferream vocat, Grandætam Seneca. Improbam & sedulam Pontanus. Secunda est Lachesis, dura Ouidio, inuida Martiali, ferrea Claudiano dicta. Tertiã Atropos, de qua Statius libro quarto Theb. Hos ferrea ne uerat annos Atropos. Idem lib. 5. Syl. O vtinam, quos dira mihi rapit Atropos annos, Sūt qui in numero Parcarum ponant llithyiam.

## Iudices inferorum.

Minos

Acacus

Rhadamantus.

☞ Iudices inferorum poetę faciunt, quorum arbitrio & sententiã puniantur animę, & cogantur fateri, quę piacula in seram noctem distulerint, ut inquit Maro. Castigāt, dolos laudiant, vmbri suas sedes constituunt, nullum scelus relinquunt impunitum. De his Seneca. Et qui fronte nimis crimina tetrica Querunt ac veteres excutunt reos. Eorum nomina sunt. Minos, Acacus, Rhadamantus. Seneca in Hercule furente. Auditur illo Gnosius Minos foro, Rhadamantus illo, Thetidis hoc audit focer. Idem in hercule Oethęo, Acacos inter

OFFICINA

Acacos inter geminosque Cretas fata discernes, Sed iam seriatim de his loquamur.

¶ Minos rex fuit Cretensium, pater Androgei, & Ariadnes, qui propter extremam seueritatem (quam viuens exercuerat) post mortem iudex inferorum factus est a poetis, vt alij duo iudices. De hoc Virgilius libro sexto Aene. Quæsitur Minos vnam mouet, ille silentium Consiliumque vocat, vrasque & crimina dilcit. Propertius libro tertio. Non tamen immerito Minos sedet arbiter Orci. Statius libro quarto Theba. Arbiter hos duraverat Gortynius vna. Vera nimis poscens, adigitque expromere vitas. Vsq; retro, & tandem pœnarum lucra fateri. Claudianus, Nigrique trahunt ad iudicis vnam.

¶ Acacus Iouis, & Europe filius propter incorruptam æquitatem iudex quoque inferorū factus est. Propertius libro quarto. Aut si quis posito iudex sedet Acacus vna. Ouidius in Ibin. Tuasque Acacus in pœnas ingeniosus erit. Horatius libro secundo Car. Quam pœne furuæ regna Proserpina. Et iudicem vidimus Acacum. Martialis libro decimo. Sed modo seueri sectus Acaci Iouis.

¶ Rhadamantus Iouis fuit filius, & Europe frater Acaci, quem æquissimum fuisse & incorruptæ seueritatis ferunt. Hinc adagium. Rhadamantæo pollere iudicio. Propterea orta est fabula constitutum fuisse illum vmbraarum iudicē. De hoc Virgilius libro sexto Aen. Gnosius hæc Rhadamantus habet durissima regna, Castigatque, auditque dolos subigite que fateri. Quæ quis apud superos furto lætatus inani Distulit in seram commissa piacula noctem. Statius libro tertio Syluarum. Et immitem potuit phryga vicere supplex Thracius. De his tribus Mantuanus in Alphonso lib. 4. sic inquit. Huic iuste sanctæque animæ Rhadamantus, & author Legum habitat Minos, atque Acacus, omne sub istis iudicium, qui iusticiæ dum regna tenebant, Orbe alio, cultu insignes, hic mira ministrant. His saltem neque concutiunt, neque amore feruntur. Aut odio, meritis & qua dant præmia lance.

¶ Hesperides,

Aegle

Heretusa

Hesperetusa.

**H**esperus Iapeti filius, tres habuit filias, quæ a patris nomine dictæ sunt Hesperides. Earum nomina sunt Aegle, Heretusa, Hesperetusa. Poetæ fabulantur hortum eis fuisse auriferis arboribus constitum, cui custodem adhibuerint Draconem pervigilem, quo tamen vel sopito, vel occiso Hercules aurea poma sustulerit. Vnde Pōtanus Hesperides vocat pomícolas. Seneca in Aga. Arborque pomis fertilis aureis Exiimuit manus. Lucretius libro quinto. Aureaque Hesperidum seruans fulgentia mala Asper acerba tuens immani corpore serpens. De his Diodorus lib. 5.

¶ Pleyades.

Electra  
Maia

Sterope  
Celeno

Taygeta  
Alcyone.

Merope.



Pleyades filia fuerunt Atlantis ex Pleyone, a qua traxerunt nomen. De his Ouidius. Pleyades incipiunt humeros referare paternos. Quæ septem dici, sex tamen esse solent. Seu quod in amplexu sex hinc venere deorum. Nam Steropem Marti concubuisse ferunt Neptuno Alcyonem, & te formosa Celeno. Maiæ & Electræ Taygetamque Ioui. Septima mortali Merope tibi Sisyphæ nupsit Pœnitet, & facti sola pudore latet. Hoc autem ait Ouidius. Nam vt mathematici volunt, vna est earum obscura, quæ nunquam apparet, vt cætere. Re vera Pleyades stellæ sunt in genu tauri, quæ circa æquinoctium vernum oriuntur. Vnde latini eas vergilias vocant. Dunt autem pluuio sæ & moleste nautis. Lucanus libro octauo. Et imbrifera ticcas cum Pleyade Thebas. Statius libro quarto. Quum taurum aut Pleyadas hausit aquofas. Claudianus. Madidaque cadente Pleyade, Getulas intrabit Syrtibus vndas. Dicuntur etiam Atlantides. Seneca in Hercule furente. Illinc timendum ratibus ac ponto gregem, Passim vagantes exerit Atlantides. De his Cælius Cap. 16. libri noni.

Hyades.

Eudora  
Ambrosia  
Pyridile

Croni  
Phito  
Polixo

Thyene

Hyades filia





Hyas filia fuerunt Atlantis ex Aethra, quæ nomen traxerunt ab Hyante fratre, quem a leena interfectum quum assiduis deflueret lachrymis, deorum commiseratione relatae sunt in stellis pluuiiosas, vel quod Hyas græce pluuiam significet latine. Locatae sunt autem in tauri fronte. Ouidius. Ora micant tauri septem radiantia flammis. Nauitas quas Hyadas Graius ab vrbe vocat. Pars Bacchuto nutritæ putat, pars credidit esse Tethyos has neptes Oceanicæ senis. Alio nomine vocantur Sucule. Plynius libro secundo. Qualiter in Suculis sentimus accidere, quas græci ob id pluuiio nomine Hyadas appellant. Earum ortus pluuiam protendit. Claudianus in Ruff. Imbris humescant hedii, nymbofaque taurum Ducat Hyas, totusque fretis descendat Orion. Stadius libro primo Syluarum. Non tantis Hyas inferena nymphis Terras obruit, aut soluta Plyas. Alia earum nomina ponuntur a Cælio ex Hesiodi testimonio. Phæole, Coronis, Cleia, Phæa, Eudora.

¶ Partes anni. 4.

Ver	Aestas	Autumnus	Hyems.
-----	--------	----------	--------

¶ Menses Veris sunt Martius, Aprilis, Maius, Aestatis, Iunius, Iulius, Augustus, Autumnus, September, October, Nouember. Hyemis, December, Ianuarius, Februari<sup>9</sup>, Aufoni<sup>9</sup>. Aeternos menses, & tempora quattuor anni Quattuor ista tibi subiecta monosticha dicent, Martius, Aprilis, Maius, sunt tempora Veris, Iulius, Augustus, necnon & Iunius Aestas, Septembri, Octobri, Autumnus, totoque nouembri, Brumales Ianus, Februarius, atque December. De quattuor anni partibus Ouidius libro primo Meta. Perque hyemes estusque, & inæquales Autumnos, Et breue ver, spacijs exegit quattuor annum. Item libro secundo. Verque nouum stabat calcatis florente corona, Stabat nuda æstas, & spicæ ferta gerebat, Stabat & Autumnus calcatis fordibus uuis, Et glacialis hyems canos hirsuta capillos.

¶ Pythagoras comparabat verno tempori pueros, Aestati adolescentes, Autumno iuuenes, Hyemi senes. Idem ait Ouid. lib. 15. Quid non in species secedere quattuor annum Aspicis ætatis peragentem imitamina nostræ: Nam tener, & lactens puerique simillimus æuo Vere nouo est tunc herba nitens. Idem. Transfit in æstatem post ver robustior annus. Fitque valens iuuenis, neque enim robustior ætas Vlla nec uerborior, nec quæ magis ardeat, vlla est. Excipit Autumnus posito feruore iuuentæ, Maturus, mitisque, inter iuuenemque senem que Temperie medius, sparsus quoque tempora canis. Inde senilis hyemis tremulo venit horrida passu, Aut spoliata suos, aut quos habet, alba capillos.

¶ Ver botros emittit, hyemis rigorem mitigat, spoliatas arbores induit, terræ suum restituit virorem, hortis suos flores & violas. Hinc vile syluis odoriferum, & purpureum vocatur a Virgilio, a Statio pecorosum, lucundum a Catullo, a Ruffo festo Floricomum, ab Aufonio & Seneca floriferum, & nidificum, geniale a Mantuano dicitur.

¶ Aestas enatas iam fruges, & lactentes culmos calore suo concoquit & maturat.

¶ Autumnus maturos fructus colligit, Morbis est obnoxius propter corruptiones & putrefactiones, quas ex humido & calido generari dicunt Physici. A fructibus vocatur uisifer, pomifer, frugifer. Quattuor anni tempora egregie describit Virgilius in opusculis.

¶ Menses anni.

Ianuarius	Aprilis	Iulius	October
Februarius	Maius	Augustus	Nouember
Martius	Iunius	September	December

**R**omulus ab vrbe origine decem tantum menses constituit, quod decimestre tempus sufficeret ad mulieris partum. Primumque fecit Martiū a nomine Martis, qui deus est & author Romanorum. Martium mensē fuisse olim primum testatur Tibullus lib. 4. dicens. Exoriens nostris hic fuit annus auis. Numa Pompilius duos adiecit Ianuarium & Februarium. Ianuarius dicitur a Iano. Ianus enim apud vetustissimos illos, serum & syluestrem cultum, in vrbano ciuilemque mutauit. In cuius rei memoriam sacrum hunc ei fecere mensē. Februarius a februis id est purgatorijs quibusdam sacrificijs. Nam februa re purgare est. & februm sabini purgamentum vocant. Eo autem mense consueuerāt Romani per dies duodecim vrbem & agros cum supplicationibus lustrare. Quod genus sacrificij dicebatur Amburbium, Amburuale, Februum & Lustrale.

Martius

OFFICINA

¶ Martius a Marte vrbis Authore.

¶ Aprilis ab aperiendo vt opinatur Varro, quod tunc claustra nascendi aperiat natura. Vel ab Aphrodite Venere, vt vult Censorinus, quod Romani suam a Venere traxerit originem. Aprilis prius dicebatur Cronius. Plutarchus in Theseo. Ad sextam igitur (inquit) Iduum Cronij mensis, qui nunc Aprilis habetur in patriam rediisse dicitur.

¶ Maius a maioribus & senibus. Plutarchus opinatur a Naia dici, q̄ sit Mercurio sacer.

¶ Iunius a iuuenibus, vel a Iunone, cui eo mense maximi honores exhibebantur.

¶ Iulius prius dicebatur Quintilis, quod esset quītus in ordine, vt Augustus Sextilis, quī decem tantum haberentur mēses. Tandem tamen mutato nomine dicti sunt Iulius, & Augustus in honorem primorum imperatorum.

¶ September, October, Nouember & December nomina sua traxerunt ab ordine, quem prius habebant, quum decimestris esset annus. Iunius a gr̄cis olim vocabatur Boedromion. Vnde & Boedromia sacrificia nomen sumpserunt, quē eo mense fiebant, in memoriam victorię, quam de Amazonibus rettulerant Theseus & Athenienses. December ab Aegyptiis vocatur Choe. September Thoth, Aprilis Pharmutus, author Plutarchus in Romulo. De quibusdam Ouidius libro primo Fastorum.

Martis erat primus mensis, Venerisque secundus

Hac generis princeps, ipsius ille pater.

Tertius a lenibus, iuuenum de nomine quartus,

Quę sequitur, numero turba notata fuit.

At Numa nec Ianum, nec auitas præterit vmbas.

Mensibus antiquis præposuitque duos.

¶ Ianuarius erat in tutela Iani & Iunonis. Februarius Neptuni, Martius Minerę, Aprilis Veneris, Maius Apollinis, Iunius Mercurij, Iulius Iouis, Augustus Cereris, September Vulcani, October Martis, Nouember Dianę, December Vestę, Luna singulos suos mēses conficit diebus vndetriginta circiter & dimidiato. Hinc Lunigenę menses vocantur a Mantuano in somnio Romano, vbi ait. Ex horis nox atque dies, ex nocte dieque Lunigenę surgunt menses, ex mensibus anni. Mensium alij sunt maiores, minores alij. Aprilis, Iunius, September, Nouember singuli habent dies, 30. Reliqui, 31. præter februarium, qui solum habet, 28. A mensis fit adiectiuum menstruus, vt menstrua Luna.

¶ Mutati in varias formas secundum  
Metamorphosim poetarum.



Chelous in anguem & taurum, Acis in flumen, Actæon filius Antinoes in ceruum Ouid. libro tertio Meta. Das sparso capiti vinacis cornua tauri, Das spacium collo, summasque cacuminat aures. Cum pedibusque manus, cum longis brachia mutat Cruribus, & velat maculoso vellere corpus.

¶ Aconteus visa Gorgone mutatus est in lapidem. Ouid. libro quinto Meta. Pro quo dum pugnat Aconteus, Gorgone conspecta poculo concreuit oborto.

¶ Atlas in montem. Ouidius libro quarto Meta. Quantus erat mons factus atlas, nam barba, comę que In sylvas abeunt, iuga fuit humerique manusque. Quod caput ante fuit, summa est in monte cacumen.

¶ Arachne in araneam. Mantuanus. Et quę textilibus docta cum Pallade formis Dumerrat, veterem mutauit aranea formam.

¶ Ascalaphus in Bubonem. Ouidius libro quinto Meta. Fœdaque sit volucris, vēturi nūcia luctus Ignauis bubo.

¶ Arethusa in fontem. Ouid. libro quinto. Cursis Arethusa sacer fons, Aegeria in fontem Aegle foror Phaetontis in populum arborem Aefacus in mergum, Aesculapius in Draconem, Aglauros Cecropis filia in lapidem, Alcione in auem, Alcithoe in vespertilionem, Anaxarete in lapidem, Antigone in Ciconiam, Apollo in pastorem, Coruum, Accipitrem Leonem, Appulus pastor in Oleastrum, Ardea in oppidum, Atalanta in legnam, Atys in pinum, Bacchus in caprum, vtiam, Ceruum. Batus in saxum q̄ mercurij (qui boues fustulerat) furtum reuelasset. Ouidius. Periuraque pectora vertit in durum silicem. Baucis in arborem, Biblis in fontem, Bura vrbis in scopulum, Cadmus in anguem, Ceneus in auem, Calisto in vrfam, Ouidius libro secundo Meta. Brachia cœperunt nigris horrefecere villis,

Curuariq̄

Curuarique manus, & ad uncus crescere in vngues. Celmus in adamantem, Cercops in firmam, Clytie nympa in heliotropium, Coronis in cornicem, Crocus & Smilax in flores, Ouidius libro quarto Meta. Et Crocon in paruos versum cum Similace flores. Cycnus in aurem, Cyparissus in cupressum, Dædalion in accipitrem, Daphne in laurum, Ouidius libro primo Meta. Mollia cinguntur tenui præcordia libro, In frondes crines, in ramos brachia cresunt. Pes modo tam velox, pigris radicibus heret, Daphnis in lapidem, Dercetis in piscem, Diana in felem, Dryope in Loton, Echo in vocem, Ephyre in serpentem, Euphorbus in Pythagoram, Galanthis in mustellam, Harmonia vxor Cadmi in draconem, Hecuba in canem, Heliades seu phacontides in populos, Hippomenes in leonem, Hyacinthus in florem, Io in iuuenca, Ouidius libro primo Meta. Inque nitentem Inachidos vultu mutauerat ille iuuenca. Bos quoque for mosa est, Iphis puella in puerum, Iphigenia in ceruam, Iuno in anam, Iupiter in taurum, aurum, arietem, aquilam, Cycnum, fatyrum, Amphyrionem, ignem, pastorem, serpentem. Leucothoe in virgam thuream, Lycaon in lupum, Ouidius libro primo Meta. In villos abeunt vestes, in crura lacerti, Fit lupus, & veteris seruat vestigia formæ. Lycas in scopulum, Lynceus in Lynceum, Mæra in canem, Marsyas tibi cen in fluuium, Mente Nympa in mentam, Mercurius in Ibin, Myrrha in arborem, Nays nympa in piscem, Narcissus in florem, Hieronymus Angerianus. Dum cernit nitida sese narcissus in vnda, Et perit in florem vertitur omne decus. Neptunus in iuuenem, Enipeum fluuium, arietem, Delphinum, Niobe in marmor, Nisus in auem, Nyctimene in noctuam, Ocyroe in equam, Ocyroe ipsa apud Ouidium sic loquitur lib. 2. Meta. Iam mihi subduci facies humana videtur, iam cibus herba placet, iam latis currere campis Impetus est, in equam, cognataque pectora vertor. Olenus in lapidem, Periphias in auem, Perimele in insulam, Philomela soror Progenes in lusciniam, Progne in hirundinem, Proetus in saxum, Saturnus in equum, Scylla in scopulum, Stelles puer in Stellionem, Talus puer in perdicem, Tereus in Vpupam, Tyresias in foeminam, Venus in piscem, Vertumnus in anam, Vlyssis focij in porcos. Causas harum transmutationum vide apud Ouidium in Metamorphosi, & alios Mythologos.

### ¶ Nymphæ diuersæ.



Egeria vxor Numæ, quæ colebatur in Aricino lacu. Ouidius, Aegeria est quæ præbet aquas dea grata camœnis, Illa Numæ consiliumque fuit.

¶ Aegle filia Solis & Neeræ. Virgilius. Timidisque superuenit Aegle, Aegle Nayadum pulcherrima,

¶ Agave nympa a nimio splendore.

¶ Clotho & Galathea Virgilius libro nono Aene. Quales Nereia Clotho & Galathea secant spumantem pectore pontum. Idem in buc. Huc ades o Galathea, quis est nam ludus in vndis.

¶ Cymodocea vna fuit earum Nypharum, in quas mutatae sunt naues Aeneæ. Virgilius libro decimo Aene. Quarum quæ sandi doctissima Cymodocea pone sequens dextra puppim tenet.

¶ Cerceis nympa a texendo.

¶ Deiopeia. Virgil. libro primo Aene. Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ, Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam Connubio iungam stabili, propriam dicabo.

¶ Dyamene etiam nomen est nymphæ.

¶ Dione Oceani & Thetys filia, Veneris mater.

¶ Electra Oceani filia & vxor Atlantis, quæ filiam habuit eiusdem nominis, matrè Dardanij.

¶ Erate Oceani filia, Eudora itidem.

¶ Eurybia, quæ stellas & luciferum genuit.

¶ Eurygone mater Leucothoes.

¶ Halia nympa marina, vt Heliocopis, & Iantha Oceani filia.

¶ Clem Ianira, Iera, Lara quæ Iouis furta cum Iuturna patefecit Iunoni, Legga a sua uitate cantus, Menestho, Marica Latini mater, quæ templum habuit in Minturnensium litore. Horatius. Et innantem Maricæ litoribus tenuisse Lyrim. Lucanus libro secundo. Et vmbrosæ Lyris per regna Maricæ.

¶ Mintha Plutonis pellex, quam Proserpina mutauit in mentam.

Panope

OFFICINA

¶ Panope, Sagarytis cum qua se miscuit Atys phrygius.

¶ Syrix nymp̄ha Arcadię, quę nymp̄harum precib<sup>9</sup> mutata est i palustres calamos, quib<sup>9</sup> acrius eam inlequeretur Pan rusticorum deus. Martialis libro uono. Sępe sub hac latuit rustica fronde Dryas, Dumque fugit solos nocturnum Pana per agros, Terruit & tacitam fistula fera domum.

¶ Telesto, Thyella, Thyca, Torrebia, ex qua iupiter suscepit Carium Lydię modulationis inuentorem, Xāthā, Xantho Virgiliāna, Zeuzo, amathya, Amphinome, Amphitoe, Amphiro, Calianassa, Callanira, Creseis, Plexaura. De nymp̄his filiabus Doridis Propertius lib. 1. At vos æquoreę formosa Doride nata. Candida felici soluite velachoro.

¶ Nisee & Cymothoe nomina sunt nymp̄harum apud eundem lib. 2. vbi ait. Et tibi ob inuidiam Nereides increpiterent, Candida Nisee, cęrula Cymothoe. Virgilius libro quarto Georg. enumerat quasdam his verbis. Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phillodoceque, Nisoque, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque, Cydippeque, & flaua Lycorias, altera virgo, Clioque, & Berce soror Oceanitides ambe. Atque Ephyre, atque opis, atq; asia De iopeia. Et tandem positus velox Arethusa sagittis. Inter aquas Clymene curā narrabat inas nem Vulcani. Idem lib. 6. Aen. Lęua tenēt Theris, & Melyte, Panopeaque virgo, Niseę, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.

¶ Pholoe nomen est nymp̄hę apud Statium lib. 2. Sylvarum.

¶ Pontanus libro secundo de Stellis quasdam alias ponit his verbis, Mox cęrula Tyro.

Flauaque Laodice, Panopeaque, Cymothoeque,

Et Tysbe, & niueo conspecta peloris amictu,

Puniceoque sinu Xantho, exertisque papillis

Nisęe, longaque coma spectabilis Atte,

Atteque, Opisque, Orithiaque, Thespioque;

Et niueis galathea genis, Arethusa lacertis,

Idem. At blanda Hyale non lumina torquet A puero.

¶ De quibusdam alijs Mantuanus in Alphonso sic inquit:

Dicta patris Nerei soboles ex coniuge dori

Cymodoce, Thoa, Cymothoe, Linnoria Proto,

Callianira, Agane, melite, Galathea, Ianassa,

Electra, & Glauce, Clymene, Dorho, Amphitoeque,

Atque alię, quibus est nomen commenta vetustas

¶ Claudianus de Laudibus Stiliconis quasdam nemorum nymp̄has Dianę comites sequentibus verbis enumerat. Pręcedit Amicas.

Flaua Lentodome, sequitur nutrita Lyceo

Nebrophrone telisque domat q̄ menala thero,

Igneā Creteę properat Britomartis ab Ida,

Et cursu Zephyris nunquam cessura Lycaste,

Iungunt se geminę, metuenda feris Erymanthę,

Et soror, optatum numen venatibus Opis

¶ Reperiuntur & aliarum nomina, vt Eurynome, Perfa, Pleyone, Clymene, Melitho. Idothea, Corufice, Glaucis, Linnoria, Amphitoe, Doto, Proto, Pherusa, Doxa, Nimertis, Dianassa, Amathia, Leonadome, Nenopene, Thero, Lycaste, Agaperte.

¶ Porro nymp̄hę maris vocantur Nereides, & Oceanitides, Fluuiarum Nayades, Fontium Napeę. Nemorum Dryades, Arborum Amadryades, Montium Oreades, Pratorū Hyainides, Politianus in Rustico. Vda choros agit Nays, decurrit Oreas monte suo, inquit faciles iuga cęssa Napeę. Nec latitat sub fronte Dryas.

¶ Fęces & excrementa diuersarum rerum.

Magma

Analecta

Grafum

Amurca

Furfur

Sciri

Apluda

Flaces

Schidia

Scoria

Flores

Tartarum

Helcyfma

Metys

Muccus

Pręsegmina

Spatyle

Scobs

Resegmina

Bolitus

Vnguenti fęces dicuntur magma Authore Plynio lib. 13. Cap. 2.

¶ Amurca fęx est olei. Idem Plynio libro decimoquinto. Cap. 3. Oliuę constān nūcleo, oleo, carne, amurca, Sanies est hęc eius amara. Columella. Palladia sine fruge salis conspergete

falis conspergere Amurca. Idem. Nam est inimicissima oleo amurca, quæ si remansit in bacca, saporem olci corrumpit.

¶ Apluda vocatur purgamentum Milij, panici, & sisame. Plynij libro decimo octavo Naturalis Histo. Capite decimo, Milij & panici, & sisamæ, Apludam vocant purgamenta.

¶ Spureitia in omni metallo vocatur Scorria, inquit idē lib. 23. Cap. 4. Item lib. 24. Cap. 11. Et Scorria æris (inquit) simili modo lauatur, minor effectu quam est ipsum.

¶ Scoriam in argēto græci vocant Helcysma, cuius vis est astringere & refrigerare corpora. Plynij lib. 33.

¶ Acus acris purgamentum frumenti. Colu. libro octavo. Nam suburbanis lactens porcus acere nutricandus est.

¶ Refegmina & refegmina, quæ ex vnguibus amputantur, a præsecando & refecando. Plynij. Omnia persecuti sumus, vsque ad refegmina vnguium.

¶ Analecta ciborum sunt purgamenta, quæ scoparij pauimentum verrentes colligunt, vel pro ipsis instrumentis ad coligendas cœnarum reliquias ex pauimentis. Nam vt scribit Plynij. purgamenta cœnæ euerri solent in pauimento veluti relicta. Martialis libro septimo. Colligere longa turpe nec pudet dextra Analecta, & quicquid canes reliquerunt Idem in Distichis. Ocia sed scopis nunc Analecta dabunt.

¶ Furfur farinæ purgamentum, hinc panes furfurei. Varro libro secundo de re Rust. Cōmode pascuntur farre, & furfuribus hordeaceis. Idem. Semestribus vitulis abijciunt furfures triticeos, & farinam hordeaceam & teneram herbam. Columella libro decimo tertio. Furfures hordeaceos adijciunt, & vvas ita superponunt, vt altera alteram non comprimat.

¶ Flores purgamenta sunt oliuarum. Plynij. In amurca & flacibus hæ sunt carnes, & illæ faeces. ¶ Flores purgamenta vini & vuarū. Cæcilius. Aedepol ego neque florem, neque flores volo mihi, vinum volo. Romæ vtetus quidam homo & celebratus in causis (inquit Gellius) quum apud præfectum vrhis verba faceret, & dicere vellet, quendam inopi misere roque victu viuere, & furfurum panem esitare, hic inquit, eques Romanus apludā edit, & flores bibit. Metys purgamentum est cæræ, quo partem alvei priorem apes illinunt.

¶ Hominis retrimenta Cælius vocat Spatylen, nos merdam, sed aliarum etiam rerum. Horatius. Merdis caput inquinat albis Coruorum. Boliton vocant sterces bubulum. Hic adagium. Boliti pœnam luere, id est puniri pro minimo delicto. Solon enim suis legibus eos puniri iussit, qui sterces bubulum furto sustulissent. Erasmus.

¶ Alni retrimenta Cælius ait dici Onida & Onthon. Suis Apeleuthron, Ouium Oiptoton, Caprarum Spyrada, & Spyrathiam, Murium Myscedra.

¶ Grasum significat lanarum sordes in ouibus. Sciri dicuntur sordes, & spureitiæ casei; Item fragmenta, quæ ex operibus deijciunt marmorarij, Assulas Vitruuius vocat.

¶ Schidia fragmenta lignorum, quæ reijciuntur ab abietarijs.

¶ Tartarum fex vini. Muccus narium sordes. Catullus. Muccus & mala pituita nasi.

¶ Scobis dicitur sordes minutissima, quæ decedit ex aliqua materia, dum vel per ferram scatur, vel per terebram perforatur. Iuuenalis Satyra decima quarta. Semodum scobis hæc emendat seruulus vnus, Horatius. Vilibus in scopis, in mappis, in scobe quantum Confisistisumptus.

¶ Harpyiæ.

Aello

Ocypete

Celeno

Thyella.

¶ Harpyias Seruius ait fuisse Neptuni & terræ filias, volatiles, vultu virgineo, vncis manibus. De his Virgilius libro tertio Aeneid. Strophades Graio stant nomine diætæ insulæ Ionio in magno, quas dira Celeno Harpyiæ que colunt alię, Phineia postquam Clausa domus, mensaque metu liquere priores. Tristius haud illis monstrum, nec seuior vlla Pestis & ira deum stygijs sese extulit antris. Virginei volucrum vultus, fœdis sum ventris Proluuijs, vncæque manus, & pallida semper Ora fame. Eis autem inditum est nomen a rapina, quæ græce Harpyia dicitur. Hinc harpax rapinator. Harpagare rapere, harpe, falx, harpedophorus falcifer. Poetæ aiunt eas a dijs immittas fuisse ad polluendas dapes Phinei regis Arcadiæ, quod is filios interfecisset, fugatas demum a Zeto & Calai Argonautis & filijs Boreæ. Hesiodus ait eas fuisse Iris sorores ex Thaumante genitâs. Valerius Flaccus libro quarto Argon, eas vocat Typhonides id est filias Plutonis, qui dicitur Typhon. Sic autem ait de Phineo loquens. Insuper hunc Typhonides Harpyiæ ira tonantis Depopulant, ipsoque dapes prædantur ab ore. Talia prodigia, & tales pro crimine pœnas Perpetitur. Aello ex ethymologia græca dicitur, quasi alienum tollens, Ocypete citius auferens, Celeno nigrorem significat. Quartam gg Homerus

OFFICINA

Homerus addidit Thyellam, Morabantur autem in Stymphali Arcadiæ lacu, vnde Arcadica & Stymphalides vocatur. Lucan<sup>9</sup> libro quinto, Vnguibus Arcadice volucres Stymphalla colentes. Virgilius in opusculis, Stymphalidas pepulit volucres discrimine quinto, Idem. Deicit horrifono quinto Stymphallidas arcu. Vocantur etiam Phineæ a Phineo rege. Seneca in Thy. Phinæis aibus prædaifugator. Sidonius Harpyas posuit pro cumentis raptoribus, qui lucro immoriuntur, vbi ait. In foro Seythæ, in cubiculo viperæ, in exactio-nibus Harpyiæ, in colloctionibus statuæ.

¶ Domitores monstrorum & Beluarum.



Edusa Phorci fuit filia, quam Neptunus stuprauit in templo Palladis. Vnde irata Pallas eiusdem capillos mutauit in colubros, fecitq; vt omnes in scopulos verterentur, qui eam prospicerent. Hanc autem truncavit Perseus Iouis filius ex Danae. Propertius libro tertio, Sectaque Persea Phorcidos ora manu. Ouidius libro quarto Metamorphoseos. Gorgonis anguicomæ Perseus superator, & alis Aethereas ausus iactatus ire per auras. Pontanus libro quarto de Stelis. Aegidaque obijciens, caput anguineosque medusæ Prætendit crines. Iparit coma tetravenenum. Per fauces tumere fere tū guttura. Syllius libro tertio. Fama refert, cæcæ rapuit cū Gorgonis ora Perseus (in Lybia dirū fluxisse cruorem, Inde Meduseis terram exundasse Chelydri.

¶ Apollo Pythonem serpentem, a cuius nomine Pythius vocatus est. Ouidius libro primo Metamorphoseos. Hunc deus arcitenens, & nunquā talibus armis Ante, nisi in damis capreisque fugacibus vsus, Mille grauem telis, exhausta pene pharetra. Perdidit effuso p vulnere nigra veneno, Propertius libro quarto. Aut qualis flexos soluit Pythona per orbem Serpentem imbelles quem timere lyre. Claudianus. Phœbeo domitus Python quum decidit arcu. Statius libro primo Theb. Terrigenam Pythona deus septem orbibus atris Amplexum Delphos, squamisque annosa terentem Robora, Castalijs dum fontibus ore trifulco Fusus hiat, nigro sitiens alimenta veneno, Perculit assumptis numerosa invulnera telis. Spicula direxit melius Pythone superstans Pæan, quum vacua turbatus pene pharetra Figeret innumeris numerosa volumina telis. Apollo apud eundem Ouidium sic loquitur. Qui modo pestifero tot nigera ventre prementem Strauius immuneris tu midū Pythona sagittis. Claudianus. Cæruleus tali prostratus Apolline Python, Implicuit fractis moritura volumina syluis, Mantuanus. Sol pythona suis monstrum tam immane sagittis Sustulit, & mortale genus tanto hoste leuauit.

Bellorophon filius Glauci regis Corinthiorum falso accusatus stupra a Stenobea Proeti argiuorum regis vxore, expositus est Chimerae triformi, quam tamen domuit, Ouidius lib. 2. de Trist. Nam quid de tetrico referam domitore Chimerae, Quem Ixetho fallax hospita pene dedit. Mantuanus. Alcides Lapythas, Indos deuicit Iacchus, Isthmiaco iuueni præda Chimera fuit.

¶ Theseus interfecit minotaurum in Cretæ labyrintho. Ouidius in Epistolis. Ariadnes Nec tua mactasset nodoso stipite Theseu Ardua parte virum dexterera, parte bouem.

¶ Alcon sagittarius Cretensis serpentem confodit illefo filio suo, quem ille iam habebat in faucibus. Vide in capite de Sagittarijs.

¶ Attilius Regulus apud Bragadam fluuium serpentem. 120. pedum lōgitudine balistis tormentisque expugnauit. Author Plynus libro octauo Cap. 14.

¶ Georgius Cappadox tribunus militum sub Diocletiano maximum serpētem in Aphrica peremit liberata puella, quæ eidem deuota fuerat in prædam, Volaterranus.

¶ Pallas Alciam beluam flammæ ore vomentem interfecit.

¶ Cadmus quoque Agenoris filium serpentem, cuius dētes quum seuisset, nati sunt protinus armati homines, qui mutuis vulneribus se confoderunt, vt fabulantur poetæ.

¶ Corcebus monstrum toti Peloponneso formidolosum occidit. Ouidius in Ibin. Inque tuos ea pestis erat, quam dextra Corcebi Vicit opem miseris Argolicisque tulit. Lysimachus Alexandri miles leonem, vt iam diximus. Hercules hydram, leonem, Aprum, Ceruam Acripedem, Draconem Hesperidum, Anthem, taurum flammiferum, ceterasq; beluas, de quibus prius meminimus. Præcipua autem monstra (quorum frequens est mentio apud poetas) sunt Minotaur<sup>9</sup> biformis, Geryon tricorpor, Spinx, Chimera, Cacus, Maris thessalus antica corporis parte homo, postica equus.

¶ Liberatores quorundam hominum a periculis.

Perseus

**P**erfeus liberavit Andromedam filiam Cephei & Cassiope Ceto marino mōstro expositam. Ad cuius subsidium conuolauit insidens Pæsago equo alato. Ouidius lib. 4. Meta. Auxiliumque domus seruatoremq; fatentur Cassiope Cepheusq; pater. Mantuanus de fortuna Gonzage. Monstris obiecta marinis Andromede, quum nec pelagus, nec terra salutem Mitteret, auxilium uenisse per aera fertur. Stroza pater. Perfea quid memorem, dubiq; qui præmia pugne Andromedam subito faucius igne tulit. Claudianus in Rustinum. Inachus rubro perhibetur in equore Perfeus Neptuni domuisse pecus. Idem. Illum uilis amor suspensa virginis egit.

**¶** Lucullus aduersus Mithridatē missus Cottam Chalcedone obfessum liberavit. Plut.

**¶** Lucilius miles quum uideret inclinam Bruti aciem apud Philippos, obtulit se periculis & inimicorum manibus, ut ipsi bruto faceret tempus ad fugam. Plutarchus in Bruto.

**¶** Minutius consula Sabinis & Volscis in Algido obfessus, subsidio Q. Cincinati dicta toris liberatus est. Lilius libro tertio.

**¶** Quum ob perfidiam Laomedontis qui Neptuno & Apollini murorum Troie conditoribus pactam denegauerat mercedem, pestis urbem ipsam popularetur & ubique ferperet ad pacanda numina Hesion monstrum marino destinata est. Ab hercule tamen liberata.

**¶** Calphurnius Crassus captus a Masilinis, quum Saturno duceretur immolandum, Balsacia puella patris a se proditi eum victorem fecit, eoque modo exemit a periculo.

**¶** Diomedem Troia diruta uentis in Iybiam pulsus, quum Lycus rex immolare uellet, Calluce puella patrem Lycum prodidit, ut Diomedem (cuius forma conflagrabat) exime ret a morte. Vtriusque exempli author est Plutarchus in Parall.

**¶**Elementa quattuor.

**I**gnis, Aer, Aqua, Terra. Summum est ignis, unde stellarum collucentium apparent oculi. Proximum aer seu spiritus, qui uitalis est, & per cuncta rerum meabilis & uni cuique rei confertus. Eius uis suspensa cum quarto elemento terra libratur in medio spacij. Ouidius libro primo Fasto, de chao loquens. Lucidus hic aer, & quæ tria corpora restant, ignis, aqua, & tellus unus acereus erant. Idē libro decimoquinto Meta. Quattuor æternus genitalia corpora mundus continet, ex illis duo sunt onerosa, suoque pondere in inferius tellus atque unda feruntur. Et totidem grauitate carent, nulloque premente Alta petunt aer, atque aere purior ignis. Verbis multo pluribus eorum potestatem describit & naturam uide locum

**¶**Adulatores, Scurræ, & parasiti.

1	Zopyrus	9	Decius Laberius	16	Sarmentus
2	Aristippus	10	Timagoras		Apicius galba
3	Curio	11	Clisophus	17	Tectius
4	Lælius	12	Nicelias	18	Rhynton
5	Hages	13	Charisophus	19	Crispinus
	Cleo	14	Andromachus	20	Eabricius Veiento
6	Philoxenus		Patroclides		Catullus Meisalinus
	Apollophanes		Demagoras	21	Bebius Massa
7	Cypriæ mulieres		Euagoras		Netius Carus
8	Dromeas	15	Burra		

**D**arij Babylonem obsidione prementis fauorem & gratiam aucupari uolēs Zopyrus Persa, faciem & nares inhonesto uulnere sibi deformauit, ut Babylonis (ad quos se receperat) fidem faceret & mentiretur se perpetuum Dario inimicū fore, a quo tam turpiter mutilatus esset. Quibus uerbis moti Babylonis eum in suam urbem admiserunt, quam paulopost prodidit suo regi. Herodotus in Thalia & Plutarchus in Apopteg. Hinc adagium, zopyri talentum, de his qui plurimum sibi nocent, ut alijs afferant emolumentum.

**¶** Aristippus Cyrenæus Socratis auditor meruit nomen regij canis & aulici, quod adularetur Dionysio, & sequeretur quaquaersum iret ille, saginandi ventris causa. Vnde Horatius. Si pranderet olus patienter, regibus uti Nollet Aristippus.

## OFFICINA

- 3 ¶ Venienti ab expeditione Galliarum Cæsari, & in Pompeium copias paranti, Curio obuiam appropinquauit multis blanditijs eundē cōfricans. Ait enim se inuito senatu Cæsaris partes fouisse, tantisperdum coactē bello siluissent leges. Præualente demum Pompeio se expulsum Roma, velut exulē, sed tamen exilium non grauate perpeti, propter imperatorem, Vnde sic apud Lucanum inducitur lib. 1. Dum voce tuę potuere iuuari Cæsar ait partes, quamuis nolente senatu Traximus imperium, tunc quum mihi rostra tenere lus erat, & dubios in te transferre quirites. At postquam bello leges siluere coactę, Pellimur e patrijs laribus, patimurque volentes Exilium, tua nos faciat victoria ciues. Vide alia eius verba plena assentationis.
- 4 ¶ Audita Curionis oratione Lælius primipilus statim Cæsari ad quæcunque discrimina sese obtulit, testatus nullum esse flagitium, quod non committeret lubens, si imperator iuberet. Hęc eius verba ponit idem Lucanus. Iussa sequi tam velle mihi, quam posse necessesse est. Nec ciuis meus est, in quem tua classica Cæsar Audiero. Per signa decem felicia cæsaris, Perque tuos iuro quocunq; ex hoste triumphos, Pectore si fratris gladium, iuguloq; parentis Condere me iubeas, pleneque in viscera partu Coniugis, inuita peragam tamen omnia dextra, Si spoliare deos ignemq; immittere templis, Numina miscebit caltrēsis flamma monetæ, Signa super Thufci si ponere Tybridis vndas, Hesperios audax veniam metator in agros. Quæ verba quantum adulationis præ se ferant, appareat cæco.
- 5 ¶ Quum Alexander louis filium appellari se voluit, & more Perfarum, p̄stratis humi corporibus a Macedonibus saluari, talia concupiscenti protinus accesserunt Hages argiuus pessimus carminum author post Cherilum, & Cleo Siculus, quos maximorum exercituū principatibus ante ferebat. Hi quum intelligerent nutum domini, & quid creparet pollice, coeperunt protinus plenis eū buccis immodice predicare, & iam tum ante mortem deū facere. Adiecerūt insuper Herculem, Bacchum, Pollucem cum Castore nouo numini cessuros. Horum fumis permotus Alexāder, conuiuium omni opulentiā exornauit, cui nō Macedones tantum sed & principes Græci interfuerunt. Quum autem omnes vna cum rege discubuisissent, Cleo institutum & præmeditatum sermonem cum admiratione laudum ei exorsus est, Enarratisq; meritis quibus eum noua Apotheosi dignum predicabat, iam vñ quemque coepit hortari, vt regem inter deos colerent. Quod ne quis recusaret, obtulit se primum, qui prostrato humi corpore regem adoraret. Author Curtius libro septimo.
- 6 ¶ Philoxenus fuit parafytus quispiam, qui cœna quadam vbi atriorem panem vidisset apponi, ne multum inquit attuleris, ne tenebras nobis inducas. Author Athenæus apud Cæsium Cap. 4 §. libri septimi.
- ¶ Apollophanes Antigoni fuit adulator.
- 7 ¶ Cyprię mulieres translataę in Syriam, currum in scēstris regum vxoribus humeros sub incuruabāt, vt eis suppedanei loco gradum struerent, & scalarem præberent vsus. Cęli<sup>9</sup> Cap. 33. vnde decimi libri.
- 8 ¶ Dromeas fuit parafytus, a quo quum quęsisset nescio quis in vrbe, an apud Chalcidem lautius pararetur conuiuium, respondit iucundius sibi videri Chalcidentis cœnę proxiimum, ostreorum numero & varietate. Idem Cælius Cap. 56. lib. 13.
- 9 ¶ Decius Laberius actor mimorum, inuitatus a Cæsare vt in scenam prodiret, respondit se necessario coactum nihil tanto viro denegare posse, cui & ipsi dii omnia tribuissent. Crini.
- 10 ¶ Tymagoras Atheniensis Dariū regem Perfarū (ad quem legatus missus fuerat) aduolando more Perfarum adorauit. Quod vbi rescuerunt Athenienses, eundem supplicio capitis punierunt. Valerius de Seueritate.
- 11 ¶ Clisophus Philippi Macedonis parafytus, claudum se fingebat, q̄ Philippus fractū crus haberet, Os & oculos eodem modo & iisdem gestibus contorquebat, quibus dominus. Athenæus apud Volaterranum.
- 12 ¶ Nicetas quum videret Alexandrum magnum petitem a muscis, quanto inquit hęc cæteris præstant, quæ sanguinem tuum degustant imperator. Idem quum vulneratum eum conspiceret, illud homericum statim protulit. Qualis diuorum percurrit corpora sanguis. Athenæus apud eundem Volaterranum.
- 13 ¶ Charisophus videns Dionysium (cuius erat parafytus) separatim cum amicis ridentem, procul quoque ridebat. Interrogatus autem ab ipso Dionysio, quid rideret, q̄ inquit ea putem digna risu, quę dicitis. Volaterranus.
- 14 ¶ Andromachus Carrenus fuit adulator Crassi, quem tamen Parthis prodidit. ¶ Patroclides assentator fuit Philippi. Demadem Athenienses decem talentis multauērunt, q̄ Alexandrum deum appellasset. Euagorā vero interfecerunt, q̄ eundē adorasset. Quum quidam



Quum quidam cliens Caelio oratori omnia concederet, longa assentatione fastiditus Caelius, dicit inquit contra, vt duo videamur, Seneca in Declama.

¶ Burra fuit quidam scurra natione Hispanus, quem Sigismundus imperator in cōiuiuio 15  
argento oneravit, adeo vt sub pondere iam fatisceret.

¶ Sarmantus fuit Romanus eques scurrilitate notissimus sub Augusto Cæsare. 16

¶ Fuit & Apicius Galba nobilis scurra sub Tyberio Cæsare, De vtroq; Iuena, Satyra. 5.  
Sipotes illa pati, que nec Sarmantus iniquas, Cæsaris ad mēfas, nec vilis Galba tulisset, De  
Sarmanto Horatius in Ser. Nunc mihi paucis Sarmenti scurre pugnam Messique Ciceri  
Musa velim memores, & quo patre natus vtrique; Contulerit lites messi clarū genus Osci.

¶ Tectius Caballus scurrilitate claruit apud Romanos, De eo & (quē nunc diximus) Gal 17  
ba, Martia. lib. 1. Qui Galbam salibus tuis, & ipsum posses vincere Tectium Caballum.

¶ Rhython fuit vilissimus nugator Tarentinus, de quo Varro & Galba meminerunt. 18

¶ Crispinus Canopi verua fuit adulator & paralytus Domitiani, cui Domitianus ipse pro 19  
pter mutam scelerum omnium consuetudinem & similitudinem, stupri cum virgine ve

itali perpetrati dedit impunitatem, Licet prius magna seueritate omnium incestus & adul-  
teria coercuisset, Quinetiam princeps equitum ab eodem factus est. Iuuenalis satyra quar-  
ta, Purpureus magni ructaret scurra palati lam' princeps equitum magna qui voce solebat,  
Vendere municipes fracta de merce Siluros,

¶ Fabricius Veiento & Catullus Messalinus delatores fuerunt sub Domitiano & Nerua 20  
imp, qui delationum tela in optimum quemque contorquebant sine rubore, Erant enim am-  
bo studio crudelitatis ipsi Domitiano familiarissimi, De his Iuuenalis Satyra quarta, Et cū  
marmoreo prudens veiento Catullo,

¶ Bebius Massa & Metius Carus nomina sunt delatorum apud Iuuenalem satyra prima di 21  
centem, Quem Massa timet, quem munere palpat Carus, De Caro Martialis, Ecce reū Ca-  
rus te detulit, Domitius Calderinus in Iuuenalem ait Bebius Massam fuisse delatorem tē-  
poribus Vespasiani, optimo cuique exitiosum,

¶ Adulationes vero adeo & repressit, & neglexit Augustus, vt se dominum appellari ne a  
liberis quidem & nepotibus suis vel serio vel ioco sustineret, Atq; huiusmodi blanditias  
inter ipsos etiam prohibuit, Suetonius. Cæsar quoque Tyberius adulationes adeo auer-  
fatus est, vt neminem fenatorum aut officij aut negocij causa ad lecticam suam admiserit,  
Consulatem vero satisfaccientem sibi ac per genua orare conantem, ita subfugerit, vt cade-  
ret supinus, Idem si quid in sermone vel oratione blandius de se quicquam audisset, inter-  
pellabat & commutabat protinus, Domini appellationem vt maledicum nomen exhorru-  
it, Quendam di centem sacras eius occupationes, alium auctore eo senatum se adisse,  
verbis mutatis iussit dicere pro auctore suaforem, pro sacris occupationibus laboriosas,  
Suetonius. Porro nihil magis principes inflat & infatuat, quam adulatio, Hoc perpetuū  
est in aulis malum, per quod veritas infringitur & vana virtutis induitur opinio, Adulato-  
rum mores seruiles sunt & humiles, vt dicebat Clearchus Solensis, Neque diu placere pos-  
sunt parafyti, Nam quum eadem mendacia repetunt, desinunt placere, A nazias compara-  
bat eos vermibus, qui triticum nacti non prius discedunt, quam vacuum reliquerint,  
Antisthenes in metricibus, que suis amatoribus bona omnia præter mentem & pudorem  
exoptant, Euripides dicere solebat, amicos minime blandos posside, Qui tecum gratiæ cau-  
sa loquuntur, mali, Chritias, Qui cum amicis inquit, gratiæ causa verlatur, postremo assen-  
tationis voluptatem in odium conuertit, Alij adulatoras Polypo pisce comparant, Nam vt  
Polypus colorem mutat ad speciem subiecti soli, ita & assentator ad voluptatem audientis  
um verba cum gestu variat, Diogenes dicebat, fatius esse in coruos quam adultores ins-  
cidere, corui enim morticina & cadauera consecantur, hi vero viuos laniant & exfuggūt  
Plutarchus monet nihil intentius cauēdum, quam adultores, Eos qui subblandiēdo hoc  
eos pilosque ex vestibus legunt, Græci crocidas vocant, vt crocidissimum & carphologiam  
festucarum collectionem, Habuit Dionysius adultores, qui expuēti faciem obijciebant,  
in quam is confpueret, Superfluitates oris eiusdem collambebant, Assuebantque eavē-  
deri sibi mellita, que ille euo muisset, Qui causa cibi patitur plagas, Pfromocolaphns dicitur  
a Græcis,

¶ Homines pingues & macilentī.

**L**Eo Byzantius Sophista fuit adeo pingui & obæso corpore, vt quum ad pacandam  
factionem Athenis (vbi tum legatus agebat) suggestum conscendisset, risum vnus  
cuique mouerit, At ille qui ridetis inquit Athenienses an q; vobis videar pinguis?

gg iij Scitote

OFFICINA

Scitote vxorem esse mihi longe pinguiorem. Tales tamen ac tantos (quum fumus cōcordes) breuis admodum lectulus capit, discordes ne tota domus quidem. Quibus verbis tēpestiue & pro re adductis, populum restituit paci, Philostratus in vita Sophistarum.

¶ Dionysius heracleotes tyrannus fuit adeo ventrosus, & corpulentus, vt noctū dum quis eferret, cogeretuis suis lateribus hirudines admouere, quę humorem superfluum paulatim exhaurirent, eoque modo aliquid adimerent de crassitudine. Atheneus apud Volaterra.

¶ Ludouicus Crassus Philippi primifilius & Gallorum rex fuit adeo vāsta corporismole vt ex re sumperit cognomen. Iam diximus imperatorem maximū fuisse tanta membrorum mole, vt vxoris suę dextrocherio vteretur loco annuli. Contra vero Chærephon tragœdiographus (qui res heraclidarum profecutus est) nocturnis lucubrationibus sese a deo extenuauit, vt per iocū noctua diceretur. Hinc etiam natum prouerbiū, Nihil differs a Cherephonte. Quam tenuis & macer fuerit Philetas Cous, vide in Cap. de miraculis. Fuit Hispulla mulier quędam Romana admodum pinguis, de qua Iuuenalis Satyra duodecima, Pinguior hispulla traheretur taurus.

¶ Horti celebres & memorabiles.

**P**hœacum regio (cuius rex fuit Alci nous) hortos habuit tāta pomorum varietate nobiles, vt præmaturis primis, noua statim renascerentur, vt iā diximus in nostro Cornucopię. Iuuenalis. Illa iubebit Poma dari, quorum solo pascaris odore, Qualia per petuus Phœacum autumnus habebat. In hortis hesperidum poete fabulantur fuisse arbores, auriferas, quarum custos esset infomnis draco.

¶ Epicurus primus omnium hortos Athenis instituit, quum antea ruri tantum haberentur non in vrbe. Hinc Epicurus hortorum magister appellatur. Laertius refert Epicuri scholam fuisse in horto. Iuuenalis. Suspicit exigui letum plātaribus horti. Sta. Mallet deserto senior Gargetius horto. Vocatur autem Gargetius Epicurus a natali pago. Proper. libro tertio. Illic vel studijs animum emendare Platonis Incipiam, aut hortis docte Epicure tuis. Laudantur etiam horti Adonidis, & pensiles qui fuerunt in Assyria, siue illos fecerit rex Cyrus. Siue Semiramis. Lucanus hortos habuit cultissimos, in quibus sepultus est. Mecœnas quoque hortos habuit Romę pulcherrimos in Esquilij, ad quos propter amenitatem loci plerumque diuertebat Octauius.

¶ Præcones.

¶ Archias præco fuit, qui tres Olympiadas vicit, & statuā meruit. Talthybius fuit Agamemnonis præco. Testis Herodotus. ¶ Aethalis fuit præco, cui quandoque inter viuos, quandoque inter mortuos esse concessum est. Apollonius apud Nolaterranum.

¶ Somnolenti.

**M**aximianus, Malchus, Martinianus, Dionysius, Ioannes, Serapion, Constantinus nomina sunt eorum, quos ecclesiastici septem dormientes appellant. Dormierunt autem annis, 196. Poete fabulantur Endymionē beneficio lunę (a qua adambatur) impetrasse, vt perpetuum dormiret somnum, immortalis & expers senij. Hinc adagium natum, Endymionis somnum dormire, in homines somnolentos & desides. Cice. libro quinto de finibus. Itaque ne si iucundissimis quidem nos somnis vsuros putemus. Endymionis somnum nobis nolimus dari. Idem lib. 1. Quęst. Tus. Endymion vero (si fabulas audire volumus) quando in Lathmo obdormiuit, qui est mons Carię, nondum opinor est experrectus. Poete propterea somnum & soporem vocant Endymionē. Aufonius. Quis tibi dormitor proderit Endymion? Epimenides Gnosius annis, 57. dormiuisse fertur in spelunca. Hinc adagium, Vltra Epimenidem dormire.

¶ Fullones.

¶ Anastasius Aquileiensis, qui sub Diocletiano passus est, artem fullonicam prius exercebat. Fuit & Cleippus fullo, cuius meminit Plynus lib. 34. Cap. 3.

¶ Columnę Herculis.

¶ Abyla & Calpe montes sunt in extremis Iberię finibus, non procul Gadibus & Carteia quos Herculis colūnas vocant. Ply. lib. 3. Proxima autē faucibus vtrinque impositi montes coercent claustra, Abyla Africa. Europę Calpe laborū Herculis metę. Quam ob causam indigenę colūnas eius dei vocant, creduntque perfossas exclusa antea admisisse maria & rerum naturę mutasse faciem. Syllius. At laudibus olim Terminus herculeis Calpe. Idem Dum fert herculeis garamantica signa columnis. Aufonius. Considerat iam Solis equos Tartessia Calpe, Politia, in Ambra. Et quos herculeę summorunt orbe columnę.

¶ Fames memorabiles.

Cambyfes



Ambyces Cyri filius in æthiopas iugū detrectantes copias mouit, quibus quum deessent comæatus & annona, coacti sunt milites, decimum quenq; ad cibum fortiri & occidere, Durauitque tantisper illa calamitas, dum rex ipse sibi metuens receptū cecinerit. Seneca lib. 7. de Ira. Annibal: Casilinum oppidum (in quo'erāt Romani milites) obsidente uenisse murem ducentis nummis, eumq; qui uendiderat, fame perisse, emptorem uixisse tradit, Plinius libro octauo Cap. 57. Vide etiam Liiuū lib. 23. & Valeriū de necessi,

Perusia oppidum est Ethurię, in quo Antonius obsessus ab Augusto quum extrema fame laboraret, annonę penuria coactus est deditionē facere. L. Florus author, Hinc fames perusina proprio uocatur Epitheto. Lucanus. His Cæsar Perusina fames, Mutinęque labores Accedant fatis. Alexandri exercitus aduersus Bessum Bactrianorum duce[m] tanta fame laborauit, ut singulę amphorę succi ex lifama uenirent ducentis quadrigenis denarijs, Singulę uero mellis amphorę, denarijs. 30. Amphorę uini totidem. Tritici nihil omnino, aut exiguum admodum reperiebatur. Itaque frugum penuria milites herbis & piscibus famem leuabant. His demum alimentis deficientibus iumentis (quibus onera portabant) interfecerunt, & eorum carne traxerunt uitam. Author Curtius libro sexto. Quodam tempore serpentum multitudo apud Laconas emergens, sequentem, portendit famem, quę tanta exitit, ut Spartani ipsi annonę raritate, serpentes illos in cibum commutauerint. Aristoteles.

Melus oppidum est Thessalię, quod Nicias Atheniensium dux expugnauit, non tam chinis bellicis, quam fame. Hinc fames Melia prouerbio locum fecit. Erasmus,

Sagunthus urbs hispanię olim amicissima Romanis, longa Pœnorum obsidione eo famis redacta est, ut ciues extructo in loco igni suas res omnes in eum conijcerēt. Sed ac suos postremo liberos eodem precipitarent, ne uenirent in manus inimicorum. Hinc Sagunthina fames, dicitur de extrema rerum penuria. Aufonius. Iamiam peresam iam Sagunthina fame Lucianicū liberet. Hanc autē famē triste prius portēdat pdigiū. Nā quū fere enixa mulier esset, infans in uterū regressus ciuitatis excidiū significauit. Author Eutro.

Calagurium urbs est hispanię, Quintiliani patria, cuius incolę a Cn. Pompeio obsessi, ut fidem Sertorio præstarent, in tantam famem durauerunt, ut uxores suas ac liberos in usum extremę dapis conuerterent, quum nullum aliud animal in urbe superesset. Valerius de necessitate, & Beroaldus in Suetonium.

Saxo ait hunnos quadam tempestate in tantam famem redactos, ut nec asinis nec canibus pepercerint, quibus ad pastum uerentur. Doda Syrię rege lōram in Iudea obsidente matres inedia coactę filiorum uisceribus famem expleuerunt. Tristis adeo fuit illa Samaritana fames, in qua etiam alini caput uenit octogenis nummis argenteis, Sabellicus in exemplis. Captis hierosolymis Romani milites (qui merebant sub Vespasiano) repererunt in domo cuiusdam mulercule puerilia membra minutatim discerpta, quibus infelix mater occulte uescēbatur. De extrema & miserabili Hierosolymorum fame uide Iosephū.

Quo tempore Gothi opprimebant Italiam, scœmina obscuri nominis filij a se interfecti carnes esitauit. Sabellicus.

Sabellicus ait tantam suo tempore rei frumentarię caritatem incidisse in nōnullis Flaminie regionis & Piceni agri locis, ut rude uulgus & plebecula arborum radicibus, herbisq; uictitauerit. Franciscus Sfortie filio Mediolanum obsidēte, modius tritici uenit illa aureis nummis. Obsesso a Gallis barulo Appulię oppido, tāta laboratum est fame, ut milites detractas scutis pelles aqua emollitas absumerent, herbisque (si quas reperissent) uescerentur. Sabellicus in Exemplis. Athenienses a Sylla (qui postea fuit dictator) obsessi Medimum tritici mille drachmis emerunt. Plebei uero (quibus tanta erat argenti penuria, quę ta annonę) graminiibus circa urbem nascentibus & calceis coctis audius uescēbantur. Eadem urbs a Demetrio Antigoni obsessa, modium tritici emit drachmis. 300. & de mare qui mortuus e tecto ceciderat, pater cum filio decertauit, & Epicurus philosophus fabis aqua portione distributus familiam suam aluerit. Plutarchus in Sylla & Demetrio.

Perolini a Pœnis in Italia obsessi, coria ex scutis detracta corrosere, ut præstitam Romanis fidem conseruarent. Idem Sabellicus. Artaxerxes in Cadusios profectus in tantam rerū omnium deuenit inopiam, ob sterilitatem regionis, ut absumptis equis & iumentis omnibus caput asini sexaginta drachmis ueniret. Sabellicus. Cæterum Græciolim consueuerāt famem uirgis ex ædibus eijcere dicentes, Foras famem intro diuitias & sanitatem. Magna fames uocatur Bulimus. Famem, Ouidius libro octauo Meta, describit hoc modo.

ggim Quęlitamque

## OFFICINA

Quęsitamque famem lapidoso inuenit in agro,  
 Vnguibus & raris vellentem dentibus herbas,  
 Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore,  
 Labra incana situ, scabri rubigine dentes,  
 Dura cutis, per quem spectari viscera possent,  
 Ossa sub incuruis extrabant arida lumbis,  
 Ventris erat pro ventre locus, pendere putares  
 Pectus, & a spine tantummodo crate teneri,  
 Auxerat articulos macies, genuumque tumbat  
 Orbis, & immodico prodibant tu bere tali.

### ¶ Mensurę quedam.

Parafanga	Drachma	Cotula
Chœnix	Decempeda	Chus
Congius	Cubitum	Ceranium
Gomor	Stadium	Metreta
Gruma	Orygia	Tricns
Hemina	Plethrum	Hemihectum
Medimnus	Diaulus	Culeus
Modius	Dolichos	Batus
Palmus	Schœnus	Corus
Semissis	Stathmos	Mna
Sitometra	Pallus	Libra
Artaba	Gressus	Hippicum
Acetabulum	Pes	



**P**arafanga apud Persas erat mensura. 50. stadiorū. Plinius lib. 6. Inconstantiam mensurę authorū diuersitas facit, quū Persę quoq; Schoenos & parafangas alia mēsurā determinent. Chœnix mēsurā est elcę diurnę. Hinc Chœnici insidere dicūtur, qui super futuro victu curiosi sunt. Herodotus in Erato. Regibus ad cœnam non euntibus mittātur binę Chœnices farinę, & vini singulę Cottle, id est Sextarij. Est & Chœnix femodium Grammatici aiunt Chœnicas. 48. modio contineri. Homerus in Odissea Chœnica accepit pro cibo, vbi ait. Nam quęcunque mea dignabor Chœnicę, prorsus Haud cessare sinam, quāq; procul aduena fertur. Citantur hi versus a Budeo. ¶ Congius mensura est sex sextariorum, & est pars amphorę. Gomor interpretatur mensura vini. Gruma est mensura, qua fixa vię ad lineam diriguntur, hinc degrumariviam dirigere & exgrumari a viā recedere. Hemina mensura dimidium sextarij continet. Gellius. Si ex sextario hemina fusa est. Medimnus sex modios continet. Herodotus. Singulis quoque calendis instantis mensis singula pecora vtrique e publico dentur Apollini immolanda, & farinę Medimnum id est sex modia, & vini Laonicus quartarius. ¶ Modius continet duo & viginti sestertia. Hinc femodius & trimodius. Colu. Eadē quattuor modijs, nonnunquam tribus, etiā duobus ac femodio iugerum occupat. Palmus maior est digitorum. 12. gręce vocatur Spithama, & latine Dodrans. Minor. 4. digitorum, gręce Palestes. Dicitur etiā palmum in neutro genere. Semissis mēsurā est dimidij assis. Semissem hominem vocamus vilem & abiectum. Sitometra mensura est frumenta-ria. Artaba mensura. 72. sextariorum, de qua Herodotus. Artaba inquit, Persica est mēsurā est continens quartam heminę partem, id est drachmas. 15. Drachma Attica pondus habebat denarij argentei, efficiebatque sex obolos pōdere. Obolus decem calcos. Athor Plinius libro duodecimo. Decempeda decem pedum mensura. Cicero. Quam iā peritus metator & callidus decempeda sua saxa diuiserat. Horatius. Nulla decēpedis Metata priuatam Porticus excipiebat Arcton. Hinc decempedator, qui pertica decem pedum vtitur. Hexapeda sex pedum pertica aut mensura. ¶ Stadium pedum. 600. Orygia senum pedum & quattuor cubitorum. ¶ Plethrum mensura est centum pedum & sexta pars stadij. Diaulus mensura est duorū cubitorum. Dolichos stadiorum duodecim, hinc Diaulodromi & Dolichodromi. Schoenus Aegyptiorum

¶ Schœnus Aegyptiorum est mensura capiens stadia sexaginta, teste Herodoto.  
 ¶ Stathmos id est mansio millia continet viginti octo semis, & est mensurarum maxima.  
 Stathmi etiam dicuntur diuersoria tabellariorum cursorum, id est certa spacia, quæ vno  
 actu solent conficere.  
 ¶ Passus quinque pedum est, id est duorum gressuum.  
 ¶ Gressus cubiti vnus & pedis.  
 ¶ Cubitum sesquipedale est, constatque digitis viginti quattuor. Græci vocant Pygon.  
 ¶ Pes est quatuor palmorum, seu sexdecim digitorum. Sed hæc sunt viarum mensuræ.  
 ¶ Cotula est tertia pars Chœnicis. Sextarius continet octo Chœnicas.  
 ¶ Chus mensura est Attica capiens heminas octo.  
 ¶ Ceramium Græci Amphoram vocant.  
 ¶ Metreta decem congios continet. Et capitur pro Amphora vinaria. Martialis. Plurimus  
 Hispanas mittet mihi nauta Metretas.  
 ¶ Triens seu Hæctes sextarius est Medimni, capitque Chœnicas octo.  
 ¶ Hemihæctum seu Hemihæctum dicitur semifextarius Medimni.  
 ¶ Culeus mensura est continens vicenas amphoras, vel vnas quadragenas. Plinius de  
 vinea Palemonis grāmatici loquens. Quando & postea sæpenumero septenos culcos sin-  
 gula iugera, hoc est amphoras centenas quadragenas musti dederat.  
 ¶ Batus hebraicum est vocabulum. Capit sextarios. 72. Sabellicus. Cui quamdiu opus te-  
 nuit, ex Iudæa quotannis Coros tritici viginti millia dono misit Salomon, totidemque Ba-  
 torum olei.  
 ¶ Corus Medimnos Atticos. 41.  
 ¶ Mina Græca habet vncias sexdecim, Romana viginti.  
 ¶ Libra vncias duodecim, vncia drachmas octo, drachma grammata tres, gramma obo-  
 los duos, Obolus ceratia tria, & calchos octo. Ceratium calchos duos. Cyamus Aegyptius  
 grammata duodecim. Sed alia sunt mensurarum apud nos vocabula. Porro autem culpam  
 me oportet deprecari, quod hic viarum mensuras, liquorum & aliarum rerum mensuris  
 confudero, Scribentibus enim vt occurrebant varieg lectiones. Præterea nemo est vt opinor,  
 adeo simus & experts nasi, qui prima statim fronte discrimen non intelligat.  
 ¶ Plutarchus in vita Solonis vocat Hippicum quatuor stadiorum distantiam. Varia men-  
 surarum genera leges apud doctissimum Budeum, Plæraq; etiam in antiquis lectionibus  
 Celij.

¶ Serui diuersi, liberti & famuli.

Daphnis	Demetrius	Epaphroditus
Plocius	Eros	Toko
Manlius Antiochus	Pachus	Carellus
Staberius	Alcman	Terentius
Auge	Demetrius	Pub. Syrus
Chryfognus	Melanthius	Staius Cæcilius
Heron	Mys	Euporus
Hipparchus	Phedon	Mycithus
Mena	Nenippus	Zamolxis
Menocrates	Pompilius	Tyro Tullius
Pallens	Perseus	Laurea Tullius
Callistus	Diogenes	Popeius Ieneus
Narcissus	Epictetus	Patrobius
Drusillanus	Aefopus	Anicetus
Pub. Catiens	Iosephus	Mnester
Paronetemus	Eunus	Chilo.
Splachnopes		

**D**aphnis fuit seruus, quem Cn. Pisatrensis vendidit M. Scauro tribus millibus &  
 septuaginta sestertijs. Plinius Cap. 39. lib. 7.  
 ¶ Plocius, Manlius, Antiochus, & Staberius Erotis nomina sunt seruorum a-  
 pud Plinium libro. 35. Cap. 16.  
 ¶ Auge serua fuit Demetrii, Chryfognus seruus Syllæ, Heron Luculli, Hipparchus M.  
 Antonij, Mena & Menocrates Sex. Pompeij, Idem Plinius eodem libro.

Pallens,

OFFICINA

- ¶** Pallas, Callistus & Narcissus tres fuerunt serui, qui Claudij principatu seruitute liberati dices admodum euaserunt.
- ¶** Drusillanus seruus fuit Claudij principis, qui lanceam habuit quinquagenariam, auctore Plynio, cui fabricanda officina prius exedificanda fuerat.
- ¶** Publius Catienus Philotimus seruus fuit, qui heres omnibus bonis institutus coniecit se in rogam patroni, Auctore Plynio libro septimo.
- ¶** Paronetemus seruus fuit & Spado, quem Sutorius Priscus magna pecunia vendidit Seiano.
- ¶** Splachnoptes verna fuit Pericli Atheniensium principi charus.
- ¶** Demetrius seruus fuit Pompeij Auctore Plutarcho in C. tione Vticensi.
- ¶** Pachus seruus Catonis Censorij, qui mortem sibi consciiuit.
- ¶** Eros seruus fuit Antonij, a quo quum Antonius ipse ab Augusto superatus, reru desperatione gladium petiuisset ad inferendam sibi mortem, ille gladium quidem accepit quasi Antoniu percussurus, At conuerso prope ictu seipsum cofodit, & ad pedes domini prolapsus est, Plutarchus.
- ¶** Alcman poeta inuentor carminis amatorij seruus fuit Agelidis, propter ingenium manumissus, Aelianus apud Volaterranum.
- ¶** Demetrius nomen est serui apud Martialem libro primo scribentem. Destituit primos virides Demetrius annos.
- ¶** Melanthius seruus fuit Vlyssis, quem Vlysses ipse reuersus ab expeditione Troiana interfecit.
- ¶** Mys seruus fuit Pythagore vel Epicuri secundum Gellium.
- ¶** Phedon Socraticus ( cui Plato librum de animae immortalitate nuncupauit ) seruus fuit, quem Cebeus Socraticus hortante Socrate emit.
- ¶** Menippus item, cuius libros M. Varro in Satyris æmulatus est, Pötanus de obedientia.
- ¶** Pompilius seruus fuit Theophrasti Peripatetici, Perseus Zenonis Stoici.
- ¶** Diogenes Cynicus seruitutem seruiuit, Hunc quum emere vellet Xeniaades Corinthus, & quid is artificij nouisset, percontatus esset, Noui inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. Quod responsum miratus Xeniaades emit, & manumissit, Filiosque suos ei tradens, accipe inquit, liberos meos quibus imperes, Gellius Cap. 18. lib. 2.
- ¶** Epictetus philosophus seruum se confessus est his verbis, Seruus Epictetus fueram, qui corpore mancus, pauperie pressus, charus eram superis, Gellius.
- ¶** Aefopus Thrax seruus fuit conditione, manu tamen ab Idmone missus.
- ¶** Iosephus Iudeorum fuit vernaculus & templi sacerdos.
- ¶** Ammianus ait Eunum ergastularium fuisse seruum, qui in Sicilia duxerit captiuos.
- ¶** Epaphroditus seruus fuit & libertus Neronis.
- ¶** Toko seruus fuit cuiusdam Gumnonis, teste Saxone.
- ¶** Carellus seruus fuit Gundiberge Longobardorum regine, auctore Paulo Diacono.
- ¶** Romæ seruiuit Terentius Carthaginensis.
- ¶** Seruiuit & Publius Syrus Atellanarum auctor.
- ¶** Statum Cecilium Comœdiographum seruum fuisse nomen ipsum arguit. Nam Stadius nomen erat seruile teste Gellio.
- ¶** Euporus seruus fuit C. Gracci, qui dominum ex Auentino fugientem qua potuit ratione tutatus est, ac super occisum animam scissis proprio vulnere visceribus effudit, inquit Macrobius.
- ¶** Mycithus seruus fuit Anaxilai Messenij Rhegynorum tyranni, qui moriens liberos suos eidem commendauit, Macrobius.
- ¶** Herodotus ait Zamolim seruum fuisse Pythagore.
- ¶** Tyro Tullius & Laurea Tullius serui fuerunt & liberti Ciceronis. Pompeius Lenæus Pompeij magni, Patrobius Neronis auctore Plynio.
- ¶** Anicetus auctore Cornelio Tacito libertus fuit Neronis, & Mnester Agrippinæ.
- ¶** Chilo seruus fuit Porcij Catonis. Zosimus libertus fuit Plynij oratoris.
- ¶** Syris serui imperant, Nam quum apud eos soli serui militent, ex illis creatur imperator, cuius virtutem habent exploratissimam. Pontanus de obedientia. Cretenses seruis suis ( quos vocabant Epharmiotas ) permittebant omnia præter Gymnasia & armorum professionem.
- ¶** Maryandini a Milesijs subacti vendebantur in contemptum. Publica seruitus in Creta vocatur Mnea, Helotæ dicebantur Lacedæmoniorum serui a Laconig ciuitate, quam Helos vocant

los vocant. Serui feruntur esse Pannonia ipsa seruitute feruiliore. Thracū populis peculiare fuit sale mancipia commutare. Hic adagium. Sale emptum mancipium. Seruis argēto comparatis primum vsi sunt Chij. Apolides dicuntur viles serui qui sine ciuitate in opus perpetuo dantur, & deportantur in insulas, ad metalla, salinas & sulphurias. Ferritribaces a Plauto dicuntur, qui semper compediti sunt ferro. Aliter dicuntur genus hominum ferratile.

¶ Salutigeruli qui iussu domini aut domine hunc vel illum salutant. Mediastini qui in media domo inter seruos abiectissima queque munia obeunt. Horatius. Tu medastinus tacita prece rura petebas. Tales sunt in nauibus mesonauē. Tercitæ serui sunt qui versantur in agris. Apud Lacedæmonios ancille vocantur Chalcides. Catanocophori fuerunt Sicyoniorum serui, Prospelate Arcadum. Capfarij dicuntur qui seruanda in Balneis vestimenta mercede suscipiunt. Portius Cato vir alioqui in omni vita laudatissimus seruos senio debilitatos solebat eijcere, seu accepto commodo nihil amplius humanitatis debeatur hominibus. Mancipia iure belli capta olim vānabant sub coronis.

¶ Pauscape dicitur orbicularis feruorum machinula, qua ori manus admouere prohibentur. Trita mancipia & veterana dicuntur, quæ emendari nequeunt. Seruorum turba vocatur Therapia. Qui mancipia cædunt, stigmatæ dicuntur & stigones, qui cæduntur mastigia. Flagella ipsa vocantur mastigides, hystrichides, Rhyteres. Callicyrii nuncupantur exulum serui. Trapezopœi dicuntur serui mensam curantes. Eleatri serui qui præficiuntur ciborum ministerio, Scapulares serui, quibus scapule cæduntur, & qui ostrearum tergum vlceribus gestant. Equi caracter fronti impressus seruitutis erat argumentum, Auctore Plutarcho. Volinienses quum seruos suos omnes manumississent, ab eis postea oppressi sunt. Serui antiquitus accepta libertate, raris capitibus pilea induebant. Moris erat etiam, vt pedes seruorum vernalium Creta notarentur. Vnde Iuuenalis satyra prima. Nusper in hanc urbem pedibus qui venerat albis. Tibullus. Vera loquor, regnum ipsa tenet que sepe coegit Barbara gypsatos ferre Catasta pedes. Ouidius. Despice gypsati nomen inane pedis. Seduculum flagellum est ita vocatum, quod vapulantes sudare faciat. Scutica verber factum loris. Diminutiuum est scuticula.

### ¶ Vincula diuersa.

Boiæ  
Circites  
Cohum  
Epidromes  
Lorum

Pedica  
Numella  
Compes  
Rhetia  
Catasta

Manica  
Capistrum  
Pantheron  
Panagron.



Oiæ dicuntur vincula tam lignea quam ferrea, quod sic illaqueent vt iuga suos boues.

¶ Circites circuli sunt ex are facti.

¶ Cohum lorum est, quo temo buris iugo adalligatur.

¶ Epidromes funes sunt, quibus retia tenduntur circa summam & imam partem.

¶ Lorum vinculum est ex corio. Capitur etiam pro retinaculo iumentorum & cingulo Veneris. Gellius. Videbamus Androdam & Leonem loro tenui reuinctū vrbe tota circum tabernas ire. Lo-

rarij dici possunt carnificum famuli, qui reos loris vinciunt imperantibus dominis.

¶ Pedica laqueus pedum. Mantuanus in Buccolicis. Vt captam pedicis circundat aranea muscam.

¶ Numella vinculum est ligneum, quo reorum pedes & colla in foramina rotunda immittuntur & ibidem constringuntur, vt se nequeat educere. Plautus in Asina. Qui aduersum stimulos, laminas, crucesque, compedesque, neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, Boias.

¶ Compes vinculum est pedum, quo alligantur rei, ne carceres effugiant. Horatius. Iberis cis peruste funibus latus Et erura dura compe.

¶ Retia seu reticula dicuntur casses venatorum ad illaqueandas feras. Capiuntur & interrim pro alijs vinculis.

¶ Catasta compes erat feruilis. Persius. Cappadocas rigida pingues pauisse catasta. Martialis libro nono

## OFFICINA

lis libro nono. Sed quos arcanae seruāt tabulata Cataste. Capitur etiā pro loco, in quo venales pueri & puellae seruabantur.

¶ Manicę dicuntur proprie manuum vincula. Propertius libro tertio. Regales manicas rupit vtraque manu. Virgilius. Ipse viro primus manicas atque arcta leuari Vincla iubet Priamus.

¶ Capistrum capitis vinculum in equis & iumentis. Martialis. Paret purpureis aper capistris.

¶ Pantheron genus est retis ex eo nomen habens, quod omnes aues concludat. Budęus in Pandectis.

¶ Panagron appellatur rete piscatorium.

### ¶ Centaurorum nomina.



Vrytius, Nessus, Astylus, Ophionides, Gryneus, Rhetus, Orneus, Lycidas, Medem, Pyserior, Taumas, Mermeros, Pholus, Melas, Abas, Eurynomus, Hyreos, Hymbros, Ceneus, Alphidas, Elops, Paereus, Lycus, Chromis, Dictys Pharcus, Bianor, Hedianus, Lycetus, Hypafon, Thereus, Ripheus, Demoleon, Plageon, Hylon, Ephinous, Damus, Dorylus, Cyllarus, Pheo, Thomas, Theboas, Pyretus, Ethodus, Epidupus, Odites, Styphelas, Bromus, Antimachus, Elymus, Pyramus, Latreus, Monychus, Hyllo nome femina, Maris.

Ixion Phlegyę filius vt fabulantur poetę Centauros genuit ex nube, qui propterea vocantur nubigenę, & ab Ixione patre Ixionidę. Virgilius libro septimo. Ceu duo nubigenę quum vertice montis ab alto Descendunt Centauri. Ouidius libro duodecimo. Certe mihi sepe referre Nubigenas domitos a se pater ipse solebat. Lucanus libro sexto. Illic semiferos Ixionidas Centauros Fœta Peletronijs nubes effudit in antris. Aspera te Pholoes frangentem Momyche saxa, Teque sub Oethæo torquentem vertice vullas Rheteferox, quas vix Boreas inuēteret ornos. Hospes & Alcidaę magni Phole, teque per amnem Improbe Lerneę vector pasture sagittas. Finguntur præterea fuisse humana facie, & equino tergo, vnde semiferi, bimembres, bicorpores, & semimates vocantur. Virgilius in Opusculis. Centaurusque biformis adest. Idem libro octauo Aeneidos. Tu nubigenas inuicte bimembres, Hyleumque, Pholumque manu, tu Cressia maestas Prodigia. Statius libro nono. Semifer aëria talis Centaurus ab Ossa Desilit in valles. Ouidius libro duodecimo. Nos semimari superamur ab hoste. Hoc autem ideo fingitur, quoniam equos domare & equo pugnare primi omnium excogitarunt Authore Plynio. Bellum gesserunt in Lapythas, Victi sunt ab Hercule. Aliter etiam vocantur Hippocentauri.

### ¶ Sirenes



Irenes filia fuerunt Acheloi & Calliopes musę, quarum primam voce, secundā cithara, tertiam tibijs aiunt canere. Hę cantus amenitate dicuntur sopire nauas, sopitos demum submergere, vnde & pro meretricibus accipi solent, quę verborum lenocinijs blandiuntur, vt totum exuggant hominem. Cicero libro quinto de finibus vertit in latinum carmen Homericum quo Sirenes Vlyssē inuitant, ait enim,

O decus Argolicum quin puppim flectis Vlysses,  
Auribus vt nostros possis agnoscere cantus,  
Nam nemo hęc vnquam est transuectus cęrula cursa,  
Quin prius astiterit vocum dulcedine captus,  
Post varijs auido fatiatus pectore musis  
Doctior ad patrias lapsus peruenerit oras.

Corpus habent superne femineum ad vmbilicum vsque, inferne desinunt in pisces. Earum nomina sunt Aglaosi, Telcipri, Pisno, Iligi, vt testatur Boccatus. Lycophronis interpres Sirenes tres vocari tradit Pisinoen, Aglaopen, Thesiepien, Aristoteles & ceteri ferme omnes Sirenum nomina hęc esse tradunt. Parthenope, Leucosia, & Ligia, Vnde Solinus. Insula Liguria appellata abiecto sibi corpore Sirenes ita nominatę. Parthenope a Parthenopes Sirenis sepulchro, quam Augustus postea Neapolin esse maluit.

Ministri somni.



## ¶ Ministri somni.



Oete somnum deum faciunt, vt videre est in fine quinti Aeneidos, Herebi filium, cui & ministros assignant, quorum hęc sunt nomina Morpheus, Icelon seu Phabetor, & Panthus. Morpheus ille est, qui dormientibus varia phantasmata, & multiplices rerū imagines obijcit. Ouidius libro vndecimo. At pater e populo natorum mille tuorum Excitat artificem, simulatoremque figuræ Morpheæ, non illo iussos solertior alter exprimit incessus, vultumque somnumque loquendi, Adijcit & vestes, & consuetissima cuique Verba, sed hic solus homines imitatur. De Icelone seu Phabetore idem. At alter fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens. Hunc Icelon superi, mortale Phabetora vulgus nominat. De Phanto seu Phantaso idem. Est etiam diuersæ tertius artis Phantaso, ille in humum, saxumque, vndamque, trabemque, Queque vacant anima fallaciter omnia transit. Regibus hi, ducibusque suos ostendere vultus Nocte solent, populos alij plebemque pererrant. De Morpheo Baptista Pius. Sis comes & socio moueas vestigia passu Morpheu, qui seceptum nocte silente geris. Anxia tu miti deslectis lumina somno. Irriguo & fallas corda sopore foues, Tu potes oblitam reuocare ad pristina mentem Gaudia, tu curis sollicitare iecur. Induis absentis faciem gemebundus amantis, Mollibus & lachrymis mollia corda moues.

## ¶ Synonyma quædam poetica.



Theniēses imprimis dicuntur Attici, Athenæi, Actei, Thesei, Theſide, Cecropij, Cecropidæ, Munychij, Mopſopij, Aeacidæ, Eriſthei, Eriſthonij, Aegidæ, Marathonij, Cranai, Eriſthidæ, Codridæ, Athenienſes & Atheneia Minerua, quæ Athena græce dicitur. Attici & Actei ab Attione rege. Ouidius libro primo Metamorphoseos. Sæparat Aonios Actæis Phocis ab aruis. Theſæi & Theſeij & Theſide a Theſeo filio Aegæi Athenarum regis. Virgilius libro ſecundo Georgicorum. Præmiaque ingentes pagos & compita circum Theſide poſuere. Martialis eadem ratione fauos Theſæos vocat, id est Atticos, vbi ait. Maſſica Theſæis tam bene vina fauis. Cecropidæ a Cecrope rege. Virgilius libro ſexto Aeneidos. Tum pendere pœnas Cecropidæ iuſſi. Munychia erat Athenienſium nauale, vnde & Munychij dicti ſunt. Ouidius libro ſecundo Metamorphoseos. Munychiosque volans agros, gratamque Mineruæ Deſpiciebat humum. Mopſopij a Mopſo Athenarum rege. Ouidius libro quinto Metæ. Mopſopium iuuenem ſæros agitare iugales. Aeacidæ ad Aeaco. Idem Ouidius libro octauo. Dant placidi curſum redeuntibus aultri Aeacidis. Eriſthei & Eriſthonij ab Eriſtheo & Eriſthonio regibus. Ouidius libro octauo. Eriſthæas Tritonidos ibat ad arces. Eadem ratione vocatur Eriſthidæ. Aegidæ ab Aegeo Athenarum rege. Ouidius in Epistoſis. Inter & Aegidas mediâ ſtatuaris in vrbe. Marathonij a Marathone Atticæ campo. Vnde Statius libro quinto Syluarum. Erigonen vocat Marathoniam. Syllius lib. 14. Armaque fixa deis aut que Marathonius hoſtis Perdidit. Sidonius. Et dum mopſopium ſtipantur per Marathoniam. Cranai a Cranæo rege Athenarum. Codridæ a Codro rege, qui ſe pro patria deuouit. ¶ Attica, Mopſopia, Ionia, Poſſidonia, Cecropia, Cecropis, Attis, Acte, idē ſibi volūt. Athenienſes etiam dicuntur Pandionij a Pandione rege Eriſthonij filio. ¶ Aſcanius filius Aeneæ aliter vocatur Iulus & Ilus. Virg. li. 1. Aen. At puer Aſcanius cui nunc cognomen Iulo Additur. Ilus erat dum res ſtetit Ilia regno. ¶ Arcades, Arcadij, Arcadici, aliter vocantur Tegæi, tegeci, & Tegeatici a Tegeo Arcas diæ oppido. Virgilius libro quinto Aeneidos. Alter ab Arcadia Tegææ de ſanguine gentis. Idem libro octauo. Tum lateri atque humeris Tegeæum ſubligat enſem, id est Arcadicum. Sidonius. Tegeaticus arcas Nunc plantis nunc frōde volat. Arcadia terra, Nonacris. Pontanus lib. 2. amorum. Nec tu ſperne deum, cui ſeruit Nonacris ora. ¶ Parrhaſij a Parrhaſia Arcadiæ regione. Virgilius libro vndecimo. Qui Parrhaſio Euan dro Armiger ante fuit. Ouidius libro primo Faſtorum. Deſerit Arcadium, Parrhaſiumque larem. Lycei a Lyceō monte Arcadiæ. Ouidius libro ſecundo Faſtorum. Faunus in Arcadia templa Lyceus habet. Nonacris locus est in Arcadia, a cuius nomine Arcades vocantur Nonacrin

OFFICINA

tur Nonacrini & Nonacrii. Ouidius libro quinto Fastorum. Et matri & vati paret Nonacrius heros, id est Euander Arcas. Idem libro secundo Meta. Dum redit itque frequens, in virgine Nonacrina arsit. Parthenij a Parthenio monte Arcadiæ. Ouidius libro nono. Vestrum opus Elis habet, vestrum Stymphallides vndæ Parthenium que nemus. Pisæ a Pisæ oppido Arcadiæ prope Alpheum fluuium. Ouidius libro secundo Trist. Quid non tantalides agitate cupidine curus Pisæam Phrygijs vexit eburnus equis? Pisæam id est Hippodamiam Arcadicam. Molorchæi a Molorcho Arcadiæ pastore, cuius precibus Hercules leonem interfecit. Elæi ab Elea oppido Arcadiæ prope Tegeum, vbi Minerua sanum habuit. Staius libro quarto Sylvarum. Aut Eleæ lucis vidit Tegeæa sacerdos. Erymantij & Erymantei ab Erymanto monte. Staius libro quinto Thebaidos. Affuit Hippomedon, rectorque Erymantius, id est Parthenopeus. Cyllenij a Cyllene Hrcadiæ môte, a quo Mercurius vocatur Cyllenius. Cleongi a Cleone oppidulo. Calistonij a Calisto filia Lycæonis regis Arcadiæ.

☞ Alemani aliter vocantur Teutones, Teutoni & Teutonici a Teutone deo, quæ venerabatur. Virg. lib. 7. Teutonico ritu soliti torquere Cateias. Lucanus lib. 1. Vidimus & Martem Lybies, cursumque furoris Teutonici. Idem libro sexto. Cantaber exiguis aut longis teutonus armis. Germani quæ vicini sint belgis. Item & Germanici. Sueto, in Augusto. Vt tamen in quibusdam Pannonicis atque Germanicis aut interueniret, aut non longe abesset, Rhenicolæ, quæ habitent ad Rhenum fluuium.

☞ Aetoli populi Graciæ Epyro & Aacananiæ finitimi aliter vocantur Calydonij a Calydone vrbe. Hinc Calydonides eius loci mulieres. Staius libro secundo Thebaidos. Centum ibi virgineis votæ calydonides aris Oenëij ab Oeneo rege Aetoliæ & Deianyræ patre. Ouidius libro octauo. Et Oenecios vltorem Ipreta per agros Misit aprum. Pleuronij ab eiusdem loci vrbe, quæ dicitur Pleuron. Ouidius libro decimoquarto Talibus iratam venerè Pleuronius agmon Instimulat verbis. De Pleurone Staius libro secundo Thebaidos. Et reduci pateat mihi martia Pleuron. Eadem ratione vocantur Pleuronis alumni. Idem Staius lib. 8. Nunc Mœste fundens Pleuronis alumnos. Naupaçtei Naupaçto eiusdem loci oppido. Hinc Achelous dicitur Naupaçteus. Ouidius libro secundo Fastorum. Amphias raiades Naupaçte o Acheloo.

☞ Aegyptij aliter vocantur Paretonij a Paretonio Aegypti vrbe, Mareotici a Mareotide lacu eiusdem loci. Ouidius libro nono. Ipsi Paretonium Mareoticaque arua Pharon; Que colis. Sidonius. Nec sic Leucadio classis Mareotica portu Actiacas abscondit aquas. Classis Mareotica, id est Aegyptia, qua vehebatur Cleopatra. Iliaci ab Ili filia Inachi, quam p. dea coluerunt. Ouidius libro primo de Ponto. Vidi ego linigenæ numen violasse fatentem Iliadis Iliacos ante federe focos. Memphæi & Memphitici a Memphi Aegypti vrbe. Ouidius libro primo de arte. Ne fuge linigenæ Memphitica sacra iuuenç. Lagæi a Lago primi Ptolemæi patre, a quo Nilus vocatur Lagus. Lucanus libro primo. Qua mare Lagæi mutatur gurgite Nili. Idem libro octauo. Vltima Lagæe stirpis, perituraque proles. Idem libro decimo. Præstet Lagæa iuuentus Hoc regi. Niliaci, nilotici, nilicolæ & niligenæ a Nilo fluuiio. Lucanus libro quinto. Te nisi Niliaça propius non vidit arena. Idem libro nono. Rege sub impuro nilotica regna tenente. Pelusij & Pelusiaci a Pelusio nili hostio. Lucanus libro octauo. Qua diuidui pars maxima nili In vada decurrit Pelusia septimus annis. Ptolemæi a Ptolemæo Lagi filio, a quo deinceps Aegypti reges omnes idem traxerunt nomen. Vnde & Pharon Ptolemæa poetæ appellant. Pharij a Pharo Aegypti insula. Cleopatrici a Cleopatra regina. Vnde & Sidonius dapes Cleopatricas appellat.

☞ Aegyptus aliter vocatur terra Memphitis, tellus nilotica & Delta.

☞ Appuli Italiæ populi aliter vocantur Mesappij a Mesappo rege. Ouidius libro. 14. Peucetiosque sinus Mesappiaque arua reliquit. Aetholidæ ab Aetholo Diomede, qui ibidem imperauit. Syllius libro. 13. Aetholidas inter fuit haud ignobile nomen. Daunij a Dauno patre Turni, qui ibidem regnavit.

☞ Appulia ipsa vocatur Iapygia ab Iapyge Dædali filio, Mesappia a Mesappo, Daunia a Dauno.

☞ Arcadia aliter vocatur regio Mænalis a Mænalo promontorio. Ouidius lib. 3. Fast. Pinigerum Fauni Mænalis ora caput. Staius lib. 3. Syl. Sed quem te Mænalis auge Confectu Thyasis & multo fratre madentem Detinuit.

☞ Arabes Nyfij & nyfiadæ. Hinc nymphæ nyfiades a nyfa oppido. Ouidius lib. 3. Fast. Nyfiades nymphas puerum quærente nouerca.

☞ Angli seu Anglici aliter vocantur Britanni. Virgilius. Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

- tannos. Caledonij, Martialis libro primo. Nuda Caledonio sic pectora prebuit vrsu. Idem libro decimo. Quite Caledonios Ouidi visure Britannos. Dicuntur & Brutigenae, quonia descend. rura Bruto. Anglia ipsa aliter vocat Britania, Caledonia, Albion, & Anglitterra.
- ☞ Afri seu Africani aliter vocantur Tunisei a Tuneto seu Tunitio Lybiae ciuitate. Sidosnius. Torrida Tuniseos infert mihi Byrsa furores.
- ☞ Aelia insula dicitur etiam Acolis. Baptista Pius. Vt Lipareus ager, vtque Acolis insula flagrat. Acoliae insulae prius etiam dicebantur Ephestiades & Vulcaniae.
- ☞ Allobroges populi aliter vocantur Pedemontani. Stroza pater. Et pedemontanum signa secuta ducem.
- ☞ Aurelia prius vocabatur Gebanum.
- ☞ Aquilgranum Vegerra.
- ☞ Aetna insula, Inesia.
- ☞ Agrigentum Agragas. Virg. Arduus vnde Agragas despectat maxima longe moenia.
- ☞ Aegina vrbs adiacens Peloponneso aliter vocatur Oenopia. Ouidius lib. 7. Meta. Oenopiam veteres appellauerunt, sed ipse Aacus Aeginam genitricis nomine dixit.
- ☞ Ambracia vrbs Epyri prius dicebatur Eponia & Paralia. Ambracienfes & Ambraciotē idem sibi volunt.
- ☞ Achelus fluuius prius Thoas dicebatur. Mutauit nomen sub Acheloo rege.
- ☞ Arar fluuius influens in Rhodanum aetate nostra vocatur Sagona.
- ☞ Achaia regio aliter vocatur Aegylos ab Aegylo rege.
- ☞ Argos Hippium idem sibi volunt authore Plynio.
- ☞ Antiochia Seleucia a Seleuco rege.
- ☞ Auster notus, idem Plynius libro decimo octauo. Hac austrum ventum dabit, quem a Graecis notum diximus vocari.
- ☞ Apollo, Pean, Phoebus idem.
- ☞ Aurora, Mennonis mater Eos, idem. Seneca in Hercule Oethæo. Noctesque duas contulit Eos.
- ☞ Achilles Aeacides, Pelides, Chironis alumnus, idem.
- ☞ Ariadna Minois, quod sit Minois filia.
- ☞ Aesculapius, Epidaurius anguis, quoniam in Epidauro colebatur in forma colubri.
- ☞ Anien fluuius, anio, anienus.
- ☞ Aeolus Hippotades id est nepos Hippotae cuiusdam Troiani. Ouidius libro vnde decimo. Quod focer Hippotades tibi sit, qui carcere fortes Contineat ventos. Idem lib. 14. Aeolon Hippotaden cohibentem carcere ventos.
- ☞ Argonautis aliter vocatur Pinus Thessala & Pagasea a Pagasa Thessalię ciuitate.
- ☞ Bithynia aliter vocatur Mygdonia a Mygdono rege, & Bebrycia a Bebryce. Ouidius in Epistolis. Nunc quoque Mygdonia flebilis astat humo.
- ☞ Bœotij aliter bœoti. Lucanus libro tertio. Bœoti coiere duces. Phocęi & Phocaiçi a Phocide propinqua regione. Hyantharia vetustis Bœotiae populis. Stadius libro primo. Thebaidos. Exul hianthæos inuenit regna per agros. Ouidius libro quinto Metamor. Fonte meduseo, & hyanthæa Aganippe. Teumesij a Teumeso Bœotiae monte. Stadius libro secundo Thebaidos. Non alias tacita iuuenis Teumesius iras Mente acuit. Meleagri a Meleagro. Vnde & Pleuron Meleagria vocatur a Statio. Thespiaci a Thespijs oppido eius loci. Stadius libro secundo Syluarum. Centum Thespiacis odora lucis Stent altaria. Helyconij ab Helycone monte Bœotiae musis sacro. Stadius libro septimo. Horrent Thyrenos Helyconia plestra tumultus. Cyrreia a Cyrre oppido Phocidis. Idem Stadius libro septimo. Moenia Cyrreia monstrauit a pollo iuuenca. Hippocrinifati ab Hippocrene fonte. Vocabulum est Sidonij Apollinaris. Aganippe ab aganippe fonte eiusdem loci. Aonij & Aonidae, quoniam Aonia pars est Bœotie. Castalij a Castalia fonte.
- ☞ Bithyni aliter vocantur Bithynici Tynniaci, Mygdonij, Bebryaci.
- ☞ Biturici Bituriges, Sidonius. Spectabilem virum episcopum sibi flagitat populus Biturix ordinari.
- ☞ Bizantij, Bizantini Constantinopolitani.
- ☞ Bizantium, ligos. Plynius libro quarto. In quo oppidum Bizantium liberę conditionis, antea ligos dictum.
- ☞ Bononia, Felsina.
- ☞ Bœotia, Aonia, Ogygia, Hyantis.
- ☞ Boreas, Aquilo.

OFFICINA

☞ Bacchus liber, Iacchus, Euam, puer Semeles.

☞ Briareus, Aegeon.

☞ Belides, Danaides.

☞ Bellona, Pallas, Enyo.

☞ Belge, Belgici.

☞ Burgundi Burgundiones.

☞ Balcares Gymnæsiæ.

☞ Bellouaci Bellouacenses.

☞ Corinthij vocantur Corinthij & Corinthiaci, Ouidius libro, 15. Iamque Corinthiaci carpebã littora ponti, Cypselidæ a Cypselo Ixionis filio, Virg. in Cyri. Cypselidæ magni, florentia regna Corinthi. Ephyræi & Ephyreij, quoniam Corinthus prius vocabatur Ephyre. Lucanus libro sexto. Infedit castris, Ephyræaque moenia seruat. Isthmiaci & Isthmij ab isthmo terra angusta prope Corinthum, quæ separat Aegæum mare ab Ionio. Statius libro secundo Sylvarum. Talis in Isthmiacos ploratus ab æquore portus. Idem. Aeraque ab Isthmiacis auro potiora fauillis. Idem. Quisquis collibus Isthmiæ Diones.

☞ Cenchreia Cenchro portu. Statius libro quarto Thebaidos. It comes, Inoas Ephyre solata querelas, Cenchreæque manus.

☞ Carthaginenses vocantur Tyrii a Tyrijs colonis, quos illuc adduxit Dido post Sichæi mortem. Virgilius. Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere Coloni Carthago, Cadmei, quoniam Tyrii & Phœnices descenderunt a Cadmo. Syllius libro primo. Sacri quum perfida pacti Gens Cadmea super regno certamina mouit. Afrubaliani ab Afrubale duce. Verbum est Sidonij. Elisæi ab Elia Didone. Byrsici quoniam Carthago prius dicebatur Byrsa a coelio. Sidonius. Spermis Elisæe Byrsica tecta domus.

☞ Carthago ipsa vocatur Byrsa & Chaceldon. Syllius libro secundo. Quis procul a Tyria dominos depellere Byrsa, Virg. lib. 1. Aen. Mercatiq; solum facti de nomine Byrsam. Claudianus in Eutropium. Bacchatus per opera tremor Chalcedona mouit.

☞ Carystus vocatur Chalchodotis, Macris, Macra, Chalcis, Ambatias, Afopsis. Author Plynius Cap. 12. libri quarti.

☞ Cybelen Troes prope Idam habitantes, Rheam vocant, deorū matrē. Itē Vestam, & deam Phrygiam magnam, a locis Ideam, & Dindymenam, & Pylenam, & Pissinūtiā, Author Strabo libro decimo.

☞ Cretenfes aliter dicuntur Cretæi, Virgilius libro tertio Aeneidos. Tertia lux classē Creteis sisset in oris Cressij. Idem libro quarto. Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit Pastor agens telis, Cressi. Idem libro quinto. Cressia genus Pholoe. Gnosij a Gnosio vrbe Cretæ. Virgilius libro sexto Aeneidos. Gnosius hæc Rhadamantus habet durissima regna. Gnosiaci, Ouidius libro octauo. Gnosiacæque hæret comes inuidiosa carinæ. Dyctæi a Dyctæ vrbe Crete. Virgilius libro tertio Aeneidos. Dyctæa negat tibi Iuppiter arua. Lycij a Lycio vrbe Crete. Virgilius libro tertio Aeneidos. Et Salentinis obedit milite campos Lycius Idomeneus, Cydonæi, Cydonij, & Cydoniaci a Cydone vrbe Crete. Ouidius libro octauo. Armaque, equosque, habitusque, Cydoneasque pharetras. Statius libro quarto Thebaidos. Terga Cydoniaca Choritos arūidine pulsat. Ariadnæi ab Ariadne Minois filia. Minoij a Minoe rege. Ouidius in Epistolis Phedre. En ego nunc ne forte parum Minoia credat. Androgeonij ab Androgeo filio Minois. Gortynij & Gortyniaci a Gortyna vrbe. Statius libro quarto Thebaidos. Arbitrator hos dura versat Gortynius vrba. Dorici & Dorienfes, quoniam tempore belli Troiani Dorici venerunt in Cretam, duce Althemene, ibique decem vrbes condiderunt.

☞ Creta insula aliter vocatur terra Curetis a Curetibus, qui in ea habitauerunt. Ouidius libro octauo. Ut egressus ratibus Curetida terram Contigit. Terra Gortynis vocatur etiam Aeria & Macaros. Plynius libro quarto. Malcotes Crates primū Aeria dictam, deinde posteri Curetim appellauerunt. Et Macaron nonnulli temperiæ cœli appellatam existimauerunt.

☞ Cumani aliter Cumæi, Chalcidi, Euboici.

☞ Capitolium, sedes Tarpeia, Templum Iulium.

☞ Cares aliter Bubasij, Ouidius libro nono. Bubasides videre nurus.

☞ Colchi, Colchiaci, Phasiaci, Aetæi, Aeci, Aetij, Cyteij.

☞ Cynosura, Helyce, Arctos Parthasis vrba. Rationem reperies apud interpretes vocabulorum. Si vnicuique dictioni semper immorari vellem, nūq; explicarem me hoc labyrintho.

☞ Corfica, Cynos, Plynius. In mari Ligustico est Corfica, quã Greci Cynō appellauerunt.

☞ Carmentis Nicofrata.

- ¶ Cantabri Cantabrici.  
 ¶ Cappadoes Cappadoci.  
 ¶ Carteia vrbs Hispanię Tariffa.  
 ¶ Delos Ortygia a multitudine Coturnicū. Virg. lib. 3. Aen. Linquimus Ortygię portus.  
 ¶ Danubius, Ister, Adubanus.  
 ¶ Dyrrhacium, Epidamnum, Plynus, Epidamnum colonia propter inauspicatum nomen a Romanis, Dyrrhachium appellata.  
 ¶ Diana, Cynthia, Luna.  
 ¶ Dido, Eliffa, Phœniffa.  
 ¶ Dalmatæ Dalmatici.  
 ¶ Euboici, Capharæi, Abanti, Tanagrai a Tanagreo Euboię ciuitate. Statius libro nono. Prima Tanagræum turbauit arundo Corœbum.  
 ¶ Epyrotæ, Epyrotici, Leucadij a Leucade promontorio, Actij & Actiaci ab Actio oppido, Phocæi, Phocaiici, Chaoni, Dodonigenæ verbo Sidoni, Molofli, Pyrrhidæ, Idem.  
 ¶ Epyrus terra Chaonis.  
 ¶ Euboa terra Eubois, Statius in Achil. Quatitur naualibus ora Eubois, Chalcis, Abâtis.  
 ¶ Equus Troianus, equus Durateus, Epei machina.  
 ¶ Eduenses, edui, Augustudunenses.  
 ¶ Euphrates, Pyxirates authore Plynio.  
 ¶ Elis Epi.  
 ¶ Elienses Elei, Epei.  
 ¶ Flora, Chloris, Zephyritis, dea florum, vxor Zephyri.  
 ¶ Furia, Eumenides, Dire, Erymnies.  
 ¶ Graeci, Graij, Graiugene, Argci. Virgilius in Opusculis. Septima iam Argæis stabulis impensa laboris. Argiui, Argolici, Dorici, Dorienfes, Pelafgi, Pelopeij & Pelopiadæ a Pelope filio Tantalij. Virgilius libro secundo Aeneidos. Vltro Afiam magnam Pelopæa ad mœntia bello Venturam. Statius libro decimo. Ad patrias fusæ Pelopeides aras, Achillei & Achillidæ ab Achille, Argolæ apud Euripidem, Achæi, Achiu, Achaiici, Inachi, Inachij, Inachidæ ab Inacho Argiuorum rege, patre Ifidis, Ouidius libro quinto Fastorum. Litus ad Inachium puluis inanis eam. Statius libro primo Thebaidos. Qua nostrę cecidere animæ stupet Inacha pubes. Idem libro quinto. Lectique potentes Inachidæ. Agamennoni, Agamennonidæ ab Agamennone. Virgilius libro sexto Aeneidos. At Danaum proceres, Agamennonięque phalanges, Acrifionei ab Acrifio rege Argiuorum Abantis filio, Ouidius libro quinto Metamorphoseos, Acrifioneas Proetus possederat arces. Abantei & Abantiadæ ab Abante Argiuorum rege patre Acrifij, Ouidius libro decimo quinto. Nusper Abanteis templo Iunonis in Argis, Thyestæi a Thyeste. Mycenæi a Mycenis vrbe. Ouidius in Epistola Briseidis. Nulla Mycinæum sociasse cubilia mecum Iuro, Menelaæi a Menelao, Phoronidæ & Phoronei a Phoronio Inachi filio & Argiuorum rege. Statius libro secundo Syluarum. Ili Phoroneis quondam stabulata sub antris. Persæi a Persæo Acrifij nepote. Stati<sup>o</sup> libro primo Thebaidos. Persæos alter in agros Scinditur. Danaei. Idem. Tunc sedet Inachias vrbes, Danaæaq; regna, Dolopeij a Dolopibus Græcię populis. Valerius Flaccus. Vidisse putant Dolopeiaque busta, Iasidæ ab Iasio Argiuorum rege. Tantalidæ a Tantalio, Achillei & Achillidæ ab Achille.  
 ¶ Græcia, Achaia, Dulichia, Hellas, Achais. Idem. Græcia Achais. Ouidius libro quinto Metamorphoseos. Pars ego nympharum, quę sunt in Achaide dixit.  
 ¶ Galli, Gallicani, galligene, galatę, Sequanici, Sequanidę.  
 ¶ Garamantes, garamantici.  
 ¶ Gygantes fratres Phlegreij, Titanes.  
 ¶ Gorgon Medusa.  
 ¶ Gratia, Charites.  
 ¶ Gorgoris, Habis.  
 ¶ Gades, Gadera, Cotynusa.  
 ¶ Hispani, Iberi, Iberici, Iberiaci. Virgilius libro septimo, Tyrrenoque boues in flumine lauit Iberas. Sidonius. Terrarum indigenas Ibericarum. Syllius libro duodecimo. Omen Iberiacis victa Carthagine terris. Beticolę & Betigene, Syllius libro primo. Beticolasque viros spacijs agitabat iniquis. Idem libro nono. Betigeneque viri celsus media ipsa coerscet. Hesperij, Tartessij & Tartessiaci a Tartesso vrbe Gadibus vicina.

OFFICINA

- ¶ Hispania, Tellus Tartessia, Iberia, Idem.  
 ¶ Hyrcani, Caspij.  
 ¶ Hyades, Suculae.  
 ¶ Heraclaea, Syris, Trachin, author Plynus.  
 ¶ Italia, Hesperia maior, ab Hespero Atlantis fratre, Oenotria ab Oenotro Sabinorum rege. Virgilius. Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt. Oenotrii coluere viri, nunc fama minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem. Idem libro septimo. Hinc Itale gentes, omnisque Oenotria tellus In dubijs responsa ferunt, Latium, quod ibidem Saturnus latuerit, Arma Iouis fugiens & regnis exul adeptis. Idem Virgilius libro octauo. Latiumque vocari Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris. Saturnia a Saturno. Ouidius libro primo Fastorum. Inde diu genti mansit Saturnia nomen. Dicta quoque est latium terra latente, Terra Aufonis & Aufonia ab Aufone Vlyssis filio. Ouidius libro secundo Fastorum. Captaque erat Lyricis Aufonis ora sonis, Stroza filius, Duciori Aufonio, sed pareat Aufonis ora, Terra Italis. Ouidius libro secundo de ponto. Mcestisque cadentes Excepit lachrymas Italis ora genis.  
 ¶ Itali, Italida, Italici, Ouid. li. 4. Littore in Italico Messenia moenia contra. Lauretes, Lauiuij Laurentij, Thyrrheni, Laurentij, Latiales, Aufones, Aufonij, Aufonide, Lucanus lib. nono. Grata vice moenia reddent Aufonida Phrygibus.  
 ¶ Infernus, Infernalis, Auernus, Auernalis, Tartareus, Herebaeus, Plutonium, Cocytius, Acherusius, Phlegetontes, Stygius, Acherontes, Lethaeus, Orcius.  
 ¶ Indi, Indici, Gangetici, quod prope Gangem habitent. Lucanus libro quarto. Et quas sentit Arabs, & quas Gangetica tellus, Syllius libro tertio. Hinc laxos artus olim Gangetica pubes Submitter. Dicuntur etiam Nysej a Nyfa vrbe Indij, Idaspej ab Idaspe, Sidonius, Frangat Idaspeas aries impactus Erithras.  
 ¶ Illyrici, Illyrij, Talanti, Syllius lib. 15. Quaque per Illyricum Talantius incola littus.  
 ¶ Inarime, Aenaria, Pythecusa, authore Plynio. Aenaria a statione nauium Aenej. Hodie vocatur Ischia.  
 ¶ Iudej, Iudaici.  
 ¶ India terra Gangetis, Terra Euphratis Euphratidis, Sidonius. Ripa Euphratide vix putat tuendam.  
 ¶ Iuxta insula Aethala  
 ¶ Iphigenia Iphianassa, Lucretius. Iphianasseo turparunt sanguine foede.  
 ¶ Iason Aesonides ab Aesone patre.  
 ¶ Lydi seu Lydij populi maioris Asiae aliter vocantur Maonij, Maones & Maonide, Virgilius lib. 8. O Maoniae delecta iuuentus. Idem lib. 11. Ducis exemplum euentumque secuti Maonide incurrunt. Item & Maonici, Ouid. in Epist. Deianyra. Maonicas inter calathum tenuisse puellas. Ethrusci & Thyrrheni, quoniam Thyrrenus Ays filius colonos ex Lydia duxit in Italię regionem, que nunc vocatur Ethruria. Gygei a Gyge rege vt Croesij a Croeso, Statius lib. 12. Si patrium Marothona metu, si tecta leuasti Croesia.  
 ¶ Lydia vocatur Tyrrenia, Maonia, Ouid. lib. 14. Concurrit Latio Tyrrenia tota.  
 ¶ Laconia prouincia in Peloponneso aliter vocatur Oebalia & Tænaris a Tænaro promontorio, Ouidius in Epistolis Paridis, Tænaris est classi terra petita mee. Idem in Episto. Helenae. Excepit portu Tænaris ora suo.  
 ¶ Lacones ipsi seu Loconici vocantur Oebalij & Oebalide, Ouid. lib. 1. Fast. Protinus Oebalij rettulit arma Tati. Stat. li. 5. Theb. Ambiguo visus errore laceflunt Oebalide geminie. Therapneia Therapnis vrbe Laconie patria Helenę, Ouid. lib. 5. Fasto. Prima Therapneo feci de sanguine florem. Idem in Episto. Paridis. Nec dedignare maritum Rure Therapneo nata puella Phrygem, Tænarij & Tænaride a Tænaro promontorio.  
 ¶ Libya, Libye, terra Libyftis, Libyssa, Idem. Pontanus lib. 1. de amore coniugali. Non vsta affiduo sole Libyftis humus. Ouid. lib. 9. Meta. Terreq; in fine Lybisse.  
 ¶ Lybici, Lybissini, Marmarici a Marmarica regione Africę, Syllius li. 3. Marmaricis ales populis responsa canebat, Nafamonij & Nafamoniaci a Nafamonibus populis Lybie.  
 ¶ Liguria ora Ligustica, Idem.  
 ¶ Lycij Patargi, quoniam Patara est vrbs Lycie. Statius libro primo Thebaidos. Scute Lycie Patarae niuosis Exercent dumeta iugis.  
 ¶ Loerenfes, Hesperij, Ozole.  
 ¶ Lucani, Tanagraia Tanagro fluuio Luconia, Statius. Tanagrumque Phalantum.  
 ¶ Latini, Faunigenę, Syllius libro octauo. Faunigenę socio bella inuafere Sicano.

- ☉ Lucifer, Veneris stella, Phosphorus, Cythereus ignis. Syllius libro duodecimo. Haud se-  
 cus Oceano rediens Cythereus ignis. Vesper, Vesperugo, Sydus, Hesperus Veneris.  
 ☉ Lacedæmones, Lacedæmonij, Tyndareia a Tyndaro rege Oebaliæ, & Helenæ patre. Vn-  
 de & Syllius Tarentum vocat Tyndarium, Spartani, Spartiaci, Spartiate. Sidonius, Spar-  
 tiaræ rupium variatarum posuere crustas.  
 ☉ Lacedæmon Sparta Idem.  
 ☉ Ligures, Ligustici, Ligustij, Gentenses. Idem Sidonius. Qui Ligustijs, Euganeisq; mon-  
 tibus oriebantur.  
 ☉ Lipara insula prius Longonis & Meligunis vocabatur. Author Plynus libro tertio, Ca-  
 pite octauo.  
 ☉ Leucadia Peninsula prius vocabatur Neritis. Idem author.  
 ☉ Lutecia Parrhisij. Idem.  
 ☉ Mantuani seu Mantoij dicti sunt a Manto Tyresia filia. Aliter vocatur Bianorei & Bia-  
 noridæ a Bianore Mantus filio, qui aliter vocatur Ocnus, Virgilius in Buccolicis. Nam-  
 que sepulchrum Incipit apparere Bianoris. Stroza filius, Arua Biarnoreis permuta Ibes-  
 rica campis. Politianus in Manto. Quippe Bianoream manet hæc victoria gentem. Ocnæi  
 ab Oeno filio Mantus. Stroza filius. Orbita ab Ocnæis euexit ad astra Lacunis, Minciadæ  
 & Mincigenæ a Mincio fluuio propinquo. Pontanus, Vos Mineiadæ vos o mihi manes  
 Eite boni.  
 ☉ Moloisi, Epyrotici, Chaonij, Leucadij idem.  
 ☉ Mysij Theutrantei, Theutrantiij.  
 ☉ Messenij, Pylj.  
 ☉ Megarenses, Megarici, lelegeij. Ouidius libro octauo Metamorphoseos. Interea Minos  
 Lelegia littora vafat.  
 ☉ Mercurius Hermes.  
 ☉ Macedones, Pallenæi a Pallene vrbe, vbi gesta est Gygantomachia. Stadius libro quarto  
 syluarum. Et Pallenæos Phœbum laudare triumphos.  
 ☉ Mediolani, Mediolanenses, Insubres. Placet hic obiter aperire ethymum dictionis eius  
 Mediolanum. Nam non temere reperias, qui hoc edisserat. Certum est imprimis vrbe[m]  
 hanc a Gallis conditam. Cuius fundamentis iaciendis dum excavarentur fosse, ferunt in ter-  
 ræ visceribus inuentam fuisse (mirum dictu) suam dimidiatim lanatam, a quo portento in-  
 ditum sit Mediolanæ vrbi nomen. Ad quod alludit Claudianus de nuptijs Honorij & Ma-  
 riæ scribens. Continuo sublime volans ad mœnia Gallis condita, Lanigeræ suis ostentans  
 tia pellem Peruenit. Item Sidonius, Rura paludicolæ temnis populosa Rauennæ. Et quæ  
 lanigero de sue nomen habet.  
 ☉ Messana Zancle.  
 ☉ Marsi Celenci. Stadius libro secundo Thebaidos. Fœda Celença cōmittere prælia Buxo.  
 ☉ Mare rubrum, Erithræum.  
 ☉ Miletus, Lelegeis, Phitiusa, Anactoria. Author Plynus.  
 ☉ Mars, Mauors, Mars piter, Gradius.  
 ☉ Minerva, Pallas, Athena.  
 ☉ Musæ, Camœnæ.  
 ☉ Neapolitani, Parthenopæi.  
 ☉ Neapolis, Parthenope, Eubojs. Stat. lib. i. syl. Nitidum cōsurgat ad æthera tellus Eubojs.  
 ☉ Nasamones, Nasamonij, Nasamoniaci.  
 ☉ Normani, Neustrici.  
 ☉ Normania, Neustria.  
 ☉ Neptunus, Ennosigæus.  
 ☉ Niobe Tantalus a Tantalos patre.  
 ☉ Nilus, Melo.  
 ☉ Naxos, Dia. Catullus. Namque fluenti sono prospectans littore Diæ.  
 ☉ Numyde, Numydici, Micipsæ. Iuuenalis saty. 3. Canna Micipsarū prora subuexit acuta.  
 ☉ Orientales, Eoi, Auroræ populi, Mennonij a Mennone Auroræ filio. Nabathæi a Naba-  
 thea regione. Ouid. lib. i. Meta. Euris ad Auroram, Nabathæaq; regna recessit.  
 ☉ Occidentales, Occidui, Ouidi? Vesper & Occiduo quæ littora sole tepefcunt. Tatessij a  
 Tarteisso vrbe Gadibus propinqua. Ouid. li. 14. Presserat occiduius Tarteisia littora Phœ-  
 bus. Tarteffiaci. Syllius lib. 6. lam Tarteffiaco quos soluerat æquore Titan. Hesperij.  
 ☉ Parthi, Parthici, Achæmenij & Achæmenidæ ab Achæmene rege. Ouidius libro quarto  
 hh ij Meta. Rexit

OFFICINA

- Meta. Rexit Achæmenias vrbs pater Orchamus. Arfacidę ab Arface primo Parthorum rege. Lucanus lib. 1. Plus illa vobis acie quam creditis actum est. Arfacidæ Arfacij. Claudianus in Eutropium. Arfacio postquam se regia faste Sustulit.
- ☞ Phetontides, Climenides a Climene matre. Helyades a patre Sole, qui Helyos gręce dicitur. Ouidius ad Liuian. Sic fleuit Climene. sic & Climenecides altæ.
- ☞ Phocæi, phocenses. phocæci, Cyrrhęi, Castalij.
- ☞ Padus, Eridanus, Phaetontius amnis a Phaetonte ibidem submerso. Syllius libro septimo. Nunquam Phaetontius amnis Sanguinea pontum curuasse decolor vnda. Padova, Messanicus, Bodincus, Vide causam horum nominum apud Plynium libro tertio, Capite decimo quinto.
- ☞ Puteolani, Dicarchęi a iustitia administrationis, Syllius libro octauo. Pröle Dicarchæa multo cum milite Graia.
- ☞ Petragorij, Petragorici.
- ☞ Perse Gazetici, nam Gaza Perfarum est opulentia. Sidonius. Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna.
- ☞ Pannonia, Pannonis.
- ☞ Pestum possidonia, author Plynius.
- ☞ Parce, deæ fatales fata.
- ☞ Phœnices, Pygmalionęi, Agenoridę.
- ☞ Pella vrbs Macedonia, Bunomus Bunomea.
- ☞ Parnafus Larnafus prius dicebatur.
- ☞ Penelope, Icaris, Icarioris.
- ☞ Pyrata, Cilices.
- ☞ Pictones, pictaenses.
- ☞ Peloponnesus, Apia, pelafgia, Arcx, Helladis.
- ☞ Romani, Romulei, Romuli, Romulidę. Aeneadae ab Aenea, Iulęi ab Iulo, Lucanus lib. primo. Phrygijsque penates Gentis Iulęę, Latiales, Romulares.
- ☞ Scythæ, Scythici, Riphæi. Virgilius libro secundo Georgicorum. Gens effrena virum Riphæo tunditur Euro. Maotici a Męotidę palude. Thermodontæi & Thermodontiaci a Thermodonte fluuio. Stadius libro duodecimo. Thermodontiaco lectum remeare triumpho. Boristhenidę ab eiusdem regionis fluuio. Męotij, Tanaitici a Tanai fluuio. Sidonius. Telluris Tanaiticum rebellem. Bosphorani, Idem. Plaudentes stupuere Bosphorani. Saecæ, Aramei. Plynius libro sexto. Ultra sunt Scytharum populi. Persæ illos Sacas vniuersos appellauere a proxima gente, antiqui Arameos.
- ☞ Sicilia, Sicania, Trinacria, Trinacris, triquetra, triquetris vocatur. Ouidius libro quinto Metamorphoseos. Vasta Gygantæis iniecta est insula membris Trinacris. Stadius libro secundo Ser. Quid militibus promissa Triquetra. Lucretius libro primo. Insula, quam Triquetris terrarum gessit in oris.
- ☞ Siculij, Sicani, Sicani, Lilybęi a Lilybęo promontorio. Virg. lib. 3. Aen. Et vada dura lego faxi Lilybeia cęcis. Ennęi ab Enna vrbe. Lyparęi & Lyparenfes a Lypara insula. Sidonius. Strauit sub Lyparenlibus caminis. Taurc minitati a Taurominio monte Sicilię. Arethusij, & Arethusęi, ab Arethusa fonte Sicilię. Syll. lib. 14. Eriditur subitas in spes Arethusia proles. Claudianus li. 2. de raptu. Quas Arethusęi latices, quas aduena nutrit Alpheus. Agatodęi ab Agatocle rege Sicilię. Syll. lib. 14. Hic Agatodęis sedes ornata tropheis. Aeo lij, Depraniani, a Deprano promotorio iuxta Siciliam. Sidonius. Agonem Depranitanum Troianę superstitionis imitari. Catinenfes a Catina vrbe Sicilię, de qua Syll. lib. 14. Tum Catine, nimum ardentis vicina Typhocę.
- ☞ Syrii, Palestini, Orontæi.
- ☞ Syracufani, Syracufij, Arethusifidę.
- ☞ Scythia, Męotis ora.
- ☞ Samos Parthenia.
- ☞ Salaminij salaminici.
- ☞ Sabini, sabelli, sabellici, samnites.
- ☞ Sardinia Ichnufa. Syll. lib. 12. Inde Ichnufa prius Graijs memorata colonis Mox Lybici Sardus generoso sanguine fidens Herculis, ex sese mutauit nomina terre, Sandaliotes.
- ☞ Strophades, Plotę.
- ☞ Symplegades Cyaneę.
- ☞ Syria, Palestina, Iudea, Phœnicia.



¶ Sardinij, Iolenfes.

¶ Sarmatę fauromatę, Troiani, troes, troici, troiugene, Erichtonij ab Erichtonio filio Dardani. Virg. in Culice. Vrit Erichtonias oriens non ignibus arces. Idē, Erichtonias prostratus funditus arces. Idej ab Ida monte, Ilij, iliaci, iliade, Aeneada, Hecforei, Hecforeę, Dardani, Dardanię, Dardanidę, Sigęi, Teucři, Teucrigene, Phryges, Phrygę, Rhoreę, Pergamei, Laomedontę, Laomedontiada, Anchisęi, Anchiliade, Priamęi, Priamidę.

¶ Troia Teucrıa, Iliion, Ilios, Dardania, Pergamus.

¶ Troades, Iliades, Teucrides, Dardanides, mulieres Troianę.

¶ Theſſalici, Theſſalide, Iolchiaci ab Iolcho Theſſalię ciuitate. Virg. in cyri. Regis Iolchia cis animum defingere votis. Melibęi & melibenſes a Melibęa vrbe Theſſalię. Pagafęi a Pagafum vrbe. Ouidius lib. 7. lamq; fretum Minyę Pagafęa puppe ſecabant. Atracię, Atracię ab Atracio, qui magicas artes ibidem edocuit. Penej a Penco fluuijo. Ouid. li. 12. Exigit Atracides. Peneique arua pererrat. Lapythej a Lapythis populis Theſſalię. Idē Ouidius. Et tum Lapytheia teſta intrarant. Pelethronij a populis eiufdem nominis. Peliaęi a Pelię monte. Ouid. lib. 1. Faſt. Summaq; Peliaę ſydera tangat apex. Pherej. Seneca. Paſtor Phereę Delius pauit greges. Ouid. in Epift. Ipſe repertor opis vaccas patiſſe Phereę. Amphyriaci ab Amphyrio fluuijo. Stati<sup>9</sup> lib. 1. ſyl. Aut Amphyriaco paſtor de gramine carpti. Pharfalię Pharfalici. Luca. lib. 6. Qua iuga deuexus Pharfalica porrigit Hęmus. Hęmonij, hęmonidę. Magnęſi, Magnęſij. Horat. lib. 3. Car. Magnęſſam Hippolytem dum fugit abſtinens. Politia. in Manto. Hęmonidis refert & Brontem, Vulcaniaęq; antra. Val. Flac. lib. 6. Stant littore fixi Hęmonidę. Lariffęi a Lariffa. Centauręi a centauris. Statius. Sperchiusq; minax, centauręusq; Lycormas Lapythonij a Lapythis. Idē Statius. Cofudere modos, puerum, Lapythonia nympha. Oſſęi ab Oſſa monte. Statius li. 12. Nec Oſſęi bello cecidere bimembres. Pholoetici a Pholoe. Non ſic Pholoetica monſtra atque Peltronios Lapythas Semeleius Euan Miſcuit. Aemathij, Philippię, a Philippis campis Theſſalię. Lucanus. Romanas actes iterum videre Philippi.

¶ Traces, thracij, thraicij, Mantini a Mantinis Thracię populis. Virg. in Cyri. Vos o Mantinaſi quide gente venitis. Iſmarij ab Iſmaro monte. Pangej a Pangeo Thracię promontorio. Ouid. lib. 3. Faſto. lamque erat ad Rhodopem Pangeęque flumina ventum. Odryſij a populis eiufdem nominis. Rhodopej a Rhodope monte. Abderitani, ab Abdera vrbe thracię. Martialis lib. 10. Abderitanę pectora plebis habes. Biſtones, biſtonij, biſtonidę a Biſtone fluuijo. Oeagrij ab Oeagro filio Thracię. Hinc Orpheus Oeagrius. Aedoni ab Aedonę Thracię monte. Boſphoranti, boſphorei, Sidonius. Boſphoreis Elephas inglorius ora tributis. Borifthenidę a Borifthenę fluuijo Thracię. Baptiſta Pius. Mitior ad ſęus aurora Borifthenidas.

¶ Tracia, Biſtonis, Scythonis, terra Aedonis.

¶ Theſſalia, Hęmonia, Pharfalia, Aemathia, Theſſalis ora, Driopis, Macedonia, Pyrrhea, a Pyrrha Deucalionis vxore. Pandora, a Pandora eiufdem Deucalionis matre. Neſonis, a Neſone Theſſali filio.

¶ Tybris, tyberis tyberinus, Albula. Ouidius libro ſecundo Faſtorum. Albula, quem Tyberim merſus Tyberinus in vndis Reddidit.

¶ Thebani, Echionij, Echionidę ab Echione Cadmi ſocio. Ouid. lib. 5. Triſt. Viſtor Echionias ſi vir penetraſſet in arces. Hiantij & Hiantęi, Iſmemi, Iſmenidę ab Iſmeno fluuijo. Learchej a Learcho Athamantis filio. Ouid. li. 6. Faſt. Męſta Learchęs mater tumulauerat vmbra. Athamantęi ab Athamante. Cadmej a Cadmo. Labdacij & Labdacidę a Labdaco rege patre Laij. Statius libro. 2. Theb. Labdaciumque ducem pręmiſſę conſona nocti. Ogygę, Ogygidę ab Ogyge rege. Teumęſij a Teumęſo Bęotię monte. Statius. Subit ore cauo Teumęſia cornus. Eryphilej ab Eryphile Amphiarai vxore. Statius lib. 4. Theb. Sic Eryphileos aurum fatale penates Irrupit, Oedipodionij Oedipodionidę ab Oedipo rege Laij filio. Statius lib. 7. Aſt ego non proprio diros impono labori Oedipodionidas. Idē lib. 10. Oedipodionij mittent diademata fratres. Megaręi a Megara Creontis filia. Statius libro duodecimo. Magno Megareia pręceps Arua capit paſſu. Agenoridę ab Agenore patre Cadmi. Statius libro duodecimo. Exanimis in terga reducit Pallor Agenoridas. Draconigę, a dentibus ſerpentinis a Cadmo fati, quibus nati ſunt homines armati. Sidonius. Queque Draconigę portas non clauſerat hoſti. Eadem ratione vocantur Ophionij. Nam Ophis Gręce ferpens dicitur Latine. Seneca. Cadmęa proles, atque Ophionius ciuis. Amphionij, ab Amphione.

¶ Tyrij, Sarrani.

OFFICINA

¶ Tyros, Sarra.  
 ¶ Tartessus, Carteia.  
 ¶ Templa, Temese.  
 ¶ Thufci, Etrufci, Tyrrheni.  
 ¶ Taurus mons, Imaus, Edigis, Paropanifus, Circius, Cambades, Pharphariades, Choas  
 tras, Oreges, Oroandes, Nyphates, Author Plynius libro quinto Cap. 27  
 ¶ Veneti, Eneti.  
 ¶ Zephyrus, Fauonius.

¶ Avium nomina.

1	Aquila	33	Chenalopex		Oenanthe
2	Alcyones		Calidris	60	Orus
3	Aedon		Chalcis		Otides
4	Aegocephalus		Crex		Oenas
5	Alauda		Cerulea		Ortygometra
6	Apiafra		Certhia	61	Pelicanus
	Ardea		Collurio	62	Perdix
7	Asterias		Cephus	63	Phœnicopterus
8	Attagen	34	Drepanis	64	Picus
9	Achanthis	35	Epops		Pica
10	Accipiter		Eialos	65	Porphyrio
11	Anthus		Egithus		Prynge
	Argatylis		Erihacus		Pygargus
	Anler	36	Falco	66	Palumbus
12	Alectorides	37	Ficedula	67	Parra
13	Anas		Frigilla		Passer
14	Apodes	38	Fulica	68	Pauo
	Aematopodes	39	Galerita	69	Phœnicurus
	Aefalus		Galgulus	70	Phœnix
	Afiones	40	Gallus	71	Psytacus
	Auis incendiaria	41	Gallina	72	Phasianus
15	Bubo	42	Grus	73	Phalærides
16	Caladrius	43	Glottis		Phalocrococores
	Caprimulgus	44	Graculus		Pyrocteres
17	Carduelis	45	Gryphes		Phœtus
	Castra	46	Hirundo		Pardalus
18	Cenchrus	47	Bybris	74	Querquedala
	Cercos		Herodius	75	Regaliolus
	Cicina		Harpa		Riparia
19	Ciconia	48	Ibis		Ruffica
20	Circanea		Immutulus	76	Satyria
	Cocyx	49	Lagopus		Spinturnix
21	Coturnix	50	Larus		Stritomellus
22	Curruca	51	Lufcinia		Stryx
23	Cycnus	52	Linx		Struthius
24	Cypselus	53	Mergus		Struthiocamelus
25	Cataracta		Merula	77	Sanqualis
26	Chlorio		Merops		Sylla
	Cynnammulgus	54	Monedula		Sturnus
	Cluina		Motacilla		Subis
27	Clorcus	55	Milvus	78	Terrancola
28	Cornix	56	Mennonix		Tragopanades
29	Coruus		Monticula		Trochilus
30	Cinclus	57	Noctua		Truo
31	Corydus	58	Nicticorax		Turdus
	Ciffa	59	Oncrotalus	79	Turtur
32	Columbus		Ophiomachus	80	Tinungulus

Vlula

81 Vlula  
82 Vpupa83 Vultur  
Veripertilio

84 Vipiones.

## EXPLANATIO.



Quisla alitum regina dicitur, q̄ altissime volet. Ideoq; armigerum Iouis eam poete vocant. Congreditur magnis animalibus, vt ceruo, cuius cornibus insidet, puluerulentas alas de industria concutiens, vt visu & oculis p̄peditus decidat in cursu, mortuusq; fiat p̄da. Ferunt Aquilę pennam alijs etiã rebus confertã non p̄trascere. Pullos suos p̄bat ad solē, quę si sustinere nequeant, vt de genere excludit. Hinc, Mātua. Non secus ac memorant aquilã de trudere nido. Pignora, quę nequeūt acies attollere in orbē Solis, & atherei q̄bus est graue limen olympi. Oppetit non senio nec egritudine, sed fame. Crescens enim rostri superioris aduncitas impedit ne cibū queat capere. Quum seniuit, grauantur eius p̄nē & oculi. Cui rei vt medeatur, querit fontem, calorem in se colligit, & lanatur. In fontem ter se mergit, eoque modo redire fertur ad iuuentutem, teste Hieronymo in quadam Epistola ad Præsidium. Hinc psalmographus. Renouabitur vt Aquilę iuuentus tua. Plutarchus in Mario scribit Aquilam geminos tantum pullos parere. Propterea nonnulli mentitum asserunt Musęum, qui scripsit Aquilam tres pullos parere, duos sustrahere, & vnum alere. Aquilarum genera sex sunt teste Plynio, Melenato colere nigricans minima magnitudine, quę sola Aquilarū foetus suos alit, cętera fugant. Conuertatur in montibus. Secundi generis Pigargus albicante cauda, Tertij Morphos, cui vita est circa lacus, nigerrima est Aquilarum, prominentiore cauda, Testudines frangit e sublimi iaciendo. Qua forte periit Aeschylus poeta. Quarti Percepterus vel pernocterus, morans per lacus, specie vulturina, alis minimis, reliquas magnitudine antecellēs, sed imbellis & degener, nam succūbit coruo. Eadem ieiuniã semper auiditatis est & querulę murmurationis. Sola Aquilarum exanima fert corpora, Cęterę quum occidere, considunt. Quintum genus Halietus ceruice magna, lata cauda, circum mare versatur. Sextum Gnelium magnitudine media, colore subrutilo, rarum aspectu. Reliquę aues quas Aquila petit ad p̄dam, gregatim læpnumero volant, vt resperu p̄narum hostem excęcēt. Nidificat in petris & arboribus. A meridiano tempore operatur & volat. Prioribus horis ignata sedet, donec impleantur conuentu hominum fora. Eius pennę mixtas auitū pennas deuorant. Ex volatibus nunq̄ fulmine tangitur. Pugna est illi in draconem, qui propterea eius oua consecratur auiditate malefica.

Alcyones aues septem diebus nidificant ante brumam, & totidem sequentibus pariunt. Duplex est earum genus. Alterum vocale arundinibus insidens. Alterum mutum ampliore corpore. Antiqui eas Alcedones vocabant. Dies illi septem, quibus pariunt, Alcyonides & Alcedonia vocantur. Ouidius libro vndecimo, Metamorphoseos, Perque dies placidos Hiberno tempore septem Incubat Alcyone pendentibus æquore nidis, Tum via tuta maris, ventos custodit & arect Acolus egressu, p̄statque nepotibus equor. Est Alcyon paulo maior passere, colore nigro & cæruleo, qui Cyanetus vocatur. Dū procellosum est mare, si Alcyonum oua obijciantur, inducunt tranquillitatem. Ferunt in super eas hanc a Ioue gratiam cōsecutas, vt in tempore sollicitudinis suę serenos quatuordecim dies in hyeme accipiant. Hinc Propertius tempestate vexatus eas alloquitur & intocat libro primo, vbi ait, Et merito (quonia potui fugisse procellam) Nunc ego desertas alloquor Alcyonas. Minores Alcyones canunt in arundinetis. Collo sunt gracili & procero, Raro apparent, nec nisi circa solsticia, & in bruma, in qua oua deponunt. De his Seneca in Agamennone. Licet Alcyones Cæica flum Fluctu leuiter Plangente sonent, quum tranquillo Male consisę credunt se iterum Pelago audaces, foetusque suos Nido pauide trübante fount. Passiturę Alcyones nidum initar conchę spinis incredibili duriciã subtexunt, deinde ad mare defenrētes, vndis imponūt, atque illis se constipantes, dum vchuntur foeticant. Piscibus vi uunt, pariunt oua quina. Ex Plynio & Aristotele.

OFFICINA

- 3 ¶ **Aedon** Græce, nobis **Luscina** dicitur. **Calturnius**. Vocalem superet si turpis **Aedona** bubo.
- 4 ¶ **Aegocephalus** avis est **lyene** carens.
- 5 ¶ **Alauda** plumam habet elatam in capite instar **Galeritæ**. Vnde & **Galerita** a Græcis dicitur **Corydalus**. Vocabulo Gallico **Alauda**. Hanc **Plynius** & **Tranquillus** aiunt **Legioni** dedisse nomen, quæ **Alauda** vocabatur. De qua **Cicero** ad **Atticum**. **Antonius** inquit. cū legione **Alaudarum** ad urbem pergere, pecunias municipijs imperare. **Alaudarum** duo sunt genera. Alterum terreum cristatum. Alterū gregale minore corpore & sine crista.
- 6 ¶ **Apiastra** avis meruit nomen ab apibus comedendis.
- ¶ **Ardea** avis dicitur velut ardua, quod in sublime volat. **Virgilius**. **Notasque paludes** deserit, atque altam supra volat **Ardea** nubem. In medijs arenis tristis imbrem indicat & etiā quum altior volat. **Lucanus** libro quinto. Quodq; ausa volare **Ardea** sublimis penne con fisa natanti. Eius tria sunt genera. **Pulla** natura, sagax, & victus prouida, colore prauo. **Reliqua** duo pulchro. **Ardeam Gaza** **Erodiū** vocat.
- 7 ¶ **Asterias** avis est ex **Ardearum** genere, dicta a colore astrorum. **Docilis** est humanæ vocis, frequens in **Aegypto**.
- 8 ¶ **Attagen** seu **Attagen** avis **Asiatica** inter cibos electiles quōdam numerata est, maxime quæ in **Ionía** nascitur auctore **Gellio**. Hinc **Attagen** **lonicus** vocatur. **Plynius**. **Attagen** maxime **lonius** celebratur vocalis alias, captus vero obmutescens quondam existimatus inter raras aues, **Martialis**. **Communemq;** duobus **Attagenam**. **Idem**. Inter fapores fertur alitum primus **lonicarum** gustus **Attagenarum**.
- 9 ¶ **Achantis** avis est stridula, quæ pascitur spinis & arduis. Vnde & **Carduellis** dicitur. **Virgilius** libro tertio **Georgicorum**. **Littoraque Alcyonem** resonant, & **Achantida** dumí, **Calturnius**. **Astyle** credibile est, si vincat **Achantida** **Cornix**. **Gaza** **Ligurinum** interpretatur.
- 10 ¶ **Accipiter** avis est rapax & prædatoria, dicta ab accipiendis auibus. De qua **Martialis**. **Prædo** fuit volucrum, famulus, nunc aucupis idem decipit, & captas non sibi moeret aues. **Imbellis** volucres insectatur, vt columbas. Quod studium præde **Stroza** filius graphice describit his verbis. **Qualis hyperboreus** celere de nube columbam **Accipiter** super instat agens, propiorque fugaci **Fit** magis atque magis, iamque huc, iamque exigit illuc. **Alarum** ad sonitum trepidantem & seua pauentem. **Seneca**. **Qualis accipitris** minas **Fugit** & **sparsos** metu **Colligit** foetus auis. **Aucupatur** hæc volucris quadam societate cum homine, maxime circa **Amphipolim** **Thraciæ**, vbi homines ex syluis & arundinetis excitant aues, illi superuolantes deprimunt. **Captas** cum ijs diuidunt aucupes, **lones** **Cymindin** vocant. **Accipitrum** genera sexdecim ponit **Plynius**. **Circō** **Claudū** altero pede prosperrimi **augurij**, nuptialibus negocijs & rei penuriae, **Triorchem** a numero testium, **Buteonem** **Romanij** vocant. **Esalona** Græci vocant, qui solus omni tempore apparet. **Variis** est omnium in præda modus. **Alij** non nisi ex terra auem rapiunt, **Alij** circa arbores volitantem, **Alij** se dentem in sublimi, **Aliqui** volantem in aperto. **Accipitres** **Massiliæ** humi foetificant nec a se libi nascuntur, **Non** comedunt auium corda. **Nocturnus** **Accipiter** **Cybindus** vocatur, rarus in syluis, minus interdum videns. **Bellum** gerit interneciū cum **Aquila**. **Odit** hæc vo lucris, & refugit radicem syluestris **Asparagi**. **Propterea** aiunt tutas esse villaticas aues, si quis eam extruxerit in villa.
- 11 ¶ **Anthus** aquatilis est magnitudine **Frigillæ**.  
 ¶ **Argatylis** auicula est, nidum filis lineis intexens aditu angusto.  
 ¶ **Anteres** stomacho sunt calidissimo. **Gaudent** herbis riguis & frigidis, **Laurū** non attingunt. **Cor** eorum olim fuit laudatissimum inter mensarum cupiditas. **Scipio** vel **Metellus**, aut vt alij malunt, **Sessius** primus docuit anseris iecur esse optimi saporis. **Propter** quod olim seruabarur in corte. **Martialis** libro tertio. **Vagatur** omnis turba sordidæ cortis **Argutus** anser, gemmeique paouones.
- 12 ¶ **Alectorides** aues rostro sunt oblongo, cursu agili, hominem amant. **Capiuntur** intes feres hortorum & vinearum.
- 13 ¶ **Anas** iuxta paludes parit, & statim a partu aquas petit. **Aquilam** formidat. **Huius** auis pectus tantum & ceruix gulæ dabatur. **Martialis**. **Tota** quidam ponatur **anas**, sed pectore tantum. **Et** ceruice sapit, cætera redde coquo. **Volant** **Anates** protinus in sublime, atque e vestigio cœlum petunt etiam ex aqua. **Purgant** se herba fiderite, quum quid molestum comederunt. **Anates** ponticæ venenis viuunt.
- 14 ¶ **Apodes** carent vsu pedum, specie sunt hirundinum, nidificant in scopulis. **Cernuntur** toto mari.

toto mari. Circuuoilant naues. Nulla his requies nisi in nido, aut pendent aut iacent.

¶ Aematopodes aues sunt aquatiles peculiare Aegypti.

¶ Aefalus auicula est, quæ oua corui frangit. Ouidius. Nescius absumptis Priamus. pater Aefalon alis.

¶ Aluco auis est nocturna maior Gallo Gallinaceo.

¶ Aliones capiuntur saltatione quadam ridicula, quam scopam vocant. Maiores sunt noctuis, colore plumbeo, alis albo sparsis, duabus pennis a cilijs ad tempora pendentibus.

¶ Auis incendiaria dicta est, quæ incendijs nascatur. Ea est inauspicatissima, Propterea ea visus vrbes quandoque lustrata leguntur.

¶ Bubo auis est feralis debilis ad volatum, in cauernis locisque desertis commorans. Nocturno volitat solus. Deserta incolit desolataque & inaccessa loca. Non habet cantum vocalẽ sed gemitum. Propterea visus in vrbebibus suspensionem affert & portentum futuri mali.

¶ Quum Capitolium intrasset Sexto Papellio Istro & L. Pediano consulibus, vrbs lustrata est. Plumæ sunt ei velut aures. Bubonis pedes vsiti cum pulpagine herba auxiliantur contra serpentes. Eius cor impositum sinistræ mammæ mulieris dormientis efficit vt omnia secreta pronunciet. Atiuta præterea ferentes ipsum in pugnam fortiores fieri. Item sanguine pulli bubonis crispum capillum, Cinis oculorum eius collyrio mixtus claritatem oculis facere promittitur. Ex Plynio.

¶ Caladrius auis est albi coloris.

¶ Caprimulgi aues sunt maiores paulo merulis, eodem fere aspectu, quæ nec interdum visent, nec videntur. Nocturno tempore sunt furaces. Dicuntur autem caprimulgi, quæ stabula intrent, caprarumque vberibus propter succum aduolent. Qua iniuria vber emoritur, & capræ cæcitatem contrahunt. Aristoteles & Plynius auctores.

¶ Carduelis auicula est capite rubro, alis luteis, albo nigroque distinctis. Semine carduorum pascitur, vnde illi inditum nomen. Cardueles imperata faciunt auctore Plynio, nec voce tantum, sed pedibus & ore pro manibus.

¶ Cassita auicula est, quæ habitat & nidulatur in segetibus. Festiuus est de ea apologus apud Gellium lib. 2. Cap. 29.

¶ Cenchris auis est ex accipitrum genere, quæ aliter a tinnitu vocis appellatur tinugul.

¶ Cercos auis est de genere accipitrum, altero claudicans pede, quam aliter buteonem dicunt. Cicina auis est nocturna.

¶ Ciconiæ lingua carent. Nutriuntur a Thessalis contra serpentes, quos perimunt, Nidos repetunt, hyemis aduenæ cum gruibus, noctu tantum volant. Parentes senio confectos nutriunt insigni pietate. Propterea Aelianus ait eas deorum beneficio in quibusdã insulis conuertere in homines. Et Petronius arbiter ciconiam vocat pietaticultricem his vrbes. Ciconia etiam grata peregrino hospita, pietaticultrix, gracilipes, choralistrã, Auis exulhyemis, titulus tepidi temporis. Næquitia nidum in cacabo fecit meo. Imago eius olim solebat insculpi in sceptris regum, quo eorum pietas & industria indicaretur. Veniunt Ciconiæ e longinquo eodem modo, quo grues. Abituræ congregantur in loco certo, & sic comitatur, vt nulla sui generis relinquatur, nisi forte captiua. Certaturæ in serpentes Origano herba se ferunt. In fidenate agro nidum non faciunt.

¶ Circanea meruit nomen a circuitu quem facit volitans.

¶ Cocix auis nidulatur semper in nidis alienis maxime palumbium. Est de genere accipitrum, licet ad uncum non habeat vngues. Procedit vere, occultatur ortu caniculæ. Aliter vocatur cuculus. Interficitur a suo genere, mutat vocem. Parit singula oua, raro bina. Subiicit pullos, quæ sciat se inuisam cunctis auibus, ac propterea non fore tutam generi suo stirpem opinatur, ni fefellerit. Ex Plynio

¶ Coturnix aliter dicitur Ortygetra a sono vocis. Hinc etiam Delos Ortygia a coturni cum multitudine. Coturnicibus veneni semen gratissimum est cibus. Propterea damnatae sunt mensis, tum etiam propter comitalem morbum, quem solæ animalium sentiunt præter hominem. Ad nos anteueniunt quam grues. Terrestres sunt potiusquam sublimes. Nidulantur in segetibus aut gramineis locis. Austro non volant, aura tamen vehivolunt propter modicas vires & pondus corporum. Quum redire volunt, comitatum sollicitant, ne quæ rapiat accipiter. Eas vulgus nunc appellat quales.

¶ Curruca auicula est, quæ alienos pullos nutrit suos esse putans. Fouet enim oua cuculi.

¶ Iuuenalis Satyta sexta. Tu tibi nunc Curruca places, fletumque labellis Es forbes.

¶ Cygnus auis est candida maior anser e, argute vocis, qui imminente morte dulcissime cantat & velut funus propinquum deplorat. Ouidius. Sic vbi fata vocant, vdis abiectus i herbis, Ad vada

O F F I C I N A

- bis, Ad vada Mæandri concinit albus olor. Idem, Dulcia defleta modulatur carmina lingua. Cantator Cyncus funeris ipse sui. Idem, Veluti canentia dura Traiectus pēna temporā cantat olor. Poetæ fabulatur Cyncum fuisse amatorem Phaetontis, postque eius ruinā mutatum fuisse in hanc volucrem. Mitis est. Infestatur ab aquila, cui tamen fortissime resistit. Habitat in locis amenis circa fluuios. Frequens est apud Caycum, & Caystrū, vt doctissimi in Cornucopiæ. Pythagoras opinabatur immortalē esse animam cyncis, ac prospere latari imminente funere. Sacri sunt Apollini, ob præfagium finis. Mutua carnē vescuntur inter se. De his Lucretius libro quarto, Vallibus & cynci nece detorti ex Helyconis. Quum liquidam tollunt lugubri voce querebam, Virgilius. Et longa canoros Dant pæcolla modos.
- 24 ¶ Cypselus avis nidum facit ex luto in modum Clistellæ. Cypseli ab alijs vocatur Apodes. Nidificant in scopulis.
- 25 ¶ Cataractis luba apud Plynium testis est esse dentes oculosque igneo colore, cetero candidas tradens. Duobus semper ducibus vtuntur. Altero qui ducat agmen, altero vero qui cogat. Scrobes excavant rostro, inde crate confternunt & operiunt terra, quā prius egresserunt. In his foetificant. Binæ sunt fores omnium scrobibus. Orientem spectant, quib⁹ cū in pascua, occidente m quibus redeunt. Aluum exoneraturē subuolant semper & contrario flatu Eas habet insula, in qua tumulatus est Diomedes, Hinc Diomedes aues nonnulli vocant, cuius ædem pleno gutture & madentibus pennis quotidie perluunt & purificanc. Propterea poetæ fabulati sunt Diomedis socios in earum effigies mutatos. Author Plynius.
- 26 ¶ Clorio avis est viridis, magnitudine turturis, quæ hyberno tempore non delitescit, sed æstiuo per solstitium apparet, male volat. Docilis est & ingeniosa, tota lutea. Hanc apud Aristotelem Gaza vocat nireonem.
- ¶ Cynnalmulgus avis arabica nidificat in furculis Cynnami. Eius nidos accole nisi sagittis & plumbatis iaculis disijcere nequeunt, quod faciunt mercis gratia. Plynius.
- ¶ Cluvinam quidam clamatoriam dicunt, Labeo prohibitoriam. Apud Nigidium subis, quæ aquilarum oua frangat.
- 27 ¶ Cloreus avis est coruo inimica, cuius oua noctu exquirat, vt ille huius.
- 28 ¶ Commendatur fides & castitas cornicum in matrimonio. Nam extincta consorte, alteri viduitas manet impolluta. Propterea antiquitus in coniugijs vocabatur ad auspiciū concordie & pudicitie. Noctue aduersantur cornices inuicemque oua sibi suffurantur. Author Aelian⁹. Inauspicatæ sunt garrulitatis, vnde Virgilius. Sepe sinistra caua prædixit ab ilice cornix. Volantes pullos aliquam diu pascunt. Inauspicatissime sunt foetus tempore, qui accidit post solstitium. Nucum duritiam si rostro perfringere nequeant, in altum volantes, in saxa & tegulas iaciunt iterum ac sapius, donec quassatam perfringere valeant. Ardeolas amant. Cornicis cerebrum coctum & in cibo sumptum remedio est ad cerebri & capitis dolores. Si contra aquam clangores dederit, perfundens sese, pluuiam præfagit. Virgilius. Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce. Et sola in sicca secū spaciatur arena. Lucanus libro quinto, Quodque caput spargens vndis velut occupet imbrem, Instabili gressu metitur littora cornix.
- 29 ¶ Corui media æstate sitiunt, in cuius initio pro fluuiio ventris sunt obnoxij, propterea tūc abstinent ab humore. Forum oua profunt atrandis capillis. Tauros inuadunt, & ex omni corpore oculos appetunt maxime. Humanam imitantur vocem. Vnde & in historijs Romanorum legimus fuisse coruum, qui Romanum populum nominatim saluaret, maxime Germanicum & Drusum Cæsares. Martialis propterea coruum saluatorem vocat. In regionibus fecundis gregatis volant, In sterilibus hini. In cibi & escæ penuria, parentes senio confecti pullos concerpunt. Hinc adagiū. Mali corui malū ouū. Cameleontem occidit qui ne victoribus noceat. Lauro infestum virus extingunt. Cloreū oderunt, cuius oua suffurantur. Esalon quoque auicula eorum oua frangit. Generant ante solstitium. Aegrescunt sexagenis diebus. Pariunt quinos. Ore coeunt. Inauspicatum præfagium afferunt quū glutiunt vocem, velut strangulati. Corui aquatici naturaliter caluent. Corui singultu quosdam latrantes & se concutientes, si continauerint, ventos præfagiunt. Si vero carptim vocem referrebunt, ventosum imbrem. Ex Plynio.
- 30 ¶ Cinclus auicula est palmipes iuxta mare viuens. Astuta est hæc volucris & difficilis capta. Capta nihilominus subito mitescit. Culum continuo mouet, debilis est posteriore corporis parte. Propterea quum non sit aptus congerendo sibi nido, incubat alieno. Hinc pro uerbio Cinclos dicimus pauperes. Erasmus.

- C**Corydus vilissima est auicula, quæ quum non sit canora, strepit tamen vtrunque inter aues mutas. Hinc adagiū in natum. Inter indoctos etiam Corydus sonat. 31
- C**Cissa auicula est imitatrix humanæ vocis.
- C**Columbus propter genuinum timorem nidificat in fumis locis. Fœtui plerumque indulget. Vnde facer Veneri esse creditur. Patientibus fœminis mares subueniūt, & oua incubant, quum illæ nequeunt. Bina pariunt oua, primum mas, deinde fœminam. Fidem ferunt in matrimonio. Vnde Pontanus libro secundo Amorum. Qualis Chaoniæ deuinctus more maritæ Nescit amans volucris fallere iura suæ. Mutua semper illis ante coitum est ex osculatio. Nihil illis fœcundius, quadrigenis diebus concipiunt interuallū tantum ad æqui noctium facientes. Varro ponit duo genera columborum, agreste quod in turribus & culminibus villarum habitat, domesticum domi pascitur. Columbe communi seruant domesticum. Nec nisi celibes & viduæ relinquunt. Imperiosos mares etiam iniquos ferunt, Nam tunc suspitio est adulteri, quamuis natura non sit. Tunc pleno gutture obmurmurant, & plerumque rostro feriunt. Facta demum conciliatione sese osculantur. Aequalis vtrique sobolis amor. Hinc fœmina tardius ad pullos intrante oritur interdum castigatio. Quum bibunt, colla non resupinant. Large bibunt iumentorum modo. Purgant se herba, quæ vocatur Helxine. Viunt columbæ annis octonis. Legumina amant, quæ vocatur Craca. Amicæ sunt Patonibus, Aquilis & accipitribus odiosa.
- C**Chenalopex dicitur ex vulpis & anseris forma, audax in selen & aquilam, a quibus infestatur. Fœtus tanta charitate complectitur, vt aucupi obuuium sese offerat, quo fugæ tēpus præbeat suis pullis. Frequens olim fuit apud Britannos, & in mēsarum delicijs. Aelianus apud Volaterranum. 32
- C**Calidris auicula est colore cinereo varie distincta.
- C**Chalcis montes incolit colore niger, magnitudine accipitris, forma tenui & oblonga. Apparet raro. Aristoteles.
- C**Crex auis est pugnax & ad comparandum victum ingeniosa.
- C**Certhia ingenio est audaci, voce clara, nidificat in arboribus.
- C**Cerulea auicula est saxatilis, colore sui nominis & tenui rostro.
- C**Collurio vescitur hisdem cibis quibus merula, Capitur hyemali tempore.
- C**Cephus auis est multis operata plumis, exiguo corpore, quæ vociferatur parsens. Hinc adagiū, Cephus parturit. In eos qui magna pollicentur.
- C**Drepanis auis est sine pedibus rarissime apprens.
- C**Epps auicula est sordida & cristata, quæ aliter a sono vocatur Vpupa. 34
- C**Elalos auis est de genere accipitrum, quæ apparet omnitempore. Aliter vocatur Butco. 35
- E**lapha est coruo, cuius oua etiam frangit.
- E**gibus auicula est inimicitias cum asino exercens.
- E**erithacus auis est solitaria, quæ nunquam fere in eodem saltu nisi vna reperitur. Hanc Gaza Syluā & Rubecalam interpretatur. De hac ortum est adagiū. Vnicum arbutū haud alit duos Erithacos, in eos qui eodem munere concorditer fungij nequeunt.
- F**alco auis est rapax & prædatoria curuatis & aduncis vnguibus de genere accipitrum. Varij autem generis sunt Falcones. Est quem britannicum vocant, aquilæ magnitudine, capreolos inuadens. Alium vocant Gyrofalcom a gyro & circuitu, quo in minores vritur, vt eas agat in prædam. Tertium montanum Quartum peregrinum, cuius generis Falcones nidificant in altis montibus. Quintum gibbosum, q̄ breuitate colli & alis eminentibus insignis gibbo videatur. Albertus. 36
- F**icedula nomen sumpsit a ficibus quibus vescitur. Martialis. Quum me ficus alat, quū pascat dulcibus vuis Cur potius nomen non dedit vua mihi. Formam & colorem mutant ficedule. Hoc solum nomen habent autumnno. Postea Melancorphy vocantur. 37
- F**rigilla dicta est a frigore, quo cantat & viget, æstate moratur in locis calidis, hyeme frigidis.
- F**ulica auis est aquatilis degēs prope stagna & lacus. Nomen sumpsit a furuo colore. Paulo maior est columba, Pullos aquilæ ante tempus exclusos nutrit. Matutino clangore tempestatem præflagit, & quum ludit in litore. Virgilius libro primo Georg. iam sibi tum curuis male temperat vnda carinis. Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi. Clamos remque ferunt ad litora, quunque marinæ In sicco ludunt fulicæ. 38
- G**alerita Plumam habet in similitudinem galeri, vnde & nomen sumpsit. Ea assa & in cibo sumpta coli vicium efficacissime sanatur. Authore Plynio. 39
- G**algulus auis est, quam si inspexerit affectus morbo comitiali, sanari dicitur. Contra vero auis

- 10 auis emori. Alitur ligno, frequens est in Pelopenneso.
- 40 ¶ Gallus nuncius est lucis Latonæ charus, q̄ ei parienti astiterit. Mortua foemina oua incubat, gloriam sentit, noscit sydera, it cubitum cum sole, imperit suo generi, & regnum in quacunq; domo fuerit exercet. Certant inter se Galli studio glorie, Canunt in victoria, & se principes testantur, Victi occultantur, Luce m̄que & hominum aspectum refugiunt. Gra diuntur alta ceruice, & elatis cristis, Cœlum cerebro aspiciunt, in sublime falcatas erigunt caudas. Terrori sunt leonibus. Vnde Lucretius, Quem nequeunt contra rapidi consistare leones, Inque tueri, ita continuo meminere fugai. Nimirum, quia sunt Gallorum in corpore quædam semina, quæ quum sint oculis immissa leonum, Pupillas interfodiunt acremque dolorem præbent, vt nequeant contra durare feroces. Itē Politianus in Rust. Stat ceruix ardua, qualem præfert Marmaricis metuenda leonibus ales, Ales quæ vigili lucē vocat ore morantem. Pugnacissimi Galli olim nascebatur apud Tanagram & Rhodum. Secundus honor fuit Melicis & Chalcidicis teste Varrone, Nobiles quondam habiti sunt in auguriorū obseruatione. Victoriæ Bœotij aduersus Lacedæmonios prælaguerunt, quū rota nocte cecinissent. Castrati desinunt canere. Pergami omnibus annis Gallorū cœu gladiatorum spectaculū publice edebatur. Plynius scribit Alektorias gemmas repertas fuisse in ventriculis Gallinaceorum cristallina specie & magnitudine sabæ. Gallinacei non attinguntur vulpibus, qui iecur eius animalis ederint. Acini Ligustri sanant Gallinaceorū pituitas. Sacri sunt soli, cui venienti assurgunt, & quo quum eunt dormitum, vt diximus. Contra serpentes & mīuos pro Gallinis dimicant. Vnicus Gallus sufficit multis Gallinis, Huius naturam scite admodum & ingeniose describit Politianus in Rust. dicens, Adde gregem Cortis, cristatarumque volucrum Induperatores, laterum qui sydera pulsu Explaudunt, vigilique citant Titana canore. Et regnum sibi Marte parant, quippe obuia rostris Rostra ferunt, crebrisque acunt assultibus iras, Ignescunt animis, & calcem calce res pulsat Insesto, aduersumq; affligunt pectore pectus. Victor ouans cantu palmam testatur & hosti Insultans victo, pauidum pede calcat iniquo. Ille silet, latebraq; petit, dominumq; superbum Ferre gemit, comes it merito plebs cetera regi, Formoso regi, cui vertice purpurat alto Fastigatus apex, dulciq; errore coruscæ Splēdescunt ceruice iubæ, perque aurea colla, Perq; humeros, it pulcher honos, palea ampla decenter Albicat ex rutilo, atq; tota rosa in pectora pendet Barbarum in morem, stat adunca cuspidē rostrum. Exiguū spatij rostrum, flagrantque tremendum Rauri oculi, niuealque caput late explicat aures. Cruera pilis hirsuta rigent, iuncturaque nodo Vix distante sedet, diuis vestigia mucro Armat, in immensum pinnæque hirtique lacerti Protenti excurrunt, duplicique horrentia vallo Falcata ad cœlum tolluntur acumina caudæ. Ipse falax totam facundo semine gentem Implet, & oblongo nunc terram scalpurit vngui, Rimaturque cibos, nunc edita nubila visu Explorat cauto, non illum squamea tuto Aggreditur seipens, non raptor ab æthere milu? De Gallis & Gallinis vide Varronem lib. 3. de re Rustica. Cap. 9.
- 41 ¶ Gallinarum varia sunt genera. Cortales quæ Corte aluntur. Rusticæ similes sunt fere villaticis, quæ decipiuntur ab aucupe. Numydicæ varijs sparsæ plumis, Aliter vocantur Meleagrides a Meleagri tumulo, quas poetæ fabulantur ex filiabus Oenci (qui Meleagri fuit filius) mutatas fuisse in has volucres. Albertus magnus scribit Gallinam fuisse apud Mæcedones, quæ duodeuiginti oua fecerit, & ex quolibet eorum duos susceperit pullos. Aiunt Gallinas non posse interfici ab aspide, quo die ciminum animalis foetidissimi comederint. Villaribus Gallinis religionem inesse scribit Plynius. Nam inhorrescunt edito ouo, seseque excutiunt, & circumactæ purificant, aut festuca aliqua sese & oua lustrant. Gallinas faginare Deliaci cœpere. Vndecim annis ante tertium Punicum bellum lege C. Fānij consulis interdictum est, ne quid volucrum in cœnis proponeretur præter gallinam vnam quæ non esset altilis. Gallinis inimicissima est pituita maxime inter messis & vindemiæ tēpus. Pipire est gallinarum, vt boum mugire. Politianus. Pipiat inuolucer pullus.
- 42 ¶ Grues æstate aduenæ æthera tranant trianguli figura. Lapides pedibus librant contra vim ventorum. Gerunt bellum cum pygmæis. Ducem quem sequantur eligunt. Habent & in extremo agmine dispositos, qui vicissim acclament, ne qua deesse videatur, item qui gregem voce continent. Ex his nonnullæ excubias agunt nocturnas, lapillum pede sustinentes, qui lassatis somno decidens indigentiam sono coarguat, Cæteræ dormiunt capite subter alam condito, alternis pedibus insistentes. De his Lucanus libro quinto scribit, Strymona sic gelidum bruma pellente relinquunt Poturæ te Nile grues, primosq; volatu Effingunt varias visu monstrante figuras. Mox vbi percussit densas notus altior alas, Confusos temere immixtæ glomerantur in orbis, Et turbata perit dispersis litera pennis, Ceterū grues silentio



grues silentio volantes per sublimē serenitatem præfagiūt. Festinantes vero tempestatē. Ferunt eos nullis omnino laboribus de lassari, qui nervos ex alis & cruribus gruis habeāt. Purgant se grues iunco palustri. Ex Aristotele & Plynio. Dicuntur aliter Naupliadæ volucres & Palamedis aues, quoniam Palamedes Nauplij filius ex earum ordine tres literas reperisse fertur. Politianus. Clangunt Naupliadæ volucres, & peruia pinnis Nubila conscribunt.

¶ Glottis quam Gaza lingulacam vertit, linguam exerit. Quū peregrinatur, ducitur pœnitentia in volatu propter laborem. Reuerti demum incomitatam piget, & sequi. Nec vniquam plus vno die cœpto volatui insistit, & in proximo hospitio confidit. Verum inuenitur alia antecedente anno relicta. Simili modo in singulos dies, inquit Plynius. 43

¶ Graculi coluntur in Lemno propter locustas, quarum exitio, occurrunt aduerso volatu. Loquaces sunt & obstreperi. Gracula annum fastidium lauri folio purgant. Graculi sero a pabulis recedentes hyemen præfagiunt. Graculus ab Aristotele vocatur Coracijs a coruina nigredine, rostro tamen rutilo. Docilis est & facile mansuescens. 44

¶ Gaia volucris est litoralis colore cinereo, nidificans in petris.

¶ Griphem habet India quadrupedem volucrem, recuruis vnguibus, dorso nigrum, priori parte purpureum, alis albicantibus, ore aquilino, igneis oculis, difficilē captu, nisi rapiatur pullus & inuoluer. Nidificat in altis montibus. Congreditur cuius fere animali. Eqs infestus est maxime. Vnde Virgil. Iungentur iam Gryphes equis, aurum fodit apud Bæstrianos in desertis locis, & prope accedentes abigit. Nidos ex eo sibi textit. Ad quod arripendum numerosę hominum turmę simul eunt magno suo periculo. Superat elephanos & dracones, & omnia animalia, præter Tygridem, quam propter leuitatem nequit arripere. Plynius. 45

¶ Hirundines aucticulae sunt loquaces & garrulae, quæ aduersæ coeunt præter naturam cæterarum auium. Deficiente Luna imbre sese perfundunt & humi obuoluntur, donec materiam repererint, qua nidum sibi sternant. Quinque numero pariunt, quos magna nutriunt æquitate. Nam portionem singulis alternant & distribuunt, habita ætatis ratione. Incipiunt enim a primo lensim ex ordine continuantes ad minimum natu. Si viderint pullos suos non satis molliter iacere, lanam ab ouium dorso exerunt, & iacentibus substernunt. Quinetiam excæcatis herba quadam visum restitunt. Aristoteles ait esse albas in Samo intula, quibus excæcatis lumen iterum restituitur. Cecina volaterranus comprehensas hirundines, nuncias belli mittebat amicis, in nidum pristinum redire solitas. Hibernis mensibus discedunt hirundines. Solę ex his quæ ad uncas non habent vngues, carnis vescuntur. Thebas non subeunt, quæ vrbs illa sæpenumero capta sit. Constructos luto nidos stramento roborant. Inopia luti pulcrem aqua pennis madefactum spargunt. Nidum ipsum mollibus floccis & culmis consternunt. Pullorum excrementa magna mundicia egerunt. Sunt nonnullæ, quę ripas excavāt & in terra fertificant. Non sunt obnoxie rapinis cætera auium. Ex volucris indociles sunt hirundines, vt ex terrestribus mures. Bis anno pariunt. Oriuntur ante delphini ortum. Nam deprehensę intereunt. Tempestatem prælagiunt, si iuxta aquam volitantes ipsam penna sæpe percutiāt. Chelidonia herbam inueniunt, qua oculis pullorum in nido visum restitunt erutis etiam oculis. Hirundinē sub tecto ne recipias, adagium est, quo monemur, vt a conuentu & contubernio verbosorum hominum caueamus. Aristoteles & Plynius. 46

¶ Hybris auis ex accipitrum genere raro interdū apparet. Nam tunc modice videt. Contra vero venatur noctu. Pugnat cum aquila acriter adeo, vt ambę mutuo assultu implexæ quandoque deferantur in terram. 47

¶ Harpa auis est bellum gerens cum Triorche.

¶ Herodius auis est litoralis frequens in Diomedæa insula. Vescitur conchis, quas per calorem discuncetas inuenit. Blanditur græcis aduenis, vt nonnulli volunt.

¶ Ibis auis ægyptia duplex est. Altera nigra, altera vero Ciconiæ prope similis, quę serpentes vescitur. Cicero libro primo de natura deorum. Velut ibes maximam vim serpentiū conficiunt, quum sint aues excellē, cruribus rigidis, cornco proceroque rostro auertūt pestem ab ægypto, quum volucres angues ex vastitate Lybię vento Africo inuectas interficiunt atq; consumunt. Ex quo fit, vt illę viuę nec morfu noceant, nec odore mortuę. Eam ob rem inuocātur ab ipsis ægyptijs Ibes. Hęc auis ad uncitatem rostri per eam partem se perluit, qua ciborum onera reddi solēt. Herodotus scriptū reliquit olim apud ægyptios sanctum esse, vt quisquis siue volens siue nolēs Ibin necauisset, necessario morte afficeretur. Immusulum aliqui arbitrantur esse vulturis pullum. Massurius apud Plynium opinatur esse pullum 48

OFFICINA

esse pullum aquilæ, priusquam albicet cauda.

¶ Linx auicula est colore vario, lingua serpentina, quam mensura quattuor digitorum porrigit, vnguibz grandibus, & stridula voce, collum circummagit reliquo corpore quiescente, vnde torquilla vulgo appellata est. Aristo. Cap. 12. 2. lib. de natura animalium.

49 ¶ Lagopus auis pedes habet leporino villo. Vnde inditum illi nomen. Nam Lagos græcæ dicitur lepus latine. Candida est reliquo corpore, & columbarum magnitudine, Martialis libro septimo. Si meus aurita gaudet Lagopode Flaccus.

50 ¶ Larus auis est nigra habitans prope aquas, in quibus degit, vt etiam in terra. Voracis & rapacis est naturæ, latoque oris rictu. Hinc Larus hians, prouerbio dicitur homo auiditas nimie.

51 ¶ Lusciniam Græci Philomelam vocant. Hæc dum oua quodã velut sinu corporis & gremio fouet, spaciôsæ noctis laborem assiduis fallit canticis. Verno tempore frondeſcentibus arborum ramis dies, 15. continuos perficit in cantu. Volaterranus Homeri de ea versus citat, quos hunc in modum latinus fecit. Pãdaris vt quondam florente ætate puella Vereno uo ramis densa super arbore mœstũ Ingeminans carmen varijs loca cantibus implet. Vnica hæc auis paruo corpufculo paruulisque faucibus varios emittit concentus, & diuersa cãtica, quæ tot exquisitis tibiãrum tormentis ars hominũ excogitauit. Hæc auis cecinisse fertur in ore infantis Stesichori. Concertant inter se. Victa morte finit sæpe vitam spiritu prius deficiente quam cantu. Iuniores versus accipiunt, quos initentur. Audiunt discipulæ inſtentione magna, vicibusque recitant. Intelligitur in docente repræhensio & correctio. Durat hæc argutia, 15. diebus. Aestu aucto aliam habent vocem non modulata aut variam. Mutatur & color, hyeme non cernuntur. Pariunt vere primo complurimũ fena oua. Hæc & alia multa habet. Plynius, qui ingenium exercuit in luxuriosa tantilæ auiculæ descriptio ne. Idem ait Cæsares iuuenes Luscinias habuisse græco & latino sermone dociles. Præterea meditates in diem & assidue noua loquentes, Iogiore etiam contextu. Charmides Mafiliensis apud Cælium author est lusciniam non mulicæ studiosam modo, sed gloriã ambitiôsius captare. Siquidem in solitudinibus si concinat, simplicem omnino Cantum edere, apparatus nullo velut sibi canentem. Quod si præsto adsint auditores, tum vero prædulcem in primis variumque edĩ concentum.

52 ¶ Mergus nidificat in arbore veris initio apud mare. Tempestatem præuidens reuolat ex æquore, & ad litus contedit cum clamore. Virgilius, iam sibi tum curuis male temperatvnda carinis. Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi, Clamoremque ferunt ad littora. ¶ Merula sola volat, & solitaria pascitur. Ex nigra ruffescit, Canit ætate, hyeme balbutit, circa solsticiũ muta. Bis anno parit. Turdum amat.

¶ Merops auis est, q̄ alio nomine vocatur apiastra a comedendis apibus. Meropes contra naturam ceterarum auium retro volantes feruntur. Rubentibus sunt cruribus, & ore prælongo. Genitores suos reconditos pascunt, pallido intus colore pënarum, superne cyaneo, priori subrutilo. Nidificant in specu sex pedum defossa altitudine. Plynius & Aristoteles. 53 ¶ Monedula auis est auri & argenti furcissima, vnde secundum aliquos ethymum trahit a monera, quam furripit. Aristoteles ponit tria eius genera, Graculum, Lupum, quæ parua est & paralyta. Tertiam palmipedem in Lydia, & Phrygia frequentem. Condit monedula femina in thesauros cavernarum.

¶ Motacilla auis, semper mouet caudam.

54 ¶ Miluus auium rapacissimus sectatur etiam cadauera. Mas in hoc genere (vt ælianus putat) non inuenitur, Fœmina austro aut euro sese pandens concipit & pullos parit. Insidiat pulis gallinacis & anserinis. Molliter volat. Latet hibernis mensibus, non tamen ante discessum hirundinum. Plynius ait miluos solstitijs affici podagra. Flagrant odio coruorum & vulpium. Eorum iocinora efficacissima sunt ad inunctiones omnium viciorum. De miluo, Martialis libro nono. Hinc prope summa rapax miluus in astra volat.

55 ¶ Mennonie aures quæ ad sepulchrum Mennonis apud Ilium quotannis aduoluant, speciem habent accipitrum, carne tamen abstinent, Plynius.

¶ Monticula auis longa cauda, nomen accepit a montibus, in quibus habitat.

56 ¶ Noctua præcedit. Hæc Pyrrhi contra Argos copias mouentis insidit haste, & sinistram ei portendit fortunam. Non cernitur in Creta, Noctu videt, canit & volat sola. Quidius libro vndecimo. Si quando luce vagantem Noctis auem cernunt. Martianus Capella. Anima ge noctuidæ tibi traditur alitis vsus. Odiosa est ceteris auibus, in quas astuta vitur dimissionatione. Nam maiore circumdata multitudine, resupina pedibus refugnat, collectaque in arcum rostro

arctum rostro, & vnguibus tota tegitur. Ei auxiliatur accipiter, scdere quodam nature inquit Plynus. Nigidus apud Plynium testis est noctuas sexagenis diebus hyemis cubare, & nouem voces habere. Noctua in imbre garrula tempestatem praefagit. Contraria est apibus, vespis, crabronibus, & sanguifugis. Eius cerebrum vel iecur cum oleo infusum pdest auriculis. Frequentes fuerunt Athenis noctuae, hinc factum adagium. Noctuas Athenas mittere, in eos qui potentioribus & nullarum rerum indigis aliquid mittunt. Theophrastus in vita Apollonij author est oua noctuae mediocriter elixa, odium vini afferre, si quid infanti comedenda prebuerit.

¶ Nocticorax seu nycticorax nocturnus appellatur coruus. Haec avis nigra est, & sola clamat, habitatas domos refugit, desertas amat.

¶ Onocrotalus avis est similis fere cycno, quae collum in aqua mergens spiransque simile reddit sonum asinino ruditi. Quicquid comedit, in fauces congerit, diuque continet. Martialis libro vndecimo, Turpe Rauennatis guttur Onocrotali, Onocrotalos habet Gallia septentrionalis oceano proxima.

¶ Ophiomachus avis est dimicans in serpentes, vnde accepit nomen.

¶ Oenanthe avis statos latebrae dies habet. Ex oriente Syrio occultata, ab eiusdem occasu prodit. Plynus.

¶ Otus bubone minor est, noctuis maior, auribus plumeis eminentibus. Afionem latine vocant. Imitatrix alioqui avis & paralyta & quodam genere saltatrix. Arripit quandoque lapidum ponduscula, aut guttur arena replet, vt aduerso ventorum flatu volet stabilita. Plynus.

¶ Otides similes sunt perdicibus, quae praepinguedine corporum, alis attollere sese nequeunt. Quapropter quum videant se canum latratibus obnoxias, delitescunt inter frutices. Aelianus.

¶ Oenas avis est magnitudine columbi, quae capitur autumnis.

¶ Ortygometra est, quam dicimus coturnicem, cuius vocem quum sentiunt aucupes, parari discessum intelligunt.

¶ Pelicanus vbi pullos suos necatos videt a serpentibus, latus sibi fodit rostro, & ducto sanguine vitam restituit mortuis. Hieronymus in quadam epistola ad Praesidium. Pelicanus inquit quum suos a serpente filios occisos inueniunt, lugent, seque & sua latera percunt, & sanguine excusso corpora mortuorum sic reuiuiscunt. Volaterranus ait Pelicanum esse, quem Plynus Plateam vocat. Est autem Platea avis aquatilis conchas deuorans, quas vbi calore ventris concoxit, euomit, vt postea discuneatas comedat facilius.

¶ Perdices aues sunt salacissimae. Oua deperdunt mares ne cura incubatus Venerem impediatur. Ad aucupes accedunt velut deditonem facturae, vt pullis tempus praestant ad fuscigam. Quos vbi securos vident, proripiunt sese, eosque sequuntur & voce acclamant. Foemina paritura stipulis & multa terra se circunvallat aduersus insidias. Septimo die pullos excludit. Parit oua. 15. Sacra est Ioui & Latone. Paphlagoniae perdices feruntur esse duplicorde. Author Theophrastus apud Gellium lib. 16. Perdices ouis stragulum molle puluere contumulant, nec in quo loco peperere, incubant. Et ne cui conuersatio sit suspecta, nidus transferunt & pullos. Capto duce totius gregis, singuli facile capiuntur, atque etiam circa conceptum foeminae, contra aucupem foemina exeunte, vt rixando abigat eum. Si contra mares steterint foeminae, aura ab ijs flante praegnantis fiunt. Hiantes autem exerta lingua per id tempus aestuant & superuolantium altlatu concipiunt, interdum voce tantum masculi audita. Quod est argumentum maximi caloris veneri. De his maiora multo Plynus. Purgant sese lauro. Nullae reperiuntur in Boeotia.

¶ Phoenicopterus avis est habens rubras pennas, cuius linguam praecipui saporis esse docuit Apitius. Martialis libro tertio. Nomenque dedit, quae rubentibus pennis. Idem lib. 13. Dat mihi penna rubens nomen, sed lingua gulosis Nostra sapit. Tranquillus scribit linguas phoenicopterorum fuisse in patina Vitelliana.

¶ Pica auicula est aduncis vnguibus arbores excauas, in quibus pullos educat. Sacer est Marti. Vnde & Martius appellatur. Numeratur inter auspicas aues. Pica dissimilis Pico Eodem die commutat voces. Nidificat in arboribus. Parit oua nouem. Expressior est eloquacitas, quam Psytaco. Adamat verba quae loquitur. Nec discit tantum, sed diligit. Emoritur victa difficultate verbi. Et nisi subide eadem audiat, memoria fallitur. Plynus ait eas facilius discere, quae glande vescuntur, & quinos habent digitos in pedibus. Nullae tamen duobus primis vite annis. Omnibus lata est lingua, quae sermonem imitatur humanum. Martialis libro septimo. Pica salutatrix si tibi Laule placet. Ouidius libro quinto Meta.

Institiant

Institerant ramis mutantes omnia picę. Idem in eodem. Nunc quoque in altibus facundia  
 prisca remanfit, Raucaque garrulitas, studiumque immane loquendi.

- 95 ¶ Porphyrio ais est rostro & cruribus prelongis & rubentibus, que auium sola morsu bis  
 bit, Omnem cibum aqua tingit, quem pede ad rostrum veluti manu affert, Laudatissimus  
 est in Comagena, Plynius.
- ¶ Ptynge ais rapax, noctu volitat, & venatur more aquile, cum qua plerumque dimicat,  
 ¶ Pygargus ais est de genere aquilarum albicante cauda.
- 66 ¶ Palumbi viuunt ad annos triginta, Hyeme muti, vere vocales, Sunt autem syluestres co  
 lumbe, Nidificant in arboribus & sepibus, Duo sunt eorum genera, Vnum quod vinagi  
 nem dicunt ab vsu Labrusę, Alterum quod torquatum a torque, quo videntur insigniti,  
 Martialis libro decimotertio. Inguina torquati tardant hebetantque columbi, Non edat  
 hanc volucrem, qui cupit esse falax, Politianus in Rust, Dum sua torquati recinunt dictas  
 ta palumbes, Vtrunque enim dicimus & Palumbes & palumbus, Quum ad senectam ve  
 nerunt, spoliantur vnguibus, Pariunt post solstitia bis in anno oua terna, nec tamen plus  
 duobus educant, Palumbes incubat femina post meridiem in matutinum, Cetero mas,  
 Purgant se Lauro, Hyeme abeunt.
- 67 ¶ Parra ais est inauspicata, que oriente Syrio non apparet, donec occidat, De hac Hora,  
 lib. 3. Car. Impios Parre recinentis omen ducat,  
 ¶ Passeres falacissimi sunt & argutissimi, Vita breuissima, Mares diutius anno non viuere  
 argumentum est, quia nullus veris initio apparet, Nigricies que est in rostro ætate inci  
 pit, Fœminis longior paulo vita, Ex Aristotele & Plynio, Martialis, Et arguto pallere ver  
 nat ager.
- 68 ¶ Pauo concipit tertio vitę anno, quo fere varietate colorum induitur, Viuit annos vigne  
 tiquinque, Gloriosus est & inuidus, Erecto pennarum flabe, lo seipsum miratur, Fimulus  
 um resorbet hominum vtilitati inuidens, Eius caro dura & concoctu difficilis, Sanus pa  
 uus (vtrumque enim dicimus) numeratur inter cibos electiles, Expandit colores aduerso ma  
 xime sole, quia sic fulgentius radiat, Omnes oculos pennarum contrahit in acertum, Cau  
 da annuis vicibus amissa pudibundus querit latebram, donec renascatur, Pauonem ci  
 bi gratia primus occidit Romę Hortensius orator, Ferunt Alexandrum magnum pauos  
 ne primum in India viso admiratum fuisse & edicto cauisse, ne quis tam speciosum animal  
 interficeret, Columbas amant mutuo pauones, Sacri sunt lunoni, De pauone, Pont. nus,  
 Pandentemque alas caudamque ad terga rotantem Pauonem spectare, Vocat iunonius  
 ales Confortem thalami, & speculosa volumina versat, Cauda micat, medijs fulgent sua sy  
 dera pennis, Venit amans, cupidis miscet simul oscula rostris, lungit amor geminos, ge  
 minataque gaudia gliscunt.
- 69 ¶ Phœnicurus ais est rubra cauda, Vocatur Erythacus hyeme,  
 ¶ Pyralis ais est inimica turturi.
- 70 ¶ Phœnicem vnum in toto orbe habet Arabia, aquile magnitudine auri fulgore circa col  
 lum, cætera purpureę, cauda cærulea, roseis pennis distincta, facie cristis ornata & plumeo  
 apice caput honestante, Quotundam est opinio neminem extulisse, qui viderit elcentem  
 Sacer est Soli, Viuit annos, 660. Senescens casia thuris que furculis construit nidum, quem  
 odoribus replet, & super emoritur, Ex ossibus deinde & medullis nascitur vermiculus, in  
 de fit pullus, qui priori funeri iusta reddens totum nidum defert in vrbeam quandam Pan  
 chaia soli sacram, ibique in ara deponit, Plynius ait allatum fuisse phœnicem in vrbeam Ro  
 mam Claudij principis censura anno vrbis, 800. Martialis lib. 6. alludit ad nidum huius  
 volucris dicens, Quod semper Casia, 13. Cynnamoque Et nido niger alitis superbe Fragas,  
 De hac Oui, lib. 15. Vna est, que reparat, seque ipsa refeminet ales, Attyrii Phœnica vocat, nec  
 fruge nec herbis, Sed thuris lachrymis & succo viuunt amomi, Hæc vbi quinque lux comple  
 uit sæcula vitæ llicis in ramis tremuleque cacumine palmę Vnguibus & duro nidum sibi  
 construit ore, Quo simul & Casias & Nardilensis aristas, Quasque cum fulua substrauit  
 Cynnama myrrha, Se super imponit, finitque in odoribus æuam, Inde ferunt (totidem qui  
 viuere debeat annos) Corpore de patrio paruum Phœnica renasci, Quum dedit huic etas  
 vires, onerique ferendo est, Ponderibus nidi ramos leuat arboris alte, Fertque pius cunaf  
 que suas, patriumque sepulchrum, Perque lues auras hyperionis æde potius Ante for  
 res sacras hyperionis æde reponit, Sidonius, Indo Cynnamon ex rogo petum, Quo phœ  
 nix iuuenescit occidendo, Sabellicus, Sic vbi in eoo reparauit sæcula busto, Senlit & inuis  
 fa se exutum membra senecta, Lætus ad Aethiopas remeat, terraque beatas, Aspiciens læ  
 to Phœnix clangore salutat, Phœnicem Virgilius reparabilem vocat, vbi de animalium  
 atatibus

atibus loquitur dicens. Alipedem ceruum coruus ter vincit, at illum Multiplicat nouis  
es Phœnix reparabilis ales. Viracem Ouidius, nobilem Plynius, Pharium Status, Lon-  
gum Claudianus, Gangeticum Aufonius Assyrium Stroza.

¶ Pſytacos humanę vocis imitatores habet India. Virides sunt toto corpore, torque tan- 71  
tum miniato in ceruice. Quę accipiunt verba pronunciant. Salutant imperatores. In vino  
lasciui sunt, duritiam eandem habent in capite, quam & in rostro. Quum loqui discunt, fer-  
reo verberantur radio, aliter non sentiunt ictus. Quum deuolat, rostro se excipiunt, cui in-  
nituntur. Amici sunt turturibus. Plynius ait sylvam esse Gagandem, in qua primum visi  
sunt Pſytaci. De Pſytaco Claudianus in Eutropium. Qui ventrem inuitat precio, tradit  
que palato Sydereas lunonis aues, & si qua loquendi Gnara, coloratis viridis defertur ab  
Indis. Status libro septimo Sylvarum, Pſytace dux volucrum, domini facunda voluptas,  
Humanę follers imitator Pſytace linguę.

¶ Phasianę aues a Phasi Colchorum fluuio sumpserunt nomen. Geminas ex pluma aures 72  
submitunt furriguntque. Pediculis infestantur & interimantur quandoque, nisi sese pul-  
uerent. De his Iuuenalis Satyravndecima. Et Scythicę volucres & Phœnicopterus ingēs,  
Martialis libro decimotertio. Argoa primum sum deportata carina, Stroza pater, Phasia-  
cis robor profuit alitibus. Stroza filius, Scu perquirere Phasias volucres.

¶ Phalerides aues sunt aquatiles in Seleucia Parthorum, Phalacrocoraces peculiare sunt 73  
Balearibus insulis.

¶ Pyrocteres luteo sunt rostro, peculiare alpibus.

¶ Phœnicus auis est harpe contraria.

¶ Pardalus auicula gregatim volans colore cinereo,

¶ Querquedula auis est semper in aquis natans. Aliter Sanqualia dicitur. 74

¶ Regaliolus, auis est de volatu cum aquila dissidens. Vocatur hoc nomine tanquam rex 75  
auium. Vocatur aliter Trochilus, Regaliolum aues diuersi generis discerperunt pridie q̄  
Cæsar interficeretur manibus coniuratorum. Teste Suetonio.

¶ Riparia auis nomen sumpsit a ripis, in quibus habitat, 76

¶ Rustica auis est similis perdici, rostro tamen longiore. Martialis. Rustica sum perdix,  
quid refert, si sapor idem, Charior est perdix, si sapor illa magis.

¶ Satyria auis est, quę aliter coruus appellatur.

¶ Spinturnix auis est inauspicata, quę alio nomine vocatur Incendiaria.

¶ Stritomellus auis aliter dicitur marinus passer.

¶ Stryx auis est nocturna & inauspicata, quę nomen sumpsit a stridore. Lucanus libro sex-  
to. Quod trepidus bubo, quod stryx nocturna queruntur. Horatius, Plumaque noctur-  
nę strygis. Hęc infantes noctu inuadit, Plynius ait nõ esse fabulosum stryges vbera infan-  
tium labris immulgere.

¶ Struthius auis est grandi corpore & graui. Fœmina vocatur Struthio. Hieronymus. Pē-  
na autem Struthionis similis est penne herodij & accipitris. Sunt qui eundem esse velint  
cum Struthiocamelo. Sunt autem Struthiocameli auium grandissimi. In Africa & Aethio-  
pia altitudinem equitis equo insidentis vincunt & celeritatem. Pennas habent, cetero non  
sunt volucres, nec a terra tolluntur. Ungulas habent ceruinis similes, quibus dimicant, bis-  
sulcas, & comprehendendis lapidibus vtiles, quos in fuga contra sequentes ingerunt pe-  
dibus. Quum colla in fruticibus occultarunt, latere sese existimant. Eorum oua propter am-  
plitudinem vsu vasorum præbent. Naturaliter caluent. Soli auium palpebras habent. 77

¶ Sanqualem auem Mæssurius apud Plynium ossifragam dicit esse.

¶ Sylla auis est, in cuius ventre reperitur Chlorites gemma herbacei coloris.

¶ Sturnis proprium est cateruatim volare & quodam pile orbe circumagi, omnibus in me-  
dium agmen tendentibus. Plynius scribit Cæsares iuuenes sturnum habuisse græco & la-  
tino sermone docilem. Hęc auis maculosa est magnitudine merulæ. Vulgus Sturnellū vo-  
cat, Græce vocatur Pſarus. Subis auis est, quę aquilarum oua frangit. 78

¶ Terraneola auis est alaude prope similis, præterquam q̄ apicem non habet in vertice,

¶ Tragopanades auis maior aquila cornua habet curuata in temporibus, caput phœnicę  
ceteras partes ferruginę coloris. Aliter vocatur Tragopa ab arietinis cornibus. Hanc has-  
bet Aethiopia. Plynius.

¶ Trochilus auis Crocodilo amica & obsequiosa. Nam sanguifugas linguę eius hærentes  
deorat. Aliter vocatur regaliolus. Truo auis, quę aliter vocatur Onocrotalus. Cæcili-  
us. Proh dij immortales vnde processit truo, 79

¶ Turdi in cacuminibus arborum nidificant luto. A coitu decē diebus oua maturescunt in te-  
ro. Loquacissimi sunt, sed peculiaris sturditas eisdem ascribitur. Hinc adagium. Sturdior  
ij turdo

OFFICINA

turdo, Fertur hæc avis præcipui esse saporis. Hora. Mil melius turdo, nil vulua pulchrius ampla. Inaffatus turdus cū Myrti baccis prodest. Dysentericis & vrine. Turdis color estate circum collum varius, hyeme concolor. Frequētes sunt in Germania tempore hiberno, Agrippina vxor Claudijs Cæsaris turdum habuit imitatem sermones hominum etate Plynnij. Turdorum simus optimus est stercoreandis agris.

80 **T**urtures vere occultantur pennas; amittunt. Quum bibunt, colla nō refupinant. Octo nis viuunt annis. Bis anno pariunt, oua plurimum terna. Pylalim volucrum oderunt, Plytacis amicæ. Purgant, se herba que vocatur Helxinc. Earum simum albugines extenuat. Turtur erepta compare semper gemit & castitatē seruat. Virgilius. Nec gemere aëria cessabit turtur ab vlmo. Politianus in Rust. Insidit mutilo turtur, seseque faginas Rauca gemit, dulcesque miser suspirat amores. Mantuanus in Maria, Munus erat veteri gentis de more pudicæ Turturis.

81 **T**inungulus avis terret accipitres adeo vt eius vocem reformident. Propterea amatur a columbis.

82 **V**lula avis est luctifona & funebris, quæ ab vlulatu meruit nomen. Fel eius prodest ad albugines, suffusiones & caligines, adeps ad claritatem.

**V**pupa avis cristata, semper commoratur in fimo. Colorem mutat, cristam habet plicatam. Cor eius laudatur in lateris doloribus.

83 **V**vultur seu vulturius avis rapax tarde volat propter corporis molem. Cadauera seciatur & carne viuunt. Aiunt hanc auem concipere sine masculorum semine & sine coniunctione generare, natoque ex ijs in multam ætatem procedere ad annum vsque centesimum. Clarent odoratu vultures, Nigri præualēt. Nidificant in altis rupibus, nidos nemo attingit. Fœtus fere cernuntur bini, Vmbritius apud Plynium ait parere oua. 13. Biduo præsentunt futura cadauera. Fugantur vnguento. Comedunt semen Siferis. Auxilio sunt contra serpentes. Hermodorus Ponticus apud Cælium testis est vultures esse omnium animalium innocentissimos, quia nihil prorsus attingant eorum, que ferant homines, plantent, alant. Anis mantium præterea nullam interimant, volucris quoque vel mortuis abstineant, quodæ cognationis intellectu. Cælius historiam hanc de vulturibus mutuatus est a Plutarcho, qui in vita Romuli sic inquit. Hermodorus Ponticus tradit & herculem lætari solitum vulture in re gerenda se ostendente. Est enim animantium innocentissimus, quum nihil vescitur ex his, quæ ferunt homines, aut plantant, aut alunt, sed ex cadaveribus sibi escam querat. Interficiat autem nihil nec destruit. Volucris ob affinitatem etiam mortuis abstinet. Ast aquile, noctuæ, & accipitres viuas volucres etiam eiusdem generis inuadunt atque interimunt. Præstantissimi habebantur in augurijs, vt indicant vrbis Romæ primordia. Euro grauidæ fiunt, Membra tabida affectant. Catullus, Lingua exerta auido sit data vulturio. Quum coeperunt oua edere, aliquid afferunt ex Indico tractu, quod est tanquam nuxintus habens, quod moueatur, sonumque subinde reddat. Quod vbi sibi apposuerūt, multos fœtus producant, sed vnus tantum remanet qui Immulus vocatur. Author Hieronymus in quadam epistola ad Præsidium. Ferunt per. 500. millia passuum a vulturibus presentiri cadaveris putorem.

84 **V**espertilio sola volucrum animal parit, habetque pro pennis membranam. Pullos nutrit lacte, vbera admouens, infantes amplectitur, secumque deportat. Vnicam habet coxæ dicem. Culices amat in cibatu. Sola volucrum dentes habet, Habet etiam mammas. Plynnius.

**V**ipiones appellantur minores grues.

**A**ues inauspicatæ sunt, Cornix, Coruus, Bubo, Noctua, Parrha, Avis incediaria. Quibus adduntur ex aliorum animalium genere diuerso, prægnas canis, Lupa, rana, fœta, Vulpes, Mustella & Lepus. Horatius libro tertio Car. Impios Parræ recinentis omen Ducat & prægnans canis, aut ab agro Raua decurrens lupa laminino, Fœtaque vulpes, Rumpat & serpens iter institutum. De bubone. Ouidius libro quinto Meta. Fœdaque fit volucris venturi nuncia luctus Ignauus bubo dirum mortalibus omem.

**A**ues nocturnæ sunt bubo, Picus, Trogo, Cornix, Noctua. Auium aliquæ ambulant, vt cornices, Saliunt aliquæ vt passeret & merulae. Currunt vt perdices rusticulae. Ante se pedes iaciunt vt grues & Ciconiæ. Aliæ expandunt alas, pandentesq; raro intervallo quantunt. Aliæ tota latera pandunt. Quædam compressis pennis volant. Aliæ iaculantur se in sublime, in rectum, in proum. Aliæ videntur ab alto cadere. Aliæ salire. Auium fœcundiores sunt fugaces quam fortes. Aquilæ clarius cernunt quam homo. Vultures sagacius odorantur. Liquidius audiunt Talpæ obruta terra.

Auium

¶ Avium & aliorum animalium inimicitie.



Bellum iter se gerit Cornices & Noctua, Milvus & Coruus, Aquila & Trochilus, Coruus & Cloreus, Noctue & minores aues, Turtur Pyralis, Bréthus Phagrus, Mustella cornix, Ichneumones Vespa, aquaticae anates Gavia, Harpe & Triorches accipiter, Sorices & ardeola, Egithus avis cum asino, Vulpes & milui, Angues & mustelle & fues, Esalon auicula & Coruus, Thoos leones, Araneus serpens, leones Galli, Hyena Pardalis, Scorpius Scalabotes, Vulpes Cycnus, Tauri cornices, Canes Dame & lepores, Lupus Ouis & capra, Equi & Gryphes, Delphinus balena, Cestfers lupus, mu-  
rena Congrus, Elepantes oderunt murem, adeo vt si pabulum in presepio positum cōtin-  
gi ab eviderint, fastidiant, Bellant & cum draconibus perpetua discordia, Cameli odium  
gerunt naturale aduersus equos, Hostis est elephāto Rhinoceros, Mustellarum virus exi-  
tio est Basilisco, Aspīs bellum habet cum Ichneumone, Ceruis pugna est cum serpente,  
Lacerte inimicæ sunt Cocleis, Leontophonum odit leo, Balenis infestæ sunt Orca, Con-  
chis apertis insidiantur Polypi, Polypum lacerant Congri, Lupus marinus caudam pre-  
dit Mugili prælium est aquilæ cum ceruis & dracone, Cybindo cum aquila, Scorpioni cū  
stellionibus, Salamandræ cum testudiue, Ranis cum apibus, Formicæ cum forice, Apibus  
cum Crabronibus, Apes infestantur ab hirundinibus.

¶ Contra vero amici sunt Pauones & Columbe, Turtures & Psytaci, Merula & turdi, cor-  
nix & ardeola, Oues capris conueniunt, Palumbes perdicibus, Iarus graculo, Harpa mil-  
uo, musculi balenis, columbe Tinungulis.

¶ Avium & aliorum animalium voces.



Varij sunt avium catus, Gallis expurgificus, Bubonibus gemulus,  
Vlulis querulus, Noctuis stridulus, Cicadis obstreperus Hirun-  
dinibus perargutus, Luscinis dulcis, Turdus trutillat, Sturnus pi-  
sitat, Cacabat perdix, gratitat anser, Turtur & Columba gemunt,  
Palumbæ plausitant, Anates tetriniunt, Grus gruit, Cycnus dren-  
sat Accipiter pipat, Milvus lipit, Galli cucurriunt, Gallina gracil-  
lat, Pupillar pauo, Trulat hirundo, Aquila clangit, Vultur pulpar,  
Crocitat coruus, Graculus frigulat, glotorat Ciconia, Passer pipit,  
Cuculus cuculat, Cicada fritinit, Apes bombilant, Bubo bubat,

Stryx & vespertilio strident, Noctua cucubat, Vlulæ vlulant, Regulus & merops zinzilur-  
lant, Thomas Radinus de vocibus avium sic meminit, Philomela siquidem mille vocum  
discrimina contexebat, Psytacus & pica loquutu vario mentiebatur homines, Cuculabat  
cuculus, zinzilulabat Regulus, modulās odis merulus concinebat, Palara dulce sonabat,  
Parus tinninabat, Acredula mitilabat, Turdus aderat trutillans, Sturnus pisitans, Perdix  
cacabans, Palumbes plausitans, Anser gratitans, hirundo trinfans, Ciconia glotorans, Cor-  
uus crocicans, Graculus frigulans, Pano pupillans, Vultur pulpans, Accipiter pippans,  
Gaudebat & Cycnus drenare, Grus grucre, Turtur & columba gemere, Palter pipire,  
Milvus hiando lipire, Aquila clangere, Anas tetrinire, Gall<sup>9</sup> cucurrire, Gallina gracillare.

¶ Quod ad cetera spectat animalia, Tygres rancant, Leones rugiunt, Lynces fremunt, Vr-  
si vncant, Lupi vlulant, Frendent apri, Elepantes bariunt, Cerui & Onagri glocitant,  
Tauri mūgiunt, Equi hinniunt, Verres quiritant, Afelli rudunt & oncant, Arietes blate-  
rant, Oues balant, fues gruniunt, Hircus mutit, Latrat canis, Vulpes gannit, Vagiunt lepo-  
res, Mures mitrant, Mustelle dintriunt, Grilli grillant, Serpens sibilat, Rana coaxat.

¶ Aues deorum.

1	Halcyones Thetidīs	4	Coruus & Cycnus	71	Aquila Iouis
2	Columbe & Cycnus	5	Apollinis	8	Phœnix Solis
	veneris	6	Noctua Minerue	9	Cataractæ Diomedis
3	Pauo Iunonis		Picus Martis		Grutes Palamedis

Halcyones Thetydis, Virgilius libro primo Georgicorum, Non tepidum ad solem  
pennas in litore pandunt Dilectæ Thetidi Halcyones.

¶ Columba & Cycnus Veneris, De Columbibus Propertius libro tertio, Et Veneris  
dominæ volucres mea turba columbæ, Idem libro quarto, Sed cape torquatæ Venus o re-  
gina columbe, Virgilius libro sexto de Aenea, Tum maximus heros Maternas agnos-  
cit aues, Syllius libro tertio, Hanc sedem primo Cithereia condidit ales, Venus apud  
Statium libro primo Sylvarum, Hic nostræ defleuit, fata colūbæ, Sabell, Vela rapi gnydias  
ij ij longe

OFFICINA

longe mentita columbas. De Cycno. Statius libro tertio Sylvarum. Et molles agitat Venus aurea cygnos. Horatius libro tertio Car. Et paphum iunctis visit oloribus.

- 3 ¶ Pavo lunonis. Ouidius libro primo Meta. de argo centoculo. Arge iaces, quodque in tot lumina lumen habebas. Extinctum est, centumque oculos nox occupat vna. Excipit hos volucrisque sue Saturnia pennis Collocat, & gemmis caudam stellantibus implet. Idem libro decimo quinto, lunonis volucrem quæ cauda sydera portat. Statius lib. 2. Syl. Quem non gemmata volucris lunonia cauda Vinceret. Claudianus libro secundo Raptu. Non tales volucris pandit lunonia pennas.
- 4 ¶ Coruus & Cycnus Apollinis Ouidius libro secundo Meta. Sed ales sensit adulterium Phœbeius. Apollo apud Ouid. lib. 2. Fast. I mea, dixit auis, ne quid pia sacra mo. e. ur. Stroza pater. Albus erat quondam volucris Phœbeia coruus. Aulonius. Tres quorum etates superat phœbeius Ofsen.  
¶ Noctua Mineræ. Ouidius libro secundo Fastorum. Et sine lite loquax cum palladi alite cornix.
- 5 ¶ Picus Martis. Ouid. lib. 3. Fast. Martia picus auis gemino pro stipite pugnat Et lupa.
- 6 ¶ Aquila Iouis. Syllius libro quarto. Donec Phœbeo veniens Iouis ales ab ortu. Ouid. lib. bro deci mo quinto. Armigerumque Iouis Cithereiadefque columbas. Virgil. lib. 1. Aene. Aetherea quos lapsa plaga Iouis ales aperto Turbabat celo.
- 7 ¶ Phœnix Solis. Manilius apud Plinium testis est Phœnicem in Arabia sacrum soli esse. Claudianus de laudibus Suliconis. Conueniunt Aquilæ, cunctæque ex orbe volucres, Vt Solis mirentur auem.
- 8 ¶ Cataractas Plinius vocat aues Diomedæas.  
¶ Aues Palamedis sunt grues, quoniam Palamedes ex earum ordine literas quasdam fertur inuenisse. Vocantur etiam Naupliadæ a Nauplio Palamedis patre. Politianus. Clāgūt Naupliadæ volucres & peruia pennis Nubila conscribunt.

Animalia diuerfa..

1	Equus	22	Lepus		Rhinoceros
2	Afinus	23	Cuniculus		Leucrocota
3	Canis	24	Dafypus		Eale
4	Capra	25	Alces		Monoceros
5	Lupus	26	Pardus		Castor
6	Ceruus	27	Panthera		Tragelaphus
7	Vrsus	22	Tygris	34	Chameleon
8	Mulus	29	Tarandus	35	Thoes
9	Bos		Hyena		Mures pontici
10	Sus	30	Pœphagus	36	Erinaceus
11	Ouis		Monops	37	Leontophonus
12	Simia	31	Hystrix		Meles
13	Elephas	32	Phattaga		Scyurus
14	Hippolaphus		Ortus		Mus
15	Vulpes		Oricentaurus		Glis
16	Leo		Alpalacus		Mustella
17	Lynx		Phyrna		Feles
18	Camelus		Charandrius		Mus araneus
19	Camelopardalis	33	Catoblectus	38	Salamandra
20	Mantichora		Chaus		Oryx
21	Hircus		Cephus		Talpa

I Am scriplimus in Fpithetis naturam equorum, afinorum, canum, leonū, Ne quid tam en desit huic operi, aut pars vlla videatur māca, repetem⁹, sed breuius multo. Equi vt ab his principii sumamus, bimi in vtroq; sexu cōcipiūt, sed pullos generant debiliores, quam qui trimi, Equa fert vterum menses vndecim & duodecimo parit. Colu mellæ placet vt & maribus & fœminis concedatur admissura circa equinoctium vernum, partim vt reuoluto anno eodem tempore pariat, partim etiam quod hoc armentum libidinis furis maceratur, si prohibeatur coitu. Fœminæ tanto cœundi ardore plarunque mouentur, vt masculorum penuria, Venerem sibi figurent, versæque ad meridiem hausto concipiant vento. Quod aiunt fieri in vltiore Hispania, Vnde Virgil. lib. 3. Georgic. Scilicet



Scilicet ante omnes furor est insignis equarū, Illas ducit amor trans gargara, tranſq; ſonā-  
 tem Alcanium, ſuperant montes & flumina tranant, Continuocq; auidis vbi ſubdita flam-  
 ma medullis, Vere magis, quia vere calor redit oibus, ille Ore omnes verſe in Zephyrum  
 ſtant rupibus altis Exceptantq; leues auras, ac ſepe ſine vllis Coniugijs vtero grauidę (mi-  
 rabile dictu) Saxa p & Scopulos & depreſſas cōualles Diffugiunt, Plynius ait hanc rabiē  
 mitigari coma tōſa, Apuleius teſticulorū amputatione. Pariunt equę ſingulos, quandoſ  
 que gemellos, paritura ſe erigunt, ſtantesque enitūtur quum tamen ceterę quadrupedes  
 iacentes pariant. Ariſtoteles equis vitam annorū, 25. aſcribit, Plynius tamen ait mares ad  
 annos. 33. generare, Fœminas gignere ad annos. 40. Ariſtoteles ſentit mares minus viue-  
 re q̄ fœminas, quonia in debilitantur coitu. Contra vero Plynius breuiorē facit equarū vi-  
 tam. Qui domi aluntur minus viuunt, q̄ qui in grege. Fœminæ ſinem creſcēdi faciūt poſt  
 annos quinque, mares anno addito. Mares citius perficiūtur in vtero quam fœminę. Par-  
 tu edito non ſtatim generoſa impletur equa ſed intermiſſo tempore. Dum peperit carun-  
 culam quandam ex fronte pulli (quam hippomanes vocant) deuorat, eoque deuorato pul-  
 lum melius amat. Nam ſi alia equa præriperet, partū ad vbera non admitteret mater. Equę  
 plerunque macreſcunt deſyderio pullorum abſentium. Propterea dimittendi ſunt in eadē  
 pascua, quibus mater. Tanta eſt in hoc genere charitas, vt amiſſa parēte reliquæ foetæ edu-  
 cent orbem. Fœminæ grauidæ hiberno tempore, teſto continendæ ſunt non anguſto, ne  
 aliæ conceptum elidant. Pullus poſtquam genitus eſt terram ante triduum ore non attin-  
 git. Equus dentes habet. 40. Dum bimus eſt & ſex meſium, medijs dentes & ſuperio-  
 res & inferiores cadunt. Dum quartum annum attigit, deiectis dentibus caninis alij naſcū-  
 tur. Intra ſextum annum molares cadunt. Omnes ſeptimo complentur. Senectute plus ſo-  
 lito candescūt, quū ceteris animalibus nigreſcāt. Plures ſunt dentes maribus quam fœmi-  
 nis. Vitæ ſunt breuioris quibus pauciores, viuatoris quibus plures. Equi ſuas matres &  
 filias ſuperueniunt. Sunt tamē exēpla, que cognatam libidinem eis odioſam eſſe doceant.  
 Equi dicuntur glorię cupiditate. Nam victores exultant & victi dolent. Camelū reformi-  
 dant, adeo vt nec eius aspectū ſuſtinere nec odorem ferre valeant. Aquam amant turbulē  
 tam in potu, vt videre eſt. Nam priuſquam bibant, limpīdam pedibus inturbant. Quatri-  
 duanam ſitim poſſunt tolerare, ſed poſtea auidiſſime bibunt. Fruge & herba veſcuntur, &  
 potu pingueſcunt. Examinato eorū corpore naſcūtur veſpę & crabrones. Fœminæ caput  
 affixum palo in hortis fugat erucas. Aethiopia pennatos equos generat & cornibus arma-  
 tos. Fluuiatiles vocantur Hippotami. Quod ad eorum bonitatem ſpectat & generoſam in-  
 dolem, Varro probat equum breui capite nigris oculis, membrīs non conſuſis, naribus nō  
 anguſtis, auribus applicatis, non anguſta iuba, crebra, fulca, ſubcriſpa, ſubtenuib⁹ ſetis, im-  
 plicata in dexteriorem partem ceruicis, lato peſtore & pleno, humeris latis, ventre modico,  
 lumbis deorſum verſum preſiſ, ſcapulis latis, ſpina duplici, cauda ampla, cruribus rectis  
 equalibus, introuerſis, genib⁹ rotūdis, vngulis duris, toto corpore venoſo. Columel. Quū  
 vero natus eſt pullus inquit, conſeſtim licet indolem exiſtimare, ſi hilaris, ſi intrepidus, ſi  
 neque conſpectu nouæ que rei auditu terretur, ſi ante gregem procurrat, ſi laſciua & alacri-  
 tate interdū & curſu certaminis æquales exuperat, ſi foſſam ſine cōtactione tranſilit, potē  
 ſumēq; tranſcēdit. Corporis vero forma cōſtabit exiguo capite, nigris oculis, naribus aper-  
 tis, breuib⁹ auriculis, ceruice molli, lataque nec lōga, deſa iuba & in dextram partē profu-  
 ſa, lato peſtore, grandibus armis & rectis, lateribus inſlexis, ventre ſubſtricto, teſtibus pa-  
 ribus & exiguis, cauda longa & ſecta criſpaque mollibus & altis cruribus rectis que, tereti  
 genu paruoque, neque introrſus ſpectante, rotūdis clunibus, fœminibus torolis, duris vn-  
 gulis, concauis & rotundis, quibus coronę mediocres ſuperpoſitæ ſint. Sic vniuerſum cor-  
 pus compoſitum, vt ſit grande, ſublime, erectum, ab aspectu quoq; agile. & ex longo quan-  
 tum figura permittit rotundum. Varij poetarum verſus naturam & indolē generoſi equi  
 experientes citantur a me in Epithetis. Qui videre volet, habeat ſibi.

¶ Afīnorum duo ſunt genera. Feri quos onagros vocant, manuēti vt noſtrates. Viuūt aſi-  
 ni exiguo pabulo vt folijs ſpinis, carduis, ſtramine. Tolerantiſſimi ſunt plagarum & penu-  
 rie. Propterea tardius deficiunt, quam vllum aliud armentum. Negligentiam cuſtodis for-  
 tiſſime ſuſtinent. Laborem & famem patiuntur. Raro afficiuntur morbis, apti ſunt ferens-  
 dis ſarcinis & oneribus. Propterea Columella merito ait eos ruri neceſſarios eſſe. Impatiē-  
 tes ſunt frigoris. Hinc Pontus & Scythia regiones frigidiffimæ aſinæ carent. Tertio men-  
 ſe coire incipiunt, vbi partus eſt ocyſſimus, ſed a trimatu legitimus. Aſinæ ſingulos pari-  
 unt, nonnunquam etiam gemellos. Parture lucē fugiūt & tenebras quærunt ne ab homīe  
 cōſpiciantur. Viuūt ānos. 30. & āplius, Fœmina viuator eſt mare, Per ignes ad foet⁹ cēdūt,  
 ij ij quum tamen

OFFICINA

quum tamen interpositum riuum contingere horreant. Propterea sicco tramite eunt ad potum, nec pontes transeunt, quorum trabes discuneatae aquam deorsum offentant. Ferulas amant, quae ceteris iumentis presentaneo sunt veneno. Pediculis carent, Ex mortuorum tamen cadaueribus gignuntur scarabei. Foeminae si non pepererint, priusquam dentes amittant, quod solet accidere mense trigesimo, sterilitas certa. Laborant morbo, quem malidam vocant, Quod viciu in capite oritur. Asini indici armantur cornibus. Asini iecur in assatum comitialibus prodest, si ieiuni comederint. Cinis quoque vngularum asininarum bis nis coelearibus potus comitiales ipsos adiuuat, & eisdem strumas discutit. Asinini lactis potus addito melle, prodest dyfentericis. Prouocat & nitorem cutis, Propterea ferunt Poppea Neronis uxorem eo lacte faciem sibi perunxisse.

3 **C**anes fidelissimi sunt homini, vt multis exemplis docet Ply. Propterea Athenienses canem publice alendum mandauerunt, q in Aesculapij templo custos adhibitus compilare sacra indicasset. Tonēphoe canē habet pro rege motu eius imperia augurates. Templum fuit apud Aetnam, quod soli custodiebant canes, caste aduentibus innocui, pollutis vero infestissimi. Bestiam & furem predicant suo latratu. Dominos amant, comitantur, custodiunt, excubant pro foribus. Nomina sua & vocē domesticam agnoscunt. Itinera quauis longā meminere, magno memorie argumento. Lacedaemonij, hoc aīal templis oibus arcebāt, q ipurum sit & palam coeat. Romani placandis caniculae ardoribus ipsum immolabant. Generosi sunt imprimis Laconici, Arcadici, Locrenses, Iberici, Cretici, molossici, Orecani. Indici, Elymaei, Melitaei paruuli sunt & dominis suis inter delicias. Inhumantur apud molossos, Anni sunt eis partus, & ad pariendum annua aetas, Gerunt in vtero sexagenis diebus, Gignunt cecos, qui quo largiore aluntur lacte, eo tardius visum recipiunt. Non tamē vltra vicissimum primum diem, nec ante septimum. Optimus est in foetu, qui nouissimus cerne re incipit. Mares quarto anno gignere incipiunt, foeminae tertio vsque in nonum. Postquam pepererunt, coeunt non ante sextum mensem. Sunt quae 72. diebus vterum ferant, quarū catelli, 12. diebus caecutiunt. Tenentur libidine diebus ad summū, 14. Lac earum crassum est & crassius quam ceterorum aīalium, preterquam scrofae & leporis. Foeminae confidentes meunt, mares crure potius elato. Parit canis quinque aut sex, interdum duodecim. Nec mari nec foeminae permittenda est venus ante annum, quia si teneris concederetur, vires carperet. Quos volumus esse generosos, eos oportet non educari alienae nutricis vberibus, quia lac maternum magis prodest ad incrementa corporis. In canibus etatis indicium detes arguunt. Nam iuuenibus albi sunt & acuti, senibus nigri & obtusi. Viunt annis, 14. Mutant dentes quos caninos dicimus. Canū alij sunt venatici ad feras, Alij villatici ad armentorū & villarum custodiam. Boni canes debent esse formosi, magnitudine ampla, oculis nigrantibus & ravis, naribus congruentibus, labris subnigris, acutis dentibus & labro tectis capitis & auriculis magnis & flaccis, crassis ceruicibus & collo. Internodijs articularum longis, cruribus rectis, pedibus magnis, digitis discretis, vnguibus duris & curuis, talo ferme tato & molli, corpore a summis foeminibus suppressio. Spina neque eminula, neque curua, cauda crassa, latratu grati, hiatu magno, colore albo. Foeminae debent esse mammosae, e qua libus papillis. Villatici debent esse neque mitissimi, neque nimis crudeles, q hi domesticos etiam inuadant. Illis facile adulentur fures. Degeneres sunt, qui caudam lub alium reflexam habent. Infestantur tribus morbis, angina, podagra & rabie. Rabiosi quicquid mordent, i rabiem vertunt. Rabies in eis cognoscitur, quum potum & escam auerfantur largā spumam, temque pituitam naribus & ore proijciunt, torue & solito tristius intuentur, in omnes passim sine latratu irruunt. Aequae feras hominesque tam ignotos quam familiares mordent, aequae metu afficiuntur, vt ea visa pili plerumque inhorrescant, & nonnunquam ex ea formidine emoriantur. Quo etiam metu afficiuntur ab ijs demorsis. Eorū autem rabies pestifera est imprimis homini, Syrio ardente. Radix syluestris rose quam Cynorhodam appellant remedio est aduersus eorum morsum. Laborant & scabie canes, fiuntque pulicosi, & his scitent vermibus, quos Plynius Ricinos appellat.

4 **C**Caprae dicuntur a carpēdo teste Varrone, q virgulta carpāt, & agrestibus pascantur frusticibus. Maleficae sunt frōdibus & arboribus, oliuae maxime, quam si lambendo contigerit depauerintq, sterilescere faciūt & enecant. Amant dumeta potius quā fitū cāpestiē, alpes riq locis & siluestribus optie pascūt. Nam nec auerfantur rubos, nec offendūtur vepribus. Citissimae maxie amant, Ocyūm vero aspernantur, q infania faciat. Alsiosae sunt & obnoxiae frigori. Propterea melius ad hibernos exortus stabulantur. Iubet Columella vt diligens pastor earum stabula quotidie conuertat, neque permittat lbercus, aut humore consistere, lutum ve fieri, quod cuncta haec capris sint inimica. Varro ait stabulum caprae lapide aut testa

aut testa sub sterni oportere quominus sit vliginosum & lutulentum. Substituenda item vit gulta, ne obliantur. Capris glans non est permittenda, nisi affatim dari possit. Nam citra sa tietate data facit vt abortu pariant. Laudantur mammosæ, & abundantissima lactis. Debent esse firma, magnæ corpore leni & crebris pilis tecto. Meliore sunt semine, q̄ bis parit. De sistente autino exigunt a grege i campo hircos i caprilia. Cõcipiunt nouẽbri melle. Martio pariunt turgentibus virgultis. Reddunt foetum quarto post cõceptum mense. Pariunt frequenter duos, interdum quaternos sed raro. Implentur terno aut quaterno coitu. Viuunt annos. 8. Cocunt quamdiu viuunt. Crebro loca pmutant, summaq; depastorũ fi uticum solum cõtingunt. Sterilescunt nimia pinguedine. Oculis nõ lippunt. Cornibus iter se quandoq; pugnant, quibus sunt cornua. Nam nõ oibus, Auribus spirant nõ naribus. Noctur cernunt nõ minus q̄ interdiu. Propterea caprinũ iecur vespertinam acie his restituit, quos Nyctulopas vocant. Sæp febriculose sunt. Sole i occalum decliui auersæ iacet, & sese nõ cõtuetur. Vilsus quẽ habet pẽsilẽ in mẽto, vocatur arucus, quo si quis vnam earũ traxerit, aiunt reliquas stupefieri. Gustato pulegio ad balatũ cõcitantur. Differunt a capreis, q̄ he siluestres sint, ille domesticæ. In Africa nascuntur agrestes equi altitudine. Sunt & in regione Caspia eadem magnitudine, sine cornibus, colore albo, villis lãgis, & tõsilibus, qui lanis mileys certant. Apud mædesios populos caprẽ coluntur, & caprarĩ ipsi maximo afficiuntur honore. Sunt & in parte Africæ tõsiles, ex quorũ vilis nauetũ rudẽtes cõficiunt. Habitatores Sardinia pel libus caprarum viuunt, pvestimentis. Pestilentia quandoq; vexantur. Qua quũ agnoscutur correptæ. Vis oibus sanguis detrahendus est. Ebuliẽte carũ sanguine molliur adamas. Fel vase in terra cõclusum ranas cõgregat. Iecur comestũ pdest cõtra uisus obscuritatem. Vngularũ cinere puncte ex aceto lanantur alopecie. Earũ cornibus vel pilis accẽsis fugantur serpentes. Cinis potus vel illitus pdest cõtra icũs. Fimus i aceto decoctus & illitus contra icũs serpentũ. Caseus cũ origano ad morsus aliarũ bestiariũ. Lac cõtra cantharidas remedio est. Sanguis decoctus cũ medulla, sumitur cõtra toxica. Lacte etiam caprino tolluntur lendes. Vrina calefacta & instillata pdest auribus. Fel cũ vino sumitur cõtra cicatrices albugines, & caligines. Caseus sicus ex aceto & melle purgat vlcera. Caprearum sanguis cũ palma marina pilos detrahit. Lacte caprino peruncte gingiua: faciles dentiones faciunt. Fel sacrificatẽ caprẽ oculis illitũ, vel sub puluino positũ somnos allicit. Vulgo traditur Erũgium herbam esse, quam si capra aliqua in os sumpserit, primũ ipsam listi, deinde reliquũ omnem gregẽ cũ illa consistere, donec accedens caprarius herbã eximat. Pluth. in Opus.

**L**uporum rapax est natura, & ignobilis. Nam vbi caulas intrauerunt, non solum interficiunt, quod satis est ad ventrem, at totum gregem passim iugulant. Dicuntur vocẽ ad presens temous adimere ei, quem priores conspexerint. Virgil. Lupi moerivide re priores. Seniores sunt, qui in frigida nascuntur plaga, quam qui in Africa aut Aegypto. Habet i cauda amatorium virus exiguo in villo, qui tamẽ nõ idẽ pollet nisi viuenti fuerit direptus. Coeunt toto anno non amplius q̄ dies. 12. In summa fame vescuntur terra. Grassantur noctu Animalia cornuta inuadunt a tergo. Flumina tradant seriatim, oes pcedentiũ caudis mordicus apprehensis. Sacri sunt Apollini & Latone, q̄ ei perienti astiterint. In marcotide Aegypti parte piscatoribus assistunt more domesticorũ canũ, & partem prede ab eisdem accipiunt, alioqui rhetia & omne apparatus concerperent. Percunt gustata herba q̄ ex argumẽto vocatur lycoctonia. Lupis oculi noctu splendent & lucem iaculantur. Ferunt lupi rostrum inueteratum veneficis resistere. Ob id villarum portis olim prefigebatur. Vestigia lupi calcata equis afferunt torporem. Excrementa suffusionibus profunt, adeps contra lipitudines. Luporum iecur simile est equine vngule. In Olympo macedonia monte & in Creta insula non sunt lupi. Nullos etiam fouet Britannia. Solõ suis legibus iussit dari quẽque drachmas ei qui lupum accepisset. Fuit enim vetusta consuetudo Atheniensibus bellum cum lupis gerere, q̄ gregibus armentis insidiarentur.

**I**n eodem genere sunt lupi ceruarij, quibus in fame mandentibus si respexerint, obliuionem cibi surrepere aiunt, digressisq; querere aliud. Congrediuntur cum leonibus. Hominem a cæteris animalibus oppressu inuiciscuntur. Lupus a græcis dicitur lycos. Lycanotropia vocantur melancholica affectio, qua qui afficitur, vocantur lycotropi, quoniam lupos imitari videantur. Exiliunt quippe noctu & iter sepulchra diuersantur ad diem vsq;. Ferunt lupos in magna armenta certaturos ventrem explere terra, vt illa sarcina factus onerosior, non tam facile excutiat, sed resistat fortius.

**C**erui vrgẽtibus canibus vltro cõfugiunt ad hominẽ, viaque humanis tritas vestigijs minus cauent, quam seceras & feris opportunas. Cõcipiunt post acturi sydus. Verũ ferunt octonis mensibus. Pariunt interdum geminos. A conceptu separant se. Relicti mares libi

dine pruriunt. Fodiunt serobes, tunc eorū rostra nigrescunt, donec imbribus abluant. Fœmine ante partū purgant se herba, quæ dicitur Sifelis, ad faciliorē partū. Partū redeunt ad fœtū quos exercēt curū, & fugā meditari docēt. Ducunt etiā ad prupta & saltū demonstrant. Mares desyderio libidinis soluti auide perunt pabula. Pingues fœtū redeunt in latebras. Fugiunt audito canum latratu, mulcentur cantu & fistulis. Erectis auribus acute audiūt, hīs dē depressis surdescunt. Timidissimi sunt & admodū stupidi, adeo vt equo aut buccula p̄p̄ accedente iuxta venantē non cernant. Aut si cernunt, arcū & sagittas mirentur. Maria transnant gregatim nantes ordine porrecto & capita imponentes p̄cedentiū clunibus, alternatiue ad terga redeūtes. Natāt in odore terrarū, quas nō vidēt. Cornua habēt mares, quæ amittunt omnibus annis statuto veris tēpore. Cornibus amissis delitescunt vt inermes. His accensis odore fugātur serpētes & comitiales morbi deprehendūtur. Aetatis indicia arguūtur in illis singulis annis ramos adijciētibz vsque ad sexennes. Sunt qui dicant fœminis quoque nasci cornua. Euripides. Ceruā inquit cornigeram manibz Achēorū tradā, quam p̄ tua maest abūt filia. Et poetæ Cerua ab Hercule expugnata aiunt cornigeram fuisse. In ceruis etiam senecta dētibz declaratur. Tūc enī aut paucos habēt aut nullos, nec in cornibus imis ramos, qui p̄minēt ante frontē iunioribus. Castratis neq; decidūt cornua, neq; nascūtur. Quādiu carēt cornibz noctū p̄cedūt ad pabula, nam interdū non audēt ibellie sue & infirmitatis consēij. Vbi creuerunt, ea ad arborē experiuntur. Si firma viderint, in apertum prodeunt securiores solito. Pugnāt cū serpentibus. Cauernas inuestigant, nariūque spiritu extrahunt renitentes. Propterea adusto cornu ceruino odor serpentes ipsos abigit. Febrē nō sentiūt quin potius huic morbo medentur. Centenos excedunt annos. Cornua in locis inaccessibleiū proijciūt, ne ibelles inueniantur. Felle carēt, vermes habent in capite. Eorum caro mane cū manducata vita hominis augere dicitur. Nulli sunt in Africa cerui. Vulnerati faculis sanant se dictamo herba, quā primi mōstrauere. Extractos cauernis serpētes mandunt. In Helleponto non comitant in alienos fines & circa Arginuliam, elatū nō excedunt montem, in quo fissis sunt auribus. Vicissim ad alias transeunt fœminas & ad priores redeunt. Parituræ ceruæ pascuntur Sifeli. Quum sentiunt se grauidas, lapillum deuorant, qui in excrementis reperitur, aut in vulua partus custodit ad alligatus. Vuluas pilo ceruino suffiri prodest. Ceruina pellis vocatur Nebris, quoniam nebrus est de genere ceruorum. Ceruorū sanguis tenuis est & aquosus. Martia. Seruos fugitiuos nuncupauit ceruos ab huius animalis celeritate. A cuius timiditate viri ceruini dicitur hoīes nimis meticulosi.

¶ Vrsi coeūt hyemis initio ambobz cubantibus complexisque. Deinde separatim abeunt in latebras, in quibus pariunt tricesimo die, & plurimū quinos, sine oculis & sine pilo. Vngues tantum prominent. Hos partus labendo paulatim fugurant. Raro visa est pariens vrsula. Mares, 40. diebus latēt. Fœmine, 4. mensibus. Latebram si non habeāt, fruticum & ramorū cōgerie ædificant molli frōde cōstratam, vtriusque & imbribus impenetrabilē. Primis 14 diebus adeo graui sōno p̄mūtur, vt ne vulneribus quidē excitari queāt. Tūc que vter no pinguescūt. Ab hīs diebus priorū pedū suctu viuūt. Fœta dies, 14. immobilis manet. Si ne cibo dies, 40. Fœtus rigētes pectori admotos fouēt, eodem incubitu, quo volucres oua. Vere p̄cedunt, sed pingues mares ad laxanda intestina cōcreta Arō herbam deuorant. Eorum oculi hebetantur crebro. Inualidissimo capite sunt vrsi. Ideo si vrgēte vi aliqua præcipitare se velint, ipsum manibus operiūt, & insitit arena colaphis quādoque examinantur. Suspēsi taurorū cornibus eosdē pōdere fatigant. Sūt folertes ī maleficiā, nō gignūtur in Africa. Vrsula resupinata serpit ad fœtū & latebram in qua paritura est, ne vestigia venatoribus speluncam prodant. Saturitati occurrit vomitione, quam sibi excitat cōmanducatis formicis. Si venatores instant, catulos partim dorso, partim ore rapiēs, fugit ī proximam arborē. Fœmina sæuior est & fortior mare. Vrsus erectus duobz aliquando pedibus igreditur. Carnes depascitur etiam putres. Vrsi sunt in Mysia adeo venenati, vt solo afflatu carnes perimant. Apud Roxolanos inueniuntur plerique manifesti. Vrsi in longiore itinere sine calciatu fatiscunt. Viuunt fruge, fronde, vindemia, pomis, apibus, caneris & formicis. Aiunt eorum manus id est anteriores pedes esse inter elitandum prædulces & insigni suauitate quod frequenter partem hanc agitent, quum apprehensione, tum incessu.

¶ Mulus gignitur ex asino & equa. Eximius est ferēdis oneribus. Mula gignitur ex equo & asina, aial tarditatis ī domite. Cōceptū ex equo si sequatur asini coitus, abortu perimit, sed nō equus cōceptū ex asino. Fœmine a partu septio die impleri possunt. Fatigati mares melius implent. Equo & asina genitos mares antiqui vocabant hinulos seu hinulos. Horati. Vitas hinuleo me similis Chloe. Mulæ nō pariunt nisi prodigiōse, quoniam ex duobz diuersis generibus genitæ sunt. Theophras. apud Ply, testis est mulas ī Cappadocia parere Mule calcitratum

Mule calcitratur in inhibit crebrior vini potus. Generantur etiam mule ex equa & onagris manlueractis veloces cursu, eximia duricia pedum, rugoso corpore, indomito animo, sed tamen generoso. Nascuntur apud indos muli ex asino & equa agrestibus. Athenienses mulum emeritum (cuius labore in extruendo templo vsi fuerant) publice aluerunt, data lege ne quis hordeum appetenti auerteret. Aiunt puluerem in quo mula se volutauerit, corpori inspersum mitigare ardorem amoris. Varro libro secundo de re rustica ait mulas non vbi que steriles esse, quamuis sint in Italia. Nam Mago & Dionysius apud eundem testes sunt, mulam & equam quum conceperunt, duodecimo mense parere.

¶ Bos in re pecuaria primam habet autoritatem. Est enim socius hominum in rustico opere & Cesaris minister. Propterea olim cautum fuit lege, ne quis occideret. Ex eius cadauere nascuntur apes mellis matres. Quatuor sunt etatis gradus in genere bubulo. Prima est vitulorum. Secunda iuuenorum. Tertia bouum nouellorum. Quarta vetulorum. Vacca sterilis vocatur taura, pregnans horda. In hoc armento precipui sunt qui sunt membris pilosis, nigrantibus cornibus, latis frontibus, oculis magnis & nigris, auribus compressis, spina leniter remissa, apertis naribus, labris subnigris, ceruicibus crassis, & longis a collo, corpore amplo & bene costato, latis humeris, bonis clunibus, ad inferiorem caudae partem frequentibus pilis, subcrispis, cruribus potius minoribus, rectis genulis eminulis, distantibus inter se, pedibus non latis neque ingredientibus, qui displodantur, nec quorum vngulae diuariant. Comode pascunt boues in nemoribus, vbi virgulta & frons multa. Macra vacca facilius concipit. Propterea ante admissuram non debet impleri cibo aut potione mensura vnum. Contra vero tauri ante admissionem herba, palea & faeno implendi sunt, & a foemina fecerentur di. Quum taurus vaccam iniit, ex eius descensu cognoscitur an mas conceptus sit an foemina. Si quidem si mas est, abit in dexteram partem, si foemina in sinistram. Non oportet inire foeminas ante bimatum, ut trimae pariant. Et melior erit foetus, si quadrimae. Idoneum tempus ad concipiendum est a delphini exortu vsque ad dies quadraginta. Vaccarum mensibus decem sunt praegnantes, quas pasci oportet in loci viridibus & aquosis. Aestiuo tempore infestantur tabanis & quibusdam bestiolis. His frondem substerni oportet, quo mollius quiescant. Aestate ducendae bis ad potum, hyeme semel. Locus frigidus facit eas macrescere. Vaccarum probantur, quae sunt maximis uteris, frontibus latissimis, oculis nigris & patentissimis, cornibus venustis & nigrantibus, pilosis auribus, compressis malis, caudis amplissimis, vngulis modicis & cruribus. Campania boues albos & exiles gignit, Umbria vastos & albos, Etruria & latium compactos & ad opera fortes. Appenninus & Gallia vegetos & labori aptissimos. Aelianus ait taurum cornupetam alligato dextro testiculo cohiberi. Morbi bouum sunt podagra & struma. Concipiunt vno initu, quod si aberrauerint, vigesimo post die foemina repetit marem. Tauri non saepe quam bis die ineunt. Boues soli animalia malium retro ambulantes pascuntur. Foeminae viuunt ad annos. 15. Mares ad. 20. Robur eis in quatuor, pinguescunt lauatione calidae aquae. Domitura bouum fieri debet in trimatu ante praematura est, postea fera. Fuit hoc animal tantae curae apud Romanos, ut in exilium pulsus sit, qui bouem occiderat ad comedendum omnia sum. Boues lapillum habent in capite, quem expuunt, si necem timeant. Ludos bouum causa celebratos Bubecios vocabant. Seruius ouium & bouum effigie a se signauit. Fons est in Narbonensi prouincia Orge nomine, in quo herbae nascuntur adeo bobus expetite, ut mersis capitibus eas inquirant. Boues se olfactantes, seque lambentes contra pilum, tempestatem praesagiunt. Eorum simum vile est alueris. Scabiem si inficiantur, ea sanat Corcoro herba. Buprestis herba est venenum bobus. Nam ea gustata dissiliunt. India boues habet vnicornes & tricornes. Habet & atrocissimos tauros syluestres, maiores agrestibus, colore fuluos, oculis caeruleis, praestantes cursu, cornibus mobilibus, quorum tergora filicis equant duriciam, & omne respuunt vulnus. Bouem primus occidit Prometheus.

¶ Sues bis anno pariunt, uterum ferunt mensibus tribus. Vicenos quandoque enuntur porculos, sed tam multos educare nequeunt. Inire incipiunt octauo mense. Admissura est a Fauonio ad equinoctium vernum. Implentur vno coitu, mares post trimatum non generant Foeminae senio confectae cubantes coeunt. Foetus comedunt nonnunquam. Viuunt ad annos quindecim nonnulli ad vicenos. Aiunt suem exoculatum cito emori. Obnoxij sunt angine & strume. Pruius in radice setae dorso euulsa & caput obliquum in incessu, indicia sunt infirmitatis. Praepinguus penuriam lactis sentiunt. Gaudent volutari in luto. Facilius in dextrum iacent quam leuum. Veteres existimabant animam eis pro sale datam, quod ad escam tantum nati sint. Castrantur quandoque foeminae. Pinguescunt adeo, ut Plynius scribat forice in corpore cuiusdam praepinguis nidificasse. Bis anno pariunt. Porcus olim facer erat

facer erat Cereri. Et in feriendo pacis fœdere quondam mactari solebat. Sues mares sunt falacissimi, & ab annicula ætate commode progenerant, ac etiam semestres implere possunt fœminam. Columella ait fœminam esse idoneam ad edendos partus vsque ad annos septem, quæ quanto fœcundior est, eo senescit citius. Castrati sues celerius pinguescunt. Melius pascuntur in agris palustribus, quam sitientibus. Gaudent & syluis glandiferis ac pomiferis. Amant & radículas aquatilis sylvæ. Naribus in coitu plurima est alperitas. Tunc inter se dimicant indurantes attritu arborum costas. Fœminæ in partu asperiores. In Arabia suillum genus non vivit, Sues in coitu spumam ore fundunt. Verres subantis audita voce nisi admittatur, cibum non capit in maciem. Fœminæ tantum plerumque efferantur ut hominem lacerent, candida maxime veste indutum. Quæ rabies mitigatur asperso aceto. Fœminæ prægnantes cocunt. Suisbus quandoque serpentes sunt in pabulo. Galenus suilem carnem ceteris laudabiliorem facit. Phorine dicitur suilla pellis. Porro Verres dicitur porcus non castratus. Aper porcus sylvester dentatus est, & excellit feritate. In morbis medetur sibi hedera. Solidum aprum primus Romanorum in epulis apposuit P. Scruilius Rullus. Apris maribus non nisi anniculis generatio. Indicis apris cubitales sunt dentium flexus gemini ex rostro. Totidem a fronte seu vituli excunt. In Creta & Africa nulli reperiuntur apri. Muti sunt in Macedonia. Apri cerebrum cum sanguine laudatur contra serpentes, secur item inueteratum & potum cum ruta & vino. Item adeps cum melle & resina. A protam grauis est sua vrina, vt nisi egesta sit, fugæ non sufficiat, & velut detinctus opprimatur.

11 ¶ Oves quadrupedum sunt mitissimæ. In admittura si fœminas cupiunt, austrum obseruant, si mares, aquilonem. Oves Arabicæ caudam tritum cubito: um per humum voluunt. In Chio sunt minutissimæ inopia pabuli, quarum tamen lacte fit caseus laudatissimus. Agni statim a partu matrem agnoscunt circa illam petulca gestiunt lasciuia. Probæ oves debent esse corpore amplo, molli & dẽso villo, ventre piloso, cruribus humilibus. Omnes infirmo sunt capite. Viuunt annos decem. Arietes agnas fastidiunt, senectam ouium cõlectantur. Generant in vtroque sexu a bimatu ad nouenos annos. Cocunt a tertio Idus Maias ad 13. Cal. Augusti. Gerunt partus diebus. 150. Arietis ferocia cohibetur cornu iuxta aurem terrebato. Dextro teste præligato fœminas generat, leuo mares. Tonitrua solitarijs ouibus abortus inferunt. Propterea congregari debent, vt cœtu iuuentur. Oves teçte molliores sunt. Colonice in pascuo elegantiores, Plynius laudatissimas oves & lanas facit Appulas, & Italicas. Tertium locum dat milesijs. Circa Tarentum & Canusium summam quoque nobilitatem habent, & in Asia Laodiceæ. Oves frequentius quam vllum aliud animal infestantur scabie, quam fecit macies, vt maciem exiguitas cibi. Huic morbo nisi occurratur, vnica totum pecus coinquinabit. Nam oves contagione vexantur. Agni si laborent morbo, non debent admitti ad matres. Tondendarum ouium tempus est in Iulio. Ferunt arietis dextro teste præligato oves tantum gigni. Olim mulctatio non nisi ouium, bouumque impendio dicebatur. Lac ouillum dulcius est bubulo & magis alit. Veruex dicitur cui inuerti sunt, vel adempti testiculi. Arietis qui generat. Ferunt arietinis cornibus defossis asparagum gigni. Laberius poeta vocabat arietes reciprocicornes & lanicutes, quod reciproca habent cornua, & cutem lana opertam. Veruex sectarius dicitur, qui gregem agnorum præcedens ducit.

12 ¶ Simijs figura est homini proxima. Imitantur quicquid ab homine fieri vident. Propterea venatores hac ratione eas plerumque fallunt. Nam in radicibus arborum (in quas illæ repserunt) aqua se perungunt, demum vaseculum visco plenum aque loco reponunt. Quo quum oculos & ora perunxerunt simiæ, facile capiuntur. Falluntur & alio modo, quum scilicet relictis dedita opera a venatoribus calcis sese impediunt. Tristes sunt luna cana. Noua letantur. Fœtus amant maxime. Catulos (quos in domibus peperere) omnibus demonstrant, gaudentque tractari & quandoque amplectendo necant. Ex simiarum genere sunt Cercopytheci maximi magnitudine, cauda quinum cubitorum, barba propenta, humana coma, alba facie, reliquo corpore nigrantes. Confugiunt ad arbores. Versantur in montibus Indiæ. Capiuntur eo (quo diximus) modo. Alexandri exercitum quandoque terruerunt. Item sphinges villosæ, mammis prominentibus, quæ mansuefiunt facile & feritatis obliuiscuntur. Callitriches toto fere aspectu differunt a ceteris. Barbam habent in facie, latam caudam. Viuunt in Aethiopico tantum solo. Satyri facie sunt admodum grata. Cynocephali formam habent simiarum, humani gestus emuli & puerorum amatores, quibus etiã mulgẽda præbent vbera. Cynoprofopi capite, dentibus & pelle similes sunt canibus, resliqua hominibus, veloces cursu, vnguibus manuum præacutis. Petiti ad aquas confugiunt.

Propterea

Propterea capti sunt difficiles. Capus faciem habet satyro similem, cetera inter canem & vrsu[m]. Mantichora & crocuta sunt etiam de genere simiaru[m], imitanturque hominum gestus & sermones.

¶ Animalium maximum est Elephas & humanis sensibus proximum. Patrium enim sermone[m] intelligit. Reminiscitur officiorum, quae didicit. Ducitur glorie voluptate. Solem Lunam & sydera veneratur. Regem adorant elephantes, genua submitunt, coronas porrigunt. Indicis minores sunt Arabici. Visi sunt qui per funes incesserint. Plynius scribit vnum tardioris ingenij in accipiendis (quae tradebantur) sepius castigatum verberibus, eadem illa meditantem noctu repertum fuisse. Apud eundem Mutianus testis est fuisse quemdam, qui ductus Graecarum literarum didicerit, atque haec scripserit. Ipse haec ego scripsi, & spolia Celtica dicaui. Dentium candore iuuenta in his intelligitur. Homine in desertis obui[o] & oberrante clementes sunt, atque etiam demonstrant viam. Animaduerso hominis vestigio intremiscunt infidiarum metu. Subsistunt ab olfactu. Circumspectant, iras prostant, Gregatim ingrediuntur. Agmen ducit maximus natu, cogit etate proximus, Amnem transitori minimos praemittunt, ne maioribus alueum atterentibus, crescat gurgitis altitudo. Sutrum & Atax nomina sunt duorum elephantum apud Plynium. Gaudent phaleris argenteis. Victi vocem victoris fugiunt, Pudore nunquam coeunt nisi in abdito. Mas qui quennis, foemina decennis, foemina initur biennio, quinis cuiusque anni diebus. Adulteria non nouere. Nulla propter foeminas inter se mouent praemia. Memoria clarent, nam aiunt fuisse quendam, qui in senecta nouerit rectorem suae iuuentutis. Tanta sunt clementia in animalia minus valida, vt in grege pecudum occurrentia manu dimoueant, ne quid obterant imprudentes, nec nisi laesitici noceant, Infirmos fessos, aut vulneratos in medium agmen recipiunt & per vices subeunt. In Africa foueis capiuntur oberrantes, Troglodyte qui venatu elephantum viuunt, arbores eorum itineri propinquas incendunt, inde nouissimum agminis speculati extremas in clunes desiliunt, neruosque ferunt securi. foeminae pauidiores sunt masculis. Domantur fame & verberibus. Domiti militant & turres armatorum in hostes ferunt, & in oriente magna ex parte bella conficiunt. Prosterunt acies & proterunt armatos. Terrentur minimo suis stridore, territique retro cedunt non minus repartium suarum pernicio. Decem annis (vt nonnullis placet) vterum ferunt. Hinc adaugium. Citius parient elephantis, Secundum Aristotelem biennio tantum ferunt, nec amplius quam singulos gignunt. Multi viuunt annis ducentis. Iuuenta eorum sexagesimo anno incipit. Gaudent annibus, circa quos vagantur. Frigoris sunt impatientes, in inflationem & profluuium alui sentiunt. Terrentur edisse ijs tabificum est, nisi sepius mandant. Desuorant etiam lapides. Truncos habent in cibatu gratissimo. Palmas prosterunt, & iacentium assument fructum, mandunt ore, spirant, bibunt & odorantur, Murem odere, adeo vti pabulum in praesepio positum ab eo attingi viderint, fastidiant. In potu quandoque hirsutines hauriunt, a quibus maxime cruciantur. Ventres habent molles, durissimum in dorso tergus, muscarum tedio afficiuntur. Dentes in tantam magnitudinem excrescunt nonnullis, vt postium vicem in domicilijs praebent, ijsque fiant sepes & pali in stabulis pecorum. Elephantes habent Africa, Mauritania, Aethyopes & Troglodyte, Maximos India. Certant cum draconibus.

¶ Hippolaphus animal est forma cerui & equi compositum cerui magnitudine, villo & barba hircinis. 14

¶ Dorcas aliter vocatur caprea. Martialis. Tam dispar aequile columba non est. Nec dorcas rigido fugax leoni. Non lippit hoc animal. Noctu cernit vt interdiu. In lycia dorcades non transeunt montes Syris vicinos.

¶ Musimones animalia caprarum instar villos ferunt. Reperiuntur in Germania.

¶ Damae timidissimi sunt e genere caprearum. Gregatim incedunt, & quandoque desiliunt in fuga. De his Martialis. Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum. Imbelles damae, quid nisi praeda sumus.

¶ Vulpes vrsu[m] est animal Echinis infestum, quos quum aliter propter aculeos nequit superare, resupinat & inuersos, in ventrem (qui mollis est) lancinat, eoque modo interficit. Vexatus vesparum multitudine impenetrat se in concavum locum extenta forinsecus cauda, cui quum se implicuerunt vespe, egreditur, & ad murum siue arbore confugiens eas ibidem perfricando excutit, & atterit, mortuasque depascitur. Infidiatur & pisciculis ripae oberrans, caudaque in aquam demersa, cuius villis quum se obuoluerunt, extrahuntur quasi defossi. Vulpes inimici sunt miluis, Gallinaceos non attingunt, qui vulpinum secur comederint. In Thracia amnes gelatos, lacusque non nisi ad pastus ituri, redituri que transeunt Nulli

## OFFICINA

seunt Nulli reperitur in Creta. Odorem reddunt graecolentem. Martialis. Hic olidam clamorosus ages in Rhetia vulpem. Vrgentibus a tergo canibus caudas suas lotio perfundunt, hisque insectantium propius canum ora diuerberant. Qua molestia affecti canes insequi desistunt.

- 16 **L**eo superbū est animal, cuius præcipua generositas arguitur, quum colla & armos vestiant iube. Quod contingit conceptis ex leone. Nam geniti ex pardis carent hoc insigni, vt foemine. Leo vbi pardi coitum sentit in adultera læna, supplicium sumit, & tota vicō surgit in pœnam. Propterea læna culpam & odorem flumine abluit, aut conscia sceleris, & masculi metu fugientem adulterum comitatur. Foemina primo partu parit quinque castulos, & per annos singulos vno minus ab vno sterilescit, autho. Plynio & Aristotele libro se xto de naturis animalium. Theophrastus in vita Apolloniꝝ tamen scribit se vidisse lænam a venatoribus interfectam, cuius cæso vtero inuenti sint octo catuli. Traditur autem eodem teste, gestare lænam foetum in vtero mensibus sex, terque omnino in tota vita parere, primo partus tres, secundo duos. Quod si tertio forte parere illam contingat, vnū dumtaxat gestare consuevit, quasi natura rariora velit producere, quæ magnam in se feritatem habeant. Parit adeo paruos, vt vix post secundū mensem ingredi valeant, quod accidit verno tempore. Nascuntur apertis oculis. Vrinam mares crure sublato reddunt vt canes, coeuntq; auersi. Rari sunt in potu, alternis diebus vescuntur. Triduo quandoque in esdiam ferunt. Quum quid deuorauerunt ventri molestum aut perniciosum, iactis in fauces vnguibus euellunt, ne nimia corporis sarcina fugam impediatur, si fugiendum sit. Leo non pascitur cum læna, sed separatim errat. Camelorum carnes appetunt. Vrbes fame coacti interdum aduent & in homines sequunt præcipue senio cōfecti. Tunc enim per corporis imbecillitatem, & dentium defectionem venari nequeunt. Propterea Africani sibi timentes, captos leones pro portis vrbium crucifigunt, vt cæteros pœnæ similis absterreat metu. Pasti & saturi faciles sunt & exarmati. Læna pro catulis dimicans, oculos in terram defigit, ne venabula expauescat. Leo caninos tantum dentes mutat sexto ætatis mense. Obliquo post partum ingrediuntur itinere, ne cubile deprehendatur. Solida habent ossa & minime vacua. Dolis carent & suspitione, nec limis intuentur oculis, nec eo modo conspici volunt. Leo si in venatu videatur, crubescens dare terga, sese paulatim recipit, si multitu sine opprimatur. Remotus ab aspectu venantium, fugam prope mollitur turpitudinem absconione purgari existimans. Saltu caret in fuga, quo vititur, dum quid insectatur. Vulneratus percussorem obseruat acutissime, & in quantalibet appetit multitudinem. Fugit interdum demissa in erura cauda, vt canum degeneres. Infirmus est parte ilium contra ictus. reliquo corpore multas patitur plegas, vimque summam gerit in pectore. Oculos habet glaucos, splendentes & concauos, non valde rotundos, nec admodum proiectos. Quicquid momorderit aut vnguibus lacerauerit, ater inde sanguis & quedam sanies profluit. Diu viuunt. Nam pleriq; reperiuntur dentibus defecti præ senio. Hostem aggressuri caudę verberare excitant sibi furorem. Modice dormiunt, Quiescentum oculi sublucent. Dormientibus cauda non mouetur, qua vigilantum quoque arguitur animus. Immota enim index est clemetię & tranquillitatis. Erecta vero & quasi spinescens, iracundiam arguit. Tria sunt quibus terrentur maxime, Rotarum orbis circunacti currusque inanes. Gallinaceorum criste & cantus. Omnium maxime ignes reformidant. Videntur ex natura solis substantiam deducere. Nam impetu & calore cetera præstant animalia, vt sol sydera. Preterea oculis semper igneis & patentibus cernuntur, vt sol patenti igneoque oculo terram conspiciat. Hanno Carthaginensis primus omnium leonem mansuefecit, propterea relegatus, quod hoc ipsum affectate tyrannidis speciem præferret, aut quod videretur exoraturus, quicquid petiuisset, qui ignaras societatis humane beluas demulceret. Qui in casu uicis leonum curam gerunt, vocantur leontocomi. Nigri sunt leones in Syria. Eorum adeps cum rosaceo cutem in facie conseruat a vicis, & quotidianis febribus medetur. Eo adipe peruncti faciliorem apud reges & populos gratiam dicuntur mereri. Leonitantum ex feris clementia in supplices prostratis parcat. Et vbi sequit, in viros priusquam in foeminas seuit, in infantes non nisi magna fame. De eius clementia Ouidius libro tertio Tristiū. Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni, Pugna suum finem quum iacet hostis, habet.
- 17 **L**inx esse dicitur de genere luporum ceruariorum. Est autem vario collo & maculoso tergo. Virgilius libro primo Aeneidos. Succinctam pharetra & maculosa tegmine lyncis. Mantuanus libro primo Agelariorum. Fidentes pedibus lepores & tergo lynces Versi colore. Eius vrina vertitur in lycurium gemmam duricie calculi. Ouidius. E quibus vt memorant, quicquid vesica remisit. Vertitur in lapides, & congelat gre tecta. Gemma in quam



quam glaciatur humo lynceum, similis est calculis & igneo colore fulgens, Lynces acutissimi sunt visu, Mammæ habent in pectore, Sacræ sunt Baccho.

¶ Camelus bina in dorso habet tubera, vnum in pectore, cui incubat, quum genua reclinantur. Papillas quatuor, caudam asino similem, genitale retro genua singula in singulis cruribus, pedes bifidos, vt bos dentatus. Sitim quatrídúo tolerat, Equos odit, bibiturus a quam pedibus obrubat. Peruenit ad annos quinquaginta quidam ad centenos. Castratis feritas tollitur & augetur robur. Coituri latebras quærunt, crura posteriora gerunt conuersa. Pascuntur apud Orientales inter armenta, vbi iumentorum loco seruiunt. Fortiores sunt coitu negato. Cameli cerebrum arefactum potumque ex aceto, comitialibus morbis prodest. Fel cum melle potum angine. Cauda arefacta soluit aluum. Fimi cinere cum oleo crispantur capilli. Fœminæ vterû ferunt duodecim mensibus a trimatu. Pariunt vter, iterumque post annum implentur a partu. Dulcissimum est lac camelinum.

¶ Camelopardis (quam Aethiopes Nabim vocant) collo est equino, pedibus bouinis, caudam melino capite, maculis rutilum colorem distinguentibus. Romæ visa est Circensibus ludis dictatoris Cæsaris.

¶ Onagri sunt asini syluestres cursu pernices in Mauritania, sed cito desistentes, & anheli a venatoribus capiuntur. Reperiuntur in India agrestes equi magnitudine, capite pene rubenti, oculis ceruleis, vno in fronte cornu, magnitudine cubitali, ab radice albo, in cuspidate purpureo, parte media nigro discriminata. Talos habent & felle carent. Onagri præcipui sunt in Phrygia & Lycaonia, Pullis eorum seu præstantibus sapore Africa gloriatur, quos Lalifiones appellant. Onagrorum ossa confracta & decocta profunt contra venenum leporis marini.

¶ Mantichoram habet India magnitudine leonis, pelle villosa & purpurea, vultu & auribus prope humanis, triplici vtrimque dentium serie, qui acuti sunt & caninis paulo maioribus. Oculis item villosis & fere noctuinis, vnguibus leoninis, cauda bifida, aculeis vtrimque cuspidata, quos pro telis iaculatur. Velcitur humano caduere, Excellit cursu. Propterea Indicatulos eius venantur, priusquam aculeati sunt.

¶ Hirci obliquis sunt oculis & ad nares respicientibus. Sex menses hibernos supra sinistrum latus dicuntur iacere, quum dormiunt. Ab æquinoctio hiberno totidem menses supra dextrum. Hircorum rabies mitigatur, si mulceatur barba. Olidi sunt maxime. Vnde & hircosus vocamus homines graueolentes. Politianus. Non olidi coniunx hirci. Idem. Quosque alios olidum cantor produxit ob hircum. Hirci pro fœminis pugnam ineunt. Vt tamen placet nonnullis, facile permittunt fœmellas sui generis iniri, etiam si viderint.

¶ Lepores dormiunt oculis apertis. Quiescunt interdiu, noctu vagantur. Locum natalem amant. Campestris parui sunt & valde pernices. Montani magnitudine excedunt. Omnes cursu accliu sunt & velociore, propter priores pedes posterioribus breuiore. Excitant se ad fugam auribus in tergum declinatis. Flexuoso cursu canes plarumque decipiunt. Fœmina enixa suos fœtus multis locis disperdit & abscõdit. Accipitres reformidat. In vulpem si inciderit, euadere cursu contendit. Vulpes vero dolum opponit celeritati. Nam in medio cursu fingit se desistere, & quiescit. Paulopost leporem nihil sibi timentem insectatur acrius & cubile inuadit. Præter ea ferunt leporem vltro citroque commere, vt confusis vestigijs cubile depræhendi nequeat. Archelaus apud Plynium testis est lepori tot esse annos ætatis, quot sunt corporis cauerne ad excrementa. Benigna est natura & innocua, & omnium præde nascens. Solus præter dasypodem superfœtat. Illati in lthocam lepores moriuntur. Pariunt omni mense. Circa Briletum, & Tharnem, & in Cheronoso ad Propontidem bina habent iocinora. Veteri superstitione creditum est eos olim septē diebus formosus fore, qui leporem esitassent. Vnde Martialis. Quum leporem mittis, semper mihi Gellia mandas, Septem formosus Marce diebus eris, Si verum dicis, si verum Gellia mandas, Edisti nunquam Gellia tu leporem. Lepus ab aurium magnitudine vocatur lagos.

¶ Ex leporum genere sunt etiam cuniculi, sed aliquanto breuiore. Quorū tanta olim frequentia exitit apud Baleares insulas, vt famem populatis messibus attulerint. Terram excavant, in quam si vrgeant canes, se impenetrant, ne illinc extrudi aut extrahi possunt nisi coniectis intro viuerris animalibus eorum generi infestis. Nulli sunt in Ebuso.

¶ Dasypodem Plynium distinguit a lepore aliquot in locis, vt libro octauo Capite, 59. vbi ait. Lepus omnium præde nascens, solus præter Dasypodem superfœtat. Idem libro decimo. Dasypodes omni mense pariunt & superfœtant sicut lepores, a partu statim implentur. Qua in re Plynium carpit Budeus dicens idem esse Dasypodem & leporem, quod & verbis Aristolis, & multis alijs confirmat argumentis, Plynio patrociniatur Cælius, facitque dasypodem

OFFICINA

dasypodem diuersum a lepore, & vt victor opinionem Budei suppresso tamen nomine fellit vt temerariam, nec conuicijs potest parcere misertus tanti authoris, cui colaphum insfringi videt. Sequare vtrumlibet. At securius mihi videtur Budæi vexillum.

- 2) ¶ Alces similes sunt capris figura & pellibus, sed aliquanto maiores. Crura habent sine nodis & articulis. Propterea in somno arboribus adherent stantes. Quas vt capiant venatores res, arbores ipsas pene totas amputant, ita vt facili impulsu valeant prosterni. Itaque decidibus illis cadunt & alces, supinæque nequeunt exurgere. Grandia habent superiora labra, Retro gradiuntur in pascendo, ne in priora tendentes inuoluantur.

¶ Vri minores sunt elephantibus, colore & figura tauri, mira velocitate, in feras & homines æque sequuntur. Reperiuntur in Germania.

¶ Bisontes prolixas habent iugas, figuram cerui, medium in fronte inter aures cornu. Reperiuntur in Germania, Martialis libro primo. Illi cessit atrox Bubalus atque bison, Seneca in Hippolyto. Tibi dant variæ pectora tygres, tibi villosi Terga bisontes, laisque feri cornibus vri.

¶ Bubali boues sunt agrestes, quos nonnulli bisontes esse putant. Martialis dissimiles facit, vt præcedens carmen indicat,

¶ Bonasi iuga sunt equina, cætera similes tauro, cornibus ita reflexis, vt pugnae sint inutilia.

- 26 ¶ Pardus bene olet, quo odore cæteræ agrestes fere inuitatæ propius accedunt, quas ille inuolat. In Caria & Lybia reperiuntur admodum prælongi, animo imbelles, saltu agiles, pelle adeo dura, vt ferro non cedat. In prioribus pedibus quinos habet digitos, posterioribus quaternos, Fœmina frequentior est inuentu. Ex pardorum genere est bitis, qui si a muliere aspiciatur, eam in morbum adducit.

- 27 ¶ Pantheris versicolore sunt maculae, qui color cunctas quadrupedes sollicitat, sed oris toruitas deterret, propterea capite ipso oculato pantheræ reliquas feras dulcedine illectas corripunt. Feruntur habere in armo similem lunæ maculam crescentem in orbem, & pari modo curuantem cornua. Pantherarum mares sunt Pardi. Scaurus in ædilitate sua, 150. misit. Pompeius magnus, 410. Augustus, 420. Tacitus aconito carnibus & gustatis necatur. Vnguium mucrones in corporis vaginas recondunt, ne refringantur & hebetentur. Solæ animalium odoratæ sunt. Earum oculi in vmbriis refulgent, hebetantur in sole, & longius quam cæteri nitent. His tantum terrorem afferunt hyenæ, vt ne conentur quidem resistere. Quinetiam aliquid de corio earum habentem non appetunt. Et si pelles vtriusque contrariæ suspendantur, aiunt decidere pilos pantheræ. Pantherarum carnibus viuunt Aethiophagi populi. Pantheræ non attingunt perunctos iure gallinarum, præcipue si & alliu fuerit incoctum. Ex Plinio, & Solino

- 28 ¶ Tygris in India & Hircania reperitur, mirandæ velocitatis animal, Maribus non est cura sobolis. Fœminis vero præcipua. Propterea si venator equo incidens catulos eius abstulerit. Ha vbi vacuum cubile respicit, prædonem mira celeritate profequitur. Raptor vero auditus eius fremitu vnum ex catulis in viam proijcit. Quem quum illa refert ad nidum priusquam possit regredi, nauem conscendit prædo. Mox reuertat tygris vbi nullum vindictæ locum superesse videt, sæuit in littore. Lucanus libro quinto. Ocyor & cœli flammis, & Tygride fœta Transcurrit. Apud Prasios Indiæ populos reperiuntur tygres duplici leonum magnitudine. Tres dætiuum ordines habere dicuntur. Item aculeos in cauda, quos vt fassitas faciunt. Tygrim in cauca mansuefactam primus omnium Romæ ostendit Augustus. Claudius vero quatuor. Plutarchus in opusculo de præceptis connubialibus scribit tygres in tantum agi furorem tympanorum sonitu, vt semel ipsas dilanient.

- 29 ¶ Tarandum animal habet Seythia dorso & magnitudine tauri, pelle versicolore, qua Seythæ scuta conficiunt ferro impenetrabilia. Taradis cornua sunt ramosa, vngula bifida, vilius magnitudine vrsorum. Colorem omnium arborum, fruticum & locorum (in quibus latent) reddunt. Plinius.

¶ Hyena sexum alternatim mutat & naturam, nunc mas nunc fœmina. Vim habet soporis feram qua actos in prædam canes enecat. Quinetiam simulato hominis vomitu eosdem illectos interfici. Collum eius & iuga continuitate spine porrigitur, flectique nisi circumactu totius corporis nequit. Sermonem humanum inter pastorum stabula mentitur, nomæque alicuius ædificat, quem euocatum foras lacerat. Sepulchra cruist inquisitione corporum. Oculis mille sunt varietates, oculorumque mutationes. Vmbre eius contactu canes obmutescunt. Et in vestigio heret, quodcunque animal lustrauerit. Ex hyenæ coitu læna parit Crocutam voces hominum & pecorum imitantem, cui acies perpetua in vtraque oris parte, nullis

te nullis gingiuis, dente continuo, qui ne contrario occurſu hebetetur, capſarum modo includitur. Crocutas Plynius ait oia dentibus frangere, protinusq; deuorata ventre conficere. Hyene plurimae gignuntur in Africa. Mares ſingulis foeminarum gregibus imperitant grauidas cuſtodiuunt, timent enim libidinis amulos, morſu natos mares caſtrant. Grauidae latebras petunt & furtim volunt parere. Gaudentque copia libidinis. De hyena Mantuanus. Eſt in eis pietas Crocodili, aſtutia hyene.

☞ Poephaqus eſt in India, equi magnitudinem duplo excedens, cauda nigranti & ſpecioſa mulieribus indicis ad capitis ornatum expetita. Animal alioqui timidiffimum. Nam ob uios quosque reſugit præciſa ſponte cauda, ob quam appeti ſe ſuſpicatur. 30

☞ Monops reperitur in Maonia magnitudine tauri. Fugiens igneum neſcio quid & acutum excreat, in quod ſi inciderint venatores, tabem incurunt, qua facile pereunt.

☞ Hyſtrices aculeatas habent pinnas, quas ſiaculi modo intorquent. Hinc adagium. Spinofior hyſtrice, in homines agreſtes & inamēnos. Calphurinus. Venit & hiſfuta ſpinofior hyſtrice barba. Sunt ex Erinaceorum genere maioribus tamen aculeis, quibus ora vrgentium canū ſingunt. Hibernis menſibus ſe condunt. Partus conceptos hyſtricū cinis potus continet. 31

☞ Phataga animal Indicum ſimile eſt terreſtri crocodilo, magnitudine melitei catuli, pelle ſquamofa & aſpera, qua etiam ferrum hebeatur. 32

☞ Ortus reperitur circa Erithræum mare, colore vario, magnitudine canis, ore vsque ad genas albicante, inde lineis aureis ad ceruicem pertinentibus, dorſo plano, maculis incurſantibus aureis pedibus, prioribus albis, poſterioribus nigris, mammis duabus, Mnam menſuram implentibus.

☞ Orientaurus anticam corporis partem ſimilem habet humanæ, poſticam aſinine, albo colore, curſu velociffimo. Captus amore libertatis mauult inedia perire, quam cibum manu raptoris oblatum comelle.

☞ Aſpalacum habet Bœotia, vnde ſi transferatur ſtatim perit.

☞ Phyrna animal eſt, a quo ſi quis inſpiciatur, dies aliquot maciem contrahet & pallorem.

☞ Contra vero Charandrium ſi quis ictericus viciffim proſpexerit, ſanitatē recipiet.

☞ Neades animalia ſunt in Samo inſula grandi magnitudine, quorum voce abruptitur tellus.

☞ Catoblectus ſimilis eſt tauro, terribilis aſpectu, ſupercilijs altis & extantibus, oculis ſanguineis, & minoribus paulo, quam ſint bouini, ſemper in terram aſpicientibus, iuba equina, quam ad certamen erigit. Frenſens ore aperto haurit acra. 33

☞ Chaus habet effigiem lupi, & pardorum maculas.

☞ Cepphus pedes poſteriores pedibus humanis & cruribus, priores manibus ſimiles.

☞ Rhinoceros vnum habet in nare cornu. Certaturus in elephantum, cornu ad ſaxa limato preparat ſe pugne. In dimicatione aluum eius maxime petit, vt partem molliorem. Par ei longitudo, cura multo breuiora, color buxeus.

☞ Leucrocota fera eſt pernicioſiſſima, aſini magnitudine, cruribus ceruinis, collo, cauda & pectore leoninis, capite melium, biſulca vngula, ore ad nares vsque reſciſſo, oſſe perpetuo, vice dentium. Imitatur humanas voces. Ea eſt aut ei ſimilis, quam Crocutam diximus.

☞ Eale fera eſt magnitudine equi fluuiialis, cauda elephantī, colore nigro vel fuluo, maxillis aprī, cornibus cubito maioribus, iſdemque mobilibus, que alterna in pugna liſtit, variatque inſeſta aut obliqua.

☞ Monoceros caput habet cerui, pedes elephantī, caudam aprī, mugitū grauem, vno cornu nigro media fronte duorum cubitorum eminente. Hęc fera nunquam capitur v iua.

☞ Fibri pontici teſtes ſibi amputāt, propter quos intelligunt ſe a venatoribus vrgeri. Hoc animalis genus aliter appellatur caſtor, horrendi adeo morſus, vt arbores iuxta flumina perinde ac ferro cedat. Hominis parte compræhenſa non prius morſu reſoluit, quam fracta concrepuerint oſſa. Iuuenalis ſatyra duodecima. Inuitatus caſtor, qui ſe Eunuclū ipſe facit, cuſpiens euadere damno Teſticulī, vsque adeo medicatum intelligit inguem.

☞ Tragelaphus naſcitur iuxta Phafim fluuiū Colchorum, ſpecie cerui, barba tantum & armorum villo diſtans

☞ Chameleontem habet Africa, ſed frequentiore India. Crura eius recta ſunt. Latera vtriusque triunguntur, vt piſcibus & ſpina ſimili modo. Roſtrum habet ſuſſo non multum diſſimile. Caudam prælongam, que in tenuitatem deſinit, viperinis orbibus ſe implicans. Vngues aduncos. Motus ei tardus, vt teſtudini. Corpus aſperum vt crocodilo, Oculi in reſeſſu caſuo, tenui diſcrimine prægrandes & concolores corpori, qui nunquam operiuntur, nec pupillæ motu, 34

OFFICINA

pille motu, sed totius oculi versatione circumaspiciunt. Celsus est & hianti semper ore. Solus animalium nullo alio quam acris alimento nutritur. Colorem mutat oculis, cauda, & toto corpore, redditque semper quemcumque proxime attingit præter rubrum & candidum. Hinc adagium. Chamæleonte mutabilior. In versipelles & varios homines. Cæterum de functione pallor est, sanguis in corde & circa oculos tantum. Viscera eius sunt sine splene, læta hibernis mensibus.

35 ¶ Thoes animal est de genere luporum venatu viuens, innocuum homini, habitum non colore in mutans, hyeme hirtum, æstate nudum. Herodotus libro quarto dicit has feras lupos & hyenæ genitas.

¶ Pontici mures gustu sunt sagacissimo. Conduntur hyeme, vt alpini, quibus magnitudo media est. Pabulum in specus conuehunt. Fascem herbe mas & foemina supini cauda mordicus apprehensa detrahunt ad specum. Ideoque illo tempore detrito sunt dorso. Residēt in clunes, binis pedibus gradiuntur, prioribus vt manibus vtuntur.

36 ¶ Erinacei cibos hyemi præparant, arbores conscendunt, e quibus excutiant poma, quæ demum volutati suis infingunt spinis, portantque ad cauas arbores. Mutationem Aquilonis in Austrum condentes se in cubile præfagiunt, Vbi sensere venantem, conuoluuntur in formam pilæ, ne quid comprehendi possit præter aculeos. In desperatione vero vrinam ex se reddunt tabificam, tergori suo spinisque noxiam, propter quod se appeti sentiunt. Vrina exinanita præcipua est dos tergoris. Si vero tergus ipsum ea fuerit aspersum spinguntur putres & deciduæ. Propterea nunquam nisi in extrema spe maleficio illo se perfundit. Calide aquæ aspersu resoluuntur pila in quam se conuoluerunt. Apprehensi altero e posterioribus pede suspendio & fame necantur. Si interficerentur aliter, tergori noceretur. Eorum cute expoliuntur vestes. Nulli reperiuntur in Creta.

37 ¶ Leontophonus animal est odiosum leoni, a quo quum rapitur & exanimatur, vrinam spargit ipsi leoni exitialem. Reperitur isdem in locis, quibus leones.

¶ Meles sufflata cute distente, ictus hominum & morsus canum arcent.

¶ Syri tempestatem præuident, obturatisque (qua spiraturus est ventus) cauernis, ex alia parte fores aperiunt. Caudam habent villosam pro tegumento.

¶ Muribus magna est dulcedo furandi. Varia eorum sunt genera in Cyrenaica regione. Alij lata fronte, alij acuta, alij pungentibus pilis ex Erinaceorum genere. Ex Gyaro insula incolas aliquando fugauerunt, ferrumque postea roserunt. Conduntur hyeme. Murium cinis cum melle instillatus, aut cum rosaceo decoctus aurium dolores sedat.

¶ Glires genitores senio confectos alunt insigni pietate. Senium finitur hiberna quiete. Condit enim hi cubant, rursus ætate iuuenescunt, hyemem integram dormiunt. Martialis libro quinto. Somniculosos ille porrigit glires. Apud eundem hoc animal sic inducitur loquens. Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo Tempore sum, quo me nil nisi fomus alit.

¶ Mustellarum tria sunt genera. Gales, ictus, meles. Testiculi mustelle mulieri alligati partus continent. Hoc animal infestum est serpenti, cui congregitur commanducata ruta, quæ scit esse ipsi serpenti infensam & exitialem. Colitur a Thebanis. Timidissima est mustella Gaudet latebris. Melim (de quo iam sumus locuti) foinam vel foinum dicimus. Calentius, Et laqueo vulpes, et decipe casse foinas.

¶ Feles antiquitus non erant mansuæ facte. Viuebant in agris, inde vrbes & domos replerere. In genere felium mas salacissimus est, foemina amantissima foetuum. Tetro odore offenduntur, ideo excrementa sua inter diu. Insidiantur muribus. Vocantur a nobis cati & cate. Mantuanus in Buc. Sicque repugnabant votis contraria vota, Non secus ac muri Catus ille inuadere pernam Nititur, hic rimas oculis obseruat acutis. Idem in Nicoloa Tolentino feles vocat testiuagos, vbi ait. Putes vulsare lupos, grunire sagaces Vulpeculas, grunire sues, certare canendo, Testiuagos feles. Viuunt sex annos. Plutarchus in libello de preceptis connubialibus tradit feles olfactu odoramentorum perturbari atque furere.

¶ Mus araneus est muris magnitudine, mustellina specie, ore oblongo, cauda gracili, ordine dentium quadruplici, frequens in Britannia. Græci Mygalem vocant.

38 ¶ Salamandra speciem habet lacerti. Nunquam prouenit nisi magnis imbribus a serenitate deficiens. Ignem tactu extinguit veneni sui frigiditate. Nihil gignit. Nullus est in hoc animalis sexus teste Plynio. Si arbori irreferit, omnia poma inficit veneno, & eos qui ederint necat, frigida vi nihil aconito distans, Saliua eius in quacunque corporis parte resperfa omnem toto

nem toto corpore decutit pilum. Hoc eius venenum extinguitur ab ijs, qui vescuntur illa. Ranarum marinarum ex aceto & vino decoctarum succus bibitur contra Salamandras.

¶ Orygem perpetuo sitientem habet Africa. Quod tamen animal liquorem habet in vesica magni contra sitim remedijs.

¶ Talpa oculis capri frumentum in area populantur. Græci blactas vocant. Similes prope sunt muribus. Terram excauant, in qua effodiunt sibi cubilia dicente Virgilio. Aut oculis capti fodere cubilia talpæ. De Salamandra Martialis. Hoc Salamandra notet, vel sæua nouacula nudet.

¶ Animalia diuersa mansuefacta, quorumque ministerio vsi sunt homines.



Emum imprimis & Romulum ferunt a lupa nutritos fuisse, quos Amulius auus perdendos exposuerat. Propertius lib. 2. Tu criminis author Nutritus duro Romule lacte lupæ. Idem lib. 4. Nil paritium nisi nomen habet Romanus alumnus, Sanguinis altricem non putat esse lupam. Ouid. li. 2. Fast. venit ad expositos (mirum) lupa facta gemellos, Quis credat pueris non nocuisse feram? Non nocuisse parum est, prodest quoque. Quos lupa nutrit, Perdere cognate sustinere manus, Constitit, & cauda teneris blanditur alutinis. Et lingit lingua corpora bina sua, Marte fatos scires, timor absceit creuisse ferino. Et picum expositis sæpe tulisse cibos?

¶ Ferunt & louem educatum fuisse a capra, a cuius nomine dictus est Aegiocus. Idem Ouidius libro tertio Pastorum. Stat quoque capra simul. Nymphæ pauisse feruntur Cretides infanti lac dedit illa Ioui. Politianus in Nutricia. Siquidem Creteæ fertur in Ida Capra louem puerum fidis aluisse papillis.

¶ Polyphemus Cyclops nutritus est a lupa, Syllius lib. 14. Aetnæo Polyphemus erat nutritus in intro. Atque inde antiquæ nomen feritatis amabat. Vbera præbuerat paruo lupa.

¶ Cyrus (qui postea rex fuit Persarum) Astyagis aui mandato expositus, nutritus est a cane, Trogus & Herodotus authores. Vnde Sidonius. Non Cyrum Astyagis loquor nepotem, Nutritum vberem quem ferunt canino.

¶ Telephus Herculis filius ex Auge nympha repertus est inter frutices, quæ adhuc esset infans, cerua pastu suppeditante. Ouid in Ibin. Nec leuius doleas, quæ qui bibit vbera ceruæ,

¶ Philonomia Nicæmi & Arcadia filia pastoris cuiusdam concubitu prægnans facta, quæ gemellos Parrhasium & Lycastum peperisset, metu patris ambos abiectis in Erianthum, vbi in concauam quercum delati lupam repererunt, quæ abiectis proprijs catulis eisdem lactauit. Author Plutarchus in Parall.

¶ Plato quum tener adhuc infans dormiret in cunis, apes non paruam mellis copiam dormientis labellis instillare visæ sunt. Quæ in re consulti prodigiorum interpretes futurum prædixerunt, vt aliquando ex eius lingua melle dulcior flueret oratio. Testis Guarinus Veronenfis in eius vita.

¶ Myde Phrygio (quum puer esset) dormienti, formicæ in os tritici grana congererunt. Quod ex aruspicum responso portendebat eum mortalium fore ditissimum. Author Cicero libro primo de diuinatione.

¶ Peliam Neptuni & Tyrus filium nutritiuit equa.

¶ Alexandro Priami filio (cui postea Paridi fuit nomen) alimentum suggessit vrsa.

¶ Aegysthum Thyestis & Pelepeiæ filium educauit capra, a qua & nomen sumpsit.

¶ Derceto Semiramis mater speciosa adolescenti coitu prægnans facta, dum opprobrium timeret, natam mox puellam in deserto exposuit sylua, volucrosa quidem & referta multis auibus, quæ Semiramidem ipsam nutritiuerunt dato ex re nomine. Syrorum enim lingua Semiramis auitium signat.

¶ Camillam reginam Volcorum armentalis æque mammis & lacte ferino nutritiuit pater Metabus Authore Virgilio.

¶ Penelope ab Icaro & Peribœa parentibus in mare proiecta, a penelopibus auibus nutrimentum suscepit, atque etiam nomen, quum prius Arnea diceretur.

¶ Habidem Hispaniæ regem, feræ, canes, fues, & cerua incredibili pauerunt humanitate.

¶ In ore Stesichori infantis cecinit Luscinia. Author Plynius lib. 10. Cap. 29.

¶ Pythagoras vrsam omnibus pro midolosam & conspicuam feritate, apud se demulctam

Exarmatam aluit, Quam dimissurus verbis nescio quibus & quodam velut iureiurando adegit, vt nulli cunctarum animalium faceret iniuriam, Abiens illa se coniecit in lateras sylvarum, summaque fide præstitit in quod adiurata recesserat. Idem boui fegetes ab rodenti quum verba quædam magica in aurem sufflasset, eumque monuisset, vt in inferendo agricolis damno parceret, aiunt obedientissimum bouem a lacerandis frugibus desstitisse. Credat qui volet. Hoc tamen prodit Cælius ex veterum monumentis. Idem Pythagoras aquilam magicis quibusdam vocibus excantabat, superneque volentem deducens solebat mansuefacere.

Agrippina coniunx Claudij Cæsaris turdum habuit imitantem sermones hominum ætate Plynij.

Habebant & Cæsares iuuenes Sturnum & Iuscinijs græco latinoque sermone dociles.

Fuit & coruus Romæ, qui sermoni assuefactus omnibus matutinis in rostra & forum de uolans Tyberium, Germanicum & Drusum Cæsares nominatim, mox transeuntem populum Romanum salutabat.

Cecina Volaterranus equestris ordinis comprehensas hirundines victoriæ nuncios amicis mittebat cum literis, quas earum pedibus ferendas alligabat.

Columbæ epistolas pedibus annexas, obsidione mutinensi in castra consulum pertulere Decio Bruto mittente.

Tygrim Romæ ostendit in cauea mansuefactam diuus Augustus, Plynij.

Tyrreus pecoris magistro ceruus fuit mansuefactus, & quem Syluia puella pectebat ornabatque violis. Virg. lib. 7. Aen. Soror omni Syluia cura Mollibus intexens ornabat cornua fetis. Pectebatque ferum, puroque in fonte lauabat. Ille manum patiens, mēsaque assuetus herili Errabat syluia, rursusque ad limina nota Ipse domum fera quis se nocte ferebat.

Ouidius libro decimo idem ait de ceruo Cyparissi his verbis. Gratus erat Cyparissi tibi, tu pabula ceruum Ad noua, tu liquidi ducebas fontis ad vndas, Tu modo texebas varios per cornua flores. Nunc eques in tergo residens huc lectus & illuc Mollia purpureis frenabas ora capistris.

Apes innocuæ sederunt in ore Ambrosij infantis.

Aues Basilio episcopo in heremo pabulum ministrarunt.

Corbiniani episcopi Romam euntis quum vrsus asinum deuorasset, deuorati loco, facinam vectauit imperante præfule.

Seuerus abbas passerem habuit manibus suis intrepide aduolentem, & porrectum capientem cibum.

Laxatus e spelunca leo famelicus in Darium martyrem non solum non ei nocuit, et etiã ab alijs feris eum tutatus est sub imperatore Numeriano.

Dydimus abbas & Anachoreta colubros & serpentes innocuos pedibus conculcabat.

Erasmo Campano episcopo (qui Diocletiano imperante floruit) inter vastas nemorum solitudines coruus pastum attulit.

Eadmundi Anglorum regis & martyris abscissum caput, lupus alioqui sequissimus intactum seruauit & illesum.

Eutycius vrsum habuit sibi obsequiosum & obedientem.

Mandato Eustorgij Mediolanensis episcopi lupus iugo se submitit & currum traxit, quod tria Magorum corpora aduehebantur in Italiam. Prius enim comederat duo iumenta, quibus currus ipse voluebatur.

Adrianus imperator geminos leones inuitata feritate horribiles & diuturna frendentes inedia ad concerpendum raptim Eleutherium episcopum laxari imperauit. Qui tamen non solum non nocuerunt sancto, at pedibus eius aduoluti innocua reclinauerunt capita.

Egidio Atheniensi in deserta solitudine degenti, cerua ministerium præbuit & alimentum.

Paulo primo Anachoretæ solitariam in latebris ferarum vitam agenti, coruus quotidie dimidiatum panem afferebat. Quum autem eo venisset Antonius, vt Paulum ipsum videret, coruus integrum attulit panem, & propter nouum hospitem cibum duplicauit.

Paulus leonenis draconem mansuefecit.

Philippus apostolus draconem imperauit, vt innocuus abiret in latebras. Quod & fecit dracono nemini prorsus iniurius.

Aeraclides philosophus draconem habuit mansuefactum, euntique & quiescenti solitum adesse & assistere velut comitem.

Syluestres aues relicto nemore, intrepidæ aduolabant ad Maxentium abbatem Pictauesem, eius manu tritici grana & frustula panis rostro decerpentes.

- S**indrigal Lituaniæ princeps post Vitoldum vrsam habuit, quæ omnibus matutinis res-  
 licto nemore domum eius accedens fores pedibus percutiebat, apertoque hostio porrectū  
 capiebat cibum.
- T**hoas Achaicus draconem domi diu fouit. Considerans demum quam periculosum  
 esset serpentem alere, ipsum in solitudines procul tulit atque ibidem reliquit. Quo facto  
 rediens quom incidisset in latrones & instantis periculi metu acclamaasset, audita hominis  
 voce, aduolauit draco, & aduersum vim latronum suppetias attulit, Plynius Cap. 17. libri  
 octauī.
- F**erunt Aiaci Locrensi mansuetum serpentem fuisse, quo cum bibeat, & versabatur,  
**S**ertorius ceruam habuit, quam in expeditionibus suis habebat semper comitem fingēs  
 Dianæ esse numen, a quo res gerendas auspicaretur.
- P**orus (quem Alexander debellauit) habuit elephantum, qui rectore iubente procumbe-  
 bat in genua & se submittebat, Author Curtius.
- H**elyas propheta cibum accepit a coruo in torrente, cui nomen Carith.
- H**elenus abbas fatigatus sarcina (quam ferebat) Onagrū iussit accedere & dorsum os-  
 neri submittere. Paruit fera & quæ longe sancto placuit, onus ipsum peruexit. Idem a reperto  
 Crocodilo flumen præteruectus est, quum neque pons adesset, nec appareret portitor.
- L**iberalis episcopus (qui sub Adriano passus est) post varia tormenta, famelico leoni des-  
 uotus fera ad eius pedes innocua procumbente, illæsus permansit.
- D**iuersæ quoque & horrendæ feritatis beluæ laxatæ sunt ad deuorandū Māmetem mar-  
 tyrem, quæ tamen sæuitiæ prioris immemores ad eius pedes exarmatæ se prouoluerunt.
- H**abuit Macarius confessor in desertis nemorum locis vicinam cellam suæ leenam, cuius  
 catulis cæcis quum restituisset visum, fera obsequij minor, eidem pelles ouium & pecu-  
 dum (quas venabatur afferebat.
- Z**ozimo abbati paruit agrestis leo.
- H**anno Carthaginensis primus omnium leonem mansuefecit.
- M**arthes rex Aegypti cornicem habuit adeo cicuræ & mansuefactā, vt quoquo iussisset  
 ille, epistolas deferret, non ignorans quo transuolandum esset, aut vbi conlidendum.
- C**ælius prodit Cynocephalos in Aegypto literarum ductus perdidicisse & saltationum  
 gesticulolos motus, tibiartumque modulos.
- P**lynius scribit Patheram patri cuiusdam Philenis affectatoris sapientiæ blanditā fuisse,  
 vt delapsos in foueam catulos extraheret ille,
- N**iciæ venatori in foueam lapso canes multis latratibus dolorem testati, subsidium ferre  
 voluerunt, eumque apprehensa mordicus veste illinc extrahere.
- M**entor Syracusanus leonem in Syria repertum quum expauesceret, timenti protinus  
 sese opposuit fera, eiusque vestigia cœpit lambere similis adulanti, donec ille ex pede leo-  
 nis (in quo tumorem & vulnus animaduertat) surculum ingentem extraxerit, ipsumque  
 leonem liberauerit cruciatu, Plynius libro octauo.
- H**elpis Samius viso in Africa leone pauidus arborem conscendit. Tum leo ad arborem  
 procumbens hiatu miserationem querebat. Habebat enim ingentem spinam pedi infixā,  
 quam quum reuelliſſet helpis, gratiam rettulit fera venatus aggerendo, Idem Plynius.
- C**hristina virgo viperis & aspidibus (quarum simulachra excitabat nescio quis Magus)  
 deuota, euasit incolumis & illæsa.
- V**rsus laxatus fouea ad inferendam mortem Cerbonio episcopo, relicta feritate eundem  
 cœpit amplecti & circum lambere.
- E**odem modo laxatus in donatillam virginem vrsus posita feritate, ad eius pedes man-  
 suetus decubuit.
- E**xpositus famelicis leonibus in prædam Daniel euasit incolumis, Mantuanus libro pri-  
 mo de calami. Ipse diu ieiuna iacens ante ora ferarum, Atque famelientes animalia sæua  
 Leanas Indomitum fregit superum pietate furorem.
- P**ontianus martyr (qui passus est sub imperatore Antonino) geminos leones in suam mor-  
 tem laxatos exarmauit.
- V**rsi laxati ad interficiendum Pontium episcopum, decubuerunt ad eius pedes innocui,  
**R**eperiuntur & alij sancti feris & beluis expositi, qui tamen mortem illam effugerunt, vt  
 Andronicus, Ephesius, Albanus, Blandina virgo, Basilides, Benignus presbyter, Thecla,  
 Dorotheus, Quiriacus, Prisca, Pontianus, Probus, Taracus, Flocellus, Germanicus, Venā-  
 tius, Marinus, Martina virgo, Mymas, Magnus martyr, Mammes, Theodosia,
- A**ndrodus a domino Africam prouinciam administrante quotidianis verberibus ad fut-  
 gam coactus,

gam coactus, secessit in deserta Lybia, Vbi cū obuio leoni ad genua sua prouoluto ingentem stirpem e cruento pede reuellisset, cōceptamque saniem vulnere intimo expressisset, ferunt bestiam in hostimentum beneficij Androdo aliquot post annis comitem adhefisse, & opimiores (quas venaretur) carnes preparasse. Pertesius demum vitæ illius ferinæ Androdo quum reliquisset antrum, fato inauspicato comprehensus est a domini satellitibus, ferisque adiudicatus. Vbi idem leo (qui in venatu captus fuerat) agnitiu medicum ab iniuria reliquarum bestiarum tutatus est. Petentibus propterea cunctis (qui aderant) pœna solutus est Androdo, eique populi suffragio donatus leo. Quem quum tenui loro reuinctum compitatim per urbem traheret, sequentes cum plausu dixisse feruntur. Hic est leo hospes hominis. Hic est homo medicus leonis. Appion Polyhistor apud Gellium, De hoc Pontanus libro primo amorum sic inquit. At quōdam Lybicis leo dum mugiret in antris, Saucius Androdi munere sensit opem. Inde comes focio permansit fidus in antro. Et precium victus, raptaque præda fuit. Quumque cruentasset Romanum cæde theatrum, Abstulit medicas ille ferire manus.

¶ Vermes diuersi,

Campe	Onyfcus	Afilus
Cantharides	Mylochos	Tabanus
Centipeda	Pytiocampe	Chrysalis
Conuoluolus	Pyrusta	Cicideæ
Eruca	Sanguifuga	Cossus
Galba	Crabro	Gurgulio
Cnips	Solifuga	Papilio
Teredo	Tarmes	Petauri
Cerastes	Tinea	Rauca
Ips	Tipula	Phalangium
Cips	Voluox	Ricinus
Trips	Brucus	Rhagio
Sis	Xylophagus	Afiortion
Midas	Blatta	Myrmecion
Lampyrus	Rutulus	Triphæ
Bombyx	Araneus	Cymex
Lytta	Buprestis	Gryllus
Melolantha	Cantharolethrus	Hepacontinus
Millepeda		

¶ EXPLANATIO.



¶ Centipeda vermis est vermis.

¶ Conuoluolus vermis eruca minor rodit pubescentes vvas.

¶ Eruca vermis tenaciter hæret, repit in olerum folia & abrodit, præsertim brassicas, Oliguam arborem turpifacie depastam relinquit. Nascitur tempore humido & lento.

¶ Galba vermiculus est exilis, qui nascitur in æsculis.

¶ Cnips vermiculus eroso ligno semper locum mutare nititur. Hinc adagium. Cnips in loco stare non potens, in homines inconstantes.

¶ Est & inter materiarum pestes Teredo vermis dictus, quod dentibus terat & erodat.

¶ Cerastes vermis vbi tantū erofit, quum ad corporis volutationem satis est, generat aliū. Ipsa cornua

Ampe genus est vermis, arboribus & herbis hortensibus infestissimum. Columella libro, II. Nec solum teneras audent erodere frondes Implicitus conchæ limax, hirsutaque Campe.

¶ Cantharides vermiculi sunt virides aureis sparsi maculis, quorum succus instar est veneni. Cicero libro nono Epistolarum famul. Papyrio scribens pro venenata potione posuit dicens. Caius Carbo accusante L. Crasso catharidas sumpsisse dicitur. Vnde Ouidius in Ibin. Cantharidū succos dante parente bibas. Hinc adagium natum, Mysia cantharis, de hominunculo abiectissimo.

¶ pilosus multis pedibus arcuatim repens. Est & Chrysalis genus



- ¶ Cips cornua & vites rodit, vt Cips frumenta, Trips ligna, Sis vestes, Is vitra, Midas fabā.  
 ¶ Lampyris noctu lucet, Latine vocatur noctiluca, seu nitedula.  
 ¶ Bombyx araneorum inſtar fila ducit tenuiſſima, quibus precioſe admodum veſtes fiunt  
 quæ vocantur Bombycinæ. Aliter vocatur Bombylius & Necdalis.  
 ¶ Lytta vermiculus naſcitur in lingua canum, qui ſi catulis eximatur, nec tabidi fiunt, nec  
 faſtidium ſentiunt.  
 ¶ Melolantha genus eſt ſcarabei, colore viridi naſcens.  
 ¶ Millepeda nomen ſumpſit a pedum multitudine.  
 ¶ Mylochos eſt de genere blattarum, naſcitur circa molas.  
 ¶ Onyſtus multipes eſt fuſci coloris, ſub lapidibus viuens aut figlinis vaſis, Taſtus arcuat  
 feſe, & in formam pile contrahit. Aliter dicitur Tylus. Is eſt qui aliter multipeda vocatur.  
 ¶ Pyrocampe venenato ſunt morſu. Naſcuntur in pinu arbore.  
 ¶ Pyrauſta vermis eſt de ſpecie araneorū fauis pernicioſus. Volitat ad lucernas tantisper  
 dum combuſtis aliſ pereat, Hinc adagium, Pyrauſtæ gaudere gaudium, de momentanea  
 & breui lætitia.  
 ¶ Sanguifuga vermis eſt aquatilis, cruoris appetens, Aliter vocatur Hirudo, Horatius in  
 arte, Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo.  
 ¶ Crabrones ex putridiſequorum carnibus enaſcuntur.  
 ¶ Solifuga genus eſt formicæ venenatæ, lucem refugiens. Vnde inditum nomen: Huius  
 contrarium eſt cor veſpertilionis.  
 ¶ Tarmes vermiculus carnem exedit, Vitruuius in architectura. Sed ea quod habet in ſe  
 plus caloris, procreat & alit tarmitem, ab eoque viciatur.  
 ¶ Tinea libros & veſtes abrodit. Horatius libro primo Epift. Aut tineas paſces taciturnus  
 inertes. Claudianus. Miſerabile turpes Exedere caput tinea.  
 ¶ Tipula ſex habet pedes. Tante leuitatis eſſe dicitur, vt ſuper aquam currēs non deſidat,  
 Plautus, Neque Tipulæ pondus leuius eſt, quam fides lenonia.  
 ¶ Voluox vermiculus eſt prærodens pubeſcentes vvas. Aliter vocatur conuoluolus.  
 ¶ Brucus vermiculus eſt volitans, ſed ſine aliſ, qui herbas erodit.  
 ¶ Xylophagus albus eſt & obæſus nigro capite. Naſcitur in carie lignorum, quæ corrodit.  
 Hunc in Ponto & Phrygia comediffe, luxuria eſt.  
 ¶ Tenebras amant blatte, vitam lucemque fugiunt, in balneis maxime humido vapore  
 prognatæ, Virgilius lib. 4. Geor. Lucifugis congeſta cubilia blattis, Horatius. Cui ſtragula  
 veſtis blattarum ac tinearum epulæ putreſcat in arca.  
 ¶ Rutuli aridam terram fodiunt, fauosque in modum ſpongiæ fiſtuloſæ medicato melle  
 conficiunt.  
 ¶ Araneus vermis eſt lanuginofus & ſerpentis in modū repens, quo diſſectio inueniri diſ-  
 cuntur intus vermiculi duo, qui adalligati mulieribus ceruina pelle ante ſolis ortum, præſ-  
 ſtant ne concipiant, Flores arborum populatur & ita quandoque abrodit, vt ſterileſcant.  
 ¶ Bupreſtis ſimilis eſt ſcarabeo. Fallit inter herbas bouem, vnde meruit nomen, deuocaa-  
 tumque taſto felle ita inflammat, vt rumpat. Plynius lib. 30.  
 ¶ Cantharolethrus brachia habet, & in cauda ſpiculum.  
 ¶ Aſilus aculeum habet in ore. Latiuſculis quibuſdam beſtiolis (quæ in fluuijs ſupernatant)  
 enaſcitur, frequens propterea iuxta aquas, Oeſtrum aliter ſeu Oeſtrum appellatur. De hoc  
 Virgilius libro tertio Georgicorum. Eſt lucos Silari circa, illicibuſque virẽtem Plurimus  
 alburnum volitans, cui nomen Aſilo. Romanum eſt, Oeſtrum Graij vertere vocantes.  
 Aſper, acerba ſonans, quo tota exterrita ſyluis Diffugiunt armenta, fugit mugitibus æther  
 Concuffus. Aſilum quidam Tabanum vocant, ali j diuerſum faciunt, Tabanus autem naſ-  
 ſcitur ex ligno in quo plurimus eſt humor.  
 ¶ Chryſalis vermiculus duro cortice mouetur ad taſtum aranei.  
 ¶ Cicideliæ verſpere lucent per arua, Greci Lampyrides vocant.  
 ¶ Coſſi gignuntur ex ligno. Hiſ veteres in cibo vſi ſunt.  
 ¶ Gurgulio vermis eſt frumenti vel fabæ. Virgilius libro primo Georgicorum. Popoſante  
 que ingẽtem farris aceruum Gurgulio, atque inopi metuens formica ſneſtæ.  
 ¶ Papiliones vermes ſunt, ex quorum ſtercore enaſcuntur tineæ. Lucernarum luminibus  
 aduolant. Hiſ contrarium eſt iecur caprinum, Cæras depaſcuntur, & reliquunt excremen-  
 ta, quibus teredines gignuntur. Eorum aduentus veris initium indiſcat.  
 ¶ Petauri generantur ſordibus aridiſoli.  
 ¶ Raucæ vermes naſcuntur in radice quercus,

¶ Phalangium simile est formicæ, sed maius tamen ruffo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercurfantibus resperfum guttis, Acerbius pungit, quam vespa, viuut circa fur nos & molas. Ab eo percussis si alterum eius generis ostendatur, remedium affert.

¶ Ricini vermiculi sunt, quibus infestantur canes.

¶ Rhagio similis est nigro acino, ore minimo, sub aluum breuissimis pedibus, tanq̄ imperfectis, quos momordit, eodem afficit dolore, quo scorpius,

¶ Alfortion vermis est, cuius morfu genua labefactantur.

¶ Myrmecion caput habet simile formicæ, Aluum nigram guttis albis distinctam. Eodem torquet dolore, quo vespa.

¶ Triphæ similes sunt culicibus, Sunt & alia pleraque nomina, vt Chryfalis, Cymex, Colotus, Gryllus, Hepacontinus.

¶ Sculptores, Cælatores, Statuarij, & Marmorarij.



Lchimedon nomen est cælatoris & vascularij apud Virgilium dicentem. Pocula ponam Fagina, cælatum diuini opus Alchimedon tis. Item. Et nobis idem Alchimedon duo pocula fecit.

¶ Alcon nomen est argentarij, qui Aeneæ pateram cælauit.

¶ Plynius scribit proximos a Mentore fuisse Bœtum & Agraganta. De Alcone & Bœto Virgilius in Culice. Nec pocula gratum Alconis referunt Bœtique toreuma.

¶ Eurycion nomen est fabri Argentarij apud Virgilium libro decimo. Quæ bonus Eurycion multo cælauerat auro.

¶ Polycletus statuarius fuit Ageladis discipulus, qui quantum reliquos superauit in forma hominum ad veritatem effigiendam, tantum abfuit ab authoritate reddenda formæ numisum, quod Phidiæ & Alcameni datum est. Signa fecit ex ære nobilitata scriptorum præconio, vt Agragalizontes, id est talis ludentes. De eo & alijs Martialis libro octauo. Quis labor in Phiala, docti Myos: an ne Myronis: Mantoris an manus est, an Polyclete tua: Iuuenalis satyra octaua. Phidiacum viuebat ebur, necnon Polycleti. Staius libro secundo Syluarum. Aut Polycleto iussum est quod viuere cælo, Stroza pater. Sed Polycletaas artes, & Mentora vincis.

¶ De Euphranore Fabius libro duodecimo sic ait. Euphranorem admirandum facit, quod & cæteris optimis studijs inter præcipuos, & pingendi fingendiq; idem mirus artifex fuit, Iuuenalis satyra tertia. Hic aliquid præclarum Euphranoris, & Polycleti.

¶ Mentor primus claruit argento cælando, qua in re magnam promeruit laudem. Testimonium laudis ei perhibuit Capitolinus Iuppiter, & Ephesia Diana, quibus consecrata fuerunt artis eius vasa, Iuuenalis Satyra octaua. Multus vbique labor, raræ sine Mentore mensæ. Martialis. Accipe mentorea pocula facta manu. Propertius. Lesbia Mentoreo vina bibas opere.

¶ Phidias sculptor Atheniensis claruit minoribus simulachris sculpendis. Idem fecit statuas Mineræ ex auro & ebore amplitudine, 26. cubitorum. In cuius scuto cælauit prælium Amazonum & Gygantomachiam. In soleis pugnam Lapytharum & Centaurorum. Plynius eum vocat artificem nunquam satis laudatum. Fabius, Phidias (inquit) dijs quam hominibus efficiendis melior. In ebore vero longe citra æmulum, Vel si nihil nisi Mineræ uam Athenis, aut Olympium in Elide Iouem fecisset, Martialis lib. 3. Artis Phidiacæ toreuma clarum, Pilces aspicias, adde aquam, natabunt. Idem lib. 6. Quis te Phidiaco formata Iulia cælo, Vel quis Palladiæ non putet artis opus: Staius lib. 2. Syl. Phidiacæ rasere manus. Idem lib. 4. Quod Polyclete is iussum est spirare caminis.

¶ Myro statuarius fuit numerosior in arte quam Polycletus. Vtebatur aere deliaco. Ageladis fuit discipulus. Hunc maxime nobilitauit bucula celebratis versibus. Fecit & canem & discobolon, & Persea, & Pristes, & Satyrum admirantem tibias, & Mineruam, & Delphicos pentathlos Pancrastratas. Item Herculem. cicadæ monumentum, & Locustæ, & Apollinem. Ipse tamen corporum tenus curiosus, animi sensus non expressit, Iuuenalis Saty. 8. Et cum Parrhasij tabulis, signisque Myronis. Staius. Quod ab arte Myronis. Aut Polycleto iussum est quod viuere cælo.

¶ Lyfippus Sicyonius adeo claruit sculptura, vt ab eo solo fingi uoluerit Alexander, quæ admodum pingi a solo Apelle, Horatius. Edicto cauit, ne quis se præter Apellem pingeret, aut alius Lyfippo duceret æra. Stroza pater. Cedit Lyfippus, Phidiacusque labor. Hunc

Plynius ait

Plynius ait hunc fecisse ad. 610. opera.

- ¶ Arcefilas sculpsit simulachrum Dianę, in quod Simonides iussit Epigramma.
- ¶ Callimachus sculpsit in tenuiorem exquisitioremque disciplinam reduxit. Nam ipse prius lapidem perforauit, minutatimque tractauit.
- ¶ Diopœnus & Scybis Cretenfis, Sicyonem se contulere, vbi fuit quondã præcipua omnium metallorum officina, ibique sculpendo marmoris primi claruerunt.
- ¶ Epitherfes discipulus fuit Lysippi.
- ¶ Praxiteles marmore nobilitatus est, dupliciq; Venere, Coa & Gnydia, sed Gnydia præcipue, cui ob elegantem formam noctu congressus est puer relictis maculis tantæ libidinis indicibus. Quintianus. Cedat Praxiteles, cuius muliebris imago procacem Impulit ad coitum iuuenem. Sunt tamen qui hoc dicant de alio simulachro. Scripsit quinque volumina nobilium operum in toto orbe. Speculum argenteum primus fecit.
- ¶ Theodorus & Teladeus fratres Samij & cœci filij, sculptores celeberrimi fuerunt, quorũ Teladeus Pythij Apollinis signum in Samo incepit, Theodorus Ephesi alio saxo absoluit, quibus simul compositis, ita cohesit & conuenit, vt ab vnico artifice & eodem lapide factum videretur. Fuit etiam Theodorus nobilis architectus, qui fuit vt carbonem subijcerentur fundamentis templi Dianę Ephesię. Idem primus ferrum fundere docuit, & ex eo statuas fecit ferream.
- ¶ Timotheus sculpsit vnus fuit eorum, qui Mausoleum Artemisię cælauerunt.
- ¶ Calamis cælator fuit, cuius manu cælara duo pocula Germanicus Cæsar donauit Cassio Syllano. Fecit & Apollinem positum in hortis Seruilianis.
- ¶ Scopas cælauit Mausoleum cum Bryaxi, Timotheo, & Leocare, Ab oriente cælauit Scopas, a Septentrione Bryax, a meridie Timotheus, ab occasu Leocares.
- ¶ Pythis in fastigio Mausolei quadrigam fecit marmoream altitudine pedum. 140. quę totum opus inclusit.
- ¶ Fecit Menestratus Herculem & Ephesi in templo Dianę Hecaten tanta marmoris radiatione, vt in eius contemplationem editui admonerent parcere oculis.
- ¶ Socrates sculpsit Charites in Propyleis Atheniensium.
- ¶ Pappipus Praxitelis discipulus, fecit Zetum, & Amphionem, Dircem & Taurum.
- ¶ Eutychedes liberum patrem,
- ¶ Timarchides fecit Apollinem canentem cythara.
- ¶ Philiscus Venerem in Octauij porticu, Item Latonam, Dianam, musas nouem & nudum Apollinem.
- ¶ Polycles & Dionysius filius Timarchidis Iouem in eade proxima.
- ¶ Heliodorus pana & Olympum luctantes.
- ¶ Polycharmus Venerem lauante se, & Dædalum astantem.
- ¶ Lysias quadrigam, currum, Apollinem, & Dianam ex vno lapide.
- ¶ Amphistratus simulachrum Callisthenis historiarum scriptoris.
- ¶ Agesander, Polydorus & Athenodorus Rhodij ex vno lapide fecerunt Laocoonem & liberos, draconumque mirabiles nexus.
- ¶ Craterus cum Pythodoro, Polydectes cum Hermolao, Pythodorus cum Artemone parlatinas Cæsarum domos repleuere probatissimis signis.
- ¶ Diogenes Atheniensis & Carpatides decorarunt Pantheum Agrippę.
- ¶ Arcefilaus fecit Ienam marmoream, quam Varro dixit se habuisse. Item aligeros Iudęes cum ea cupidines, quorum alij religatam tenerent, alij e cornu cogere biberent, alij calcarent foccos, omnes ex vno lapide.
- ¶ Coponius fecit, 13. nationes, quę sunt circa Pontum.
- ¶ Canacus statuarius simulachra fecit marmorea.
- ¶ Sauros & Bathraces Lacones fecerunt templa Octauię porticibus inclusa.
- ¶ Myrmecides quadrigam fecit cum agitatore, quam cooperuit alis musca, & nauem quã apicula pennis integebat. Author Plynius Cap. 21. libri septimi. Myrmecidis huius meminit Cicero libro quarto Quæst. Academicarum.
- ¶ Callicrates, formicas quarum pedes & alia membra videri non poterant.
- ¶ Mys cælator fuit argentarius. Mar. Quis labor in Phiala? docti Myos, an ne Myronis?
- ¶ Pyrgoteles sculpsit gemmarius, a quo solo in gemma sculpi se voluit Alexander.
- ¶ Alcimenem Atheniensem docuit Phidias, sculpsit nobilem, cuius per multa opera Athenienses in sacris edibus posuere, præclaramque Veneris imaginem extra muros, quę appellatur Aphrodite Exapolis, huic supremam manum imposuit Phidias.

¶ Agoracritum parium docuit Phidias, quem adeo amaui, vt eius nomini pleraque ex suis operibus donauerit. Certauit Agoracritus in Alcanem de Veneri facienda. Vicitque Alcanes, non opere, sed ciuitatis suffragiis contra peregrinum suo fauentis. Quare indignatus Agoracritus signum suum vendidit, ea lege ne Athenis esset, appellauitque Nemefim. Quod simulachrum positum est in Rhannunte pago Attice, quod M. Varro omnibus signis prætulit.

¶ Antipater Satyrum in Phiala grauatum somno collocasse verius quam celasse dictus est Inter eos qui in argento cælando claruerunt, sequentes numerantur a Plynio. Mentor, Acrages, Boetus, Mys, Antipater, Stratonicus, Cyzicenus, Tauricus, Ariston, Onychus, Hecateus, Phaxiteles, Possidonius Ephesius, Lædus Stratites q̄ prelia & armatos cælauit Zopyrus qui Ariopagitas & iudicium Orestis cælauit in duobus scyphis. 12. pōdo æstimatis, Pyrrheas cuius duæ vnicæ viginti vnerunt, Vlysses & Diomedes erant in Phialæ emblemate Palladium furripientes, Fecit & iocos in paruulis potioris.

¶ Habuit & Teucer Crustarius famam.

¶ Zenodorus Mercurij statuam fecit in ciuitate Gallie Aruernis. Item mandato Neronis colossum. 110. pedum longitudine, dicatum Soli.

¶ Phidie æmuli fuere Alcanes, Critias, Nestoces, Hegleas, Deinde Agelades, Callon, Polycleus Phragmon, Gorgias, Lacor, Mycon, Pythagoras, Scopas Perelius.

¶ Polycleus discipulos habuit Argium, Alopodorum, Alexim, Aristidem, Phrinonē, Dionem, Athenodorum, Dameam, Clitorum, Myronem, Lycium.

¶ Olympiade. 95. florere Naucydes, Dynomedes, Canachus, Patrocleus.

¶ Olympiade. 102. Polycies, Cephisiodorus, Leocares, Epatodorus.

¶ Olympiades. 114. Praxiteles, Euphranor, Olympiade. 107. Echion Termachus.

¶ Olympiade. 114. Lyfippus, Lyfistratus, Sthēnis, Euphronides, Softratus, Ion, Syllanion nullo doctore nobilis factus, qui discipulos habuit Theusim & Iadē, Olympiade. 120. Eutychedes, Eutyocrates, Lahippus, Cephisiodorus, Timarchus, Pyromachus, Olympiade. 155. Antheus, Callistratus.

¶ Pythagoras Rheginus Pancratiastem Delphis posuit. Hunc vicit Leontius, qui fecit Stradodromon Astylon, qui Olympie ostenditur. Et lybin puerum nudum tabellas tenentem & ferentem mala, Syracusis autem claudicantem, cuius vlcis dolorem spectatores videbantur sentire. Item Apollinem Cytharædum. Primus nervos & venas & capillum diligentius expressit. Pythagoras Samius Pythagoræ Rhegini discipulus fecit signa fortunæ Seminuda, Lahippus, Beda, Eutyocrates discipuli fuerūt Lyfippi, Eutyocratis discipulus fuit Tylicrates Sicyonius.

¶ Telephanes Phocæus habitauit in Thessalia, vbi opera eius latuerunt. Fecit Larissam, Spirarchon, Pēathlon & Apollinem. Aristides Polycleti discipulus fecit quadrigas, & Bigas, Iphicrates Lenam meretricem, quæ Aristogitonem & Harmodium tyrannicidas nullis vnq̄ tormentis adacta voluit prode, Aliorum & sculptorum & statuariorum nomina sunt. Cresilas, Pericles Olympius, Cephisiodorus, Chereas, Ctesilaus, Demetrius, Dædalus, Dynomenes, Eutychedes, Hegyas, Butyreus Lycius Myronis discipulus, Menechmus, Næcerus, Niceratus, Polycles, Pyrrhus, Phoenix Lyfippi discipulus, Stypax Cyprius, Syllanion, Theodorus author Labyrinthi Samij, Xenocrates Tifiscratis discipulus, Ariston, Callafes, Desias, Cantharus Sicyonius, Dionysiodorus Critie discipulus, Deliades, Euphoriō, Eunicus, & Hecateus, Argenti cælatores Lesboles, Prodorus, Pythodicus, Polygnorus, Scinus, Apollodorus, Androbolus, Asclepiodorus, Antimachus, Athenodorus. Alia sunt infinita huiusmodi nomina apud Plynium lib. 34. Propertius libro tertio quosdam præcipui nominis artifices enumerat his verbis.

Gloria Lyfippo est animose fingere signa,

Exactis Calamis se mihi iactat equis.

In Veneris tabula summam sibi ponit Apelles,

Pyreicus parua vindicat arte locum.

Argumenta magis sunt Mentoris addita forme,

At myos exiguum flestit Achantus iter.

Phidiasus signo se Iuppiter ornat eburno,

Praxitelem Paris vindicat arte lapis.

¶ Inter omnium opera præcipuam laudem meruerunt tabula Aristidis Thebani pictoris quam centum talentis licitatus est rex Attalus. Medea & Aiæ Timomachi, quas tabulas Cæsar dictator emit talentis octoginta. Candaules rex Heraclidarum Bularchi picturam in qua

ram in qua erat magnetum prælium, pari rependit auro. Rhodij pepercit, rex Demetrius ne Prorogenis tabulam cremaret. Velanus amor pueri Gnydiam Venerem maxime nobilitauit. Immortale nomen peperit Phidiæ Iuppiter Olympius, vt Mentori Capitolinus & Diana Ephesia. Dyadimenus molliter iuuenis Polycleti centum talentis nobilitatus, Cyclæ tabulam argonautas talentis, 144. mercatus est hortensius orator. Nicias Atheniæ sis pictam Homeri necromantiam vendere voluit Attalo regi talentis, 60. Zeufis pinxit Archigallum, quam picturam, 60. seftercij æstimatam Tiberius princeps cubiculo suo inclulit.

## Pictores diuerfi.



Vit Phidias initio pictor, pinxitque Clypeum Athenis.

¶ Pancus eius frater pinxit ægidam Mineræ, Bularchus magnetum prælii.

¶ Hyemion primus in pictura mærem fœminamque discreuit.

¶ Eumarus Atheniensis figuras omnes imitari ausus.

¶ Cimon Cleonæus eius inuenta excoluit, obliquasque imagines inuenit articulis membra distinxit, venas protulit, in veste rugas & sinus inuenit.

¶ Pythis certauit in Timagoram Chalcidensem de præstantia picturæ.

¶ Polignotus Thafius primus mulieres lucida veste pinxit, inſtituit os adaperire, dentes ostendere, vultum ab antiquo rigore variare, Pinxit Delphis eodem, & athenis porticum, cuius partem etiam mercede pinxit Mycon.

¶ Mycon alter minor filiam habuit Timareten pictricem.

¶ Olympiade, 90. fuerunt aglaophon, Cephifodorus, Phrylus, Euenor pater Parrhafij pictoris.

¶ Apollodoros atheniensis primus septies exprimere inſtituit, primusque gloriam penicillo contulit. Fecit sacerdotem adorantem, & aiacem fulminatam.

¶ Zeufis arte picturæ tantas opes sibi comparauit, vt in earum ostentatione olympiæ nomen suum aureis in textum literis ostentaret. Postea opera sua donare inſtituit, vt alcmenæ agrigentinis, Pana Archelao, q. nullum precium putaret esse illis dignum. Fecit & Penelopen & athletam, adeoque sibi in illo placuit, vt eifum subscriberet celebrem ex eo, inuisurum aliquem facilius quam imitaturum, Fecit & magnificum louem in throno astantibus dijs & Herculem infantem dracones strangulantem, alcmena matre coram pauente & Amphytrione. Tanta fuit diligentia, vt agrigentinis facturus tabulam (quam in templo lunonis Lacinæ dicarent) virgines eorum nudas inspexerit & quinque elegerit, vt quod in quaque laudatissimum esset, pictura redderet.

¶ Aequales eius & æmuli fuerunt Timanthes, Androcydes, Eupompus, Parrhafius descēdit in certamen cum Zeufide, Et quum zeufis detulisset vvas adeo ingeniose pictas, vt ad eas aues deuolarent, Parrhafius lintheo attulit veritate adeo repræsentata, vt zeufis alitum iudicio tumens flagitare remoto lintheo ostendi sibi picturam, & intellecto errore palmam concederet, quoniam ipse aues sefellisset, Parrhafius vero se artificem. Idem zeufis postea pinxit puerum vvas ferentem, ad quas quum deuolassent aues, iratus est operi suo, q. vvas pinxisset melius, quam puerum. Nam si puerum consummasset, aues timere debuerant. Pinxit quoque Helenam & marsiam religatam. Parrhafius primus Symmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris expressit, & artificum confessione in lineis extremis palmam adeptus est. Vide alia eius opera quam plurima apud Plynium, Superatus est tamen a Timanthe in Aiace.

¶ Pinxit Timanthes iphigeniam aris immolandam parentibus prope lachrimantibus & velato patris eius vultu, quem digne non poterat ostendere. Item Cyclopem dormientem.

Alij in hac arte celebres fuerunt Euxinidas præceptor Aristidis, Eupōpus Pamphilis, apellis Pamphilus, qui neminem minoris talento docuit annis decem. Quam mercedem ei dederunt Apelles & Melantius. Clari etiam extiterunt Echion, Therimachus, quos omnes superauit Apelles, voluminibus pictoris, quæ etiam doctrinam continent. Cedebat tamen amphioni de dispositione, ascelepidoro de mensuris. Idem nauigauit Rhodum ad videnda opere Protogenis pictoris excellentissimi. Apelli autem fuit perpetua consuetudo nullum diem quibuscunque negocijs occupatum præterire, quin lineam aliquam duceret, ducendo exerceret artem. Ad eius officinam frequenter ventitabat Alexander, qui etiam medico vetuit, ne ab alio pingretur. Venerem Cois inceptam moriens reliquit imperfectam, nec repertus est, qui tam egregio operi vellet succedere. Pinxit Alexandrum magnum fulminis nigerum in templo Dianæ Ephesiæ talentis viginti, Numerosa insuper opera, quæ ponuntur

tura Plynio.

¶ Aristides Thebanus æqualis fuit Apelli. Primus animum pinxit & sensus omnes expressit, Vnam eius tabulam Attalus rex, 100. talentis emisse fertur.

¶ Asclepidorum in Symmetria mirabatur Apelles, Ei Mnafon tyrannus pro duodecim deis dedit in singulos heroas mnas tricenas.

¶ Idem dedit Theomnesto in singulos mnas centenas.

¶ Nicomachus Aristodemi filius, pinxit raptum Proserpine. Item Vlysses pileatū, Apollinem, Dianam, deum martem leoni insidentem, & nobiles vaccas arreptantibus satyris, & Scyllam. Fuitque in ea arte omnium velocissimus, Discipulos habuit Aristidem fratrem Aristoclem filium, & Philoxenum Eretrium, qui vltimus pinxit prælium Alexandri cum Darío. Item lasciuia in qua tres Sileni comellantur.

¶ Nicophanes fuit elegans & concinnus.

¶ Apellis discipulus fuit Perseus.

¶ Aristidi discipuli fuerunt Niceros, & Aristipus, qui pinxit Satyrum cum Scypho coronatum.

¶ Aristippi antorides & Euphranor.

¶ Pyreicus humilia secutus, humilitatis tamen summam adeptus est gloriam. Pinxit tonsuras, sutrinas, asellos & obsonia.

¶ Serapion pinxit scenas, & hominem pingere non potuit.

¶ Dionysius nihil præter homines pinxit, vnde & anthropographus dictus est.

¶ Calicles parua quædam pinxit.

¶ Antiphilus hesionen, Alexandrum & Philippum cum Minerua, liberum patrem, Cadmum, Europen, Gryllum.

¶ Arellius floruit Romæ paulo ante Augustum.

¶ Amulius Mineruam, quæ spectantem spectabat, quacunquæ aspiceretur.

¶ Post eum in precio fuere Cornelius pinus, & Actius priscus.

¶ Paulus Sicyonius Brietis filius discipulus fuit Pamphili, qui primus lacunaria pingere instituit. Paruas pingebat tabellas, maxime pueros. Pinxit Gliceram coronarum inuentricem (quam amabat) sedentem cum corona.

¶ Euphranor isthmus fecit colossos & marmora ac scyphos sculpsit. Scripsit volumina de Symmetria & coloribus.

¶ Euphranoris coætaneus fuit Cyclias, cuius tabulam argonautas Hortensius orator mercatus est talentis, 144. vti iam diximus.

¶ Antidotus discipulus fuit Euphranoris, fecit clypeo dimicantem & luctatorem & tibicenem.

¶ Antidoti discipulus fuit Nicias atheniensis, qui mulieres diligentissime pinxit. Eius opera multum probabat Apelles.

¶ Maronites Glaucionis Corinthii discipulus, pinxit Achillem habitu virgineo occultatū vlysse deprehendente & alia quædam.

¶ Heraclides Macedo initio pinxit naues.

¶ Metrodorus pictor fuit & philosophus magnæ celebritatis, quem athenienses miserunt L. Paulo amylio post Perseum deusum, petenti probatissimum philosophum ad erudiendos liberos, & pictorem ad triumphum excolendum.

¶ Timomachus Bizantinus pinxit Cæsari dictatori aiacem & medeam tabulas, 80. talentis vendatas. Fecit insuper Orestem, Iphigeniam, & quædam alia.

¶ Aristolaus Pausiæ filius & discipulus pinxit eadem apollinis, delphis.

¶ Antiphilus puerum, ignem conflantem & lanificium, in quo properabant omnium mulierum pensa, Satyrum cum pelle Pantherina, & alia multa.

¶ Alcimachus pinxit dioxippum, qui pancratio vicerat in Olympia.

¶ Ctesilochi opus fuit iupiter Bacchum parturiens & ingemiscentes muliebriter interobstrices & dearum clamorem.

¶ Tescidemus fecit Oechaliæ expugnationem & Laodomiam.

¶ Clefides reginæ Stratonices iniuriam, a qua nullo honore fuerat exceptus, Pinxit & volupratem cum piscatore, quem regina dicebatur amare.

¶ Cratinus Comædus Athenis Pompeium pinxit.

¶ Euchides bigam regis cum victoria.

¶ Eodorus signa fecit ex ære.

¶ Iphis neptunum & victoriam.

¶ Habron amicitiam & concordiam & deorum simulachra.

¶ Leon Sappho.

¶ Nicearchus venereum inter gratias & cupidinem. Herculem tristem infanę pœnitētia.

¶ Nealees venerem. Naumachiam Aegyptiorum & Persarum. Item asellum in litore bibētem & Crocodilum ei insidiantem. Aliorum nomina sunt Oenias. Philifcus. Phalerion. Simonides. Simus. Theodorus. Leontius. Theron. Taurifcus. Erigonus. Pafias. Aristonides. Anaxander. Aristobolus. Syrus. Arcefylas Tifcratis filius. Coribas Nicomachi discipulus. Carmanides Euphranoris. Dionysiodorus Colophonius. Diogenes. Eutymedes. Heraclides Macedo. Mydon philomachi statuarij discipulus. Mnafitheus Sicyonius. Mnafidem<sup>9</sup>. Nelfus Polemō Alexandrinus. Theodorus Samius. Tadius. Xenō Neoclis discipulus.

¶ Mulieres pictrices fuerunt Timarete Mycaonis filia. Irene Cratini pictoris filia & discipula. Aristarete Nearchi filia & discipula. Lala Cizicena. Martia M. Varronis.

¶ Hęc omnia decerpta sunt ex Plynio, ne quis forte opinetur me ex aliena opera laudem promereri velle.

¶ Porro ex diuersis virtutibus laudem sunt consecuti pictores, teste Fabio libro duodecimo. Nam cura protogenes, ratione Pamphilus, ac melanthius, facilitate Antiphilus, concipiendis visionibus quas phantasias vocant, Theon Samius, ingenio & gratia Apelles est præstantissimus.

#### Pigmenta.

¶ Inter pigmenta numerantur Minium, armenium, Cymbaris, Chryfocolla, indicum, purpurillum, Synopsis, Rubrica, Parethonium, Melinum, Eretria, Auripigmentum, Ochra, Cerussa, Sandaraca, Sandix, Syricum, Atramentum, Appianum.

¶ Colorum nomina sunt Andricelon, Ofstreon, Prasinon, Crocoides, Cyaneus, Cynabari. Xanthus, Pheus Phlogoleucus, Leucopheus. Genera colorum apud Gellium lib. 2. Cap. 27. sunt Ruffus, Ruber, Flauus Fuluus, Rubidus, Phœniceus, Rutilus, Lutetus, Spadix Cæsius.

#### Fabri & alij artifices.

Epeus	Callicrates	Elico
Didymaon	Myrmecides	Artemon
Perillus	Eligius	Staficrates
Lycaon	Harmonides	Vatinius
Vulcanus	Acefus	Myron
Dædalus	Helicon	Achitas
Mumurius	Glaucus	Telephanes
Phereclus	Sothericus	Diphilus,

¶ Epeus author fuit illius machine, quo delitescentes græci Troiam noctu cœperūt do lo. Virgilius libro secundo Aeneidos. Et menelaus, & ipse doli fabricator Epeus. Sabellicus. Sigei fabricator equi generosus Epeus.

¶ Didymaon author fuit cuiusdam clypei, quem Aeneas dedisse fertur Niso cursori peractis ludis, qui fiebant in Sicilia ad Anchisę tumulum. Virgilius. Et clypeum efferrı iussit didymaonis artes. Hoc iuuenem egregium præstanti munere donat.

¶ Perillus reperit Aeneum taurum, ad torquendos fontes, vt eo suppositis flammis inclusi, mugitum bouis imi tarentur. Quod genus tormenti ipse primus expertus est mandante Phalaride. Propertius libro secundo, Nonne fuit fatius duro seruire tyranno. Et gemere in tauro sæpe Perille tuo?

¶ Lycaon Gnostius faber fuit & artifex ensis, quem Ascanius dedit Euryalo. Virgilius libro nono, Humero simul exiit ensem Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon Gnosti<sup>9</sup>, atqueabilem vagina aptarat eburna.

¶ Vulcanum poetæ faciunt fabrum deorum & Iouialium fulminum artificem. Fecit & clypeum Aeneæ, cui futura Romanorum bella & historias insculpsit, authore Virgilio. Idem solis currum fecisse fertur. Ouidius libro secundo Meta. Genitor cunctatus ad altos Deducit iuuenem Vulcania munera currus, Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo. Per iuga Chrysoliti, positæque ex ordine gemmę, Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.

¶ Dædalus primus in formis animalium (quas veteres plastę eęcas fingebant & immobilis) oculos induxit, & abditis quibusdam neruis effecit, vt huc & illuc mouerētur adeo scilicet, vt spectantibus

OFFICINA

tevt ſpectantibus viuere & ingredi viderentur. Idē ligneam venerem fabricaſſe dicitur. q̄ argento viuo inſuſo moueretur. Fecit inſuper Crete labyrinthum, quo incluſus aliſi ſibi & nato confectiſ per viam mortalibus negatam periculum eſſugit. Hinc opera dēdala vocantur ingenioſa. De eius labyrintho Ouidius libro octauo. Dædaluſ ingenio fabræ celeberrimus artiſ Ponit opus, turbatque notas, & limina flexu Ducit in errorem variarum ambage viarum.

¶ Mamuriuſ faber ærariuſ fabricauit Saliorum Ancyliæ, qui propterea nomen eiſ ſolebant canere ſuiſ carminibuſ. Vertunnuſ apud Propertiuſ lib. 4. ſimulachrum ſuum a Mamurio ex ære formatum dicit. Ideoque precatur, vt eiſ cineri terra ſit leuiſſima. Hæc autem Vertunni verba. Stipes acerbuſ eram properanti falce dolatuſ Ante Numam grata pauper i vrbe deuſ. At tibi Mamuri forme cęlator ahenæ, Telluſ artiſticeſ ne terat oſca manuſ. Qui me tam dociliſ potuiſti fãdere in vſuſ. Vnum opuſ eſt, operi non datur vn⁹ honoſ. De mamurio, Ouidiuſ libro tertio Faſtorum. Mamuriuſ morum fabrę ne exactiſ or artiſ Difficile eſt vlli dicere, clauſit opuſ.

¶ Phercleuſ abietariuſ faber Paridiſ ad Helene raptuſ nauigaturi naueſ feciſſe dicitur. Hinc nauis phereclęa dici ſolet. Ouidiuſ in Epiſto. Paridiſ, Hac duce Siggo dubie a litore feci, Longa phereclęa per freta puppe viaſ.

¶ Calliſtateſ fuit minorum opuſculorum fabricator, qui muſcam fecit aliſi quadrigã cū agitatore regentem. Fabricauit & nauem, quam auicula penniſ integebat.

¶ Myrmecideſ fecit formicaſ tam tenueſ, vt vix membra videri poſſent.

¶ Eligiſ Nouionenſiſ, epiſcopuſ artem aurificum exercuit, in qua quicquid lucri faciebat, erogabat pauperibuſ.

¶ Ferunt Harmonidem Troianuſ fabrum fuiſſe vnum ex eorum numero, qui paridiſ Spartam ituri naueſ fabricauerunt.

¶ Aceſeſ natione Pararenſiſ & Helicon Caryſtiſ duo fuerunt celebratę artiſ artiſticeſ, qui Pepluſ Palladiſ Poliadiſ (que in arce Athenienſium colebatur) contexerunt. Hic adagiuſ natū. Aceſeſi & Heliconiſ opera, de hiſ que ſingulari ſiunt artiſticio, Eraſmuſ.

¶ Glaucuſ Samiuſ primuſ criſ ferruminationem inuenit.

¶ Sothericuſ faber fuit lignariuſ, cuiuſ opera preſcam illam & rudem ſimplicitatem preſe ferebant. Hinc natuſ prouerbiuſ. Sothericiſ lecta, de re vili & minime ambitioſa. Idem Eraſmuſ.

¶ Elico faber fuit, qui authore Plynio ob artem fabrilem Romę commoratuſ eſt.

¶ Artemon faber fuit loripeſ authore Plutarcho in Pericle.

¶ Staſicrateſ fuit artiſticeſ Alexandro Macedoni gratiſſimuſ, qui dicebat Thracię montem athon in hominiſ ſtatuaſ formari exculpique poſſe.

¶ Vatiniuſ Beneuentanuſ fuit artiſticeſ Calicum vitreorum. Hinc Vatiniæ vocantur vaſa vitrea. Martialiſ libro decimo. Vatiniuſ proxima fractorum. Idem in diſtichis. Vilia futoriſ Caliceſ monumenta Vatini Accipe. Iſ fuit diſtortiſ corporiſ, Suringiſ alumnus, ediditque munuſ gladiatoriuſ Beneuenti, authore Cornelio Tacito.

¶ Myron artiſticeſ nobiliſ luculam fecit æneam. gręciſ primuſ, deinde Auſonianiſ verſib⁹ celebratam. Statiuſ. Hic tibi que docto multuſ vigilata myroni Aera. Propertiuſ. Atque aram circum ſteterant armęta myroniſ. Quattuor artiſticeſ viuida ſigna boueſ. Politianuſ in Ruſſi. Nec docto trita Myroni Pocula multiplici florent radiantiſ gemma.

¶ Architaſ faber ſimulachruſ columbę fecit ex ligno, libramentiſ ita ſuſpenſuſ & aura ſpirituſ incluſa occulta concitum, vt ipſum volaret. Author Gelliuſ lib. 10. Cap. 12.

¶ Telephanuſ faber fuit lignariuſ, victuſ ſibi queritans in faciſtandis curribuſ, quem tamē poſtea felix fortuna ad lydorum regnuſ euexit. Aelianuſ apud Volater.

¶ Diphiluſ architecſticiſ fuit tardiſſimuſ in perducendiſ ad finem ſuſceptiſ operibuſ. Vnde factuſ adagio locuſ. Diphiloſ tardior.

¶ Tericleſ caliceſ torno faciebat ex Terebinthe, author Plyniuſ.

Architecſticiſ nobiliſ.

Dinocrateſ  
Spintharuſ  
Cteſiphon  
Meleageneſ  
Theodoruſ  
Philo  
Hermogeneſ

Sugilaſ  
Zenodotuſ  
Hermodoruſ  
Satyruſ  
Emyliuſ  
Rholuſ  
Theodoruſ

Vale. Oſtienſiſ  
Mneſiceſ  
Nicon  
Apollodoruſ  
Eupalinuſ  
Rhœcuſ  
Mandrocleſ

Dinocrateſ



- D**Inocrates Alexandriam metatus est.  
 ¶ Spintharus Corinthius delphicum templum construxit.  
 ¶ Ctesiphon templum Dianę Ephesię, vbi simulachrum ipsius deę vitigineū fuerat. Plynius. Operi inquit, presuit Ctesiphon architectus.  
 ¶ Eleagenes fanum minerę Prienensis.  
 ¶ Theodorus Phocensis fecit Tholum delphicum.  
 ¶ Philo atheniensis armauentarium Pyrei. Vide Valerium.  
 ¶ Hermogenes eodem doricam iunonis magnesię.  
 ¶ Sugilas mausolęum artemisię.  
 ¶ Zenodorus nobile pavimentum pergami.  
 ¶ Hermodorus nomen est Architecti qui obeliscum fecit.  
 ¶ Emylius, Rhodus & Theodorus architecti fecerunt labyrinthum lemnium.  
 ¶ Valerius Ostiensis Architectus fuit, qui theatrum Romę texit.  
 ¶ Mnesicles architectus arcem athenis ædificauit, author Plutarchus in Pericle.  
 ¶ Nicon pater fuit Galeni geometrię & architecturę peritissimus, author Cælio.  
 ¶ Apollodorus Traiani forum, metoedum & gymnasium Romę fabrefecit. Hunc interfecit Adrianus, author Dion Cassius.  
 ¶ Eupalinus Megarensis filius Naustrophi, Rhœcus Philei filius & Mondrocles Samius nomin a sunt architectorum apud Herodotum.

Conditores diuer forum locorum & ædificiorum.



¶ Ntenor condidit Patauium vrbem, Virgilius libro primo Aen. Hic tamen ille vrbem Pataui sedesque locauit Teucrorum. Sabellicus. Cōdidit antenor spaciolis mœnibus vrbem.  
 ¶ Romulus Romam. Virgilius libro primo Aen. Inde lupę fuluo nurtricis tegmine lætus Romulus excipiet gentem, & mauortia condet Mœnia, Romanosque suo de nomine dicit Ascanius albam. Tibullus, Albaque ab Alcanio condita longa duce, Virgilius. Ascanius longam muris quum cingeret albam, Idem. Ascanius clari condet cognominis albam.

¶ Philoctetes Petiliam vrbem Brutiorum, Virgilius libro tertio Aen. Parta Philoctete subnixa Petilia muro.

¶ Dido Carthaginem, Virgilius libro quarto Aen. Fœmina quę nostris errans in sinibus vrbem Exiguam precio posuit. Dido apud eundem sic loquitur. Vrbem præclaram statui, mea mœnia vidi, Ouidius in Epist. Vrbem constitui, lateque patentia fixi Mœnia finitibus inuidiosa locis.

¶ Dardanus Troiam, Virgilius libro nono Aen. Et troiæ dardanus author, Idem libro octauo. Dardanus iliacę primus pater vrbis & author.

¶ Danae acrisij filia ardeam vrbem Italię, Virgilius libro septimo. Quam dicitur vrbem Acrisioneis Danae fundasse colonis. Plynius lib. 3. Ardea a danæ persei matre condita.

¶ Catillus arcas Tybur oppidum Romę vicinum, Virgilius libro septimo. Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt, Fratris Tyburti dictam cognomine gentem, Syll. libro octauo. Hinc tybur Catille tuum, sacrisque dicatum Fortunę præneſte iugis.

¶ Ceculus præneſte, Virgilius libro septimo. Nec Præneſtinę fundator defuit vrbis.

¶ Arcades Pallatæum oppidum situm in monte palatino, Virgilius libro octauo. Arcades his oris genus a Pallante profectum, Delegere locum, & posuere in montibus vrbem Pallantis proau de nomine Pallantæum.

¶ Neptunus muros Troiæ, Virg. libro nono Aene. Annon viderunt mœnia troiæ Neptuni fabricata manu confidere in ignes.

¶ Diomedes arpos oppidum Appulię, Virgilius libro decimo. Atque iterum in teucros ætolis surgit ab arpis Tytides. Aliter vocatur argiripa. Idem lib. 11. Ille vrbem Argiripę patrię cognomine gentis Victor Gargani condebat la pygis agris.

¶ Cadmus thebas Bœotias, Ouidius libro tertio Meta. Hos operis comites habuit Sidonius Hospes. Quum posuit iussam Phœbæis fortibus vrbem.

¶ Amphion muros Thebarum, Horatius in arte. Dicitur & Amphion Thebanę conditor vrbis. Sta. libro primo Theb. Quo carmine muris iusserit Amphio tyrios accedere mœnes.

¶ Capys capuam, Syllius libro vndecimo. Tum capys vt primus dederit sua nomina muris, Virgilius. Et Capys hinc nomen Campanę dicitur vrbis.

¶ Munacius Plancus vir consularis & prætorius & Ciceronis discipulus Lugdunū vrbē. Telegonus

OFFICINA

¶ Telegonus filius Vlyffis Tusculum oppidum Italiae, Propertius libro secundo. Quid petis Aegi moenia Telegoni.

¶ Galli Mediolanum. Claudianus. Continuo sublime volans ad moenia gallis Condita, sa nigerq̄ suis ostentantia pellem.

¶ Semiramis Babylonem. Propertius libro tertio. Perfarum statuit Babylona Semiramis urbem. Ouidius in Meta. Vbi dicitur altam Coculibus muris cixisse Semiramis urbem, Claudianus lib. 1. in Eutropium. Claras Garthaginis arces Creditur & centum portis Babylona superbam Fœmineus fluxisse labor.

¶ Cæsar augustus Nicopolim ciuitatem in memoriam victorię suę de Antonio & Cleopatra. Author Suetonius.

¶ Busris Thebas ægyptias.

¶ Ogdous Memphim urbem ægypti.

¶ Archias Syracusas.

¶ Cleopes rex ægypti Pyramidem magnificentissimam.

¶ Massilienses Niceam.

¶ Alexander Alexandriam urbem ægypti, Authoribus Plynio & Curtio.

¶ Amezones Ephesum.

¶ Mithridates Eupatoriam.

¶ Alexander Heracleam.

¶ Antiochus Laodiceam.

¶ Darius Susas urbem Persidis.

¶ Phoroneus Argos.

¶ Ninus Niniten.

¶ Sichen Sidonem.

¶ Ocnus mantuan.

¶ Agenor Tyrum.

¶ Amyclas filius Lacedæmonis regis Amyclas urbem laconia.

¶ Neleus pater Nestoris Pylon. Ouid. in Epist. Non pylon antiqui Neleia Nestoris arua Misimus.

¶ Romulus Asyllum. Ouidius libro tertio Fastorum. Romulus vt saxo lucum circundedit alto. Quilibet huc dixit confuge, tutus eris.

¶ Peranus Phocensium dux Massiliam. Pylis metapontum. Iapygas Iapix Cædali filius. Coram Dardanus. Ahyllam Pelasgi. Diomedes Beneuentum. De quibusdam conditoribus. Mantuanus libro secundo de Cala. sic inquit. Quis Pallantem, veterem quis condidit albam, hoc opus Aeneæ profugi, fuit Arcadis illud. Dardanius Phrygia veniens Antenor ab Ida. Euganeis latâ stravit sub collib' urbē, Parrhasij Pifas, pubes Spartana Tarētū. Septem orbis miracula.

**S**eptem fuerunt edificia toto orbe cantatissima, quę propter operis magnitudinē & sumptum incredibilē extitere loco miraculi, vt nihil diuinius ars humana posset confingere aut excogitare. Fuerunt autem hæc. Pyramides Nili, Turris Pharia, Muri Babylonis, Templum Dianę Ephesię, Simulachrum Mausoli, Colossus solis apud Rhodios, & Simulachrum Iouis Olympici, quibus nonnulli addunt domum Cyri Mædorum regis.

¶ Pyramides imprimis erant structurę & moles lapideę inferne quadratę, sursum versus acuta, quas ægypti reges superponendas tumulis erigebant aut ad inanem diuitiarū ostentationem, aut vt populū torporem excitaret. Earū vna saxo naturali fuit elaborata & Rubrica, cuius ambitus per frontem centum duos pedes colligebat, longitudo erat. 143. pedum, altitudo. 62. Alia fuit facta ex Arabicis lapidicinis, quam sexcenta hominum millia viginti annis construxisse memorantur. Tres alie fuerunt annis, 78. & mensibus quattuor factę. Plynius scribit, 1800. talenta fuisse erogata in Raphanos, allium & cepas, quibus artifices vescabantur in extruenda earum vna. Quo argumento coniectare est quanta quamque prodigiosa fuerit aliarum rerum impensa. Omnium amplissima cōtinebat octo solis iugera, quattuor angulorum partibus interuallis per. 883. pedes. Singulorum laterum altitudo pedes. 25. Secundę singula interualla per. 4. angulos pares. 737. pedes comprehendebant. Tertiã erat minor prædictis sed multo spectatior æthiopicis consurgēs lapidibus, trecentis sexaginta tribus pedibus inter angulos. Omnium minimã fecit Rhodope meretricis cula æsopi fabulatoris conferua diuitijs illis, quas meretricio questu sibi comparauerat. Herodotus in Euterpe scribit Cleopem ægypti regem, fecisse Pyramidem ex arabicis lapidibus, cuius

bus, cuius longitudo erat quinque stadiorum, latitudo decem passuum, altitudo octo passuum, in qua decem annos fuisse consumptos memorat. Fecit & aliam viginti annis abfolutam, in qua tantum profudit pecuniæ, vt nimio sumptu attritus, filiam (quã habebat formosissimam) coactus sit prostituere. Ea est in qua. 1800. talenta in cepis & raphanis erogata prædiximus. Herodotus alias complures memorat, quas volens omitto, quoniam prædictæ latis arguunt quam ociosa fuerit illorum regum & opera & prodigèntia. De Pyramidibus Lucanus libro octauo. Quum Ptolemæorum manes, feriemque pudendam Pyramides claudant indignaque Mausolæa, Martialis, Barbara Pyramidum fileat miracula Memphis.

¶ Memoratur etiam turris illa, quam Ptolemæus fecit in Pharo insula non ad alium vsu quam nocturnos ignes nauarum cursui ostendendos. Hanc autem constituit talētis. 800. Sostrato Architecto, qui structurę tantę suam inscripsit nomen.

¶ His miraculis annumerantur Babylonis muri, quos Semiramis condidit, aut saltem ruinosos reparauit coculis laterculis & bitumine ferruminatis ducentū pedum altitudine, latitudine vero quinquagenum, adeo vt quadrigas inter se occurrentes reciperent, turre que habent, 300. plures multo habituri, nisi aliqua ex parte paludes pro mœnibus fuissent. Huic autem operi portentoso adhibita sunt trecenta hominum millia. De Babylone Propertius libro tertio. Perfarum statuit Babylona Semiramis urbem, Vt solidum cocto tolleret aggere opus. Et duo in aduersum misit per mœnia currus, Ne possent tacito strigere ab axe latus, Duxit & Euphratem medium, qua condidit arces, Iussit & imperio surgere Bactra caput. Lucanus libro sexto. Fragili circumdata testa Mœnia mirentur refugii Babylonia Parthi. Quintianus. Nulla dies adimet Babylonia mœnia longis Inclita porticibus variisque elata columnis. Herodotus scribit muros Babylonis habuisse crassitudinē. 50. cubitorum regionum, celsitudinem ducentorum, Per ambitum centum centum portę stabant aere omnes cum cardinibus.

¶ Templum Dianæ Ephesiæ factum est a tota Asia ducentis & viginti annis. Hoc autem in solo palustri fecere, ne terrę motum sentiret, aut hiatus timeret. Et ne in lubrico & instabili tantæ molis fundamenta locarentur, ante calcatis ea substrauere carbonibus, deide vel leribus lanę. Templi longitudo erat, 425. pedum, latitudo, 220. Columnę in eo centum viginti septem a singulis regibus factæ, ex quibus 36. erant cęlate. Operi præfuit Ctesiphon, Author Plynius Pomponius mela & Solinus scribunt templum hoc ab Amazonibus conditum.

¶ Artemisia regina Carię Mausolo marito mortuo sepulchrum erexit inter orbis miracula annumeratum, cuius altitudo attollebatur. 25. cubitis. Cingebatur columnis. 46. Patebat ab austro & septentrione. 63. pedes. Toto circuitu cõtinebat pedes. 411. Ipsum ab oriente cœlauit Scopas, a Septentrione Bryax, a meridie Timotheus, ab occasu Leocares. Regina opere nondum absoluto concessit fati. Artifices tamen non recesserunt nisi eo consummato. Plynius. Ab hoc sepulchro omnia regum & imperatorum monumenta, quæ precio facta sunt, vocantur Mausolæa. De hoc Propertius libro tertio. Nec mausolei diues fortuna sepulchri Mortis ab extrema conditione vacat, Martialis libro primo. Aere nec vacuo pendentia Mausolæa Laudibus immodicis Cares ad astra ferant.

¶ Colossus solis apud Rhodios fuit. 70. cubitorum altitudinis, qui post quinquagesimū sextum annum terrę motu prostratus, iacens quoque fuit miraculo. Pauci pollicem eius amplectebantur. Maiores erant digiti, quam pleręque statuę. Vasti specus hiabant defractus membris. Spectabantur intus magnæ molis saxa. Factus est hic Colossus annis duodecim trecentis talentis. Artifex fuit Chares Lyndius lysippi discipulus. Soldanus ægypti quĩ insulam Rhodum inuasit, ex aere huius statuę. 900. camelos onerasse fertur. Ab hoc colosso Rhodij vocantur Colossenses & Rhodos Colossicola.

¶ Inter orbis miracula recensetur simulachrum Iouis Olympici, quod Phidias fecit ex ebre. Propertius libro tertio. Nam neque Pyramidū sumptus ad sydera ducti, Nec Iouis Elei cœlum imitata domus.

¶ Sunt qui addant domum Cyri mœdorum regis, quam fabricauit mēnon illigatis auro lapidibus. De his miraculis & alijs quibusdam ædificijs Politianus in Manto sic inquit. Nec vetus immensum fuerint quę sparsa per orbem Gloria septena celebrat spectacula fama. Nam neque belligeris Babylon pulsata quadrigis Mœnia, nec liquido pomaria pendula cœlo Conferat, aut dextris constructa altaria delos Cornibus, aut vesti molem Rhodos aurea Phœbi, Non Cares mausolei tui cœlamina templi, Phidiacum non Elis Ebur, non ipsa superbas Pyramidas iactet lasciuĩ lingua Canopi. Namque hæc aut valido neptuni quasi tridente

sa tridente, aut telo Sumane tuo traxere ruina[m], Sumanum sunt qui Plutone[m] vocent, quasi manium summum.

¶ Alia opera & ædificia  
sumptuosa & magnifica.



Virgilius scribit Didonem fecisse templum Iunoni donis opulentis aerea cui gradibus surgebant limina, nexaque Aere trabes, foribus cardo stridebat ahenis.

¶ Eodem auctore Iarbas rex Getulorum Tempora Ioui centum latissimamque regnis Centum aras posuit, vigilemque sacrauerat ignem Excubias diuum æternas.

¶ Eodem libro septimo scribit domum latini regis centum columnis fuisse sublimem, & cedrinis auorum simulachris ornatam.

¶ Regiam solis describit Ouidius libro secundo Meta, his verbis.

Regia solis erat, sublimibus alta columnis, Clara micante auri flammæque imitante Pyro-po, Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat. Argenti bifores radiabant lumine valvæ, Materiam superabat opus, nam mulciber illi Aequora cælarat medias cingentia terras. Terrarumque orbem, cælumque quod imminet orbi.

¶ M. Aemilius Scaurus Sylle priuignus in ædilitate sua theatrum fecit altitudine, 360, columnarum, cuius pars scenæ erat e marmore, media ex vitro, columnarum imæ, 48, pedum. Erant inter columnas signa aerea, 300, numero, Cauca capiebat hominum, 70, millia. Author, Plinius libro 36.

¶ Obelisci vocantur structurae minores Pyramidibus deorsum versum specie quadrata, in angustum verticem desinentes & paulatim gracilescentes. Aegypti reges quattuor fecerunt obeliscos, 480, cubitorum longitudine.

¶ Ramises rex aegypti (cuius ætate captum est Ilium) obeliscum fecit quadraginta cubitorum, & alium longitudine vndecenis pedibus, per latera cubitis quattuor, quem fecisse dicuntur viginti hominum millia. Cuius operis admiratione factum est, ut quum Syenæ oppidum expugnaret Cambyses rex, ventumque esset incendio ad crepidines obelisci, extingui ignem iuberet, molis reuerentia.

¶ Obeliscum posuit Phtus, 48, cubitorum.

¶ Ptolemæus vnum Alexandriae, 80, cubitorum.

¶ Alii duo fuerunt Alexandriae, quos excidit Mephthes rex, 42, cubitorum.

¶ Alius fuit excisus a rege Semneferteo, 125, pedum.

¶ Nuncoreus filius Sesostris vnum fecit, 100, cubitorum.

¶ Dædalus Labyrinthum fecit in Creta tanta viarum perplexitate, ut introeuntibus non pateret reditus. Virgilius libro sexto, Hic labor ille domus, & inextricabilis error, Catullus, Ne Labyrinthis e flexibus egredientem Tecti frustraretur inobseruabilis error.

¶ Fuit & aegyptius Labyrinthus, lapideis e pario colūnis in introitu, reliquis Syenitis. Fuit & tertius in Lemno, quartus in Italia, omnes lapide polito, fornicibus tecti. Lemnius habebat, 150, columnas, quarum in officina turbines ita librati pependere, ut puero circum-agentes, tornarentur. Eius architecti fuerunt Emylius, Rhodus & Theodorus. Italicum sibi fecit Porfena rex Etruriae loco sepulchri, quo si quis improperasset sine glomere lini, exitum inuenire nequisset. Supra erant Pyramides quinque, quattuor in angulis, & in medio vna in imo late pedum, 74, altæ pedum, 150, ita fastigiatae, ut in summo orbis eneus & pegasus vnus omnibus sit impositus, ex quo pendebant iuncta catenis tintinabula.

¶ Aegyptiæ thebe centum portis nobiles coniecturam miræ amplitudinis reliquerunt vniversæ posteritati, luuenalis. Ecce vetus Thebe centum iacet obruta portis. Valerius Flaccus, Et centum geminae Lagi naualia Thebe.

¶ Julius Cæsar circum fecit longitudinetrium stadiorum, latitudine vnus, sed cum ædificiis iugerum quaternum, ad sedem, 260, millium. Idem solum tantum foro extruendo fertijs mille ducentis emisse dicitur.

¶ P. Clodius quem Milo occidit, domum habuit fertijs, 147, millibus emptam.

¶ M. Lepido viro consulari & Q. Catuli collegæ fuit olim domus omnium in vrbe pulcherrima, quæ tamen intra annos, 35, centesimum locum non obtinuit.

¶ Amphitheatrum Pompeij capiebat, 40, millia hominum, Theatrum hoc Nero in vnum diem totum auro operuit, ut Tyridati regi Armeniæ illud ostenderet.

Agrippa fecit

¶ Agrippa fecit i aedilitate sua, 700. lac<sup>9</sup>, Fōtes, 105. Castella, 130. signa, 300. grea aut mar more a ipofuit, colūnas, 400. ex marmore. Fecit & aquarū ductus memorabiles, alios itē in cepit Caius Cæfar, quos peregit Claudius in omnes montes vrbis leuatos, in quos influe bant Curtius & Cgruleus fontes. E rogata in id opus, 555. millia feſtertia.

¶ Cicero non minoris quinquaginta millibus aureis habitauit. Quam pecuniam furto & rapina comparatam ſcripfit Saluſtius in ſua contra eum inuectiua.

¶ Aurea Neronis domus tanto ſumptu tantoque rerum omnium apparatu cōſtructa eſt, vt ad eam peragendam Otho quingentis feſtertium, id eſt duodecies centena & quin z quaginta millia aureorum noſtrorum attribuerit, quum tamen nil de eſſet operi, atque hoc tam prodigioſum ædificium a Theatro M. Scauri victum contendit Plynius. Habebat illa neronis domus, ſtagnum inſtar maris, vineta ſyluas cum omni pecudum genere & fera rum. Item aues argenteas, quæ in modum cæli mouebantur, In ſolaris lapidem quendam ſphengitem, quo perpetuus dies illucebat. De hac domo intellexit Martialis libro primo dicens. Hic vbi ſydereus propius videt aſtra Coloffus, Et creſcunt media Pegmata cella via, Inuidioſa feri radiabant atria regis, Vnaque iam tota ſtabat in vrbe domus. Hic vbi cō ſpicui venerabilis amphitheatri Erigitur moles, ſtagna Neronis erant.

¶ In M. Scauri vilæ incendio bis millies feſtertium abſumptum legitur.

¶ Pergama ſeu muri vrbis Troiæ feruntur habuiſſe in ambitu quadraginta millia paſſus uum. Nec aliam ob cauſam aſcribuntur deis authoribus, quam propter magnificentiam. De his Lucanus libro ſexto. Nunc vetus Iliacos attollat fabula muros, Aſcribatque deis.

¶ Mitocris aſſyriorum regina (que multis annis poſt Semiramidem floruit) Euphratē flu uium, qui mediam Babylonem rectus præterfluebat, fecit tortuoſum, ſupraque pontē ere z xitrium ſtadium, difficillimum factu propter paludes, quæ vrbem ambiunt. Fecit & in gentes cauernas ad excipiendum fluminis impetum, egeſſitque quicquid erat limi ad iaciē da fundamenta. Authores Herodotus & Curtius.

¶ Traianus lapideum pontem fecit in Danubio, in quo viginti ex quadrato lapide erant pilæ, quarum altitudo, 150. pedum præter fundamenta extabat, Latitudo ſexaginta pes des continebat. Diſtabant inter ſe, 170. pedibus, fornicibus vero coniungebantur, quum tamen fluuius ipſe ſit admodum præceps & impetuofus, & nonnunquam imbrum mole concitatus ripas longius ſubmoueat, & vbi anguſtior eſt, ibidem ſit ferox & vorticofus. Hanc tamen poſtea molem ſeu liuore maligno ſeu alia cauſa dirupit Adrianus. Author Dion Caſſius.

¶ Murus Byzantiæ vrbis fuit olim miſeſio quadrato lapide adeo ind ſereta laterum ſtru ctura, vt vna prope muri compages ſpectantibus videri poſſet. Bap. Egnatius.

¶ Alexander Macedo tabernaculum fecit, in quo centum lecti ſternebantur, aureæ colum nę ſuſtinebant verticem aureum varij textum ornamentis, In eo conſiſtebant mille Perſe mille ſagittarij Macedones, & quingenti cum ſcutis argenteis. In medio autem erat ſella au rea, ſuper quam ſedebat Alexander ſtipatus ſuis Sarifſophoris.

¶ Inter mirabilia hominum opera ſunt, Athos factus a xerxe nauigabilis, Iſthmos cœptus a multis perfodi, nec abſolutus, alpes aceto diuiſæ, Lucrinus lacus vndecim annis a trigina ta hominum millibus exſiccatus, Luculliana villa, vbi exciſo monte Eurippus admitteba tur.

¶ Cæſar vno die pontem in arari conſtituit, alium ſupra Rhenum mira celeritate, quē des cem diebus abſoluit.

¶ Coloffus fuit Tarenti, 40. cubitorum factus a Iſippo.

¶ Fuit in Capitolio Coloffus Apollinis tranſtatus a Lucullo ex Apollonia ponti vrbe, 30. cubitorum, factus talentis, 150.

¶ Fuit & Coloffus apollinis Tuſcanicus, 50. pedum a pollice, dubium ære mirabilior an pulchriudine.

¶ Cætare Plynij zenodorus fecit coloffum mercurij in ciuitate Gallie Aruernis, feſtertjſ, 400.

¶ Idem quum veniſſet Romam, ſimulachrum fecit mandato Neronis, 110. pedum longitu dine, quod poſtea ſoli dicatum eſt.

¶ Ambitus Memphis vrbis ægyptiorum ab Ogdoō rege ædificatæ fuit, 150. ſtadium.

¶ Martialis lib. 1. Domitiani Imperatoris amphitheatrum omnib<sup>9</sup> miraculis, ſuperbiſque ædificijs anteponit dicēs. Omnis Cæſareo cedat labor amphetheatro, Vnū p cūctis fama loquatur op<sup>9</sup>. Sabell. ædificia quædã & magnifica loca ſequētib<sup>9</sup> verbis enumerat. Nūc

OFFICINA

vetus Ogygios attollat Græcia muros, Aſcribatque deis Neptunia mœnia, laudent Mireturque ſuos Parthi Babylona labores. Nec ſileat pharios iam barbara memphis honores, Aeternumque ſui memoret pia buſta tyranni Caria diues opum, magnum vulgata per orbem Tercentum populi celebrent delubra Diana.

¶ Superest magnificum illud templum, quod anno regni ſui quarto ædificare cœpit Salomon Dauidis filius. Triginta imprimis hominum millia cœdendis arboribus vt cedris & cupreſſis ſunt in libanum deſtinata. Lapidarum vero extiterunt octoginta millia. Latitudo templi fuit vicenum cubitorum, Sexagenum longitudo, altitudo fornice diſtincta centenum & vicenum. Inferioris ſtructure materia erat ex candenti ſaxo. Amplitudo veſtibili denu cubitorum. Celle erant vicene per uio inter ſe uſu, & alię his ſuppoſite. Tribes erant cedrine, cedrina concameratio auro illita, vt parietes omnes. Sanctior locus a reliquo templi corpore diſtinguebatur muro, in quo erant ianue ſculpte, vela ductilia, varijs meandris & floribus intexta. Duo Cherubini (ita enim dici ſolent) ex puro auro. Pauimentum petalis aureis inſtructum. Ianue vicenum cubitum altitudine auro coruſcantes. Ante veſtibulum erant duę columnę æneę, 18. cubitorum altitudine, ambituque duodenum Erat & vas æneum tantę magnitudinis, vt ab re nominatum ſit mare, quod vituli duodecim diuerſas mundi plagas terni ſingulas proſpectantes circumſtabant. Fuit vas illud trium millium batorum capax. Erant & alię figurę, quas longum eſſet recenſere. Altare fuit erum denu pedum altitudine, longitudine duplo maiore. Item menſa vna aurea, Phiale & paterę aureę decem millia, Argentę quadruplo maiore numero, Cadelabra, 10. millia ex auro & argento fabrefacta. Circa templum aula capaciſſima, in qua prophanus populus conſiſteret. Hoc autem opus ſeptem annorum ſpacio ad finem perductum eſt.

¶ Fecit & Salomon ſibi regiam, candenti pauimento, triplici intus materia Cedro, argẽto & auro, Quod opus abſoluit tredecim annorum ſpacio.

¶ Arboreſ diuerſę.

1	Abies	16	Cupreſſus		Pomus
2	Aeſculus		Caprificus	36	Prunus
	Amygdal <sup>9</sup>		Elate		Pyrus
	Amyris	17	Ficus	37	Pala
3	Apina	18	Fraxinus	38	Paliurus
	Aquiſolia	19	Fagus		Palma
	Acaron		Ferula	39	Perſicus
4	Acer	20	Hedera		Pinus
5	Adrachne	21	Hebenus	40	Picea
	Alburnacũ		Hypociftoſ	41	Populus
6	Alnus	22	Ilex	42	Rhododaphne
7	Balfamum	23	Iuniperus		Ricinus
	Bedellium	24	Iuglans		Ridica
8	Betula	25	Larix		Robur
	Buxus	26	Laurus	43	Salficortex
9	Carpinus	27	Lentifcus		Salix
	chamerepes	28	Liguſtrum	44	Spinus
	Cynnamũ		Lotos		Sycomorus
10	Citrus	29	Malachra	45	Sambucus
11	Cornus		Melia		Smilax
	Corylus	30	Morus	46	Sorbus
12	Caſtanea	31	Myrrha		Suber
	Cedrus	32	Myrtus	47	Taxus
13	Ceraſus		Malobathos	48	Teda
14	Coſtus	33	Oliua	49	Terebinthus
	Cynachante	34	Ornus	50	Tilia
	Cyperus		Rhamnus	51	Vnedo
15	Cotinus	35	Platanus	52	Vlmus

EXPLANATIO.

Abies arborum

**A**Bies arborum pulcherrima est & rectissima, quæ in transversum posita renititur ponderi, nec prius rumpitur quam carie deficiat. Pars eius inferior est enodis, & vocatur Sæpinus. Superior nodosa & durior. Situs eius in montibus. Expeditur nauis gijis & trabibus & plurimis vitæ operibus. De hac Ouidius libro decimo. Enodisque abies curuataque glandibus illex. Mantuanus lib. 3. Agela. Palma venit, montana abies descendit in æquor. Refina huic arbori vicium. Gignit pilulam, quæ in medicina vim habet vrendi. Folia non amittit, quæ habet pectinum modo. Terna edit germina, inter squamas corticem spargit. Semen reddit post vergiliarum occasum. Ramos habet in cælum tendentes non in latera pronos. Cacuminibus ramorum decisis moritur, totis vero detructis durat. Et si infra ramos præcindatur, quod superest viuit. Si vero cacumen tantum auferatur, emoritur tota. Laudatissima est in Alpibus, Apœnino, Vogeso monte, Corsica, Bithynia, Ponto, macedonia. Deterior Arcadica, quoniam ibi facile putrescit. Abietis vmbra satis perniciofa est. Ab abiete fabrilignarij vocantur Abietarij. Et opus abiegnum abiete factum. Hic equus Troianus a Propertio & Politiano vocatur Abiegnus. Statius libro sexto Thebaidis abietem vocat audacem, quod naues marinis se exponant periculis. Sic autem ait. Hic audax abies, & odora in vulnere pinus.

Æsculus arbor est glandifera, cuius fructu vescebantur homines ætatis aureæ sub Saturno. Sacra est Ioui. Huius ramis fiebat corona ciuica. Semen reddit autumno. Tantum radice descendit in terram, quantum corpore eminent in aere.

Amigdalus arbor est fructifera, cuius fructus duro & carnosio integitur cortice. Prima omnium arborum florēt mense Ianuario. Ante maturitatem facile fructum amittit. Serenda est ab occasu arcturi ad brumam. In hanc arborem poetæ fabulantur mutatam fuisse Phyllidem.

Amyris arbor est infructifera, quam sterilitatem pensat odore flagrantissimo.

Apina arbor est media inter pinum & piceam, piceæ tamen similior, vnde etiam Pinus picea vocatur. Aquifolia arbor est ex illicis genere, quam Græci Similacem vocant. Bacas habet sine succo. Folia ei non decidunt, quæ habet aculeata. Germinat verno tempore. Sata in domo aut villa veneficia ardet. Flore eius aquam glaciari tradit Pythagoras apud Plynium. Hanc arborem Theophrastus Crataegonon vocat.

Acaron arbor est breuis & fruticosa.

Acer fere est amplitudinis tilie, arbor operum elegantia & subtilitate nobilis. Multa ei genera. Album candoris præcipui. Alterum crispo macularum discursu in Istria & retia præcipuum. Vilius Crassiuenum vocatur. Vide alia discrimina apud Plynium. Aceris radix confusa iecinatoris doloribus vtilissime imponitur. Germinat paulo ante equinoctium verum. Semem reddit mellibus. Acerne trebes dicuntur quæ sunt ex eius ligno.

Arachne arbor est syluestris similis vnedoni, folio tantum minore & nunquam decidente, cortice non scabro sed qui circūgelatus videri possit, tam tristis est aspectu. Fertur semper frondere.

Alburnacum arbor est colore nigrante.

Alnus arbor nullum fert fructum, aut semen. Provenit in locis aquosis. Vnde Syllius libro tertio. Fluminea sonipes religatus dicitur alno. Piguis est ei vmbra, folia crassissima. Vtilis est nauigijs. Lucanus libro tertio, Syluaque dodones & fluctibus aptior alnus. Statius libro sexto Theb. Alnus amica fretis, nec inhospita vitibus vlmus.

Apiastrum arbor est venenata in fardinia.

Balsamum arbuscula est aromatica, vni ludæ concessa viti similior quam nitro. Ea fertur malleolis. Frequens est in montibus. Sustinet se absque vllis admiculis. Excrefcit in bina cubita. Trima fructifera est. Eius succus vocatur opobalsamum, omnibus odoribus anteferendum. Lignum xylobalsamum. Inciditur vitro lapide vel ossis cultellis. Capitur & balsamum pro arboris succo. Cedellium arbor est nigra magnitudine oleæ, folio & robore similis stipulis caprifici. Nascitur apud Bactrianos. Habet naturam gummi. Author Plynius libro duodecimo Cap. 9. Betula arbor est eximij candoris, qua fiunt circuli vasis vinarijs idonei. Gaudet frigidis locis. Bitumen ex ea quondam excoquebant Gallie. Vtilis est conficiendis cistis & sportellis flexibili crate.

Buxus arbor est tonsilis & semper virens, viscum producens & semen, quod Cartægon dicitur. Ea fiunt multiforates tibiae. Vnde & pro musico instrumento nonnumquam accipitur. Seneca, Tibi multifora tibia Buxo Solemne canit. Stroza pater. Nec tibiae cinæ crefcit modulamina buxi. Fiūt & laudatissimi pectines & vnguëtarie pixides. Plurima reperitur in Pyreneis & citoro montibus. Comédabilis est duricia & pallore. Plynius

- tria ponit eius genera. Gallicum amplitudine procera. Oleastrum grauis odoris in omni usu damnatum. Tertium syluestre semper tonsile. Montes amat. Folia eius sunt concava quæ non decidunt. Spississima est arborum. Non fluitat in aquis, nec cariem sentit, nec vetustatem.
- 9 ¶ Carpinus arbor est nota, quæ alio nomine acer dicitur. Montes amat. Ea quondam fiebant faces nuptiales.
- ¶ Camerepes arbor est folio lato & molli, peculiaris Crete & Siciliae.
- 10 ¶ Cynamum seu Cynamomum arbuscula est aromatica præstans odore, dulcis & cinerei coloris, cuius succus ad multa remedia utilis est. Nascitur in Aethiopia, India & Sabæis.
- ¶ Citrus arbor est peculiaris Mauritaniae in atlante monte. Romanis olim gratissima & maxime expetita ad mensarum & lectorum usum. De his intellexit Politianus in rustico dicens. Nec maurificos lentæ testudinis orbes Delphica sustentat. Et Lucanus libro decimo. Dentibus hinc niueis sectos atlantide sylua Imposuere orbes, quales ad Cæsaris ora Non capto venere luba, Martialis. Tu lybicos Indis suspendis dentibus orbes, Statius. An mauros vndique postes. Idem. Indisque innixa columnis Robora Maurorum. Huiusmodi Citree mensæ fulciebantur eboreis pedibus, ut his verbis liquet. Citrus Mauritica foliū habet arbuti aut lauri. Arborem hanc Græci medicam vocant.
- 11 ¶ Cornus arbor ramos habet duricie & rigiditate similes cornibus. Propterea usus eius bellicis hastis & iaculis dicatus est. Vnde & plærunque accipi solet pro telo. Syllius libro decimo. Vix prima momordit Tegmina Callaici cornus tremebunda metalli. Virg. lib. decimo. Volat Italæ cornus. Exitialis est apibus hæc arbor. Nam flore eius degustato, alio concita moriuntur. Succus est ei sanguineus. Montes amat, & primo Fauonio germinat. Nullam habet medullam.
- 12 ¶ Corylus arbor gaudet planis locis. Ea olim fiebant faces nuptiales, ut Carpino. Graciles sunt eius trunci, lata folia, delicati fructus & secundis mensis expetiti. Colurna dicuntur opera, quæ fiunt eius ligno.
- ¶ Castanea fructum significat & arborem. Fructus integuntur spinoso cortice. Virgilius. Stant & Iuniperi, & castaneæ hirsute.
- ¶ Cedrus arbor procera est, nec temen onerosa. Folia habet cupressinis fere similia, lignū iucundi odoris, & tineis imperuium & infestum. Propterea opus dignum Cedro dicimus quod laudabile est, & ab iniuria blatarum & tinearum maxime conseruandum. Horatius. Speramus carmina fingi Possesse linenda Cedro, & Ieuiseruanda Cupressor. Vel quod eius oleum illitum res omnes conseruet a tineis & carie. Duo sunt minoris Cedri genera. Lyria & Phœnicia. Differunt folio. Nam quæ durum, acutum & spinosum habet, vocatur Oxycedros ramosa ac nobis infesta. Altera odore præstat. Duo item genera Cedri maioris. Florifera fructum non fert. Fructifera non floret. Et in ea antecedentem fructum statim nouus occupat. Semen eius simile. Materie æternitas, ideoque simulachra deorum ex ea factitauerunt. Resinam fundit ad faciendas pices. Montes amat. Folia non amittit, quæ habet capillata. Laudatissima est in Creta, Africa & Syria. Rimam fissuramque non capit sponte.
- 13 ¶ Cerasus nomen sumpsit a Cerasunte Ponti ciuitate. Fructus vocatur Cerasum, & inter pro arbore capitur. Cerasi Romæ non fuerunt ante victoriam Mithridaticam Luculli. Is anno. 680. urbis conditæ aduexit e ponto. In ægypto nulla cura potuere gigni. Cerasorum teste Plinio aproniana maxime rubent, nigerrima sunt actia, Cæciliana rotunda. Iulianis gratus sapor, adeo teneris, ut gestatum non tolerant. Principatus duracinis, in Belgica lusitanis & in rimpis Rheni. Cerasi succus est sanguineus, Constant cute & succo. Gaudent aquosis montibus. Inferuntur post brumam dempto cortice. Præcoces fiunt & matu rescunt calæ radicibus admota. Cerasus capitur etiam pro fructu. Propertius. Hic dulces Cerasos, hic autumnalia poma.
- 14 ¶ Costus arbuscula est aromatica, cuius radix flagrat odore præstantissimo. Stroza filius. Accumulansque rosas & odore germina costi. Antiqui supplicabant thure & costo.
- ¶ Cynachante arbuscula acinos instar vuæ producit. Latini caninam sentem & vuam spinam nominant.
- ¶ Cyperum habet ægyptus, semine Coriandri, candido & odorato, quod in oleo coquitur. Hæc arbor est ocyllima, Protinus enim floret & semen profert.
- 15 ¶ Cotinum Plinius ait arbusculam esse in Apœnino, colore insignem.
- 16 ¶ Cupressus seu Cyparissus arbor feralis succifa non regerminat. Propterea in exequiis adhibita est, ut funebre signum. Virg. Et feralis ante cupressos Constituunt. Statius lib. 5. Syluarum.



Sylvarum. Hilaræque hederas plorata Cupressus Excludit ramis. Plātabatur in funestis nobilibus domibus, eiusque ramis rogorum intexebantur latera. Lucanus libro tertio. Et non plebeios luctus testata cupressus. Hæc arbor morosa est natu, fructu superuacua, bacca eis torua, folio amara, odore violenta, & ne umbra quidem gratiosa. Diti sacra. Nascitur in Creta, in Enaria tantum succisa regerminat. Picem fundit acerrimam sapore. Aquas odit, Folia habet carnosa, quæ non amittit. Trifera est. Nam bacca eius colliguntur mense Ianuario, Maio, & Septembri. Cariem non sentit aut vetustatem. Semper nitorem seruat. Eius semen gratissimum est formicis. Tritum seruat a vermiculis vt folia.

¶ Caprificus appellatur ficus syluestris erumpens in saxis ruptis. Fructus eius nunquam maturefcit.

¶ Plinius ait Elatem arborem esse ad vnguenta vtilem. Laudatur hammoniaca maxime, mox ægyptia, deinde Syriaca dumtaxat in siticentibus locis odorata, pingui lachryma.

¶ Ficus arbor breuitate radicum cito senescit. Laudatur Iudea rubens oliuæ magnitudine crassitudine cubitali, ramosa materia valida, viridi cortice, folio tilie sed molli. Hircana dulcior nostris & fortior, vt q̄ modios. 270. ferat. Chalcidica Iydia, Mamillana a similitudine mammarum. Callistrutia sapore præstans. Item Africa, Rhodia & Tyburtina Ficus omnibus mollis est tactus. Maturis frumenta intus, maturefcientibus succus lactis, percoctis mellis. Senescunt in arbore. Præstantissimæ sunt in Ebuso insula. Dulci sunt succo & lacte in capite, in corpore non. Item nullus ijs odor. Folia sunt latissima. Fructum ante maturitatem facile perdunt. Non florent, pomum habent supra folia, quæ serius nascitur. Fertiliores sunt inferiore parte quam cacumibus. Vtiles sunt faciendis scuris. Nascuntur in his vermes, qui vocantur Cerastes. His maxime perniciofa est vermiculatio, quam sentiunt. Laborant & radicibus madidis. Serotinae fiunt, si primæ grossi (quum magnitudinem fabe excessere) detrahantur.

¶ Fraxinus dicitur a fragosis locis in quibus nascitur, Procera est & teres & pennata folio, Achillis hasta multum nobilitata. Materies eius ad multa est utilis. Quæ nascitur in Ida Troadis monte, adeo similis est citro, vt ementes fallat sublato cortice. Eius duo sunt genera. Longa enodis, altera breuis, durior fusciorque, laureis folijs. Amplissimam habet Macedonia, quam Bumeliam vocant. Diuiduntur in situ. Campestris crispa est. Môtana spissa. Folia fraxini iumentis mortifera sunt, ceteris ruminantium innocua. Succo expresso ad potum contra serpentes, & imposita vlcibus opifera est. Tantaque est vis, vt nec matutinas nec occidentes umbras serpens arboris eius attingat, adeo vt ipsam procul fugiat. Si ea fronde gyro claudatur ignis & serpens, in ignes potius fugiet, quam in fraxinum. Floret fraxinus priusquam prodierint serpentes, nec ante conditas folia dimittit. Gaudet aquis montibus. Messibus reddit semen. Obedientissima est quocumque in opere, facis eudis hastis melior Corylo, Cornu leuior, Sorbo lentior. Ouid, libro decimo. Et Coryli fia giles, & fraxinus utilis hastis.

¶ Fagus arbor est glandifera, cuius glans triangula cute includitur. Folium eius autem tenue & leuissimum est celerrime flauescens gignens superne paruulam baccam viridẽ cumine aculeatam. Fagi glans muribus gratissima est, qui propterea vna proueniunt. Grata est etiam gliribus & turdis. Fertilitas eius alternat, vt omnium fere arborum. Glans fagina omnium dulcissima est, vt qua obfessi homines durauerint in oppido Chio. Huius arboris cortex in magno vsu est agrestum. Ligni honos præcipuus fuit i vasis. Manius Curius iurauit se ex præda nihil atigisse, præter guttum faginum, quo sacrificaret. Virgilius. Pocula ponam Fagina celatum diuini opus Alchimedontis. Vtilis est etiam capsis & sciis nisi fagus propter lentorem plicabilem.

¶ Ferulam Plinius ascribit arborum generi. Ea nascitur in calidis locis. Nulli fruticum leuitas maior, propter quod facilius baculorum vsu senectuti præbet. Eius radix candida. Ea incisa lac emanat. In ferula optime seruat ignis. Proccedit in Aegypto.

¶ Hedera semper viuet, stare non potest sine adminiculo. Muros amplectitur quadam lasciuia, adeo vt erodat. Viuacissima est omnium arborum, Eius racemus vocatur corymbus. Virg. Diffusus hedera vestit pallète corymbos. Hæc arbor inimica est satis omnibus. Flos eius similis est rosæ syluestri, nisi q̄ caret odore. Triplicem facit Plinius, Candidam, nigrã, & tertiam, quæ vocatur helix. Huius arboris olim coronabantur poete. Ei folia non decidunt. Sacra est Baccho. Seipsam propagat. Duplex in folijs color, viridis & flauus. Propterea Sidonius eam bicolorem vocat, vbi ait. Quotiens per frondea lora Flectis penniferos hederis bicoloribus armos.

OFFICINA

- 21 **Ilex** est glandifera. In carpentarijs fabricis circa Elim & Lacedæmonem vbi non nascitur, pro ea vtuntur subere. Duplex in hoc arborum genere sexus reperiri fertur. Glans huius brevis est & gracilis. Masculus lices negant ferre. Huic arbori folia sunt aculeata, quæ non decidunt. Nullo flore exhilaratur. Nouus in ea fructus cum autumno pendet. Citiua corona primo fuit iligneæ, postea magis placuit ex æsculo. Deformatur interim nodis. Lucanus. Hebenus marcorica vastos Non operit postes.
- 22 **Hypocistis** arbor est hederacei generis. **Ilex** est glandifera. In carpentarijs fabricis circa Elim & Lacedæmonem vbi non nascitur, pro ea vtuntur subere. Duplex in hoc arborum genere sexus reperiri fertur. Glans huius brevis est & gracilis. Masculus lices negant ferre. Huic arbori folia sunt aculeata, quæ non decidunt. Nullo flore exhilaratur. Nouus in ea fructus cum autumno pendet. Citiua corona primo fuit iligneæ, postea magis placuit ex æsculo. Deformatur interim nodis. Lucanus. Hebenus marcorica vastos Non operit postes.
- 23 **Iuniperus** arbor frequens est in locis arenosis. Vir et coma perpetua. Cariem non sentit aut vetustatem. Non floret. Eadem est iunipero virtus quæ & Cedro. Medulla eius vbiq; solidior est quam Cedrus. Lignum apprimè durum. Vnde Mantuanus in Quercu Iulia. Addam & Iuniperos, carie impenetrabile robur. Vasta est hæc arbor in Hispania, maximifque baccis. Montes amat, spinas habet pro folijs. Flexuosa est & intricata. Combusta odor rem reddit, & pollutum purgat aerem.
- 24 **Luglans** odio dissidet cum quercu. Luglandes nuces gemino proteguntur operimento. Optimæ sunt Persicæ. Earum cortice tinguntur lanæ, & ruffatur capillus primum prodeuntibus nucleis. Pinguescunt vetustate. Aquas odit luglans Inferiore parte fertilior est. Non facile sentit cariem. Eius vmbra grauis est & noxia capiti humano, omnibusque fatis.
- 25 **Larix** arbor vstis radicibus non repullulat. Montes amat. In corrupta ei vis humori contumax. Nec ardet, nec carbonem facit, nec alio modo ignis vi consumitur, quam lapides. Eifolia sunt pungentia, quæ non decidunt. Florem nescit. Terna edit germina. Corticem spargit inter squamas. Larix & abies arborum sunt altissimæ, quibus succis, humor, diu fluit. Larix nescit cariem, valide pondus sustinet.
- 26 **Laurum** arborem Græci Daphnen vocant, ab eiusdem nominis puella, quam Apollo ad amavit. Spectatissima est in parnaso. Coniecta in ignem maximos crepitus edit. Vnde & in maleficijs amatorijs incendi consuevit, tanquam amantium querimonias representans. Virgilius in Buccolicis, Daphnis me malus vrit, ego hanc in daphnide laurum. Credita est insuper aduersus venena remedium habere. Hinc laureum baculum gestare dicebatur, qui periculum feliciter effugissent. Arborum sola non percutitur fulmine. Olim dum incendebatur, si crepuisset abunde, felicitatem portendi opinabantur. Tibullus, Laurus vbi bona signa dedit, gaudete coloni. Contra vero si tacita deflagrasset, inauspicatissimum arbitrabantur omen. Propertius, Et tacet extincto laurus adusta foco, Magorum superstitiono promittit Lauri folia (si noctu puluillo subijciantur) veritatem somniorum conciliare. Efficacis est auxilij in numinum afflatu & futurarum rerum prælagijs. Vnde Claudianus de Rapru Proserpinæ libro secundo, Ilex plena fauis, venturi præscia laurus. Ea olim coronabantur sacerdotes & diuinaculi. Lauri fructus Daphnidas vocant. Dicebatur olim triumphis, Ouidius libro secundo Elegiarum, Ite triumphales circum mea tempora Lauri. Plinius scribit nullum genus Lauri fuisse quoddam in Corsica. Perpetuo viret, Sacra est Apollini. Portata inter armatos hostes erat indicium pacis & quietis, vt Oliua. Statius libro duodecimo, Pacifera Lauro crinem vittisque decorus. Tiberius princeps, tonante cœlo ea se coronabat contra fulminum motus. Adhibebatur olim purificationibus vrbibus, Pinguis est eius succus. Amat loca montosa. Folia non admittit. Primo fauonio germinat. Inimicum est ei frigus. Ignem cum hedera excutit. Folia rubigini sunt obnoxia, si arbor fuerit inter segetes ea peste laborantes. Lauri folio annum fastidium purgant palumbes, gracule, merule & perdices.
- 27 **Lentiscus** arbor trifera est. Mastichem resinam sudat instar gummi. Baccifera est. Plinius citat verba hæc Ciceronis de lentisco, lam vero semper viridis semperque grauata Lentiscus triplici solita est grandescere fœtu, Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi. Eius ligno fiebant olim dentifricia & dentiscalpia. Martialis, Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes penna leuare potest, Lentiscum mandere prouerbio dicebatur

dicebatur, qui nimio comendi corporis studio superfluebat, Nam dentium cura olim vt de  
licatis probro dabatur.

¶ Ligultrum arbor est, cuius ligno aptissime fiunt tessere. Succus eius neruis, articulis, 28  
algoribus, folia veteri vlceri cum salis mica & oris exulcerationi profunt.

¶ Loton habet Africa, Præcipuam Syrtis & Nafamones. Magnitudo est huic arbori, quæ  
pyro. Ligno color niger. Expetitur ad tibiarum cantus, vnde & pro tibia plarunque solet  
accipi. Politianus in Manto, Dant & multiforam modulanda ad carmina Loton, Eius radi  
ce fiebāt olim cultelli & capuli. Baccas profert, Cariem non sentit, Florem amittit, cur<sup>9</sup> sua  
uitate homines rerum omnium obliuisci dicuntur. Lotophagi populi nomen inde sumpte  
runt, quod frequēs apud illos reperitur. Aquas amat. Martialis libro quarto. Nec plus lo  
tos aquas, littora myrtus amat, Ouid, libro nono. In spem Baccarum florebat aquatica Lo  
tos. Veteres eam Apollini sacram fecerunt, q̄ ante solis ortum folia implicet, profurgēte au  
tem explicet paulatim. ¶ Est & eiusdem nominis herba.

¶ Malachra arbor est magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, Eius fructum Bez 29  
dellium dicunt, quod est genus gummi.

¶ Melia arbor fructum parit suauissimum.

¶ Mespili arboris fructus vocatur Mespilum, Palladius, Mespilaque exarmat pugnacib<sup>9</sup>  
horrida membris, Eius folia priusquam decidant, rubescunt. Multas habet radices altas &  
inextricabiles. Non fuit hæc arbor in italia Catonis æuo. Infestatur vermiculis ruffis &  
pilosis.

¶ Morus arborum vltima floret, exacto iam frigore. Vnde prudentissima vocatur a poet 30  
tis, Politianus in Rust. Mox vbi iam sapiens cœpit frondescere morus. Ante quidem fas  
piens nunc ambitiosa, nec vllum Quæ pariat pomum, sed ferica pensa ministrat. Fructus  
eius vocantur mora quæ quum prius alba essent, cruore Tysbes & Pyrami rubra facta  
sunt. Pontanus, Atque in sanguineam morus post versa figuram, Fructibus succus in car  
ne vinosus, trini colores, candidus primo, mox rubens, maturus niger, Tingunt manus suc  
co, maturi ruunt, acerbi minime. Serenda est hæc arbor ab Idibus februarij in æquinocitiū.  
Montes amat, Tardissime senescit, fructibus minime laborans.

¶ Myrrham arbusculam aromaticam habet Arabia, altitudine quinum cubitorum, cortis 31  
ce duro & intorto, guttis eiusdem nominis sponte stillantibus, Eius virtus est vt corpora  
vindictet a putredine.

¶ Myrtus baccas parit optimi saporis, Amat littora, Martia. Nec plus lotos aquas, Littora 32  
myrtus amat. Virgilius libro quarto Georgicorum, Pallentesque hederas & amantes litto  
ra myrtos, Sacra est veneri, Odoratissima est in Aegypto, Eius oleo inest quidam vini sa  
por. Nobilitata est ouali corona, Crescit quādoque in locis planis, Angusta sunt eius folia,  
quæ non decidunt, Vita est breuissima.

¶ Malobathros arbor est Syria, folio cōuoluto, arido colore, ex quo exprimitur oleum ad  
vnguenta. Sapor eius similis est nardo, Hoc vnguentum vrinam cit, Oculorum epiphor  
ris vino expressum medetur.

¶ Oleę sitæ Oliuę arbori folia non decidunt, Sacra est mineruæ, Nefas erat olim eā in pro 33  
fanis vsibus pallere, vt nec propiciandis quidem numinibus ex eo altaria accederentur.  
Ea coronabantur equitum turme, idibus Iulij, & minoribus triumphis ouantes. Fructus  
constat nucleo, oleo, carne, amurca, Arbor ipsa tarde crescit, Morsu capræ fertur sterilefce  
re, Immunis est a carie & vetustate. Conuenit inter authores arborem hanc durare annis  
ducentis. Inimicissima est ei pluuia circa Vergilias, Gaudet cinere & calcarijs fornacibus,  
Fuit olim arborum maxima in Betica, authore Plynio, Vermiculationem patitur, & funz  
gum, Rami eius portati olim præstabant indicium pacis, Virgilius libro octauo, Paciferæ  
que manu ramum prætendit oliuę, Statius lib. 12. Vittatę laurus, & supplicis arbor oliuę,  
quoniam per eam pax petebatur supplicando, Oleaster vocatur syluestris olea, Agrippū  
vocant Græci, Hinc adagiū, Sterilior Agrippo.

¶ Ornus arbor montes amat, Nascitur in saxosis montibus, Proccera est & tamen infrugife 34  
ra, Rugosus & asper est eius cortex.

¶ Rhamnus arbuscula est spinosa gaudens saxosis locis & petricosis, Architrenius, Nec  
simulat sparsa cristatam cuspidē Rhamnum.

¶ Platanus arbor late spargit ramos, Sterilis est, Nec ad alium vsū olim ad amabatur, quā 35  
vmbraarum, quibus adeo placuit, vt mero infuso enutretur. Hinc genialis vocatur a  
poetis, Stroza filius, Nec veneris myrto, aut platanis genialibus vllam Indulget venis  
am, Sub ea celebrabantur conuiuia, Nam Plynius scribit liciniū mutianū inter cōsulē sub

OFFICINA

vna fuisse epulatum cum duodecimo comite, & Caium principem sub alia cum duodecim conuiuis. Poetae fabulantur Iouem cum Europa sub Platano concubuisse. Non est alia maior eius commendatio, quam solem aestate arcere, hyeme admittere. Idem Plynius scribit antandri Platanum circumdolatis iam lateribus reuiuiffe & vitæ fuisse redditam. Hæc arbor cito germinat, Lata habet folia, lucunda est eius vmbra. Erat in vsu apud Romanos, in villa aut hortis vrbis ad vmbra inâbulationum, quæ ad ocium literarum primum inuente sunt. luucnalis Satyra prima, Frontonis Platani conuillaque marmora clamant. Martialis viduam vocat Platanum velut sterilem libro tertio, vbi ait. Non ociosis ordinata myrtis. Viduaque Platano tonsilique Buxeto.

¶ Pomus & pomum vocabula sunt generalia. Nam poma dicimus omnium arborum fructus siue molles siue duros, esu idoneos. Nuces vero ea tantum vocamus poma, quæ duro integuntur operimento.

36 ¶ Prunus arbor pruna pariens, quorum diuersa generaponit Plynius, sed omnium laudatissima sunt Damascena, Columella, Armeniisque & creolis, prunis que damasci Stripantur calathi. Pruna syluestria vbi que nascuntur. Aquoso sunt succo. Arbor raro crescit in montibus.

¶ Pyrus arbor dicta est quod ex lato in acutum feratur instar Pyramidis. Crustumina pyra cunctis gratissima sunt, proxima falerna a potu propter copiosum succum. Turbinata sunt figura, quibus eadem proprietates vini quæ & pomis. Vinoso sunt succo. Folia arboris circinata. Ipsi arbori vita est admodum breuis. Fructus facile perdit. Nascitur quandoque in montosis locis. Pyri syluestres tarde germinant.

37 ¶ Pala arbor est maior pomo & sua uitate præcellentior, cuius fructu (qui Ariena dicitur) sapientiores indorum viuunt. Folium alas auium imitatur longitudine trium cubitorum latitudine duum. Arbor ipsa fructum e cortice mittit admirabilem succi dulcedine, vt vno quaternos fatiet.

38 ¶ Paliurus arbor est fructuosa, cui Cyrenaica regio suam postponit lotõ. Eius nucleus nõ simul manditur, iucundus per se, & vino suauior. Germinat concepto vere,

¶ Palmis abundat iudæa. Reperiuntur etiam in Europa sed steriles. In maritimis hispaniæ fructum ferunt, sed imitem, dulcem in Africa, sed statim euanescentem. Orientales ex his vina conficiunt & nonnullæ gentes panem. Terra feruida & fabulosa habet frugiferam palmam. Gaudet & riguis. Coma eius est in cacumine & pomum, non inter folia, sed inter suos ramos. Folia cultrato sunt mucrone, lateribus in se bifidatis. Huic arbori est vterque sexus, vt omnibus alijs. Mas in palmite floret, fœmina citra florem germinat tantum, spinæ modo. Pomum palmæ est oblongum, non vt oliuæ orbiculatum. Arbor portat in trinitu. Genera eius, 49. nonnulli posuerunt. Fructui dulcis est succus, nullum lignum. Arbori folia non decidunt. Longum esset in compendium quoque redigere, quod de ea multis admodum verbis scripsit Plynius. Propterea satis erit nobis vnum adijcere quod ex Aristotelis & Plutarchi testimonio scribit Gellius libro tertio Cap. 6. Si super palmæ arboris lignum (inquit) magna pondera imponas, ac tam grauius vrgeas, oneresque, vt magnitudo oneris sustineri nequeat, non deorsum palma cedit, nec intra flectitur, sed aduersus pondus resurgit & sursum nititur, recuruaturque. Propterea in certaminibus palmam lignum esse placuit victori, quoniam ingenium eiusmodi ligni est, vt vrgentibus prementibusque non cedat. Mantuanus. Ferreus ad Romæ, populique negocia nunquam flectitur, & palmæ similis, quæ pondere pressa altus extollit ramos, onerique resistit.

39 ¶ Persicus nomen sumpsit a Perside, vnde primum aduecta est. Hæc arbor in Rhodo floret nec fructum parit.

¶ Pinus arbor non floret. Folia habet capillata, quæ non decidunt. Firmissima est aduersus cariem & tineas. Vmbra eius necat germina. Sterilescit si quis cacumen auferat, nec tam emoritur. Eius eruca vocantur Pytocampæ. Excisa nullam remittit sobolem, sed prorsus emoritur. Propterea Creæsus (vt est apud Herodotum in Erato) minabatur se extirpaturum Lampfacenos Pini in morem, Pinafter vocatur syluestris pinus muri altitudine & a medio ramosa, sicut pinus in vertice. Copiosam parit refinam, Folia non amittit. Ea sunt præternuria & mucrone aculeata.

40 ¶ Picea arbor est feralis & funebri indicio ad fores poni solita. Vnde Virgilius de tumulo miseni loquens ait. Procumbunt Piceæ, sonat iccta securibus illex. Tonsilis est & resinosa, montes amat. Non floret Eius vmbra satis perniciofa est. Cortex eius vsui est agrestibus ad vasa & corbes. Folia sunt instar pectinum.

Populi tria

¶ Populi tria sunt genera teste Plynio, Alba, nigra, & quæ vocatur Lybica, folio minima ac nigerrima. Alba folio bicolor superne candicans inferiore parte viridi. Nigræ, folia sunt circinnatæ rotunditate in iuuenta, vetustiora fiunt angulosa. Populorum folijs gracilissima est lanugo. Fluuioſi amant. Virgilius. Populus in fluuijs, abies in montibus altis. Ouidius libro quinto Metamorphoseos. Cana salicæ dabant, nutritaque populus vnda. Sorores Phaetontis in hanc arborem mutatæ finguntur a poetis. Pōtanus. Phaetontias arbor Fundit rore nouo, quæ legat ipse puer. Sacra est Herculi, Pediculus ei tremulus, vmbra nulla, Folia inter trepidantia, Cito germinat, nullum semen aut fructum parit. Placet vitibus, vtilis est scutis faciendis. 41

¶ Rhododaphnes arboris folia veneno sunt quadrupedibus, homini vero contra serpentes præsidio ruta addita & e vino pota. Pecus etiam & capræ, si aquam biberint, in qua ea folia maduerint, mori dicuntur. Arborem hanc sunt qui Nerium vocent sempiternum fronde rosæ similitudine & caulibus fruticosum. 42

¶ Ricinus arbor est altitudine oleæ, caule ferulaceo, folio vitium, femine vuarum graciliū & pallidarum. Frequens est in Aegypto.

¶ Ridica arbor est pedamentis apta.

¶ Robur arbor est glandifera, quæ præter fructum plurima alia gignit, vt quædam veluti mora, quibus fructus inest nucleis oliuæ similis. Item pilulas nucibus non abſimiles intus habentes flocculos molles lucernarum luminibus aptos. Nam sine oleo flagrant. Gignunt & culices & quædam alia. Montes amat. Folia habet sinuosa. Terna edit germina, & inter squamas corticem spargit. Carnofas habet radices, quas in profundum agit. Teredines paritur. Durissima est arborum, Non facile vetustatem sentit aut cariem. 43

¶ Salsicortex arbor est glandis amaræ, quam nullum animal contingit præter sues.

¶ Salix arbor est viminosa & multis perticis se furrigēs. Infructuosa est & infrugifera, amaro cortice. Virgilius. Florentem Cytifum & salices carpetis amaras. Plicatilis est & lenta colore glauco, ventis agitabilis. Amat littora & humida loca. Ouidius. Annicoleque simul salices, & aquatica lotos. Palladius Rutilius. Flumineam salicem fecundant ardua membra. Columella aptissimo epitheto eam vocat perticalem dicens. Perticalis fere salix eundem agrum quem viminalis desiderat, melior tamen riguo provenit, atque ea taleis conferitur. Quæ germinauit, ad vnam perticam summittitur. Pampinatur instar vineæ, vt in longitudinem potius quam ramorum latitudinem euocetur. Sic culta quarto creditur anno, & vinculis præparatur. Abſciſſa cito repullulat, Mutationem loci facile patitur in iuuenta. Semen ocyſſime perdit & ante maturitatem, ob id dicta ab Homero frugiperda. Cito germinat. Longa sunt eius folia & non multum lata. Quum flauescunt, ruunt sua sponte. Eius semen mulieri sterilitatis medicamentum est. Lentissima est & propterea faciendis scutis aptissima auctore Plynio. Breuis ei vita. Fructus ante maturitatem abit in arenam. Sed si prius colligatur, sanguinem reijcientibus prodest. Varia sunt ex ea medicamenta. Cinis corticis e ramis primis clauum & callum aqua mixta sanat. Vicia cutis in facie emendat magis admixto succo suo qui triplex est. Folia cocta cum cera trita, imponuntur podagricis. Cortice & folijs in vino decoctis sanantur nerui. Flos tritus cum folijs furfures purgat in facie. Folia contrita & pota, intemperantiam libidinis coercent & in totum auferunt vltimum sapius sumpta. Alio nomine vocatur Siler. Virgilius. Sponte sua veniunt, campos & flumina late Curua tenent, vt molle Siler, lenteque geniste. 44

¶ Spinus arbor est prunifera. Virgilius. Et spinos iam pruna ferentes.

¶ Sycomorus dicitur ficus fatua, alio nomine Marisca. Habet multitudinem lactis. Fructus non egreditur ex summitatibus ramorum, sed ex ramis ipsis, Grana eius sunt minora granis ficuum. Nec matureſcunt nisi radantur instrumento ferreo. Frequens est apud Rhodum locis frumentarijs. 45

¶ Sambuco plurima est medulla, Ocyſſime floret. Eius interiora mire firma esse traduntur. Ita vt venabula ex ea præferantur omnibus. Constat ex cute & ossibus. Ceditur tempeſtate quum decorticatur. Cortice est inextricabili & carie subnaſcente ei, materiaque nigrescente. Numeratur a Plynio inter eas, quæ faciendis scutis aptæ sunt.

¶ Smilax arbor Hederae similis, spinosa & denſis cauliculata genibus, Fruticosa ramis, Foliis hederaceo, paruo non anguloso, flore candido, & lilium olente, Fert racemos instar labruscæ, colore rubro. Lugubris est ob eiusdem nominis virginem, quæ amore iuuenis Croci in hunc fruticem mutata est. Ea sunt codicilli, Admota auribus leuem sonum reddit.

¶ Sorbo folia vniuerſa decidunt, infestatur vermiculis ruffis & pilosis, & ita emoritur. Gaudet aquolis montibus. 46

Suber minima

OFFICINA

- Suber minima est arbor, cuius lignum non solum non mergitur aquis, sed alijs quoque rebus alligatum, facit ne mergantur. Hinc adagium, Subere leuior. Vfus eius anchoralis, bus nauium, piscantium fragulis, & eadum obturamentis, & in hiberno foeminarum calceatu. Apud nos vtuntur etiam viri, Ei folia non decidunt, Non facile sentit vetustate aut carie, luuatur detracto cortice, quod tamen omnibus fere arboribus exitiale est, Lignu foeraminosum est & leue, Politianus, Multiforumque replent operosa examina suber.
- 47 Taxus similis est abieti. Baccas profert venenatas praecipue in Hispania, Hinc plerique toxicum dictum arbitrantur vt taxicum, mutata litera. Claudianus, Qualis pestifera anis mare ad crimina taxos, Feralis est, Ouidius lib, quarto, Est via decliuis funesta nubila taxo, Stroza filius, Moeftaque ferale praetendunt nubila taxos, Eius fumo necantur mures, Est in Arcadia adeo venenata haec arbor, vt si quis sub ea dormiat aut capiat cibum, profinus emoriatur, Plynius ait esse innoxiam si in ipsam clauus aereus infigatur, Ea paste apes mel conficiunt amarissimum, Frequens est in Corsica, Virgilius, Sic tua Cyneas fugiant examina taxos.
- 48 Teda arbor liquorem seu picem stillat, & abundat liquido succo, Ea optima fiunt faces, que propterea tædas vocantur, vt Ceres tædifera, quod in perquirenda Proserpina tædas inflammauerit, Ouidius libro tertio Fausto, Quos cum tædifera nunc habet ille dea, Grata erat flammis & luminis sacrorum, Hanc mares dumtaxat ferebant, Montes amat.
- 49 Terebinthus arbor soliditatem habet in speciem buxi, Resinam emittit odoratam, quæ inde vocatur Terebinthina, Macula est sine fructu, Foeminarum duo sunt genera, Alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pallet, Frequens est & magna in Syria, Fruticosa in Macedonia, Lenta eius materies & fidelis ad vetustatem, Lignum nigri splendoris, Flos racemosus oliuæ modo, Densa folia quæ non decidunt, Fert folliculos emittentes quædam animalcula ceu culices, & lentore resinofum, qui cortice erumpit, Messibus reddit semē.
- 50 In Tilia mas & foemina differunt, Materies maris dura est, nodosa, ruffior & odoratior, Cortex crassior, & detractus inflexibilis, Nec semen fert aut florē vt foemina, quæ crassior arbore materia candida præcellensque est, Succus foliorum & corticis dulcis est, Fructum eius nullum animalium attingit, Inter corticem & lignum tenues habet tunicas multiplici membrana, e quibus vincula fiunt que vocantur tiliæ, quorum tenuissimum vocatur Phylira, Horatius, Displicent nexæ Phylira coronæ, Materies teredinem non sentit, Proceritas ei permodica verum vtilis, Montes amat, Erat quondam apta scutis, Germinat paulo ante æquinoctium, Mollissima est & callidissima, quia citissime acias retundit, De hac Virgilius, Nec Tiliæ leues, aut torno rasile Buxum.
- 51 Vnedo arbor fructum emittit eiusdem nominis, simile fragis, sed inhonorum, qui vnus tantū mandipotest, Vnde inditum arbori nomen, Ei folia non decidunt, fructus ipse anno maturefcit, Iuba apud Plynium testis est esse in Arabia vnedones quinquaginta cubitorum altitudine.
- 52 Vlmus amica est vitibus, Pontanus, Tecum inter salices, sub amicta vitibus vlmus, Sisonius, Viticomam retinens baculi vice flectit ad vlmum, Graeci duo eius faciunt genera montosam que sit amplior, Campestem, que fruticosa Gummi profert, Semen eius vocatur Samara, Folia eius sunt ramulosa, Cito germinat, Rigore fortissime seruat, ob id cardibus assamentisque portarum vtilissima, De varijs arboribus Virgilius libro secundo Georgicorum, Fluminibus salices, varijsque paludibus orni nascuntur, steriles saxosis montibus Orni, Littora myrteris letissima, denique apertos Bacchus amat colles, Aquilos nem & frigora taxi, Item Ouidius libro decimo, Umbra loco venit, non Chaonis absuit arbor, Non nemus heliadum, non frondibus Aesculus altis, Nec Tilia molles, nec fagus, & innuba laurus, Et Coryli fragiles, & fraxinus vtilis hastis, Enodisque abies, curuataque glandibus Ilex, Et Platanus genialis, acerque coloribus impar, Amnicolæque simul salices, & aquatica Lotos, Perpetuoque virens buxus, tenuesque Myricæ, Et bicolor myrtus, & baccis cærulea ficus, Vos quoque flexibiles hederæ venistis, & vna Pampinæ vites, & amictæ vitibus vlmis, Orni que & piceæ, pomoque onerata rubenti Arbutus, & lentæ victoris præmia palme,

Et succincta comas, hirsutaque vertice Pinus,  
Idem Statius lib. 6. Theb.

Cadit ardua ficus,  
Chaoniumque nemus, brumaque illæsa cupressus,  
Procumbunt Piceæ, flammis alimenta supremis,  
Ornique, siliceæque trabes, metuendaque succo  
Taxus, & infandos belli potura cruores  
Fraxinus, atque situ non expugnabile robur,  
Hinc audax abies, & odora in vulnere Pinus  
Scinditur, acclinant in tonsa cacumina terræ  
Alnus amica fretis, nec inhospita vitibus vlmus,

Item Claudianus lib. 2. de raptu.

Apta fretis abies, bellis accommoda Cornus,  
Quercus amica Ioui, tumulos tectura cupressus,  
Ilex plena fauis, venturi præcia Laurus,  
Fluctuat hinc denso crispata cacumine Buxus,  
Hic hedere serpunt, hic Pampinus induit vlmus.

¶ Porro arborum succi varij sunt. Vinofus Pomo, Pyro, myrto, Pinguis oliuæ, lauro, nuci, iuglandi amygdalis, Dulcis, vuis, ficis, Palmis, Aquosus prunis, Differunt & colore succi, Sanguineus moris, cerasis, cornis, vuis nigris, Albis cædidus, lactens in capite Ficus, in corpore nõ item, Spumicus malis, nullus perficis, Ferales arbores sunt, Picea, Taxus, Cupressus. Veteres eas arbores vocabant infelices, quæ sunt in tutela inferum deorum, vt quæ baccam nigram, nigrosque fructus ferunt. Cato infelices vocat arbores infrugiferas, Plynus damnatas religione, quæ neque feruntur vnquam, nec fructum ferunt. Felices vero putatur Quercus, Aesculus, Ilex, Sapius, Fagus, Corylus, Sorbus, Ficus alba, Pyrus, malus, vitis, prunus, Cornus, Lotos.

¶ Arbores montanæ sunt, Cedrus, Larix, Teda, Abies, robur, Castanea, Tilia, Ilex Juniperus, Therebinthus, Populus, Ornus, Cornus, Carpinus. Montes & valles amant, abies, robur, Castanea, Tilia, Ilex, Cornus, Aquosis montibus gaudet Acer, Fraxinus, Sorbus, Fagus, Carpinus.

¶ Folia non decidunt oleæ, lauro, palmæ, myrto, cupressu, pinis, hedere, rhododaphne, abietis, larici, pinastro, iunipero, cedro, terebintho, rubo, ilici, aquifolio, suberi, taxo.

¶ Aquas odere cupressi, iuglandes, castaneæ, laburnum.

¶ Cariem & vetustatem non sentiunt cupressus, cedrus, hebenus, lotos, buxus, taxus, iuniperus, oleaster & olea. De varijs arboribus Architreus sic meminit.

Hic Pinus graciles succingitur alta capillos,  
Palmaque centenis tardante puerpera fructu,  
Et preciosa rogos fumo condire cupressus,  
Et meliore rubro Cynamulgi Cynnamus hospes,  
Et lachryma felix nostræ sacra balsamus aræ,  
Et ficus geminis depingens floribus annum,  
Et bina nucleum quæ claudit amygdalus arca,  
Et sitiens Bacchi primæuum Perficus imbrem,  
Et tunicata croco, germanaque Crotonus auri,  
Et rugosa genam producto dactylus æuo.

¶ Arboretum, Quercetum, Vepretum, Dumetum, Olivetum, Pinetum, Senticetum, Castaneetum, Aesculetum, Buxetum, Populetum, Salictum, Vepretum, Lauretum, Myrretum, Mespiletum, Ornetum, Rhamnetum vocantur loca, in quibus crescunt eiusmodi nominis arbores.

¶ Arbores deorum & dearum,

1	Herculis populus	4	Apollinis laurus	7	Cybeles pinus
2	Bacchi hedera & vitis	5	Iouis quercus & aesculus	8	Plutonis cupressus
3	Veneris myrtus	6	Mineræ oliua	9	Panos pinus

¶ EXPLANATIO.

Populus Herculis,

OFFICINA



**P**Opulus Herculis. Virgilius in Buccolicis. Populus Alcide gra-  
tissima, vitis laccho, Formosæ myrtus Veneri, sua Laurea Phœ-  
bo. Idem libro octauo Aeneidos. Herculea bicolor quum Popul<sup>9</sup>  
vmbra Velauitque comas, folijsque innexa pependit. Ouidius in  
Epist. Deianyræ. Aptior Herculeq; populus alba comis. Plynius li-  
bro duodecimo. Arborum genera numinibus suis dicata perpe-  
tuo feruantur, vt loui Aesculus, Apollini laurus, Mineruæ olea,  
Veneri myrtus, Herculi populus.

**B**acchi arbor vitis & etiam hedera. De vite, author opusculi de  
nuce. Sepe tuas igitur liber miratus es vuas, Mirata est oleas saepe Minerua suas. De hede-  
ra Ouidius libro tertio Fast. Cur hedera hæc cincta est: hedera est gratissima Baccho. Idē  
libro primo Trist. Deme meis hederas Bacchica certa comis. Ferua etiam assignatur libe-  
ro patri teste Plynio.

**V**eneris arbor est myrtus. Virgilius libro quinto de aenea. Sic fatus velas materna tem-  
pora myrto. Statius libro quarto Thebaidos. Hi paphias myrtos a stirpe recuruāt. Venus  
apud eundem libro primo Syluarum. Maluit & nostra laurum subtexere myrto. Stroza  
pater. Hic formosus amor maternas (aspice) myrtos Colligit. Augurellus. Cui myrtus vna  
Cypridis, Phœbique laurus textitur. Sidonius. Atque Dionēam dat Martia laurea myrtū.  
Plynius. Huic arbori præest Venus. Venus apud Claudianum. Hi nostra nitidos postes  
obducere myrto Contendant.

**A**pollinis laurus & lotos. Virgilius in Battarum. Laurus item Phœbi decus. Apollo as-  
pud Ouidium libro primo Meta. Daphnen alloquens. At quoniam coniuux mea non pos-  
tes esse, Arbor cris certe dixit mea, semper habebunt Te coma, te citharæ, te nostræ laure  
pharetræ. Idem libro tertio Fastorum. Ianua tunc regis posita virescit arbore Phœbi. Idem li-  
bro tertio Trist. Cur tamen apposita velatur ianua lauro. An quia leucadio semper amara  
deo est: Veteres quoque Loton Apollini sacram fecerunt, quod ante solis emersum sua fo-  
lia implicet, Profurgente autem sensim ac paulatim explicet.

**A**esculus & quercus Iouis. De Aesculo Virgilius libro secundo Georgicorum. Nemo  
rumque Ioui quæ maxima frondet Aesculus. De quercu Ouidius libro primo Metamor.  
Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes. Item libro septimo. Sacra Ioui quercus de  
femine Dodonæ. Plutarchus in vita M. Coriolani ait coronam quercuam seruati cuius esse  
premiū, quod Ioui in cuius tutela sunt ciuitates, sacra sit quercus.

**M**ineruæ oliua. Virgilius libro secundo Georgicorum. Palladia gaudet sylua viuacis  
oliuæ. Ouidius libro sexto Metamorphoseos. Illic incumbens cum Palladis arbore palme.  
Stroza pater. Pallasque suas hic sequit oliuas. Syllius libro primo. Nullaq; Palladia sese mas-  
gis arbore tollit. Politianus in Manto. Palladis ampla arbor bicoꝝribus horrida baccis.

**C**ybeles arbor Pinus. Cybele apud Virgilium libro nono. Pineæ sylua mihi multos dile-  
cta per annos. Ouidius libro decimo. Hirsutaque vertice Pinus Grata deum matri.

**P**lutonius Cupressus. Plynius libro decimo sexto, de ea loquens, Diti sacra, & ideo funebri  
figno ad domos posita.

**P**inus panos. Propertius libro primo. Fagus & Arcadio pinus amata deo. De quibusdā  
arboribus deorum Pamphilus Saxus.

Laurus erat iuueni quondam gratissima Phœbo,

Quondam Phœbe tibi Bacchica vitis erat.

Munere Palladio pinguis furgebat Oliua,

Herculis Herculeis populus alba comis.

Iam veneri myrtus, Cybele charissima pinus,

Iam Corcyreō poma fuere duci.

Syluæ:

**H**ercinia sylua est Germaniæ cuius quondam latitudo habuit iter nouem dierum.  
Plynius ait in Septentrionali plaga esse Herciniam syluam roborum vastitate intas-  
ta, in qua colles occurfantium inter se radicū repercussu attollantur.

Carmon Lucus est in Messenia,

Nemea sylua est Græciæ inter Cleonas & Phliuntem oppida, in qua Græci Nemea sacra  
instituerunt in honorem Herculis ob leonem ibidem interfectum. Ibidem etiam fiebant  
Agones in memoriam Archemori filij Lycurgi regis, qui negligentia nutriticis hypsiphiles  
fuerat occisus



fuerať occiſus a ſerpente. De hac Martialis libro primo. Proſtratũ Nemees & vaſta in val-  
le leonem, Nobile & Herculeum fama canebat opus.

¶ Ida ſylua eſt Cretæ & Phrigiæ, in qua Paris ſententiam tulit de pulchritudine dearum. 2  
De Cretæ Martialis libro quarto. Conſcia diſcẽtũ qua tulit Ida louem.

¶ Arſium Plutarchus ait eſſe lucum, prope quem Aruns Tarquinij filius & Brutus vna 3  
concurrerint bello.

¶ Liuius libro nono ab vrbe condita de Ciminia Ethruſiæ ſylua hunc in modum ſcribit.  
Sylua erat Ciminia magis tum inuia atque horrẽda, quam nuper fuere Germanici ſaltus,  
nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita. Eam intrare haud fere quisq; audebat.

¶ Caledonia ſylua eſt Britannia, a cuius nomine Britanni ipſi vocantur Caledonij. Luca 4  
nus libro ſexto. Vnda Caledonios ſallit turbata Britannos.

¶ Arduena ſylua Gallie incipiens a Rheno per fines Treuerorum, Eburonum & Menas-  
piorum, 10. millibus paſſuum longitudine per mediã Belgicã in Oceanum tendit.

¶ Albunea vetus fuit Ethruſcorum ſylua, ad quam populus Romanus confugiebat oracu 5  
lorum gratia.

¶ Prope Ariciã oppidum Italię fuit nemus Aricum Dianę ſacrum. Lucanus libro ſex-  
to. Parua Mycenę quantum ſacrata Dianę Diſtat ab excelsa nemoralis Aricia Roma,

¶ Bacenis ſylua eſt Germaniæ ampliffima Cheruſcos a Sueuis dirimens.

¶ Clarium nemus Colophoniz olim ſacrum fuit Apollini. 6

¶ Coricum erat propinquum Thebis.

¶ Daunia Appulię ſylua nomen accepit a Dauno patre Turni.

¶ Poetarum carminibus laudatiſſima ſyluarum eſt Dodona Chaoniæ, quã propter vſum  
glandis ſibi reperit, tum ob ſimulachrum Iouis Dodonæi & columbas, quæ quercubus  
inſidentes reddebant oracula.

¶ Pholoe mons eſt & ſylua Theſſaliæ.

¶ Grinæum nemus eſt in Ionia Apollini ſacrum, in quo Mopſus & Calchas de diuinandi  
peritia venerunt in certamen.

¶ Idaliũ nemus eſt Cyprĩ Veneri ſacrum, quæ Idalia propterea dicitur.

¶ Hirania ſylua miræ vaſtitatis, & multiplici beluarum genere reſerta, nomen dedit re-  
gioni eiufdem nominis.

¶ Micana ſylua Gallie.

¶ Maratonia ſylua fuit in Attica, in qua Theſeus taurũ toti regioni formidoloſum occidit.

¶ Parthenium nemus eſt Arcadiæ, in quo virgines ſolebant exerceri venationibus.

¶ Pelion mons & nemus Theſſaliæ ortu Chironis illuſtratum.

¶ Tegea ſylua Arcadię pana deum ruſticorum numen venerabatur.

#### ¶ Legumina diuerſa & frumenta.

**E**Ruum, Vitia, Cicer, Cicercula, Faba, Lenticula, Lens, Phaſcolus, Piſum, Lupinum,  
Faba, Milium, Panicum.

¶ Frumenta ſunt & fruges, Far, Siligo, Triticum, ador.

¶ Frugum peſtes Lolium, Tribulus, Carduus, Lappa, Rubus, auena, Paliurus, Virgilius,  
Pro molli viola, pro purpureo Narciffo Carduus & ſpinis ſurgit Paliurus acutis. Ouidius  
libro quinto Metamorphoſeos. Lolium, tribulic; fatigant Triticeas meſſes, & inexpugna-  
bile gramen.

#### ¶ Frutices diuerſi.

**C**Ytiſus, Myrica, Capparis, Chamemyrſine, Erica, Gnaphos, Goſſipion, Heleniũ,  
Laſericium, Myrſinites, Ophioſtaphyles, Oxymirſine, Rhododendrus, Scamo-  
nea, Tamarix, Tithymalus, Vlex, Amomum, Brya, Camelea, Caritoblepharon,  
Cynoftraton, Eleborine, Epipactis, Erix, Geniſta, Opheoſtaphile, Phycos, Pyro-  
ſachne, Pythufa, Plocamon, Quiſquilium, Rubus, Saripha, Scorpio, Spartum, Tímlea,  
Tragacanthæ, Tragon, Lentifcus, Nardus, Cynamum, Scioton, Siſarum.

#### ¶ Flores & violę, & alij frutices odorati.

**R**Oſa, Lilium, Caltha, Bacchar, Combretum, Lotos, Crocus, Hyacinthus, Ambrotos-  
num, Amaracus, Saliunca, Polion; Amethyſtus, Cyamon, Holocryſos, Chryſitis,  
Origanum,

OFFICINA

Origanum, Thymus, Coniza, Cytemis, Narcissus, Amaranthus, Epithymon, Oenanthe, Phrygma, Abrotonum, Rosmarinus, Anethum, Acanthus, Anemona, Cherintha, Ligustrum, Vacinium, Conuolulus, Cyanus, Cyclaminus, Sisybrium, Tymbra, Saturcia, Casfia, Melitotos, Lyrium, Lichnis,

¶ Herbarum diuersa nomina.



Bsinthium, Aconitum, Aegolethron, Alcibiadion, Alga, Aloe, Altercum, Amygdalite, Anagyris, Anchusa, Andrachne, Anethum, Anthomis, Apium, Apialtrum, Aesclepiion, Asteriscum, Atractylis, Atriplex, Aurucus, Abrotonum, Achanthus, Achanon, Achezmenis, Acinos, Acopos, Acoros, Acros, Agrios, Acta, Action, Adianthum, Adipfos, Aeglops, Aegocere, Aethiepis, Agaricum, Aglaophotis, Aizoum, Albuco, Alcmea, Alectorophos, Alyplon, Alyfma, Alyflon, Alopecuros, Alsine, Altercangenum, Althea, Alum, Amomum, Ampelodisme, Amuletum, Anabasis, Anacallis, Anacapsferotis, Anagallis, Anarrhinos, Andriala, androsemum, anemona, anony- mos, anthallum, anthericus, anthylis, anthryscum, anticellu, anthirinos, aparine, Apate, Aphrodes, aphron, apiofifchas, apronia, aproxis, arachiona, araches archezofis, arctios, argemone, aros, arfenogon, artemisia, asaron, ascalia, asyla, alphrodelus, asplenum, asfarum, aster, aterannum,

¶ Balis, Balotis, Batis, batrachion, bechion, beta, betonica, blachnon, blataria, botrys, brabilla, bryenia, bryon, bromos, brotis, bubenion, buccera, bucolicon, buphthalmos, bupleuron, bulelinum, baccar, barbula, blattaria,

¶ Calalia, Cactos, Cacubalum, Calla, calligonon, callion, callitracchia, callitrix, camaciffos, cameleuce, canaria, cantabrica, capnos, capparion, carduus, caryte, casia, catannache, caulis, Cemos, centaurion, centunculum, ceratia, cherintha, cestros, chaliceos, chamaecta, chamaeciffus, camadaphne, camalea, chameleuce, chamemilon, chamemir sine, chamaepeuce, chamaepitis, chamelice, chamecypariffos, chamedrys, chameleon, chamepithyos, chamepitis, chamerops, chamaeleos, chenamychon, chenapodis, chironia, chondrylon, chondris, chryssippea, chrifochome, chrifochanum, chrysotheles, Cyclaminus, cicorion, cicuta, cinare, cynocephalia, cynoglossos, cynoides, cynomyais, cynomorion, cynops, cynosorchis, cypariffias, cyperus, circea, circion, cytilus, clemacleonicion, climenos, cincon, cnidos, cochla, colocasia, combretum, conifa, configilis, confiligo, corcorus, cordylis, coricon, corymbia, corymbite, corion, coris, cotyledon, cotonea, crateogenon, crategis, cremon, crepis, crethinos, crocus, cunila, cerefolium, cannabis, carduus, carex, carminothum, carpophyllos, centaurea, chibis, consolida, corambla,

¶ Dactylos, damasomos, dendroides, digitellum, dimenum, dioptris, diphonon, dispiron, dodechateum, dolychos, dorypetron, doris, dracunculus, dictamus,

¶ Echite, elaphobosum, eutomon, ephedra, ephemeron, ephydros, epictymu, epimedion, epipactis, epipetron, equifelis, era, erica, erigeron, erineon, eringe, eriphia, eris, erifimone, erythale, eritheles, eruca, erulia, euphorbia, exedum, emphrasinum,

¶ Farfigium, filix, scenum, fragum,

¶ Gentiana, glastum, gnaphalium, galeopodolon, gallion, Gelotophyllis, geranium, glaucion, glycifitis,

¶ Hali, halimon, halicacabum, helenium, heliocallis, heliotropium, heliscopium, helleborus, hemionos, heptapleuros, heraclion, herina, hermerocalles, heroion, hibiscum, hyofciamus, hyofciris, hypericon, hypocheris, hypocisthis, hypogeffos, hypoglossa, hypophestō, hippo- lapatos, hippofelinum, holcus, holochryfos, holofteon, hippuris, hysge,

¶ Iberis, iris, ischemon, isoetes, isopyron, ixine, ixion, ixybus,

¶ Lactuca, lada, lago, lassione, latace, lathyris, lauer, lemonium, letophyllon, leucanthe, leucacata, leucatemum, leucographis, libadion, libanotis, lingulaca, lotos, lapsana, lactipes, leonina, leontopetalon, leocopodium, liliun, linoyfiois, linofrophon, lithoron, lolium,

¶ Magyderis, malua, marathrum, massaris, mastos, mecon, melanipodion, melanon, melitotos, melitena, menta, mentastrum, mesoleucon, myagros, myocetonon, myophonon, myofoton, myrsinite, myrtis, moly, mosibdena, mollon, marrubiu, medica, mellealotos, mandragora, muratis, muscus, myrtopetalum,

¶ Nasturcium, nautea, neuris, nepenthes, nepete, nyctegretion;

Ocimm,

¶ Ocymum, Oenanthera, Oetum, Ononis, onopyxos, onopordon, onofina, orchis, orto, oreoclinum, olyris, oxalis, opis, origanum, oserites, olus.

¶ Paliurus, panaces, papauer, paritaria, parthenis, pentaphyllon, perdicion, personatia, peruinca, petroselinum, phleos, pycostallifioa, piperites, plantago, polygalon, polygolaton, polypodion, Polythricon, portulaca, pseucaucolia, pullegium, pyretra, pæderos, pœonia, panax, pancration, pappus, paralius, pentapentes, peplion, periclimenos, petilium, phernion, phylantes, phlox, phonos, piccis, pistana, polemonia, policanthos, polygonon, polium, polisodion, politricha, potamogeton, poterios, pseudacusa, psylon, pteris.

¶ Radicula, raphanus, regiafropa, rhexia, rhodora, rhus, rhopalos, rubia, rufcus, ruta.

¶ Saliunca, salua, sanfucus, sandix, sanguinaria, sardoia, sareua, satyrion, scandulaca, scandis, scoriuros, sedium, serpillum, syderion, sideritis, file, filicia, finapis, fiser, spartum, stygmon, sympherium, fabina, facopenium, sagapenum, sagitta, samolum, sandix, sarapias, saxifragum, scylla, scythice, seraphium, sesama, sicilion, syche, syllibum, silphion, syruium, sifarū, spartania, splenion, stachys, staphylinos, stomatice, strychnon, strumea.

¶ Tapfia, teliconon, teuceria, teutrihon, theligonos, thelipteris, theriffaga, thefion, thilafpe, thymus, thymbra, thysellium, thitymallus, triorchis, tragopagus, trichomanes, trifolium, trionalis, tragonia.

¶ Veratrum, verbena, verucaria, vitreolum, vnicaulis, vrtica, vlua.

¶ Xyphion.

¶ Zoophthalmos, zopyrocheron.

¶ Ccci.

**P**Hyris Lesbios coquus fuit Hieronis Syracusani, datus postea Aristocli di.  
 ¶ Mystillus & Taratalla nomina sunt coquorum apud Martialem scribentem. Si tibi Mystillus coquus Aemyliane vocatur. Dicitur quare non Taratalla mihi.  
 ¶ Perdix fuit caupo quispiam claudus, qui sequenti prouerbio locum fecit. Perdix crura, in homines distortis cruribus.

¶ Vespillones.

**D**iaulus nomen est Vespillonis apud Martialem libro primo scribentem. Chirurgus fuerat, nunc est Vespillo Diaulus.

¶ Plutarchus in Phocione ait Cymptionem fuisse quendam inter Athenienses homunculum, qui in tumulandis efferendisque cadaueribus questum faceret. Is interfectum Phocionem accepta mercede in eleusinam deportauit. Sūt autem Vespillones tumulatores cadauerum, qui mortuos efferunt ad sepulchretum. Suetonius de Domitiano loquens. Cadauer eius populari sandapila per vespillones exportatum. Aliter dicitur Libitinarij & sandapilarij.

¶ Mangones, & alterius professionis homines.



Arpophorus mango fuit temporibus Domitiani, alius ab illo venatore, de quo scribit Martia. Est quota Carpophori portio fusus aper.  
 ¶ Thoranium fuit Mango, qui vendidit M. Antonio duos eximia forma pueros, alterum Asiaticum, alterum Gallicum vt geminos & vterinos, tanta erat forme vnitas & similitudo. De eodem sic ait Macrobius. Delectatus erat Augustus inter cœnam symphoniacis Thoranij mangonis, atque eos frumēto, donauerat. Meminit & Suetonius, Qui matresfamilias inquit, & adultas etate virgines denudarent, atque perspicerent, tanquam Thoranium mangone vendente. Erant autem mangones seruorum & puerorum liberali forma diuenditores, quibus moris erat medicamentis puerorū vernalium pubertatem & barbam coercere, vt for mosi semper apparerent. Hoc autem faciebant hyacinthi radice bulbacea, quæ vino dulci illita non patitur pilos erūpere. Mangonium vocatur ipsum mangonis artificium. Plynius. Nec tamen in hoc mangonio quicquid totum placet.

¶ Alphenus nomen est futoris apud Horatium libro primo Sermonum, dicentem. Vt Alphenus vaser omni Abiecto instrumento artis, clausaq; taberna futor erat sapiens operis.  
 ¶ Cadmus fuit quispiam notæ impietatis carnifex. Horatius. Tu ne syridame, aut Dionysii filius.

## O F F I C I N A

si filius aures Deijcere e faxo ciues, aut tradere Cadmo?

¶ Apud eundem Lycinus nomen est tonforis, vbi in arte scribit. Si tribus antyciris caput infanabile, nunquam Tonfori Lycino commiserit.

¶ Fuit Diadumenus pincerna Augusti. Secundus (id proprium est viri nomen) pincerna Nicomedis regis Bithyniæ. Ganymedem poetæ faciunt Iouis prægustatorem.

¶ Pedo & Matho nomina sunt caulidicorum apud Iuuenalem Satyra septima, dicentem: Sic Pedo conturbat, Matho deficit. Idem. Caulidici noua quum veniat lectica Mathonis, Martialis libro quarto. Declamas in febre Mathon, hanc esse phrenesim. Si nefcis, non es sanus amice Mathon.

¶ Cynnamus tonfor fuit in vrbe Roma, qui amice donis eques factus est. Demum tamen exulauit in Sicilia. De hoc Iuuenalis Satyra prima,

Patritios omnes opibus quum prouocet vnus,  
Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat.

Eius quoque sinistram fortunam sic ridet Martialis libro septimo.

Qui tonfor fueras toto notissimus orbe,

Et post hæc doming munere factus eques,

Sicanias vrbes, Aetneaque regna petisti

Cinname, quum sugeres tristia iura fori.

Qua nunc arte graues tolerabis inutilis annos?

Quod facit infelix & fugitiua quies?

Non rhetor, non grammaticus, ludive magister,

Non Cynicus, non tu Stoicus esse potes,

Vendere nec vocem Siculis, plausumve theatris,

Quod superest iterum Cinname, tonfor-eris.

### ¶ Ianitores.

¶ Butes armiger fuit Anchisæ & ianitor. Virgilius libro nono. Fotmaturum vetitur oris Antiquum in Buten, hic Dardanio Anchisæ Armiger ante fuit, fidusque ad limina custos.

¶ Cerberum poetæ fingunt esse custodem & ianitorem inferorum. Virgilius libro octauo Aeneidos, Te stygij tremuere lacus, te ianitor Orci.

¶ Ammianus Marcellinus ait Eunum fuisse ergastularium quendam, qui ductauerit in Sicilia fugitiuos.

### ¶ Pastores & armentarij.

Tamburlanus

Apollo

Crathis

Sybotus

Primillaus

Actius

Alfus

Amyntas

Titornus

Mirmillo

Oebares

Faustulus

Eutyclus

Mitradates

Daphnis

Gyges

Sophi

Philetius

Tilippus



Amburlanus primum fuit bubulcus. Demum tamen adeo fauentem reperit fortunam, vt ad imperium Scytharum conscenderit.

¶ Apollo priuatus deorum Ambrosia ob interfectos Cyclopes, paut armenta Admeti regis Thessaliæ. Seneca. Thessali Phœbus pecoris magister Egit armentū, positoque plestro Impari tauros calamo vocauit. Tibullus libro secundo, Paut & Admeti tauros formosus Apollo.

¶ Crathis seu Crathides pastor fuit apud Sybarin, quem infando amore capræ exarasse iam diximus.

¶ Sybotus fuit suarius, qui Vlysem profugum & iam suis ignotum, in patriam deduxit.

¶ Primillaus e bubulco factus est Bohemorum rex.

¶ Actius Nauius augur clarissimus ob paupertatem sues puer paut, Author Cicero libro primo de diuinatione.

¶ Alfus nomen est pastoris apud Virgilium libro duodecimo, scribentem. Sic rigido latus ense ferit, Pndalarius Alfum pastorem.

¶ De Amynta pastore Martialis libro vndecimo. Indulget pecori nimium dum pastor Amyntas.

myntas. Et gaudet fama luxuriaque gregis.

¶ Titornus fuit bubulcus mirandæ fortitudinis, qui cum misona certauit.

¶ Mirmillo fuit armētarius, cuius similitudo obiecta est Cassio Seuero celebri oratori. Testis Plinius libro septimo.

¶ Oebares fuit equisio & armentarius Darij, cuius astu Darius ipse regnum Perfarum assecutus est.

¶ Faustulus fuit pastor, cui Amulius dedit Romulum & Remum exponendos. Alijs placet Faustulum eum fuisse, qui expositos nutriuerit. Testis Plutarchus in Romulo.

¶ Eutychnus apud Suetonium nomen est asinarij, vbi ait. Apud Actium descendenti in aciē asellus cum alinario occurrit. Homini Eutychnus, Bestiæ Nicon erat nomen.

¶ Mitradates apud Herodotum nomen est pastoris, cuius vxor Spaco nomine Cyrum insantem (qui postea rex fuit Mœdorum) ab Astyage deuotum feris, aluit.

¶ Daphnis fuit pastor, qui carmen buccolicum reperit.

¶ Gyges beneficio cuiusdam annuli rex e pastore factus est. Author Cicero.

¶ Sophi (qui postea rex fuit Turcarum) in agendis armentis victum puer quæritauit.

¶ Philetus fuit bubulchus Vlyssis, & Eumeus porcarius. De his intelligit Ouid. in Epist. Vlyssis. Hoc faciunt custosque boum, longæuaque nutritrix, Tertius immundæ cura fides his haræ.

¶ Tilippus fuit pastor, qui Lycastum & Partusium a Philonomia matre expositos educauit. Author Plutarchus.

¶ Crudelestissimi homines.

1	Sylla	31	Dioctetianus	61	Diree
2	Marius		Henricus tertius	62	Clodomyrus
3	Damasippus	32	Auidius Cassius	63	Childebertus
4	Munacius Flaccus	33	Macrinus	64	Clotharius
5	Carthaginenses	34	Maximinus		Colomanus
	Annibal	35	Irene	65	Cambyfes
6	Mithridates	36	Leo tertius	66	Sapor
7	Numilientis	37	Domitius Nero	67	Tamburlanus
8	Ptolemæus Phiscen	38	Tiberius Nero	68	Sanctius
9	Darius	39	Domitianus	69	Egebertus
10	Ochus	40	M. antonius	70	Ptoleme <sup>9</sup> Phislopator
11	Athenienses	41	Fulua	71	Alfonfus primus
12	Ethrusci	42	Vedius pollio	72	Hippomenes
13	Mezentius	43	Mālius Torquatus	73	Henricus Clericus
14	Seythe	44	Iustinianus	74	Orodes
15	Saul	45	Theodatus	75	Mamertes
16	Abimelech	46	Claudius Cæsar		Septimuleius
17	Athalia	47	Vitellius	76	Eryx
18	Herodes	48	Aemylius Cæforin <sup>9</sup>	77	Dionysius
19	Vitoldus	49	Achilles	78	Anto. Commodus
20	Ecelinus	50	Scinis	79	Cleomedes
21	Diomedes	51	Atreus	80	Termerus
	Busiris	52	Therodamas	81	Othomanus
22	Phalaris	53	Phineus	82	Apteras
23	Cambyfes	54	Ptolemæus	83	Xerxes Thras
24	Alexander Pherçus	55	Arpiages	84	Amastris
25	Tamburlanus		Alfonfus tertius	85	Creon
	Parysatis	56	Atelstanus.	86	Progne
26	Septimus Seuerus	57	Athila	87	Medcal
27	Tullia	58	Alboinus	88	Tydeus
28	Romanus imp.		Narfes		Geryon
29	Basilius	59	Tomyris	89	Iudæi
30	Caligula	60	Totila	90	Q. Muti <sup>9</sup> Scauola.

EXPLANATIO.

mm Lucius



- Vicius Sylla Romā & vniuersas Italiae partes ciuili sanguinis fluminibus inundauit. Quatuor legiones contrariae partis misericordiam implorantes obruncari iussit. Praenestinos (qui iuniorem Mariū receperāt) post factam P. Cethego speditionem extra moenia iussit occidi, & eorum corpora per agros spargi. Qua immanitate perierunt quinque millia hominum. Quatuor millia & septingentos dire proscritionis edicto iugulatos in publicas tabulas referri voluit, ne tanti facinoris deleteretur memoria. Virorumque caedibus non fatiatus saeuit in mulieres. Abscissa miserorum capita afferrisibi iussit, vt dicit illo aspectu fatiaretur feritas. M. Mariū prætorem non prius vita spoliavit, quam oculos eidem erueret, & singulas corporis partes confringeret. M. Platorum (quod ad supplicium Marij exanimis cecidisset) mactauit protinus. C. Marij erutos cineres in Anienē sparsit. Appianus libro primo bellorum ciuiliū ait eum premia interfectores constituisse, supra centum hominum millia bello confecisse, consules quinque supra decem, equestris ordinis ad duo millia & sexcentos occidisse.
- 2 ¶ C. Marius vrbe potius post exiliū cum Cinnā, Carbone & Sertorio statim ad eadem principum animum conuertit. Octauij consulis caput exposuit pro rostris. Antonij consularis caput menlis apposuit. Caesarem & Fimbriam in penatibus domorum suarum trucidauit. Crassi pater & filius in mutuo alter alterius aspectu iugulati sunt. Bebius & Numeriorius per medium forum vncis carnificum tracti sunt. Catulus Luctatius haustis caribonibus hostili se exemit ludibrio. Archarius & Merula flamendialis confossi sunt. Quae omnia feritatis exempla a ianuarij Calendis intra idus absoluit.
  - 3 ¶ Damasippus homo nulla praeditus virtute nobilissimus ciues (qui Syllanis partibus adhaerant) inter victimas tanquam beluas crudeliter enecauit. Aruinae tribunus plebis truncum in sublime elatum per ora vulgi deferri iussit, tandem a victore Sylla obruncatus.
  - 4 ¶ Munatius Placcus Pompeiani nominis defensor obsessus a Caesare in hispania, & inclusus Attinguentium moenibus, omnes eius oppidi ciues (quos Caesari studere intellexerat) iugulatos muris praecipitauit. Foeminas quoque virorum (qui in contrarijs erant) cum liberis interfecit. Alios infantes in conspectu parentum humo infixit, alios superiacios pilis excipi iussit.
  - 5 ¶ Carthaginenses Atilium Regulum palpebris ante resectis in machinam refertam aculeis concluserunt, ibique inaudito mortis genere necauerunt. Claudianus, Prudog aeternam feritas tibi Punica palmam Regule. Interfecto demum duce milites fundo nauium subfratos enecauerunt. Publius Cornelius apud Appianum in eo libro cui titulus est Libycus, truculenta Carthaginensium facinora enumerans, sic ait. Carthaginenses senatum Nucerinorum intra balnea conclusum, adhibito igne necauerunt, ciues abeuntes telis inssecuti sunt. Acheranorum praeterea senatum per inducias fidentem, puteis mersere, ora saxis obruentes.
  - 6 ¶ Horū dux Annibal pontem humanis cadaueribus in Gelo flumine construxit, superque exercitum traduxit, Valerius Maximus, vnde Ouid. in lbin. Vt quos dux poenus meritis putealibus vndis, Et iacto canas puluere fecit aquas. Idem Annibal captiuos Romanorū itinere fessos prima pedum parte succisa relinquebat in itinere. Quos vero in castra perduxerat, ferro cogebat decernere, paria fratrum & propinquorum iungens. Nec ante explebatur feritas, quam ad vnum victorem omnes redegisset, author Appianus in eo libro qui Libycus inscribitur.
- ¶ Mithridates rex Ponti vna epistola, 80. millia Romanorum per Asiam dispersa madauit interfici. L. flor. Idem Aquilio duci capto aurum in os infudit. Plinius lib. 33.
- 7 ¶ Numili sintis filia Diogiridis Thracie regis, viuos homines dissecabat medios, & parentibus comedendos apponebat liberos. Valerius.
  - 8 ¶ Ptolemæus Phisco rex Aegypti filium suum Memphitem (quem ex Cleopatra vxore eadem & sorore sustulerat) occidi iussit. Interfecto demum praecisos pedes, caputque & manus cista conclusos pro munere natalitio matri misit. Idem quum animaduertit se suis omnibus odiosum esse, vt periculo posset obliterare, frequens iuuentute gymnasium armis & igni circundedit, inclusosque omnes, partim ferro, partim flamma necauit.
  - 9 ¶ Darius rex Persarū constitutus, quū populo iurcurādo affirmasset se nullū ex septē principibus (qui cōiurauerāt aduersus magos) veneno ferro, aut inedia oppressurū, vt religione solutus videretur, locū parietibus cixit cineribus plenum, superque suspensum imposuit lignū, cui principes ipsos benigne cibo & potione exceptos insidere iussit, vt fomno sopiti deciderēt in insidiosos illos cineres.
- ¶ Ochus

¶ Ochus Artaxerxes Ocham sororem eandem & foetum viuam capite defodit. Patruum 10  
cum ceterum liberis & nepotibus telis imperauit transfigi, & in his maximam apud Persas  
probitatis laudem videbat consistere.

¶ Athenienses aeginitis adolescentibus nauticarum artium peritis pollices praesciderunt, 11  
ne in certamen nauale secum deinceps descenderent.

¶ Excogitauit aeneum taurum Perillus, quo inclusi subditis ignibus longo & abdito cru-  
ciatu mugitum bouis imitarentur, ne eiulatus similes humanae voci Phalaridem tyrannum  
ad misericordiam inducerent: Quod teterrimum artis suae opus primus artifex inclusus  
expertus est. Ouid. in Ibin. Aere Perillaeo veros imitere iuuenos, Ad formam tauri con-  
ueniente sono.

¶ Ethrusci viuorum corpora, saniosis & tabidis mortuorum cadaueribus alligabant, ora 12  
oribus, manibus manus, & pedes pedibus componentes. Praecedentium exemplorum au-  
thor est Valerius de crudelitate.

¶ Feritatem hanc in Mezentio notat Virgilius libro octauo dicens. Mortua quinetiam 13  
iungebat corpora viuus, Componens manibusque manus, atque oribus ora, Tormenti ge-  
nus, & sanie taboque fluentes Complexu in misero longa sic morte necabat. Bap. Pius,  
Additus at rutulis dirus Mezentius armis, Scuitiae Andino fit reus eloquio.

¶ Scythae exenteratis animalibus viuos homines includebant eminentibus folis capitibus, 14  
vt cibo capto diutius languerent, viuerentque, donec putrefactis animalibus excrecerent  
vermes, a quibus consumerentur.

¶ Praecedentia haec exempla habet Valerius maximus.

¶ Saul rex Iudaeorum audita ab aratro suorum hominum legatione de hammonitarum 15  
iniuria querentium, bobus (quos praese agebat) succidit crura, praefatus sic omnes peritu-  
ros, qui sibi eodem die ad Iordanem fluuium praesto non essent in armis. Iosephus libro sex-  
to Antiquitatum, & post eum Sabell. in Exemplis.

¶ Abimelech Gedeonis filius regnandi cupiditate, 70. fratres crudeliter occidit, vno duntaxat 16  
excepto, qui fuga & pedibus salutem sibi reperit. Idem Sichimitas (quod ab his vrbe  
& tribu eiectus fuisset) noctu adortus omnes trucidauit, nulla sexus aut aetatis habita ra-  
tione. Vrbem vi captam diruit, & in eius area salem sparfit pro semine. Eos vero qui spe sa-  
lutis ad templa se receperant, facta lignorum congerie ibidem flammis & fumo necauit,  
Iosephus libro quinto Antiq. & Sabell. in Exemplis.

¶ Athalia foeminarum saeuissima omnem dauidis stirpem sustulit, ne quis superesset, a 17  
quo prohiberetur dominio. Sabell. in Exemplis.

¶ Herodes multa puerorum millia occidi iussit, vt authorem nostrae salutis interciperet. 18  
Io. Franc. Mirandula in hymnis. Vulnerat in cunis ferrum, profugumque retrudit Lior  
idumei rabies & perfida regis, Iudaeos nimium, nimium bacchata per agros. Quae vultus  
foetus materno ex vberibus, morti Tradidit, & tenero madefacit sanguine campos. Omniaque  
impleuit foetu tristisque vlulatu. Quae genitrix spectat laceros crudeliter artus Natorum,  
& regis feruos in pignora abuti Ensis exertis, & membra in frustra secare.

¶ Vitoldus princeps Lituaniae homines morti destinatos mira crudelitate vrsinis include- 19  
bat pellibus, eoque modo inuolutos canibus dabat concerpandos. In bellicis expeditioni-  
bus arcum semper habebat intentum, vt ordine aberrantem sagitta cofigeret. Multi tan-  
tae feritatis metu vltro sine carnifice animas proiecerunt, idem Sabellicus.

¶ Ecelinus (qui circa Taurisium & in Euganeis exercuit tyrannidem) castrabat pueros, 20  
stupro viciabat virgines, matronis adimebat mammam, praegnantium secabat vteros, par-  
tus exertos in ignem mittebat. Biffena Patavinorum millia sub suo vexillo merentia ad  
vnum interfecit audita Parauij defectione. Sabellicus.

¶ Diomedes & Busyris equos humana carne pauerunt. Virgilius libro tertio Georgicorum, 21  
Quis aut Eurysthea durum, Aut illaudati nescit Busyridis aras? Ouidius libro tertio de  
Trist. Sauior es tristici Busyride, sauior illo, Qui falsum lento torruit igne bouem. Idem,  
Quique suis homines pabula fecit equis. Idem in Ibin. Vt qui terribiles pro gramen ha-  
bentibus herbis Impius humano viscere pauit equos. Architrenius. Veniat elementia  
praecipit in Diomedis equos, Busyridis ara cruorem Compluat humanum lachrymis. De  
Busyride meminit Plutarchus in Parall.

¶ Phalaris tyrannus Agrigentinorum, non cotentus exquisitissimis cruciatibus, aeneo vultu est tauro 22  
quo miseri mortales inclusi boui mugitus effingerent. Ouid. lib. 2. de poeto. Qui ve reptorē  
torruit arte sua. Idem. Ipse Perilleo Phalaris permisit in ere Edere mugitus, & bouis ore queri,  
mm ij Claudianus.

- Claudius de bello Gildonico, Phalarin, tormenta que flammæ Profuit & fuculi mugitus ferre niuenci.
- 23 ¶ Cambyfes fratrem & duas forores occidit, Apim bouem ferro violauit, Captis inimicorum vrbibus, neque pepercit templis, neque simulachris deorum, Sabelli.
- 24 ¶ Alexander Pheraus viuos homines obuertis in se faciebus sepeliebat, alios vrforum pellibus inuolutos dabat conficiendos venatoribus & feris confodiendos. Polyphranem auunculum peremit hasta, quam sacrauit, & festa præcinxit corona. Idem Alexander res ceptis ex foedere Melibœa, & Scotusa ciuitatibus, quæ prius defecerant, earum adolefcen-  
tulos omnes interfecit, Plutarchus in Pelopida.
- 25 ¶ Tamburlanus Scytharum rex nihil habebat iucundius, quam animi feritatem humano cruce oblectare. Cuidam roganti cur in omnes vsque adeo sequiret, toruo aspectu res tortisque oculis fertur respondisse, An tu me hominem putas, & non dei iram potius ad hominum perniciem in terris agentem? authores Pius, Lapa, & Sabell. in Exemplis.  
¶ Paryfatis mater Cyri iunioris rationem commenta est, qua humana corpora sibi gignerent vermes, a quibus demum lenta morte consumerentur. Vide crudelitatem eius apud Plutar. in Artaxerxe.
- 26 ¶ Septimius Seuerus impertor post Didium Iulianum Clodium albinum tumultuatem interfecit, & capite eius Romam misso corporis truncum equo refugienti conculcandum præbuit. Author Spartianus.
- 27 ¶ Tullia filia Tarquinij curram super faciem mortui parentis duxit equis etiam refugientibus. Liuius libro primo. Ouid. in Ibin. Infamenque locum sceleris quæ nominæ fecit, Pressit & inductis membra paterna rotis. Idem libro sexto Fast. Filia carpento patriis initura penates lbat per medias alta ferocq; vias. Corpus vt aspexit, Iachrymis auriga profusis Restitit, hunc tali corripit illa sono. Vadis, an expectas precium pietatis amarum? Duc inquam inuitas ipsa ipse ora rotas. Certa fides facti est, dictus sceleratus ab illa Vicus, & æterna res ea pressa nota est. Seneca in Octauia. Dedit infandi sceleris pœnas cum Tarquinio Tullia coniunx, quæ per cæsi mēbra parentis Egit sæuos impia currus, Lacerocq; feni violenta rogos nata negauit.
- 28 ¶ Romanus Iunior imp. matrem Helenam a se iecit & forores, quas ablatis imperialibus pannis inclusit cœnobio. Volaterra.
- 29 ¶ Huius filius nomine Basilius imperator post Ioannem Zimiscem Bardam Silerum vnū ex suis ducibus rebellantem cum vicisset, oculis priuauit. Bulgaros tumultuantes quum in potestatem suam redegisset, quindecim millibus captis oculos effudit, vno tantum incolu relicto, qui exæcatus ad Samuelem eorum ducem dirigeret, idem Volaterranus, & Egnatius.
- 30 ¶ Caligula auig Antonia defunctæ nullum exhibuit honorem, prospexitque siccis oculis e triclinio ardentem rogam. Fratrem Tiberium interemit. Syllanum focerum ad secūdas nouacula fauces compulit. Cum omnibus fororibus suis stupri cōsuetudinem fecit, easq; (quod est omnium longe turpissimum) exoletis suis prostrauit. Ptolemæum regis lubæ filium consobrinum suum, Item Macronem & Enniam (quos habuerat imperij adiutores) pro meritorum gratia pensauit morte. Multos ex senatoribus interfecit. Quæstorem suū in coniuratione nominatum flagellauit veste detracta. Multos honesti ordinis prius stigmate deformatos ad munitiones viarū, ad metalla aut ad bestias cōdemnauit, aut bestiarū more quadrupedes cauea coercuit, aut medios ferra dissecuit, idque ob leuissimam culpā aut nullam potius. Parentes supplicio filiorum cogebat interesse, quorum vni valetudinē excusanti lecticam misit. Curatorem munerum & venationum per continuos dies in conspectu suo catenis verberatum non prius occidit, quam offensus putrefacti cerebri odore. Comœdiographum quendam ob ambigui ioci vericulum igni cremauit in ipso statim amphitheatro. Equitem Ro. obiectum feris quum se innocentem proclamasset, reduxit, abscissaque lingua induxit rursus. Quendam ab exilio reuocatum quum interrogasset, quidnam ibi facere consueisset, quum per adulationem hæc respondisset, Semper orauit vt periret Tiberius & tu imperares, capta ex eo verbo coniectura exules suos mortem sibi imprecari, misit qui vniuersos cōtrucidarēt. Præter facta verbis vtebatur feritatem inimicam spirantibus. Dicebat omnia sibi in omnes licere. Gallis græcisq; aliquot vno tēpore cōdemnatis gloriabatur gallegi, græciā se subegisse. Quos torquebat, minutis & tibus plecti iubebat, quo diutius læguerēt addito etiam hoc præcepto. Curate vt se mori sentiat, lactabat & illud tragicum. Oderint dum metuant. Optauit plerumq; vt populus, Ro. vnicam haberet ceruicem, Querebatur & dolebat sua tēpora nullis calamitatibus publicis insigniri. Oprabat



Optabat exercitum cædes, famem, pestilentiam, incendia, & hiatus aliquem terræ. Putcolis dedicatione pontis multos clitore ad se inuitatos omnes præcipitavit. Quosdam gubernacula apprehendentes contis detrusit in mare. Publico epulo feruum ob detractâ lectis argenteam laminam carnifici confestim dedit, vt manibus abscissis & ante pectus e collo pendentibus per cœtus epulantium circumduceretur, præcedente titulo, qui causam poenæ indicaret. Mirillonem secum rudibus certantem sponte prostratum confodit fere rea sica. Admota altaribus victima elato malleo cultrarium mactauit. Inlittens Iouis simu lachro quum Apellem tragœdum interrogasset, vter illi maior videretur, cunctantem flugellis discidit. Vxorē aut fiduciam quū osculabatur, addebat. Tam bona ceruix simul ac iussit, demetur. Hæc omnia ex Tranquillo.

¶ Diocletianus paucis diebus. 17. millia christianorum varijs supplicijs affecit. Eusebius. 31

¶ Henricus tertius imp. Agnetem matrem foeminam optimam in exilium pepulit & ibidem emori fecit. Bap. Egnatius;

¶ Auidium Cassium Romani alterum Catillnam vocarunt, quod cruoris esset cupidus. Is inauditum & nunquam prius visum tormenti genus cōmentus est. Trabem enim longitudine. 80. aut. 100. pedum infixam terræ erigebat, cui a summo ad infimas partes alligatos homines flamma & fumo suffocabat. Vulcatius Gallicanus. 32

¶ Macrinus imp. prodigiosi fuit animi in exhibendis supplicijs. Nam geminos boues miræ magnitudinis aperiri iussit, hisque milites singulos (qui ancillæ hospitis pudorem violasse ferebantur) inclusit capitibus bouum excisis, vt facilius vna colloqui possent. Iulius Capitolinus. 33

¶ Maximinus imperator tam crudelis fuit animi, vt Cyclops, Busyris, Gyges, & Typhon diceretur. Vnde sequentibus versibus eiusdem sauitiæ illufum est. Et qui ab vno non potest occidi, a multis occiditur. Tygris acerrimus est, & tamē occiditur. Caute multos, si singulos non times. Idem Capitolinus. 34

¶ Irene imperatrix vxor Leonis quarti Constantino sexto, filio suo in carcerem coniecto oculos eruit, quod ab ipso prius fuisset expulsa. Egnatius. 35

¶ Leo. 3. imp. imagines sanctorum quotquot reperit, cremauit, & Stephanum pontificem reclamantem compræhendi iussit, compræhensum interfici. Volater. 36

¶ Domitius Nero domitij Aenobarbi & Agrippinæ filius, matrem interemit. Octauiam & Sabinam poppeam in matrimonium duxit viris earum trucidatis. Ipsaque demum vxores dedit morti. Petro & Paulo vitam abstulit. Antoniam filiam Claudij recusantem sibi nubere post Poppeæ mortem, occidit. Item Aulum Plaucium iuuenem, quem ante mortem per vim cōstuprauerat. Ruffum Crispinum priuignum Poppea natum impuberem adhuc submersit. Tulfum nutricis filium relegauit. Senecam præceptorem ad necem compulit. Plærosque libertos diuites & senes (quos semper fautores inuenerat) occidit. Cassio longino iuriconsulto oculos effodit. Polyphago cuidam Aegyptij generis crudam carnem mandere assueto viuos homines lanandos obijciebat & absumendos. Populo & moenibus patriæ non pepercit. Urbem enim palam incendit, quasi offensus deformitate veterum ædificiorum. Quod incendium lætis oculis prospexit e meccœnatiæ turri. Inflammatis iam domibus nemini permisit ire ad reliquias rerum suarum. Ex Suetonio. 37

¶ Tiberius nero tertius Romanorum imperator, testamentum matris pro irrito habuit. Tres ex Germanico nepotes Neronem, drufum, & Caium varijs modis afflixit. Neronē ad mortem compulit, quum ei laqueos & vncos ostentaret carnifex. Drufum in ima Palatii parte sublati alimentis adeo maceravit, vt ille tomentum e culcitra tentauerit mandere. Ex viginti viris patricijs (quos elegerat consilij causa) vix duos aut tres incolumes reliquit, ceteros diuersis causis necauit. Seleucum grammaticum ad mortem compulit. Piscatori qui sibi secretum aliquid agenti mulum inopinanter obtulerat, perfricari, eodem pice faciem iussit, & os locusta lacerari. Militem prætorianum obsurreptum e viridario pavonem capite puniuit. Nullus a poena hominum cessauit dies, ne religiosus quidem ac sacer. Multos accusauit & damnauit cum vxoribus ac liberis suis. Interdixit ne capite damnatos propinqui lugerent. Nemini delatorum fidem abrogauit. Plerique citati ab eo ad dicendam causam partim se domi vulnerauerunt, partim in media curia venenum hauserunt, quos tamen colligatis vulneribus & semianimes in carcerem rapi imperabat. Puniti omnes in gemonias vncō tracti sunt. Viginti vno die abiecti trāsctique, nulla ætatis aut sexus habita ratione. Virgines plærxque prius a carnifice viciatæ demum strangulatæ sunt. Mori volentibus vim adhibebat viuendi. Mortem adeo leue supplicium putabat, vt quum audisset quendam Carnulium eam anticipasse, exclamas-  
mm ij uerit,

- uerit, Carnulius me euasit, Furiatus dolore quem ex morte filij sui, Drusi conceperat, multos nulla causa interfecit, Rhodiensem hospitem quem benignis literis Romam euocauerat, ubi aduenit, torqueri iussit & occidi, Carnificum locum habuit Capreis, unde damnatos post exquisita tormenta precipitari coram se in mare iubebat excipientibus deorsum classarijs, & cadauera remis elidentibus, Ex Suetonio.
- 39 ¶ Domitianus multa crudelitatis exempla exercuit, Discipulum Pantomimi puberem occidit nullam aliam ob causam, quam quod magistro similis esset forma, Ite hermodenem Tharsensem propter quasdam in historia figuras, Interemit & multos senatores, in his aliquot consulares ut Ciuicam Cerealem Asiae proconsulem, Saluidienum Orfitum, Acilium glabronem, Item Aelium lamiam ob suspiciosos iocos, Metium Pomposianum, quod habere imperatoriam Genesim vulgo ferebatur, & alias quasdam ob causas leuiculas, Præterea Salsustum Lucullum Britanniae legatum, & Iunium Rusticum Philosophos omnes vrbe Italiae summouit, Occidit & Eluidium filium, quod sub persona Paridis & Oenones ditortisum suum cum vxore tractasset, Flauium Sabinum, quod cum præco non consulem sed imperatorem salutasset, Aretinum Clementem consularem capitis condemnauit, Suetonius.
- 40 ¶ M. Antonius allatum sibi Ciceronis caput in mensa apponi voluit, perque diem illud affixit, quousque talis spectaculo animum exfatiasset, Appianus libro quarto.
- 41 ¶ Eiusdem Antonij vxor Fulvia caput ipsum maledictis ac diris execrata est, demum in spem gremio suo apposuit, acriusque inspiciens linguam illi e faucibus euellit, eamque frequenter confodit acicula, qua tunc ad ornamenta capitis utebatur, Quintianus, Latiam foderet nec fulvia linguam, Vide Crinitum Cap. 8. lib. 1.
- 42 ¶ Vedius Pollio quam piscinas magno studio ac diligentia coleret, seruos suos occidebat, eosque piscibus dabat in prædam, ut hominum cruore pasti deliciores essent, Plynius Cap. 23. lib. 7, & post eum Crinitus.
- 43 ¶ Manlius Torquatus consul dum cum latinis bellum gereret, edictumque esset, ne quis extra ordinem pugnaret, filium securi percussit quod a Genutio Metio Tusculanorum equitum præfecto laessisset, manum conseruisset licet parta de hoste victoria, Liuius libro octauo.
- 44 ¶ Iulianus imperator filius Constantij Pogonati quotienscunque truncas nares emigebat, toties vnum ex his (qui Leontio inimico fauerant) ad supplicium iubebat rapi, Egnatius.
- 45 ¶ Amalafuntha mater Atalarici regis Gothorum mortuo filio adiutorem sibi delegit Theodatum, a quo tamen in balneo strangulata est, Paulus Diaconus.
- 46 ¶ Claudianus Cæsar (qui interfecto Caligulae successit in imperio) tormenta questionum poenalesque parricidarum representabat & exigebat palam, Gladiatores retiaris iubebat interfici, ut expirantium faciem videret, Bestiaris meridianisque gladiatoribus adeo delictabatur, ut a prima luce ad spectaculum descenderet & meridie dimisso ad prandium populo persederet, Suetonius.
- 47 ¶ Aulus Vitellius nobiles viros & condiscipulos omnibus blanditijs ad societatem imperij allicefactos vario genere fraudis occidit, & in his vnum veneno manu sua porrecto in aqua frigida potione, quam is febre affectus poposcerat, Portitorem quemdam nulla penitus culpa interfici iussit, velle se dicens oculos pascere, Duos item iuuenes patri supplicium auertere conantes, Quendam equitem Ro. iugulari mandauit madauit cum liberto, Item plebeios quosdam, qui Venetae factioni maledixerant, Venit & in suspicionem matris venenum porrexisset, quod audiuisset a Cata muliere vaticina diutissime se imperaturum, si superstes parenti extitisset, Suetonius.
- 48 ¶ Aemilius Cenforinus ægestæ vrbis Siciliae tyrannus, multis muneribus eos prosequabatur, qui inauditum aliquod tormenti genus excogitassent, Spe igitur lucri commotus quidam Aruntius paterculus equum ex ære fabricatum ei dono dedit, Ille autem muneris autorem primum ibidem conclusit & emori fecit, Aristides apud Plutarchum in Parallelis.
- 49 ¶ Achilles interfectum hecтора currui seu equinae caudæ alligauit, & circum muros vrbis Troiae ter exanimem pertraxit, Demum venale cadauer expoluit parenti Priamo, Virgilius lib. 1. Aen. Ter circum silicos raptauerat hecтора muros, Exanimemque auro corpus vendebat Achilles, Claudianus de laudibus Stilliconis, Tractusque rotis vtricibus hecтор Irato vindicta fuit, vel questus Achilli, Tu neque vesano venalia currus Funera, nec vanam corpus meditaris in vnum Sauciam.
- 50 ¶ Scinis Iatro Corinthius arbores complicabat, hisque alligabat hominum brachia, ut in sublimi redeuntes lacera membra discerperent, Diodorus libro quinto, Propertius libro 3. Arboreasque

- Arboreasque cruces Scinis, & non hon hospita Graijs Saxa, & curuatas in sua fata trabes,  
De Scini latrone & quibusdam alijs Claudianus in Rufinum sic meminit. Quid tale im-  
manes vnq̄ gessisse feruntur, Vel Scinis Isthmiaca pinu, vel rupe profunda Sciron, vel Phia-  
laris tauro, vel carcere Sylla: Omnes Diomedis equi, Bufyridis aræ Clementes.
- ¶ Atreus Pelopis filius vxorem habuit Meropen, quam quum stuprasset Thyestes frater 51  
& grauidam fecisset, susceptos ex ea liberos Atreus decoxit & conuocato per speciem be-  
niuolentia fratri apposuit comedendos. Quod facinus adeo sol exorruit, vt refugias matu-  
tinum reperituerit cubile. Vnde Ouidius libro primo de ponto. Non tibi Therodamas, crū-  
dusque vocabitur Atreus.
- ¶ Therodamas fuit nefcio quis carnifex, qui leones pascebat humano sanguine. Ouidius 52  
in Ibin. Therodamantes vt qui fenere leones.
- ¶ Phineus rex Arcadię filios suauis secundæ vxoris exoculauit propter quod facinus vltri-  
cem numinum vindictam passus est amisso paulopost visu. Ouidius libro primo de arte.  
Quid fodis immeritis Phineu sua lumina natis?
- ¶ Cleomenes Lacedæmoniorum dux ab Antigono victus profugit ad Ptolemęum, a quo 54  
benigne primum exceptus, demum tamen Nicagoræ cuiusdam calumnia suspectus regi  
factus est, & ab eodem excoriatus. Plutarchus.
- ¶ Arpiages fuit quispiam, qui filium comedit. Ouidius in Ibin. Vt puer Arpiagæ referas 55  
exempla Thyestæ, Inque tui cęsus viscera patris eas.
- ¶ Alphonfus tercius, rex Hispanię quatuor fratribus oculis eruit. Volaterranus. 56
- ¶ Atelstanus rex Anglię Edimum adolescentem in nauigio sine remige fluctibus perdẽ-  
dum exposuit.
- ¶ Sigiprandus Arisprandi filius & Longobardorum rex Arriperto (quocum certabat) ocu-  
los eruit, vxoremque eius naso auribulque truncis dehonestauit. 57
- ¶ Atilla rex Pannonię vndecim virginum millia in expugnatione Colonię interfecit. 58  
Fratrem Bubam morti dedit, Aquileiam diruit. Idem Volaterranus.
- ¶ Albonius Longobardorum rex ex capite Cunin, vndi Gepidarum regis bello victi cra-  
terem sibi fecit. Paulus Diaconus.
- ¶ Narfes Italię præfectus Sindualdum Brentorum ducem armis domitum in trabe suspẽ-  
dit. Idem Diaconus. Boleffus tercius Bohemorum rex Moschoni regi Polonię superas-  
to oculos eruit, vt etiam Odoalricus Boleffai frater alteri fratri lamuro. Volaterranus.
- ¶ Tomyris Scytharum regina quum Cyrum Persarum regẽ superasset, caput eius abscis-  
sum demersit in vtreum sanguinis plenum, eique his illudit verbis. Satia te sanguine, quem 59  
tantopere sitisti Cyre. Testes Herodotus & Trogus.
- ¶ Totila rex Gothorum capta Roma terciam partem murorum disiecit. Capitolium incẽ-  
dit, omnia diripuit Et tãta passim feritate debacchatus est, vt dei flagellũ diceretur. Volat. 60
- ¶ Dirce Thebana mulier vbisensit Lycum maritum captum amore Antiope Nyctei filia 61  
puellam tauri ceruicibus alligauit, suspensis a cornibus tẽdis ardentibus, vt bos tormento  
furiolor Antiope ipsam per abrupta & scopulos tactam discerperet. Propertius libro ter-  
tio. Testis erit dirce tam vero crimine faua Nycteos Antiope accubuisse Lyco.
- ¶ Clodomys Clodouei primi filius Sigismundum filium Gundabaldi regis burgundię 62  
bello captum, vna cum liberis & vxore in puteum coniecit. Volaterranus.
- ¶ Huius frater Childebertus Amalricum regem Gothorũ fororis suæ Clotildis maritum 63  
obtruncavit, & Toletum vrbem (in qua ille se tutabatur) diripuit. Duos item fratris Clodo-  
myri filios simulata beniuolentia conuocatos interfecit. Idem Volaterranus.
- ¶ Clotharius horum duorum frater & Clodouei filius Conabrum ducem Britonum inter 94  
fecit, & Crominum eius filium cum vxore & liberis igne cremauit. Volaterranus.
- ¶ Colomanus rex Pannonię Almo fratri oculos eruit.
- ¶ Cambyfes rex Persarum blande submonitus a Prexaspe domestico, vt ab ebrietate & 65  
potu nimio caueret, q̄ id malum quãdoque rationis vsum auferat statim furore correptus  
filium eiusdem sagitta confodit. Idem Cambyfes templa & leges ludibrio habuit, deorum  
simulachris illudit. Reclusis conditorijs mortuorum inspexit cadauera, Amasis cadauer e  
monumento reuulsum verberibus cædi iussit, & omnibus probrijs affici, demum cremari.  
Duodecim Persarum primores nulla penitus causa interfecit, viuos in caput defodiens,  
Herodotus libro tertio, & post eum Crinitus.
- ¶ Sapor rex Persarum, quum Aurelianum imperatorem bello victum cepisset, equum ascẽ 66  
furus curuatos eius humeros premebat suppedanei loco. Crinitus. Matura. de fortuna Gõ  
nim iij zage

- zage. Romulidum princeps, qui te Gallene recepit In regni socium, Perfarum a principe captus Vixit in erunnis, leniuitque in carcere longo.
- 67 ¶ Eadem feritate vsus est Tamburlanus rex Scytharum in Pazaitem principem Turcarum, quem bello captum caueis inclusit, & catenis vinctum sub mensa instar canis iussit comedere, & mandere ciborum analecta. Authores Sabellicus & Crinitus, vnde Mantuanus, Turcarum princeps Mahometicus Ildris Arma ferens contra Scythica mauortia gētem, Incidit in caesses, caueisque inclusus ahenis Admiranda dedit populis spectacula, Parthi, Armenij, Mœdi, Assyrij (quacunque mouebant Victores sua castra Scythæ) videre tyrannum Squalentem in clatris, atque in pedore sepultum.
- 68 ¶ Sanctius quartus Hispaniæ rex patrem suū Alphonsum decimum e Germania redeuntem occupato regno nō admisit, Quatuor hominum millia trucidari iussit, quod in tumultu quodam Alphonsum fratris sui filium regem appellassent, Volaterranus.
- 69 ¶ Egebertus Sycoberti filius & post patrem Angliæ rex, fratris filios, enecauit.
- 70 ¶ Ptolemæus Philopator rex Aegypti, patrem, fratrem, & amicos fere omnes interfecit, Volaterranus.
- 71 ¶ Alphonfus primus rex Lusitaniæ matrem coniecit in vincula, quod mortuo primo marito secundas tentasset nuptias, Volaterranus.
- 72 ¶ Hippomenes Atheniensium princeps Limonen filiam in adulterio deprehensam, equo feroci & famelico præbuit absumendam, Ouidius in Ibin. Vtque nouum passa est genus Hippomeneia poenæ. Idem, Solaque Limone poenam, ne senferit illam, Et tua dente ferox viscera carpat equus. Ortum est hinc adagium, Magis impius Hippomene.
- 73 ¶ Henricus cognomento Clericus Anglorum rex fratrem Robertum excecauit, & inclusum carcere ibidem emori fecit, Volaterranus.
- 74 ¶ Orodes rex Parthorum Mithridatem fratrem, quamuis supplicem in conspectu omnium interfecit.  
¶ Ioannes Maria dux Mediolanensis, quotidie nouo tormenti genere ciues opprimebat, Idem matrem (a qua interim corripiebatur) in carcerem detrusit, & ibidem mori coegit.
- 75 ¶ Mamertes Syfaphonis Corinthij fratris sui filios interfecit cupiditate dominandi.
- 76 ¶ Solebat Erix filius Veneris & Bute, hospites crudeliter enecare. Hunc Hercules occidit, Martialis libro quinto, Et grauis in Siculo pu' uere fufus Erix.
- 77 ¶ Dionysius tyrannus Marfiam quandam interfecit ea tantum causa, quod is per quietē iugulare se Dionysum existimauerat, Cælius Cap. 20. lib. 12.
- 78 ¶ Antonius commodus gladiatorijs cædibus adeo Romanorum attriuit imperium, vt non men gladiatoris vulgo meruerit, Idem teste Lampridio, homines qui pedibus debiles forent, sagittis solebat conficere, Claua multos etiam afflixit, Herculem se fingēs, Sacra Mithriacha homicidio polluit, Irridētes se feris obiecit, Eum qui Tranquili librum vitam Caligulae continentem legerat, feris obiecit, Siquis se mori velle prædixisset, hunc inuitum, iubebat præcipitari, Obefi corporis hominem medio ventre dissecuit, vt eius intestina subito fund erēt.
- 79 ¶ Cleomedes Athleta Iacchum Epidamnium icū pugnæ interfecit, interfectū latera adaperuit, & iniecta manu intestina eduxit, Pausanias apud Crinitum.
- 80 ¶ Thermerus fuit quispiam, qui humana capita confringebat, Hunc Hercules interfecit claua, Erasmus.
- 81 ¶ Othomanus Turcarum princeps anno salutis. 453. Constantinopolim cepit, Constantini imperatoris mortui caput ad ludibrium palo affixit & totis castris gestauit, Mares & foeminas illustres iugulauit, aut ad vsum nefariæ libidinis referuauit, Baptista Egnatius.
- 82 ¶ Apter as fuit quispiam, qui patri testes ei uit & filios occidit. Author Annius in Berosū, ¶ Spendius fuit quidam Italicæ generis Capua oriundus qui captiuos in bello bestiis Ianianos obiecit, Author Polybius.  
¶ Orcætes Persa Polycratem Samiorum tyrannum affixit cruci, Author Herodotus.
- 83 ¶ Xerxes marimum filiorum Pythij Bithynij hominis ditissimi a quo tamen cū toto exercitu fuerat hospitio susceptus, medium dissecati iussit, Herodotus lib. 7.
- 84 ¶ Thrax fuit quispiam, qui filijs suis omnibus oculos effodit, quod neglecto patris mandato Xerxem secuti aduersus Græciam militassent, Idem Herodotus.  
¶ Amastris Xerxis vxor vxorem Masistæ Bactrianorū præsidis excarnificauit. Eius mammillas præcidit, quas obiecit canibus, Item nares, aures, labra, linguam in honestissimis desormauit plagis, Testis idem Herodotus libro nono.

Creon tyrannus

¶ Creon tyrannus militum in bello mortuorum cadauera vetabat sepeliri & inhumari. 85  
Hunc Theseus interfecit, Ouid. in Meta. Prohibentem busta Creontem Atticus Aegides  
rupit marathone quercu.

¶ Progne pandionis Athenarum regis filia Ilyn filium marito suo Tereo Thracum regi 86  
apposuit comedendum, quod stuprum intulisset Philomelę eiusdem Prognę forori. Vir-  
giliua in Buccolicis. Quas illi Philomela dapes, quę dona pararit. Vbi Philomelam posuit  
pro Progne.

¶ Medea fratrem absyrtum & filios ex Iasone susceptos membratim discerpit Ouidi. in 87  
Ibin. Et tua sic lator spargantur membra per agros, Tāquam quę patrias detinere vias.

¶ Tydeus arrosit caput Menalippi. Idem Ouidiua. Nec dapis humanę tibi erunt fastidia 88  
quaęque partes potes, Tydeus temporis huius eris.

¶ Geryon Mercurio natus patri hospites immolabat, Autho. e Plutarcho.

¶ Tartari Pannoniam ingressi Varadino oppido capto fœminas templis inclusas crema-  
uerunt, & Belam quartum eius populi regem sic terruerunt, vt ad præsidium salutis, late-  
bras inquisiuerit. Volaterranus in Geographia.

¶ Traiano imperante Iudæi duce Andrea multos ex Græcis & Romanis obtruncarunt. 89  
Qua cæde non contenti humanis carnibus vesci cœpere, seque occiforum intestinis stillā  
te ad huc sanguine, incingere, eorundem pellibus obuoluti. Multos item per medium vsq;  
ad verticem dissecuerunt, multos obiecerunt bestijs laniādos. Alios inter se digladiari coe-  
gerunt, vt ducenta & amplius hominum millia eo furore & armis Iudæorum interierint.  
Author Dion Cassius.

¶ Mutius Scæuola Tribunus plebis nouem collegas duce Sp. Cassio ad dominationem 90  
aspirantes, viuos cremauit, Author Valerius de Seueritate.

Clementes & humani.

1	Dromichetes	11	Antonius pius:	L. Crassus
	Annibal	12	Fl. Vespasianus	Crispus
2	Aemilius Paulus	13	Iulianus imperator	Crispinianus
	Ladiflaus		Domitianus	21 Anastasia
	Traianus	14	Alphonfus	Pompeius
3	Alexander	15	Scipio	22 Petrus Vrfeolus
4	Ludouicus pius		Ptolemæus	Moses
5	M. aur. Antonius		Antiochus	Thobias
6	Cæsar	16	Pyrrhus	23 Machabęus
7	Cydon		Demetrius	Ieu
	Polycrates	17	Philipus maria	Pericles
8	Maras		Antigonus	24 Fabius Maximus
9	Probus	18	Lucius albinus	Val. Pubicola
	Darius	19	Faucula Clunia	M. Marcellus
	Fabritius		Beatrix	25 Quintus Flaminius
10	T. Vespasianus	20	Cyprianus	Sabacus

EXPLANATIO.

**D**romichetes Getarum rex Lyfimachum hostem bello captum mira clementia  
dimisit illæsum. Strabo libro septimo.

¶ Annibal inuentum Aemilij Pauli consulis & collegæ Terentij Varronis ca-  
daver honorifice tumulauit. Lijuius.

¶ Idem Annibal Flamini consulis apud Thrasymenum interfecti cadaver diligentissime  
perquiri iussit, vt hostem mortuum sepeliret. Author Plutarchus in Fabio.

¶ Idem L. Baudium Romanum militem qui in Canensi pugna multis Pœnorum interfe-  
ctis egregie dimicauerat, postmodum spiculis confixum, & inter cęsorum cadauera reper-  
tum non solum sine præcio domum remisit, verum & hospitalitatis iure vt amicum sibi co-  
pulauit.

¶ Idem perspecto M. Marcelli consulis cadauere, quem tamē egre, & non sine magna suo-  
rum strage expugnauerat, nihil superbum voce aut vultu præse tulit, sed corpus splendide  
ac magnifice ornatum cremauit, postmodum reliquias in argentea vrna condidit, superpo-  
sitaque aurea corona, ad eius filium misit, authores Plutarchus in vitis Marcelli & Annii  
balis

- balis, & Valerius de Humanitate.
- 2 ¶ L. Aemilius Paulus huius Aemilij filius Perfeum Macedoniae regem victum fleuit, & affidere sibi iussit. Valerius.  
 ¶ Ladislaus rex Pannoniae victum a se inimicum regnare permisit. Quinetiam si per proceres licuisset, oblatum recussisset principatum.
- 3 ¶ Solebat Traianus aegrotantes amicos visere exinanita imperatoria maiestate. Author Aufonius.  
 ¶ Alexander capto Dario Leonatum ex purpuratis suis misit, qui eius matrem, uxorem, aliasque foeminas consolaretur, & a lachrymis auerteret & impediret. Atque etiam matri Darij (cui nomen erat Sisigambis) permisit vt quos vellet bello extinctos milites patrio more sepeliret. Eius vero uxorem (quam nulla id aetatis foemina corporis pulchritudine vicit) non solum non violauit, at summam adhibuit curam, ne quis captiuo corpori illuderet. Omnem in super cultum foeminis reddi iussit, nec quicquam ex pristinae fortunae magnificentia adimi. Et (quod omnium maximum humanitatis argumentum) Darium ipsum amisso, iure belli regno restituit. Author Curtius.  
 ¶ Idem Alexander lachrymas tenere non potuit, vbi intellexit Darium hostem (quo cum certabat) interfectum. Propterea ad emolliendam illam animi aegritudinem, mortuum regis vestibus adornauit, & matri tumulandum misit. Bessum vero interfectorem supplicio affecit. Idem quoque Porum regem ingenti praelio victum, & in potestatem redactum, non tantum regnare permisit, sed restitutum maiore & ampliore regno donauit, author Plutarchus. Claudianus ad Adrianum meminit huius clementiae dicens. Pelleum iuuenem regum flexere ruinae, Darium famulis manibus doluisse peremptum Fertur & ingenti solatus facta sepulchro, Tradita captiuo spaciosior India Poro.  
 ¶ Idem Alexander audiens se a quodam vituperari, Regium est (inquit) quum benefeceris male audire. Plutarchus in Apophthegmatis.
- 4 ¶ Ludouicus Pius Gallorum rex quum quattuor liberos varijs principatibus honorasset ab his tandem incommoda multa passus est, atque etiam coniectus in carcerem. Quod tamen animo adeo ciuili & mansueto pertulit, vt cum his postea redierit in gratiam. Volat.
- 5 ¶ M. Aurelius Antonius imperator Auidio Cassio alijsque compluribus a quibus infidias parari sibi cognouerat) pepercit, immemor furoris & vindictae, qua tamen summi principes debacchari solent, si vel fracta nuce, aut vngue praeuicte offendantur. Vulcatius Gallicus, & Pontanus de Fortitudine.
- 6 ¶ Caesar captis apud Pharsaliam Pompeij scripijs, epistolas omnes iclusas bona cremauit fide, nulla earum lecta. Author Plynius libro septimo. Idem imperator similitates contra nullos tam graues accepit vnquam, vt non occasione oblata deponeret lubens C. Memmio (cuius maledictis probrosisque verbis fuerat lacessitus) fuit in petitione consulatus. C. Caluo post famosa epigrammata de reconciliatione per amicos agent vltro & prior scripsit. Valerium Catullum (eius versiculis inleuibile stigma recipere, satisfacientem eadem die adhibuit coeque hospitioque patris eius sicut consueuerat, vti perseverauit. Cornelio Phagita (cuius infidias vix effugerat) noceri non permisit. Statuas Syllae & Pompeij inimicorum a plebe disiectas reposuit. Si qua grauius in se dicerentur, inhibere maluit, quam vni dicere. Nocturnos coniuuratores satis habuit monere, ne perseveraret. Criminosis Auili Cecinnet & Pitholai scriptis laceratam suam famam ciuili animo tulit. Regum Aegypti victor Cleopatrae fratrique eius minori permisit. Ex Tranquillo.
- 7 ¶ Cydon Corinthius fuit hospitalitate adeo insignis, vt eius fores omnibus essent peruia. Hinc adagium natum. Sempe aliquis in Cydonis domo. Zenodotus apud Erasmus.
- 8 ¶ Polycrates matres militum qui in bello perissent, opulentioribus ciuibus dabat nutriendas. Erasmus.  
 ¶ Maras fuit quispiam apud Berceam Syriae ciuitatem ditissimus, humanus & officiosus in omnes, tum ciues, tum hospites. Ex eodem Erasmo.
- 9 ¶ Probus imperator Arradionem (quem singulari certamine pugnans consecerat) magnificentissimo honestauit sepulchro. Fla. Vopiscus.  
 ¶ Darius eos obiurgauit, qui Histie caput truncauerant. Testis Herodotus.  
 ¶ Fabricius Cornelium Ruffinum quem hostiliter oderat, iuuuit in petitione consulatus. Vi de Gellium Cap. 8. lib. 4. & Fabium Cap. 1. lib. 12.
- 10 ¶ Titus Vespasianus duos in vrbe clarissimos viros (quos habebat compertos infidiarum in suam vitam) non tantum non puniuit, at etiam sibi affidere iussit. Fratrem Domitianum infidias quoque parantem flens saepe obsecratus est, ne parricidio assequi cuperet, quod breui esset

ui esset habiturus. Idem laborantes morbo & aegrotantes suis pascebat manibus, & suorum mortibus afflictos consolabatur. Aurelius victor, & Suetonius.

¶ Antonius pius fuit adeo mitis, vt quum ob inopia frumentaria suspicionem lapidibus a plebe Romana perfringeretur, maluerit placare quam vlscisci seditionem. Idē Aurelius.

¶ Fl. Vespasianus Vitellij hostis sui filiam splendidissime maritauit, dotauique & instruxit. Nullius vnquam cede letatus est. Iustis etiam supplicijs illachrymauit, & ingemuit. Suetonius.

¶ Iulianus imperator Nebridium Constantij (in quem ille bellabat) fauorē ad genua sua prolapsus paludamento protexit, ne a militibus interficeretur. Am. Marcellinus lib. 21.

¶ Domitianus inter initia imperij sui adeo ab omni cede abhorrebat, vt edicere destinauerit, ne boues immolarentur. Author Suetonius.

¶ Alphonfus expugnata pervim Neapoli noceri vetuit, pepercitque ciuibus, a quibus tamen fratrem suum sciebat interfectum fuisse. Protea cuidam homini verbofo, cui iure plurimum succenerat (non modo veniam petenti dedit, at quinque etiam talenta vltro obtulit. Pontanus de Fortitudine.

¶ Scipio Hispanos captiuos sine precio dimisit.

¶ Idem Scipio expugnata nona Carthagine omnes Hispanorum obsides (quorum in ea vrbe ingens erat copia) ciuitatibus restitui iussit, virginem captiuā eximia & rara pulchritudine conspicuam custodiri diligentissime, atque integerrime seruari iussit, & Lucero principi Celtiberorum, cui desponsata ferebatur, inuiolatam restituit. Memor beneficij Luceus defecit a Carthaginensibus ad Romanos.

¶ Idem Scipio egregium ac regij sanguinis adolescentem masanissē nepotem quum cepisset captiuum, benigne & comiter habuit. Multis deinde ac magnificentissimis muneribus cumulatum, ad anum Masanissam remisit. Mandonio & Indibili regulis Hispania superatis pecunia tantum imperata, qua stipendium militibus exsolueret. Erat preterea benignus in audiendo, facundus in respondendo, & in conciliandis hominibus egregius artifex. Frequenter solebat dicere, Malle se vnum ciuem seruare, quam mille hostes perdere. Hec ex Plutarcho, & Liuiolib. 26.

¶ Ptolemæus rex fugato Demetrio quoscūque Demetrii amicos cepit captiuos, vna eum eius supellecile statim remisit.

¶ Antiochus rex captum Scipionis filium remisit sine precio.

¶ Pyrrhus captiuos Romano populo reddidit.

¶ Demetrius classe Ptolomæi (qui prius fuerat victor) superata, eorum qui ceciderant, corpora, sepeliri iussit, & captiuos omnibus liberum concessit reditum. Plutarchus.

¶ Philippus Maria Mediolanensis captum nauali pugna Alphonsum cum duobus fratribus, non libertate solum, at multis etiam honestauit muneribus.

¶ Antigonus Alcyoneum filium, Pyrrhi ad se caput deferentem baculo percussum reiecit vt barbarum, vt pollutum inelamās. Oculosque obduxit, ne lugubre fedaretur aspectu. Multis insuper lachrymis inimici mortem profecutus est. Plutarchus & Valerius testes.

¶ Lucius Albinus quum animaduertisset virgines vestales sub sacrorum onere laborantes, & ope hominum destitutas, statim exonerato sarcinis curru, vxore & liberis iter pedibus facere iussit, virgines cum sacris conscendere currum imperauit. Liuius libro quinto & Plutarchus in Camillo.

¶ Annibale Capuam tenente Faucula Clunia captiuos egentibus suppeditauit alimenta.

¶ Beatrix Romana virgo corpora martyrum occisorum in agro suo furtim sepeliebat, quod etiam fecisse ferunt Bibianam virginem.

¶ Cyprianus Afer diuitias omnes pauperibus erogabat.

¶ L. Crassus orator tanta fuit clementia, vt murenam mortuam multos dies atratus fleuerit.

¶ Crispus & Crispinianus quicquid lucri faciebant arte futoria, quam exercebant, pauperibus impartiebantur.

¶ Anastasia Chryfogoni discipula sanctis (qui in carceribus tenebantur captiui) tacite victum ministrabat. Idem quoque fecerunt Praxedes & pudentiana sorores.

¶ Pompeius Syllæ cadaveri honorem exhibuit teste Plutarcho. Idem Pompeius Tigranē Armenia regem infestissimum populo Romano quum debellasset, in conspectu suo iacere supplicem diutius non passus est, sed benignis verbis recreatum, diadema (quod abiecerat) resumere iussit, authoribus Plutarcho & Valerio. Vnde Mantuanus. Sic quoque Pompeius quondam Tigrone subactio Mente agitans, quid sit subito descendere regem. Qui solitus

- solitus dominari alijs mortalib<sup>9</sup> ima vsque ad victoris vultu vestigia prono Condoluit.
- 22 ¶ Petrus Vrfeolus Venetiarum princeps pauperum egrotantium cubicula solebat furum visere, & operibus suis iuuare. Idem Xenodochium suo vnus sumptu extruxit. Moses Aegyptu fugiens Iosephi secum ossa tulit.
- ¶ Thobias sepeliendis mortuis vacabat.
- 23 ¶ Machabæus post prelium in Gorgiam commissum iussit vt occisorum corpora sepelirentur.
- ¶ Ieu rex Israel hostem suum Iezabelem fecit ornari tumulo.
- ¶ Pericles mortuos in bello Peloponnesiaco primus oratione publica laudauit.
- 24 ¶ Tanta fuit humanitas Fabij maximi, vt defectiores ciuitatum sociorumq; motus clementer & blâdis colloquijs parandos eise diceret, nec temere credendum suspicionibus. Idē cū animaduertisset militem quendam Marsum fortitudine & genere inter socios primarium defectionis a quibusdam accusari, nullam in eum fecit animaduersionem, At qui testatus est eum non pro dignitate tractatum fuisse, ducesque vehementer accusauit, qui dignos honores sufficientemque mercedem hominum meritis non impertirentur. Author Plutarchus.
- ¶ Valerius Publicola (qui expellendę Tarquiorum dominationi acerrimum propugnato rem se prestetit) tanta fuit facilitate & humanitate, vt indigentibus ad eum facilis esset aditus, eiusque quotidie domus aperta, aures omnium sermonibus & querimonijs paterent, nec vnquam pauperis cuiusquam colloquium aut necessitatem repudiavit. Author idem Plutarchus.
- ¶ Tanta erat in Marcello humanitas, tantus lepor tanta affabilitas, vt ad se sua comitate vnum quemque pelliceret. Idem L. Baudium militem Romanum qui beneuolentia An nibalis permotus ad Carthaginenses defecerat, compræhensum non solum non puniuit, at eximio equo, & quingentis argenti drachmis donauit. Quo munere ad eo Baudium sibi demeruit, vt relicto Annibale iterum ad suos redierit. Idē expugnatis difficili bello Syracusis ingenua corpora constuprariv etuit & occidi, nec Syracusanorum quempiam i seruitutem redigi passus est. Archimede quoque Sermetram Syracusanum quem in ei<sup>9</sup> vt bis obsidione præcipuum hostem senserat, nullo penitus affectit detrimēto, quin eius interfectores multis obiurgauit conuictis, & quia de mortuo bene mereri nō poterat, mortui necessarios & amicos multis cumulauit honoribus. Plutarchus.
- 25 ¶ Titus quintus Flaminius post expugnatum Philippum Macedonum regem, vniuersę Græciæ (quam armis subegerat) libertatem restituit, atq; cita per preconem pronunciarit iussit. Senatus populufque Romanus ac Titus Quintus imperator & consul regi Philippo & macedonibus debellatis. siue custodijs liberos, immunes, suo iure viuere permittunt Corinthios, Locros, Phocenses, Euboicos, Acheos, Phthiactas, Magnesios, Thessalos, Perrhebos. Qua humanitate tantam sibi gratiam comparauit apud omnes, vt a prætoribus græcię magno plausu exciperetur, vltroque ciuitates & populi eius ditioni se dedecent. Qua græcię libertate ipse gloriari solitus, cum argenteos clypeos, suamque parmam Delphis attingeret ita inscribi iussit. Clara louis soboles studiū quam mulcet equorum. Sparthani reges Tyndariumque gen<sup>9</sup>. Hoc Titus Aeneados summos munere donat, Quo duce libertas opipida græca tenet. Plutarchus.
- ¶ Sabacus Aegyptiorum rex tantæ humanitatis fuisse creditur, vt neminem eorum qui damnati capitique rei essent, voluerit morte affici, sed pro sui quemque delicti magnitudine, compedibus vincitum ad certam mensuram aggerum vrbs vnde quisque incolentiū esset, plectebat. Herodorus libro secundo.

## Modesti &amp; verècundi.

Themistocles  
Pictacus  
Cato  
M. Fabius  
Pompeius  
Fabius gurges  
C. Numerius

Vgolinus  
Q. Cincinatus  
Cn. Plancus  
Cimon  
Pescenius  
Agathocles  
Terentius Varro

Cicerius  
Pompeius  
Iulius Cæsar.  
Spurina  
Scipio

## EXPLANATIO:

Themistocles





Hemistocles iacente in hostem armis pulcherrimis indutū sequēti multi exuendum reliquit, quū ab huiusmodi facto ipse abhoreret. Plutarchus in Politicis.

¶ Quum Mitylenei Pyctaco multum agri offerrent gratuito munere, tantum sumpfit, quantum hasta percurreret, vt apud Romanos P. Claudius, quantum vno die arasset.

¶ Cato ob modestiam nullam sibi statuam erigi passus est, dicens se malle, vt posterī percontarentur, cur Catoni posita non esset statua, quam cur posita, Plutarchus in Apophth.

¶ M. Fabius consul deuictis Veijs oblatum triumphū renuit ob fratris & collegę mortē.

¶ Pompeius oblatam sibi ab hebræorum rege mensam & sedem auream, deferri iussit in publicum ararium.

¶ Fabius gurgēs, Fab. Picior. C. Numerius & Q. Vgolinus legati ad Ptolomęum missi accepta ab eodem munera in ararium retulerunt. Q. Cincinnatus dictatura se sponte abdiçauit. Quod etiam L. Sylla fecit vltro.

¶ Cn. quocq; Plancus censuram volens exiit.

¶ Cimon Atheniensis Reip. munera caste semper & incorrupte obiit, & ab omni genere expilationis abstinuit. Pontanus de Liberalitate.

¶ Pescenius niger se ipsum & milites rexit, vt nihil a provincialibus non oleum, non lignum in operam ve extorserint.

¶ Agathocles rex Sicilię nullo vnquam luxurię fortunę zephyro auerti potuit a recorde figulinę patris officinę. Quamuis enim haberet auri & argenti abūdę, semper tamē abacum vasis fictilibus onerabat. Plutarchus in Apophthegmatis. vnde Aufonius. Fama est fictilibus cęnasse Agathoclea regem. Atque abacum Samio sepe onerasse luto. Quęrenti causam respondit. Rex ego qui sum Sicanię, figulo sum genitore factus. Fortus nam reuerenter habe, quicumque repente Diues ab exili progrediēdo loco.

¶ Terentius Varro delatam sibi ab vniuerso senatu & populo dictaturam recusauit quot remp. confregisset Cannensis pugnę temerario congressu, Valerius de Verecundiā.

¶ Cicereius quum Prętorij Comitij Cn. Scipioni superioris Africani filio competitori omnium suffragijs preponeretur, erubescens se tanti viri filio pręlatum, ex competitore suffragatorem se fecit. Idem Valerius.

¶ Pompeius in acie Pharsalica victus a Cæsare, quum postero die Larissam intraret, oppidique illius vniuersus populus obuiam ei processisset. Ite inquit, & istud officium præstas te victori.

¶ Iulius Cæsar tribus & viginti vulneribus coniuuratorum mucronibus confossus, a verecundiā absterri non potuit. Nam eo tempore quo spiritus a mortali corpore secernebatur, togam vtraque manu demisit, vt inferior pars corporis tectā collaberetur.

¶ Spurina egregius adolescens quum sua forma complurium scēminarum sollicitaret oculos verecundiā motus, oris decorem vulneribus deformauit, Valerius.

¶ Quum Scipio Hispanos captiuos libere ac sine precio dimisisset, omnesque propterea victoris clementiam admirati eum honoris & virtutis gratia regem appellare vellent, vocem hanc Romanis auribus infuetam cōtinuo repressit, nec eum titulum sibi tribui passus est, quem Romanę maiestati sciebat esse odiosum.

¶ Contemptores honorum & diuitiarum.

Sextus ælius Catus  
Cimon Atheniensis  
Agnes  
Crates  
Marcus Curius  
Raymundus  
Io. Germanus  
Vmbertus Viennensis  
Albertus magnus  
Clotildis  
Diocletianus  
Eugenia  
Erburga

Homo bonus  
Iudocus  
Lotharius  
Marcus  
Antonius anachoreta  
Tuditanus  
Democritus  
Fabricius  
Scipio  
Maximianus  
Amurathes  
Petrus rex Anglię  
Lysander

Messala  
Theodosius  
Michael imperator  
Manuel  
Ioannes Calacuzenus  
Babythaceni  
Arfenius  
Rachis  
Placidia  
Forfeus  
Aeneas  
Nicolaus  
Phocion

Sextum Aelium



Extum Aelium Catum virum consularem quum legati Aetholorum vasis fictilibus prandentem reperissent, eidem vasa argentea miserunt quæ tamen recusauit. Neque aliud argenti ad extremum vite diem habuit quæ duo pocula accepta a L. Paulo socero suo. Author Plynus.

¶ Cimon dux Atheniensis spolia victis hostibus erepta suis ciuibus partitus est. Plutarchus.

¶ Agnes vxor Henrici tercij imp. omnibus & diuitijs & honoribus se abdicauit, vt religioni daret operam.

¶ Crates Thebanus non paruam auri & argenti cumulum proiecit in mare, quo melius philosopharetur citra impedimentum. Philostratus in vita Apollonij.

¶ M. Curium rapa in foco torrentem quum legati Samnitum reperissent, eique multum obtulissent auri, Malo inquit hæc in fictilibus meis comesse, & aurum habentibus imperare. Plynus lib. 19. & Plutarchus in Catone.

¶ Raymundus, lo. Germanus, Vmbertus Viennensis, Albertus magnus se suis episcopatibus abdicarunt vltro.

¶ Clouidis seu Batidis vxor regis Clodouei, dimissis opibus & regno, cœnobio se inclusit.

¶ Diocletianus relicto sponte imperio in proprijs agris consenuit. Aurelius.

¶ Acata eugenia relictis opibus paternis cœnobio se inclusit.

¶ Etburga filia Eduardi senioris regis Angliæ relicta itidē paterna domo claustrum ingressa est, in quo ad mortem durauit sanctissime.

¶ Homo bonus cuius Cremonensis opes nundinarijs & negociatorijs partas laboribus reliquit, vt spiritali consuleret lucro.

¶ Lotharius imperator, & rex Gallorum imperio sponte se abdicauit.

¶ Ludocus regis Britonum filius relicto principatu cui post patrem erat successurus, byssum & purpuram in pannosas & viles commutauit tunicas.

¶ Marcus Euangelista pollicem sibi amputauit, vt sacerdotis videretur indignus. Hieronymus apud Cælium.

¶ Antonius anachoreta ne eligeretur episcopus, leuam sibi auriculam ferro præsecuit. Cælius.

¶ Tuditanus patrimonium populo diripiendum sparsit.

¶ Democritus agros suos reliquit, eosque pascua publica fieri passus est. Valerius de Stru.

¶ Legati Samnitum Fabricij domum ingressi, quum viderent multa ad splendorum & tantum viri deesse maiestatem, magnam vim auri eidem obtulerunt. Quam repudiavit vltro. Testis Gellius lib. 1. Cap. 14. & Plutarchus in vita Pyrrhi. De Fabricio & quibusdam alijs, Claudianus in Ruffinum scribit. Contentus honesto Fabricius paruo spernebat munera regum, Sudabatque graui consuli Serranus aratro. Et casa pugna Curios angusta tegebat. Idem & nulli peruia culpæ Pectora Fabricij donis inuicta.

¶ Maior Scipio publicam rerum administrationem sponte reliquit, vt priuatus ageret.

¶ Maximianus princeps relicto imperio vitam quoque priuatam elegit.

¶ Amurathes Turca dimissa filio regni cura priuatus egit.

¶ Petrus rex Angliæ dimisso suis regno Romam venit, vbi in paupertate priuatus vixit.

¶ Lysander rex Lacedæmoniorum vestimenta magni precij filiabus suis a Dionysio missa recusauit. Plutarchus in Apoph.

¶ Messala primus omnium Romæ vrbis præfectus constitutus, die sexta ab ea dignitate se abdicauit. Crinitus Cap. 12. libri primi.

¶ Theodosius Atramytenus imperator post Artemium pertæsus belli ciuili cessit imperio, monasticamque vitam amplexus est. Baptistæ Egnatius.

¶ Michael Curoplates imperator post Stauracium Leoni Armenio curam imperij reliquit vltro.

¶ Manuel quoque habenas imperij Alexio reliquit, monasticam secutus vitam.

¶ Idem fecit Ioannes Catacuzenus imperator, qui successit Andronico iuniori. Idē Egna.

¶ In Tygris alueo oppidum est Babythace, cuius incolæ mortalium soli aurum in odio contrahunt. Plynus.

¶ Arsenius Romanus patricius quum vocem hanc incerto auctore audiuisset, Fuge, tace, & quiesce, relicta paterna hereditate ad cœnobium properauit. Volaterranus.

¶ Rachis Longobardorum rex regno se sponte abdicauit, vt monachum ageret.

Placidia virgo

¶ Placidia virgo Valentiniāni imperatoris & Eudoxiæ filia repudiatis opibus nulli rei preterquam salutis inhiabat.

¶ Forfeus Hiberniæ regis filius neglecto regno monachum egit.

¶ Aeneas militis cuiusdam Turno adherentis (cui nomen erat Magus) diuitias spreuit, quas offerebat, vt veniam consequeretur victus. Aeneas apud Virg. lib. 10. Argentiatq; auri memoras quæ multa talenta Natis parce tuis.

¶ Nicolaus pataretus Smyrnæ antistes patrimonium pauperibus impartiuit.

¶ Phocioni quum Alexander ex Persica gaza bello parata magnum auri pondus misisset, recusauit ille Plutarchus.

Diuites.

Mydas  
Crcesus  
Sicheus  
Volunx  
Aesopus  
Cecilius Claudius  
Marcus crassus  
Pallas  
Callistus  
Narcissus  
Licinius  
Ptolemæus  
Sylla  
Pythius Bichynus  
Seneca  
Tartius Ruffus  
Lentulus  
Herodes  
Nicanor  
Sesoftris.

L. Luscius  
Galefus  
Camertes  
Dorilas  
Cyrus  
Semiramis  
Esubopes  
Cæsar  
C. Antonius  
Murena  
C. Caligula  
Romani  
Perfeus  
Mamurra  
P. Claudius  
Cissamis  
Dion  
Plynius iunior  
Dauid  
Salomon

Persæ  
Minyas  
Meander  
Heliogabalus  
Tantalus  
Callicrates  
Rampinitus  
Darius  
Indi  
Lydi  
Babylonij  
Seres  
Arabes  
Achemenes  
Tholosani  
Luerius aruernus  
Antiochus  
Iob  
Satus Lacerta

EXPLANATIO.



Mydas rex fuit Phrygiæ, cui propter Bacchum hospitio susceptum concessum est, vt quicquid vellet optaret, voti futurus compos. Optauit autem vt quicquid corpore contigisset, in aurum verteret. Tantæ fuerunt eius diuitie, vt in prouerbum abierint. Strabo libro primo Sylvarum, Digne Mydæ Crcesique bonis, & Perside gaza. Idem lib. 2. Viue Mydæ gazis, & Lydo ditior auro.

¶ Opulentia Cræsi Lydorum regis maxime quondam nobilitata est apud Græcos & adeo, vt fecerit prouerbio locū. Propterea (vt scribit Herodotus) existimabat se mortalium felicissimum, Martialis libro quinto, Crcelo diuitior licet fuisset, Aufonius, Effigiem rex Crcese tuam ditissimæ regum Vidit apud manes Diogenes Cynicus, Sidonius, Cuius non valuit rapacitatē Vel Lydi satiare gaza Crcesi.

¶ Virgilius scribit Sicheum Didonis maritum fuisse ditissimū agri inter Phœnicas. Quæ opulentia fuit ei exitio, impulsiue Pygmalionem regem Tyri, vt eum interficeret. Quantum autem auri & argenti habuerit, hinc suspicari licet, quod eius thesauris profuga dido emulam Romani imperij Carthaginem ædificauit.

¶ Volunx fuit quispiam ditissimus, de quo Syllius libro quinto scribit. Ditissimus agri Ocumbes generose Volunx, nec clausa repostis Pondera thesauris, patrio nec regia quondam Præfulgens ebore, & possessa mapalia soli Profuerint.

¶ Aesopus tragicæus amicus Ciceronis arte histrionica ad tantam peruenit opulentiam, vt sexcentis sestercijs ei patina steterit, reliqueritque filium adeo diuitem, vt in visiones liquefactos cœnis apponeret. Plynius libris. 10. & 35.

¶ Cæcilius Claudius testamento suo edixit, Quamuis multa bello ciuili perdidisset, tamen relinquere seruorum quatuor millia centum & sedecim iuga bouum tria millia & sexcenta.

Reliqui

OFFICINA

Reliqui pecoris ducenta quinquaginta septem millia. In numerato pondo sexcēta millia. Qui funerari se iussit festerijs vndecim millibus. Plynius Cap. 10. lib. 33.

¶ Marcus Crassus negabat diuitem esse, nisi qui reditu ānuo legionē posset alere. In agris suis possedit festerium bis millies, hoc est ære nostro quinquagies centena millia aureorū coronatorum. Nec satis fuit, inquit Plynius, nisi totum Parthorum esurisset aurum. Harū autem diuitiarum maximam partem ex ciuilibus bellis atque incendijs comparauerat calamitates publicas in suam vnus vtilitatem vertens. Nam quum trecenta solum talēta ex paterna hereditate accepisset, priusquam aduersus parthos exercitum duceret, septem millium & centum talentorum summam coegisse traditur, quum etiam decimam partē facultatum suarum Herculi consecrasset, & publicum epulum dedisset populo, ac tres minas ciuibus viritim contulisset. Seruos habuit circiter quingentos fabrilis artis & architecturæ peritos, quibus non solum ad propriæ domus extruccionem vltus est, sed ciuibus edificare volentibus eorum operas mercede locauit. Plutarchus.

¶ Pallas Claudij libertus Crasso ditior fuisse perhibetur vicies & quinquies centenis millibus. Plynius & Tacitus.

¶ Plynius præter hunc Pallantē ait Callistum, & Narcissum Claudij principatu fuisse opulentiores. Narcissi autem diuitiæ in proverbium venerunt, quū Iuuenalis dicat, Nec Cræsi fortuna vnquam, nec Persica gaza Sufficient animo, nec diuitiæ Narcissi, Indulsi Cæsar cui Claudius omnia. De pallante Iuuenalis Satyra prima, Ego possideo plus Pallatē & Licinis, Hic duo Pallas & Narcissus liberti fuerunt Claudij, quos decreto quoque senatus, nō solum ingentibus præmijs, ac etiam magistratibus ornari passus est. Tacitus scribit Claudium Pallanti prætoriam insignia & centies quinquagies festerium censuisse, & Pallantem ipsum festerij ter millies possessorem fuisse. Idem lib. 14. ait Nerone veneno interfecisse se hunc Pallantem, quia immensam pecuniam longa senectū detineret.

¶ Licinius Cæsar's libertus tantum agrorum fertur habuisse, quantum peruolarent milliui. Persius. Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in cedes.

¶ Quamuis numerosè fuerint Crassi diuitiæ, Plynius tamen facit Syllam ditiozem, vbi de Crasso loquens ait, Quiritum post Syllam ditissimus.

¶ Pompeio res gerente circa ludæam Ptolemæus octona millia equitum sua pecuniā tolerauit. Mille conuiuia totidem aureis potorijs mutans vasa cum feti culis faginauit. Plynius Cap. 10. lib. 33.

¶ Pythius Bithynius platanum auream vitemque nobilem Dario regi donauit, Xerxis copias hoc est septies, 88. millia hominum excepit epulo, stipendium quinque mensium, frumentumque pollicitus, vt e quinque liberis senectuti suæ saltē vnus concederetur. Testes Herodotus & Plynius. Interrogatus a Xerxe quantum possideret, respondit se habere argenti talenta duo millia, auri myriadas quadringentas staterum dardicorum septē millibus minus. Quam summam quum obtulisset ipsi Xerxi, demiratus rex propensam hominis liberalitatem, expleuit quod illi deerat ad quadringentas myriadas.

¶ Seneca philosophus rerum actui præpositus a Nerone, quadriennio ter millies festeriū quesituit. Cornelius Tacitus lib. 13.

¶ Tarius Rufus infima natalium humilitate consulatum militari industria meritis circiter mille festerium liberalitate Augusti congestū, agris coemendis exhaustit. Plynius Cap. 6. lib. 18.

¶ Idem Seneca testis est Lætulū augurem eodem Augusto imperante quater millies festerium suum vidisse.

¶ Herodes Atticus tanta fuit rerum opulentia, vt Isthmum vellet perfodere, & maria coniungere diuersa, si per imperatorem licuisset, Quod tamen frustra tentauerat Nero. Cæli<sup>9</sup> Cap. 52. libri vndecimi.

¶ Plarique veterum suam satis opulentiam prodiderunt arduis conatibus, quibus rerum naturæ faciem mutare voluerunt, vt Nicanor Seleucus, qui excogitabat perfodere spaciū a Bosphoro Cimmerio ad Caspium mare, quod interuallum erat, 150. millia. Idem Cælius ibidem.

¶ Sesostris rex Aegypti interstitiū a rubro mari ad Nilum profcindere adorsus est. Quod postea Darius molitus est.

¶ L. Lucius Syllanarum partium amplius sexcenties possedit. Asconius.

¶ Galeus fuit in Latio quispiam ditissimus agrestis Gaze, Virgilius libro septimo Aeneidos. Corpora multa virum circa, seniorque Galeus, Dum paci medium se offert, iustissimus vnus Qui fuit, Ausonijsque olim ditissimus aruis, Quinque greges illi balantum, qui na redibant

na redibant Armenta, & terram centum verrebat aratris.

¶ Camertes Vollcentus filius partium Turni fautor in Aeneam ditissimus fuit. Virgilius libro decimo. Persequitur fortemque Numam, fuluumque Camertam Magnanimo Vo-  
scente tatu in ditissimus agri Qui fuit Aufonidum & tacitis regnavit Amyclis.

¶ Dorylas ponitur ab Ouidio libro quinto Metamorpho. ditissimus agrestis opulentiæ, vbi ait. Nalamoniaci Dorylas ditissimus agri, Diues agri Dorylas, quo nõ possederat alter La-  
tius aut totidem tollebat farris acruos.

¶ Cyrus deuicta Asia, 34. millia pondo auri inuenit, præter vasa aurea, aurumque factum & in eo folia ac Platanum vitemque, Qua victoria argenti, 500. millia talentorum reposita  
tauit. Plynius Cap. 3. lib. 33.

¶ Diuitiæ Semiramis arguuntur ex coctilibus illis muris inter septem orbis miracula nu-  
meratis. Ex cratere, cuius pondus erat quindecim talentorum Cleopatæ vero diuitiæ ar-  
guuntur ex apparatu conuiuij, quo Antonium excepit, ex vnionum forbitione & multis  
item sumptibus, Plynius.

¶ Eubopes rex in Suanorum terra velleribus aureis inclyta plurimum argenti auri que fer-  
tur eruisse.

¶ Cæsar in munere patris funebri, omni apparatu arenæ argenteo vsus est.

¶ C. Antonius ludos scæna argentea fecit, Item & L. Murena.

¶ Caius princeps in circo pegma duxit, in quo fuere argenti pondo, 124. Plynius.

¶ Nero Pompeij theatrum operuit auro in vnũ diem, quod Tyridati regi Armeniæ ostēdit.

¶ Populus Romanus septem annis ante primum bellũ punicum habuit in ærario auri pō-  
do, 726. millia, Argenti, 92. millia, & extra numerum, 375. millia, Item Sexto Iulio & Lu-  
cio Martio consulibus, 846. auri pondo. Cæsar primo introitu vrbs in ciuili bello suo ex  
ærario protulit laterum aureorum, 26. millia, & numero pondo, 300. Plynius.

¶ Paulus Aemylus Perseo Macedoniæ rege deuicto rettulit in ærarium prædam pondo  
trium milium.

¶ Scipio Africanus victa Carthagine, 4470. pondo auri inde transtulit, Item argenti cæla-  
ti millia 450. vasorum aureorum pondo centum millia, Plynius Cap. 11. lib. 33.

¶ Mamurram Catullus dixit habere quicquid habuisset comata Gallia. Cornelius nepos  
adiecit cum totis edibus nullam nisi e marmore columnam habuisse, omnes solidas Cari-  
stio aut Lunensi.

¶ P. Clodius (quẽ Milo occidit) habitauit domo empta sestertium centies quadragies octies  
es, Budæus.

¶ Cissamis Couis fuit gregibus pecuarijs supramodum diues.

¶ Dionis Syracusani opes immensæ fuerunt, & regia in viuendo propemodum pompa &  
suppellex, Plutarcho teste.

¶ Lucullus quum reip. infensus priuatae vitæ se dedisset, ædibus & prætorij extructis hor-  
tis & cœnationibus amenissimis incredibili sumptu paratis, & Bibliotheca libris vtriusq; li-  
gurae cumulatissima, opes bello quesitas contere non potuit. Idem Pompeio & Ciceroni  
extemporariam apparuit cœnam impendio quinquaginta milium, tanta epularum & re-  
rum lauticia, vt conuiuus in admirationem traheret. Idem perfodit montem & flumen im-  
misit in piscinas, quæ reciproca fuerunt. Budæus libro secundo de Assè.

¶ Plynius iunior tanta fuit opulentia, vt ducenta millia nummum pro accessione precij a-  
grorum contempserit, emptrice Corelia hoc petente, vt suis ipse verbis docet ad eandem  
cœnam scribens, Tu quidem (inquit) honestissime quot tam impense & rogas & exigis  
vt accipi a te iubeam precium agrorum non ex. 700. millibus, quanti illos a liberto meo,  
sed ex nongentis quanti a publicanis partem vigesimam emisti, Inuicẽ ego & rogo & exi-  
go, vt non solum quid te, verum etiã quid me deceat, aspicias. Idem Plynius patriæ suæ  
donauit annua sestercia tricena, quæ a nobis. 750. aureis estimantur. Hanc eius opulenti-  
am pluribus verbis describit Budæus.

¶ Quantæ fuerint opes Dauidis coniectare est verbis eiusdem, qui capite, 22. libri prioris  
Paralip. ita loquens ad Salomonẽ inducitur. Confortare & viriliter age, ne timeas, neq; pa-  
ueas. Ecce ego in paupertatula mea pparauim impensas domus domini auri talẽ cẽtũ mil-  
lia, & argenti mille millia talentũ. Historia regum scribit Dauid habuisse argenti mille mil-  
lia talentũ, id est decies centena millia, & auri centum millia, quæ mille millia talenta ar-  
genti valent. Propterea Budæus ait opes Dauid decies fuisse maiores opibus Darianis.

¶ Fuerunt & immanes Salomonis diuitiæ, vt testatur, quod libro tertio Regum & Capite  
decimo scriptum est hoc modo. Nũ erat argentum nec alicuius precij putabatur in diebus,  
nũ Salomonis

OFFICINA

Salomonis, quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos in Tharhis deferens inde aurum & argentum. Et paulo inferius. Fecitque vt tanta esset abundātia auri & argenti in Hierusalem, quanta & lapidum. Consumpsit in templi sui columnis & vasis aureis quadragies sexies centena millia. Argenti vero ad clauos & alia instrumenta, 1232. talenta. Aeris vero in columnis, fornicibus, & ceteris talenta, 18. millia. Vide Budeū.

¶ **V**ictō Dario inuenta sunt in Perside, 180. millia talentum, quum tamen Darius septem millia fugiens rapuisset. Budæus.

¶ **M**inyas fuit quispiam sua ætate mortalium ditissimus, qui primus thesaurum recondendis pecunijs struxisse fertur. Cælius Cap. 25. libri vnde cimi.

¶ **C**ælius ait Mæandrum Protagoræ patrem tanta rerum opulentiâ præcelluisse, vt Xerxem Persarum regem domo & donis excipere aufus sit. Quod iam de Pythio memorauimus.

¶ **H**eliogabalus mensas & capsas habuit argenteas. Primus etiam cacabos, vasa deinde cærenaria argentea sculpta & nonnulla stigmatibus libidinosis iniquinata. Author Aelius Lampridius.

¶ **T**antali diuitiæ prouerbio locum fecerunt quem præ diuitem fuisse ostendit carmen illud ex tragœdia apud Plutarchum de exilio. Viam dierū duodecim fero iugera. Erasmus.

¶ **C**allicrates fuit quispiam Carystius, qui ciues suos omnes opibus longe præstitit. Hinc adagium natum. Ultra res Callicratis. Erasmus.

¶ **H**erodotus scribit Rhampsinitem regem immanem pecuniæ copiam habuisse, quam ne mo regum posterorum adæquauit.

¶ **D**arius veugalem sibi fecit asiam, ex qua quotānis ad rationem Euboicam quatuordecim millia & sexaginta talentorum accipiebat, præter aliud tributum quod ex Africa & ijs qui Europam Thessalia tenus incolebant, eidem afferebatur. Herodotus libro tertio.

¶ **I**ndorum regio teste Curtio, diues est non auro modo, sed margaritis & alijs gemmis ad luxum magis quam ad magnificentiam exculsa.

¶ **I**nter populos diuitijs memorabiles recensentur Lydi, Babylonij, Seres & Arabes. Statius libro quinto Sylvarum. Si babylonis opes, Lydæ si pondera gazæ, Indorumque dares Serumque, Arabumque potentes diuitias.

¶ **F**uit & Achæmenes rex Persarum ditissimus. Horatius libro secundo Carminum. Num tu quæ tenuit diues Achæmenes, Aut pinguis Phrygiæ Mydonias opes, Permutare velis crine Lyciniæ.

¶ **I**n Tolosano Italiæ oppido a Quinto Cepione direpto inuenta sunt auri pondo, 110. millia, argenti pondo quinquies decies centena millia. Trogus lib. 32.

¶ **L**ucrius Aruernus pater Bituiti (qui Bituitus cum Maximo Aemiliano & Domitio Onobarbo ducentorum hominum exercitu conflixit) tantis delictijs, diuitijsque circumfluxit, vt aliquando ostendendarum opum gratia curru vectus campum ingrederetur nummos aureos argenteosque huc atque illuc spargens. Quibus colligedis amici atque comites occupati sequerentur. Strabo libro quarto.

¶ **A**ntiochus magnus Syriæ rex tantis affluxit diuitijs, vt in Romanos certaturus exercitum collegerit ornatissimum, in quo plerique milites hastis scutisque aureis & argenteis enitebant. Propterea quum ostentasset Annibali copias illas tanto munitas apparatu, rogasset que nunquid fatis essent Romanis facturæ, Pœnus ignauiam imbelliamque militū eius eludens, fatissaturæ inquit, etiam si avarissimi fuerint Romani.

¶ **H**abuit lob septem millia ouium, tria millia camelorum. Quingenta iuga bouum, quingentas asinas, reliquique pecoris armentum numerosissimum.

¶ **S**tatus Lacerta fuit Romanus quidam ditissimus, cuius sola villa centum caesidicorū patrimonium superabat. De hoc Iuuenalis Satyra septima. Parte alia solum rus Sati pone Lacerte.

¶ Pauperes.

1	Irus	7	Hecale		Apher
2	Mencetes		Amyclas	9	Cinna
3	Acœtes		Ibycus		Furius
4	Baucis	8	Horatius	10	Codrus
5	Faufstulus		Hylus		Procula
6	Anna		Thelesinus	11	Aelij
					Paulus æmylius

12	Paulus æmylius	22	Plautus		Eumæus
13	Actius		Tellus	28	Telemachus
	Meneuius	23	Theagenes		Conna
14	M. Popilius		Lylistratus		Caunius
15	Aristides		Antonius		Cleobis
	Gallias		Clito		Biton
16	Val. rius Cato		Mnesarch <sup>9</sup>	29	Protogenes
17	Demonax		Glycera		Seruilus
18	Epaminundas	24	Telenicus		Attilius
	Epictetus		Pauson		Habrahamus
19	Aglaus	25	Lamachus		Hilarion
	Martialis		Val. Publi.		Franciscus Afisias
20	Menas	26	Acilius	30	Cleanthes
21	Origenes	27	Lucilius	31	Fabius Maximus

EXPLANATIO.



Rus fuit Ithacensis pauperrimus, quē Vlysses ab expeditione Troiana reuersus ictu pugni interfecit. Propertius libro tertio. Lydus dulichio non distat Cræsus ab Iro. Martialis libro quinto. Iro pauperior forem Carine. Idem lib. 12. Irus tuorum temporum sequeris.

¶ Menœtes fuit Arcas quispiam occisus a Turno, cuius paupertatem describit Virgilius libro duodecimo his verbis. Et iuuenē exosum nequicquam bella Menœtem Arcada, piscosæ cui circum flumina Lernæ Ars fuerat, pauperque domus, nec tota potētum Muznera, conductaque pater tellure ferebat.

¶ Acœtes paupertatem suam apud Ouidium libro tertio Metamor. his verbis exprimit. Ille metu vacuus, nomen mihi dixit Acœtes, Patria meonia est, humili de plebe parentes, Non mihi quæduri colerent pater arua iuueni, Lanigerosque greges, non vlla armenta reliquit. Pauper & ipse fuit, linoque solebat & hamis Decipere & calamo sitientes ducere pisces. Ars illi sua census erat, quum traderet artem. Accipe quas habeo studiij successor & hæres Dixit, opes, moriensque mihi nihil ille reliquit, Præter aquas, vnum hoc possum appellare paternum.

¶ Baucis mulier & Philemon eius maritus in maxima paupertate consenuerunt. Idē Ouidius lib. 8. Sed pia baucis anus, pariterque ætate Philemon illa sunt amnis iuncti iuuenilibus, illa Consenuere casa, paupertatemque ferendo Effecere leuem, nec iniqua mente ferendam. Nec refert dominos illic famulos ne requiras, Tota domus duo sunt, idem pariterque iubentque.

¶ Faustulus pastor fuit extremæ paupertatis, qui vel Romulum exposuit, vel expositum nutritiuit. Ouid. libro tertio Fastorum, Nec taceam vestræ Faustule pauper opes.

¶ Apud eundem libro eodem, Anna nomen est pauperrimæ vetulæ, vbi ait, Orta sub vrbibus quædam fuit Anna bouillis Pauper, sed multæ sedulitatis anus, illa leui mitra canos incincta capillos, Fingebat trepida rustica liba manu.

¶ Hecale nomen est pauperrimæ feminae apud eundem libro secundo de Remedio. Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ nouerit lrum? Nempe quot alter egēs, altera pauper erat.

¶ Amyclas nomen est pauperrimi nauitæ apud Lucanum, de quo iam verba fecimus, in capite de nauitis, Apud Horatium Ibycus nomē est pauperis, cuius vxor dicebatur Chloris, Hæc Horatij verba. Vxor pauperis Ibyci Tandem nequitia fige modum tuę.

¶ Horatius ipse laborauit paupertate, qua vigente animum appulit scribendis carminib<sup>9</sup>. Vnde libro secundo Epistolarum sic inquit, Et laris & fundi paupertas impulit audax Vt versus facerem.

¶ Martialis libro secundo Hyli paupertatem eludit his verbis. Vnus saepe tibi tota denarius arca Quum sit, & hic culo tritior Hyle tuo.

¶ Idem Thelesinum turpi quaestu diuitem factum ridet his verbis ex libro sexto. Quum coleret puros pauper Thelesinus amicos, Errabat gelida fordibus in togula. Obscœnos postquam cœpit curare cynœdos, Argentum, mensas, prædia solus emit.

¶ Apher, apud eundem nomen est viri extremæ paupertatis, vbi ait, Quum sis tã pauper, na ij quam nec

OFFICINA

- quam nec miserabilis Apher.
- 9 ¶ Ab eodem ridetur Cinna quispiam, quod quum pauper esset, pauper videri vellet. Sic enim inquit, Pauper est Cinna, & vult videri pauper.
- ¶ Carullus Furio cuidam pauperimo sequentibus illudit versiculis. Furi cui neque feruus est nec arca, Nec cymex, neque araneus neque ignis, Verum est pater & nouerca, quorum Dentes vel silicem comesse possunt.
- 10 ¶ Codri poete pauperimi & Procula eiusdem vxoris paupertatem sic describit Iuuenalis. Lectus erat Codro Procula minor, vrceoli sex Ornamentum abaci, ne conon & paruul<sup>9</sup> infra Cantarus, & recubans sub eodem marmore Chiron. Iamque vetus graecos seruabat cista libellos, Et diuina opici rodebant carmina mures. Nil habuit Codrus, quis enim negat: & tamen illud Perdidit infelix totum nihil. Vltimus autem Aerumne cumulus, quod nudum & frustra rogantem Nemo cibo, nemo hospitio, tectoque iuuabat.
- 11 ¶ Aeliorum familia Romae fuit pauperima, & modicarum adeo facultatum, vt sexdecim eodem tempore vnicam habitauerint domum, vnicum agrum possidentes, Valerius.
- 12 ¶ Paulus Aemilius qui de Liguribus & Perseo Macedonie rege triumphauerat, adeo pauper mortuus est, vt funebres ludii celebrari nequiverint nisi diuidetis eius possessionibus.
- 13 ¶ Aetius sophista Antiochenus aurificinam vrgente rerum penuria exercuit ab initio.
- 14 ¶ Meneuius Agrippa qui de Sabinis triumphauerat, pauper adeo mortuus est, vt sepeliri nequiverit nisi collatis a populo quadrantibus. Lilius libro secundo.
- ¶ Marcus Popilius Andronicus ob inopiam coactus est vendere opus annalium, 16, millibus nummum.
- 15 ¶ Aristides qui rempublicam Atheniensium clarissime administrauit, inops adeo mortuus est, vt eius funeri sumptus defuerit.
- 16 ¶ Callias atheniensis comœdiographus torfit funes ob paupertatem.
- ¶ Val. Cato grammaticus, qui floruit ætate Syllæ, consenuit in summa paupertate, dimissa que Tusculana villa (qua cessit ob creditores) habitauit angusto & breui gurgustio. Vnde Bibaculus his in eum carminibus lusit. Si quis forte mei domum Catonis, Depictas minio assulas & illos Custodes videt hortulos priapi. Miratur quibus ille disciplinis Tantam sit sapientiam assecutus. Quam tres calculus ac selibra farris, Racemi duo tegula sub vna Ad summam prope nutriant fenestram. Idem, Catonis modo Galle Tusculanum Tota creator vrbe venditabat.
- 17 ¶ Demonax philosophus (qui floruit Adriano imperante) nullum vnquam sibi viaticum præparauit. Sed quum eluriret, proximam domum quam apertam videbat, ingrediebatur, & victum vbi quæritabat, Centenarius decessit elatus publico sumptu.
- 18 ¶ Epaminundæ Thebanorum principi & totius graeciæ vnicum fuit indumentum, rude & pertritum. Quod si quando expurgandum fulloni traderet, alterius vestis inopia domi interim se continebat. Nihilominus tamen in tanta pauperie magnam vim auri quam offerebat rex Persarum, recusauit vltro. Author Aelianus apud Cælium. Eundem mortuum, Thebani publico funeris honore profecuti sunt ob eius inopiam. Nihil enim reperit in mortui domo præter verum ferreum, teste Plutarcho.
- 19 ¶ Epicetum philosophum iam diximus seruum fuisse, & summa inopia laborasse.
- ¶ Aglaus Psophidius in angustissimo Arcadiæ angulo consenuit exili contentus prædio, quo nunquam egressus est. Hunc tamen Apollo in tanta paupertate felicem testatus est. Plynius.
- 20 ¶ Val. Martialis epigrammatista pauperie pressus viaticum accepit a Plynio nepote.
- ¶ Menas inter Samnites natus in solitudine vixit & paupertate, curandis apibus intentus. Neque tamen deerant aduentium dona, quos ad bonam frugem solebat conuertere. Gregorius in Dialogis.
- 21 ¶ Origenes extrema laborauit paupertate bonis eius in fiscum relatis, quod Christianæ adhefisse t pietati.
- ¶ Plautus ob paupertatem victum quæritabat in agendis mollis sillis, quas trufatiles vocant. A quibus quum impetrabat ocium, ad scribendas fabulas se conuertebat, vt eas post modum venditaret. Gellius Cap. 3, lib. 3.
- 23 ¶ Tellus fuit nescio quis pauper, cuius inopiam Solon Croesi diuitijs feliciorum esse prædicauit, vt iam de Aglao prædiximus. Herodotus & Plutarchus.
- 23 ¶ Theagenes Caprus fuit pauper quispiam, qui tamen diues haberi volebat. Idem multa facile pollicebatur, & nihil præstabat.

Fuit &



- ¶ Fuit & Lyfistratus summae paupertatis homo, adeo vt prouerbio locum fecerit.  
 ¶ Antigonus ciuis florentinus quum vniuersas facultates pauperibus impartiuisset, pauper adeo decessit, vt eius funeri defuerit sumptus.  
 ¶ Euripidis mater lucellum faciebat in vendendis oleribus, authore Plynio. Ei nomē erat Clito, patri vero Mnesarchus.  
 ¶ Glycera coronas vanales exponebat ad sustinendam paupertatem. Plynius.  
 ¶ Telenicus homo fuit adeo notē paupertatis, vt Scriphij prouerbum inde formauerint.  
 ¶ Pauson fuit pictor insigni tenuitate.  
 ¶ Plutarchus in Nicia prodit Lamachum fuisse adeo insigni paupertate, vt quoties illum Atheniensis populus imperatorem crearet, aliquantulum pecuniæ ad pallium & crepidas comparandas decerni opus esset. 24  
 ¶ Valerio publicole in morte defuit sumptus. Authore Tito Liuiō.  
 ¶ Acilio prætorio post consumptum ingens patrimonium paupertatem confitenti, Tibez riuo sero (inquit) experrectus es. Cælius libro quinto. 26  
 ¶ Gellius scribit Protagoram sophistam adolescentem victus quærendi gratia vecturas onerum corpore suo factitasse.  
 ¶ Sunt qui dicant Lucilium poetam Satyrographum publico funere fuisse elatum.  
 ¶ Eumeus fuit subulcus Vlyffis mendicus & pannosus.  
 ¶ Telemachus fuit quispiam acarnensis, qui ob paupertatem fabis sæpenumero victitabat. Hinc Telemachi olla prouerbio locum fecit. 27  
 ¶ Conna tibicen fuit pauperrimus, qui nihil habuit præter oleastrum.  
 ¶ Caunius fuit quispiam pauperculus, qui quum vtriculum aquæ, sitienti Artaxerxi porrexisset, ab eo ad summam rerum opulentiam euectus est. Pontanus de Liberalitate. 28  
 ¶ Cleobis & Biton fratres argiui fuerunt pauperrimi. Testis Herodotus.  
 ¶ Plynius scribit Protogenem pictorem contentum fuisse casula, quam habebat in horto suo. 29  
 ¶ Seruilius Isauricus, qui proconsul debellauerat Cilices, publico elatus est funere.  
 ¶ Abrahamus anachoreta nil habuit in solitudine præter Catinum & Cilicinam vestem cum saporustico.  
 ¶ Hilariō interrogatus a latronibus quos offenderat, cur non expauesceret, quia nudus sum inquit.  
 ¶ Franciscus Afisias reclamante patre inopiam diuitijs prætulit, relictijsque diuitibus versari voluit inter mendicos.  
 ¶ Cleanthes philosophus auditor Zenonis cogentem rerum inopia noctu operam locauit ad hauriendas aquas, vt diurnis studijs confuleret. Et quum nō haberet pecuniā, qua emeret sibi chartam, scribebat in testa, & bouum ossibus, quæ dictauerat Zeno. Laertius. 39  
 ¶ Romani Fabium Maximum singulis ad sepulturā suam symbolum conferentibus sepeherunt, non vt inopijs subuenirent, sed vt communem populi & patrię parentem eo honore prosequerentur. Author Plutarchus. 31

Qui ex humili fortuna clari  
aut diuites euaserunt

1	Demosthenes		Narfes		Quintus Cincinnat <sup>9</sup>
2	Agathocles	9	Ptolemæus	18	Ventidius
3	Aesopus		Rhodope	19	Euripides
	Gadareus	10	Franciscus Sfortia		Primissus
4	Arrianus	11	Gordius	20	Hyperbolus
	Cyrus		Valentinianus		Darius
5	Titus Coruncanus		Helena	21	Archelaus
	Gyges	12	Proculus		Perseus
6	Marius senior	13	Mauritius	22	Eumenes
	Telephanes		Ioannes zimifces		Antigonus
7	Terentius Varro	14	Nicolaus quintus		Polypercon
8	Tamburlanus	15	Innocētius octauus		Phocion
	Celestinus quintus	16	Pius secundus	23	Demetrius
	Lamissio	17	L. Tarius Ruffus		Cleon
					nn iij Mandro

OFFICINA

24	Mandro	29	Romulus		Parrhasius
25	Bonofus		Remus	34	Sixtus primus
	Probus		Viriatius		Anselmus
	Aelius pertinax	30	Cicero	35	Sadragesillus
26	Galerius	31	Tullius Hostilius	36	Themistocles
	Andriscus	32	Tullius Seruius	37	Crispinus
27	Iustinus		M. Perpenna	38	Regulus
	Basilius		Cor. Sylla		
28	Artaxerxes	33	Lycaftus		

EXPLANATIO.

- 1 **E**moſthenes fabri filius, clariffimus euafit philofophus, Sidonius. Fabro progenitus, ſpreto cui patre polita Eloquijs plus lingua fuit Idem. Qui fabro genitore procreat<sup>9</sup> Oris maluit expolire linguã. Iuuenalis Satyra decima. Dijs ille aduerſis genitus fatoq; ſiniſtro. Quem pater ardentis maſſe fuligine, Lippus. A carbone, & forcipibus, gladioſq; parãte lucunde, & luteo Vulcano ad Rhetora miſit.
- 2 **A**gathoeles e figulina patris officina ad regnum Siciliae peruenit. Vnde apud Auſonium ſic inducitur loquẽs, Rex ego qui ſum Sicanie figulo ſum genitore fatus.
- 3 **A**eſopus tragœdus quum hiſtrionicam artem exerceſet, ea tamen euafit ditiffimus;
- 4 **G**adareus ſophiſta qui prius more mendici peregrinabatur. Maximiani beneficio conſulatum adeptus eſt.
- 5 **A**drianus & Marcus Antonius principes Arrianum hiſtoricum euexerunt ad conſularem dignitatem.
- 6 **C**yrus Panapolyta beneficio Theodoſij imperatoris, & Eudoxie vxoris eiusdem præful factus eſt.
- 7 **T**itus Coruncanus e plebe factus eſt pontifex maximus, Liius.
- 8 **G**iges annulum habuit, in quo erat gemma tantæ virtutis, vt ea ad ſe verſa inconſpicu<sup>9</sup> eſſet, verſa vero ad alios, conſpicuus. Propterea legatus ad regem miſſus annuli beneficio ipſum interfecit, & ſtuprata regina rex e paſtore factus eſt, Cicero lib. 3. officiorum.
- 9 **C**. Marius ſenior ſepties conſul Arpinas fuit obſcura prognatus origine.
- 10 **T**elephanes quum antea curus factitaret, tandem rex Lydorum factus eſt.
- 11 **T**erentius Varro fordido natus loco, tandem queſtura, & duabus ædilitatibus functus eſt, Liius.
- 12 **T**amburlanum a tenera ætate porcarium, fortuna Scytharum regem conſtituit.
- 13 **C**eleſtinus quintus ex anachoreta factus eſt Pontifex maximus.
- 14 **L**amiſſionem in piſcina (quum infans eſſet) repertum fortuna fecit Longobardorum regem, Pa ulus Diaconus.
- 15 **N**arſes eunuchus e carthulario patriciam conſecutus eſt dignitatem, & totius Italiae præcipatum.
- 16 **P**tolemæus filius Lagi ex gregario Alexandri milite factus eſt rex Aegypti.
- 17 **R**hodope meretrix ex immundo illo corporis quaëſtu ad Aegypti regnum conſcendit, nuplitque Pſamnitico, Volaterranus.
- 18 **I**oannes Campanus qui infans paſcendis ouibus tempus contriuerat, tandem beneficio Pij ſecundi Pontificis Maximi præful factus eſt.
- 19 **F**ranciſcus Sfortia dux Mediolani patrem habuit Sfortiam attendulum, qui quondam in exercitu fuerat lixa.
- 20 **G**ordius ab agricultura ad imperium euectus eſt.
- 21 **V**alentinianus imperator patrem habuit funes torquentem.
- 22 **H**elena imperatrix & vxor Conſtantij inter Britannos humili orta eſt loco.
- 23 **P**roculus quum latrunculis luſitaret, & decies in eo ludo imperator exiſſet, acceſſit proſtinus ſcurra, qui cum purpura ornatum ſalutauit vt imperatorem. Qua ille occaſione vel oblata vel arrepta vere aſſecut<sup>9</sup> eſt, quod per iocũ dicebatur. Oneficri. apud Vopif. teſtis.
- 24 **M**auritius Cappadox e famulo & excubitore imperium adeptus eſt poſt Tiberium ſecundum.

- ¶ Ioannes Zimifces prius ludimagistrū egerat, imperiali tamē dignitate functus est tandē,  
 ¶ Nicolaus quintus natione Lunensis humili natus loco & professione medicus, ad sum- 14  
 mum tandem Pontificatum peruectus est.  
 ¶ Innocentius octauus ab ineunte ætate coactus est ob paupertatem famulari, & inter Al- 15  
 phonſi Siciliæ regis ministros victum sibi comparare. Mox tamen xisto quarto successit in  
 pontificatu.  
 ¶ Pius secundus ob parentum paupertatem peregrinari coactus est, & victum emendica- 16  
 re, Prouectior factus successit Calisto tertio.  
 ¶ L. Tarius Rufus nataliū humilitate consulatū militari industria meritis est, autho. Ply. 16  
 ¶ Quintius Cincinnatus quum agrum coleret, sudore deserto prætextatam accepit togā 17  
 & ab aratro descendit ad dictaturam. Plynius, & Eutropius. Vnde Perſius, Sulcoq; terēs  
 dentalia Quinti Cum trepida ante boues dictaturam induit vxor. Et tua aratra domum li-  
 ctor tulit.  
 ¶ Ventidius Bassus adeo fordido natus est loco, vt victum egre sibi quæreret adolescens,  
 Demum tamen quum in C. Cæsaris beniuolentiam introreplisset, eius patrocinio & fauo- 18  
 re factus est primum tribunus plebis, mox prætor, inde pontifex & consul. Ad extremum  
 qui prius curandis mulis victū sibi quæritabat, eo conscendit gloria & auctoritatis, vt pris- 18  
 mus subegerit Parthos, ac de his triumphauerit, Cui eius gloriæ vſque a deo inuidit popu-  
 lus Romanus, vt sequentes in eum versiculi vulgo iactati sint, Concurrat omnes augu-  
 res aruspices, Portentum inusitatum conflatum est recept. Nam mulos qui fricabat, consul  
 factus est. Author Gellius lib. 15. Cap. 4.  
 ¶ Euripides ex matre olerum venditrice etasit poeta celebratissimus, Gellius.  
 ¶ Primistius rex Bohemorum ab ineunte ætate bubulcus erat & armentarius.  
 ¶ Hyperbolus Chrenidis filius (qui prius lucernas factitabat) Athenis tandem principas 19  
 tus est. Cælius libro nono. 20  
 ¶ Darius Histaspis filius Cyri primum extitit Pharetophorus & licitorio functus est mus-  
 nere, rex postea Persarum factus. Cælius Cap. 71. vndecimi libri.  
 ¶ Macedonum rex Archelaus natus est Simiche matre serua.  
 ¶ Perſeus quem Paulus Aemilius attriuit, fuit arguius genere, ignobili prognatus patre. 21  
 ¶ Eumenes inopem habuit parentem, 22  
 ¶ Antigonus Philippi artificio se confouebat, 22  
 ¶ Latrocinia exercuit Polyperchon.  
 ¶ Phocion patrem habuit, qui coclearia conficeret.  
 ¶ Demetrius Phalereus seruiuit apud Demetrium & Conona. 23  
 ¶ Sicyoniorum tyrannus Cleon pyriticam prius exercuerat. 24  
 ¶ Mandro fuit quispiam, qui ex nauiculario factus est imperator. Hinc adagium; Fuit & 25  
 Mandroni ficulna nauis.  
 ¶ Bonosus imperator, filius fuit pædagogii literarij, authore Vopisco.  
 ¶ Probus patrem habuit agrestem & olitorem. 26  
 ¶ Aelio pertinaci origo gentis fuit fordida. 27  
 ¶ Aurelianus patrem habuit mediocrem & colonum.  
 ¶ Galerius pastor fuit armentorum, habuitque parentes agrarios  
 ¶ Adramitenum Andrisicum in Fullonia natum, fortuna ad opes & dignitates euexit,  
 ¶ Iustinus qui ante Iustinianum imperauit, fuit armentarius & sues egit.  
 ¶ Basilus Macedo captiuus inter venaes Cōstantinopolim ductus, factus est imperator,  
 ¶ Artaxerxes humili apud Persas loco natus imperium a Parthis ad suos tranſtulit, & Ar- 28  
 tabanum triplici prælio cum tota deleuit familia. 29  
 ¶ Romulum & Remum infantes aluit lupa, quos conditores habuit Roma.  
 ¶ Viriatus Lusitanus in Hispania e pastore venator, e venatore latro, ex latrone dux pos-  
 stremo factus, vniuersam occupauit Lusitaniam, Florus.  
 ¶ Cicero homo nouus arpinas (vt improperabat inimicus) præter dignitatem consularem 30  
 eo diuitiarum peruenit, vt habitaret domum, quæ fuerat M. Crassi Romanorum ditissimi.  
 ¶ Incunabula Tulli Hostilij agreste cepit tugurium. Eiusdem adolescentia in pascendis pe- 31  
 coribus fuit occupata, validior ætas Romanum rexit imperium.  
 ¶ Tarquinius Priscus natus est patre Demaratho etiam exule.  
 ¶ Tullius Seruius verna & ancillæ filius Romanis principatus est. 32  
 ¶ M. Perpenna (qui peregrinus Romam venerat) consulatu potitus est.

OFFICINA

- ¶ Cornelium Syllam ex Nicopolis meretriculæ sinu absumptum fustollens fortuna, super Cimbricos Marij triumphos, septemque consulatus imperijs dictaturisque affecit.
- 33 ¶ Lycastus & Parrhasius a Philonomia matre expositi & a Tilipho pastore nutriti, Arcadia regno tandem præfuerunt. Plutarchus in Paral.
- 34 ¶ Sixtus primus pastoralis ortus tugurio ad summum pontificatum conscendit.
- 35 ¶ Anselmus ex monacho abbas, ex abbate Cantuariensis episcopus factus est, ¶ Sadragefillus Dagoberti pedagogus e ludimagistro dux Aquitaniae.
- 36 ¶ Missus in exilium Themistocles præter diuitias quas secum detulit, centū talenta fertur reliquisse, quum minus tribus talentis habuisset in bonis, briusquam Rempub. attigisset.
- 37 ¶ Luuenalis Satyra prima meminit cuiusdam Crispini, qui quum prius esset seruus, & Canopi verna, diues tamen adeo factus est, vt purpureis vteretur lacernis, & aurum digitis ventilareret. Hæc autem eius verba. Quum pars niliacæ plebis, quum verba Canopi Crispinus tyris humero reuocante lacernas Ventilet æstiuum digitis sudentibus aurū. Nec fuisse ficere queat maioris pondera gemme.
- 38 ¶ Idem luuenalis notat quendam regulum, qui flagitijs & falsis testamentorum signationibus, ab extrema paupertate ad summam opes conscenderit, adeo vt lectica ferretur, quā sex gestabant serui. Hæc eius verba. Nomine libet medio ceras implere capaces Quadrivio, quum iam sexta ceruice feratur Huic atq; inde patens, ac nuda pene cathedra. Et multum referens de Mecœnate supino Signator falso, qui se Laurum atque beatum Exiguus tabulis, & gemma fecerat vda.

¶ Qui ex prospera fortuna ac humilem & miseram redacti sunt.

Dionysius Iunior  
Pazaites  
Bellifarius  
Sp. Cassius  
Cn. Carbo  
Caninius  
M. Claudius Marcellus  
Paulus æmylius  
Suadocopus

Christophorus papa  
Celestinus quintus  
Ioannes primus  
Ioannes decimusquartus  
Benedictus quintus  
Benedictus decimus  
Martinus Tudertinus  
Ioannes duodecimus  
Polycrates

Xerxes  
Artabanus  
Mithridates  
Pompeius  
Cæsar  
Persei filius  
Marij  
Tarquinius superbus



Dionysius iunior Syracusis (vbi tyrānidem exercuerat) pulsus, exu lauit Corinthi, ibique ludi magistrum egit teste Cicerone. Ouid. libro quarto de Ponto. Ille Syracusia modo formidatus i vrbē, Vix humili duram reppulit arte famem.

¶ Pazaites rex Turcarum Tamburlano victori equum inscensuro subinclinauit humeros, & scabelli vsum præbuit, vt etiam Valerianus imperator Saporī regi Persarum. Trebellius Pollio.

¶ Bellifarius Romanis præfectus copijs quum vandalos deleuisset de Parthis triumphasset, vrbem non semel a barbaris liberasset,

post multas victorias Iustiniano mandante exoculatus victum in via publica a transeuntibus emendicauit, author Procopius.

¶ Cassius qui bis triumphauerat, ter consulatu fuerat potitus, supplicio capitali clausit vitam. Lilius libro secundo.

¶ Cn. Carbo post tres consulatus, ventrem purgans interfectus est.

¶ C. Cota ante diem futuri sibi triumphī expirauit.

¶ Caninius quo die factus est consul, in fata concessit.

¶ M. Claudius Marcellus qui Annibalem superauerat, Syracusas expugnauerat, tandem apud Venusiam interfectus est.

¶ Ne Paulus Aemilius duobus triumphis de priore de liguribus, posteriore de Perseo supra modum insoleceret, ei filium mortem immisit fortuna. Plutarchus.

¶ Suadocopus rex Morauia & Bohemiæ ab Arnulpho imperatore superatus, mutata veste confenuit in deserta solitudine cum tribus anachoretis. Volaterranus.

¶ Christophorus papa summo pontificatu detrusus, monasticam egit vitam.

¶ Celestinus quintus, Ioannes primus, Ioannes decimusquartus in carcere perierunt. Benedictus

¶ Benedictus quintus. Benedictus decimus. Martinus Tudertinus, Iohannes duodecimus suo pontificatu detrufi, omnes confenuerunt in exilio.

¶ Polycrates Samiorum tyrannus post multos ridētis fortunæ Zephyros ab Orœete Cyri præfecto superatus & fufpendio affectus est.

¶ Xerxes qui Aegyptum subegerat, a Themiftocle victus, ab Artabano interfectus est.

¶ Artabanus ab Artaxerxe occifus.

¶ Mithridates rex Ponti, qui annis. 50. Romanos varijs cladibus affecerat, Afiam occupauerat, Q. Oppium Procōf. & aquileium legatum in vincula cōiecerat, a Iulullo primū, deinde a Pompeio superatus, mortem fibi intulit. Plutarchus.

¶ Pompeius expugnato domitio, larba triumphato, Sertorio in Hispania sublato, Pyratif subactis, & Tygrane rege Armenia, debellatis item iberis, albanis & Iudæis cum Aristobolo rege, & mithridate ad hauriendum venenum coacto, ad extremū poft tot ill'ultres victorias a Cafare victus in Theffalia, iufu Ptolemei, ad quem in extrema rerum defperatione confugerat interfectus est. Plutarchus.

¶ Cafar victor Pompei, quum de Gallis Alexādrinis, Ponticis, africanis, & hispanis triūphaffet, & maximam orbis terrarum partem subegiffet, coniuratione. C. Caffij & Decij Bruti. 23. vulneribus in fenatu confoffus est.

¶ Legitimus Perfei Macedoniae regis filius artem ferrariam exercuit, ad tolerandam paupertatem. Teftis Ammianus Marcellinus.

¶ Iunior Marius poft trucidatos in vrbe Syllanos, victus apud Prenefte, Pontio Telefino fugæ comiti iugulandum fe prebuit. Liius libro decimooctauo.

¶ Senior vero Marius qui fepties consul fuerat, de Iugurtha triumphauerat, Cimbrof & Teutones subegerat, Apuleiū & Glauciam feditiofos interemerat, victus a Sylla aliquandiu delituit in minturnenfium paludibus. Plutarchus. vnde Ouid. libro quarto de Ponto. Ille iugurthino clarus, Cimbroque triūpho Quo victrix toties confule Roma fuit, In cœeno Marius iacuit, cannaque paluftri, Pertulit & tanto multa pudenda viro.

¶ Tarquinius fuperbus regno pulfus est. Horatius libro primo Ser. Vnde fuperbus Tarquinius regno pulfus fuit.

¶ Illiberales, auari & fœneratores.

1	Pygmalion		Crassus	31	Ruffinus
2	Achilles	15	Cor. Ruffinus		Plato
3	Polymeflor	16	Ochus	32	Simonidēs
4	Vnidius	17	Darius	33	Demonica
	Fufidius	18	Condalus		Tarpeia
5	Salernus	19	Iuftinianus	34	Leonardus Aretin <sup>9</sup>
6	Scaurus	20	Cafar		Philippus Auguft <sup>9</sup>
7	Cato	21	Tiberius	35	Q. Caffius
8	Demofthenes	22	Caligula	36	L. Septimulcius
9	Aulus Pofthumius	23	Nero	37	Alphius
	Simon	24	Sergius Galba		Menippus
10	Achæus	25	Fl. Vefpafianus		Charictes
11	Didius Iulianus	26	Domitianus	38	Antonius pius
12	Martinus	27	Eryphile	39	Temefeus
13	Val. Beflius	28	Alchmæon		Atillus
	Arimafpi	29	Iudas		
14	Patroclus	30	Euclio		



Pygmalion rex Tyri Sichæum fororis suæ Didonis maritum interfecit, vt eius auro potiretur. Virgilius libro primo Aeneidos. Ille Sichæū Impiū ante aras, atque auri cæcus amore Clam ferro incautum superat, securus amorum Germanæ.

¶ Achilles ductus auaritia cadauer Hectoris Priamo exposuit vā<sup>s</sup> 2 nale. Virgilius libro primo Aeneidos. Exanimūque auro corpus vendebat Achilles. Mantuanus libro primo de Cala. Quique suū superans hostem superatus ab auro, Exanimū Phrygio versatū puluere corpus, Misit ad extremas ignes, patriūq; sepulchrum,

Non prece, non lachrymis motus, non voce paterna, Nec misero casu queruli seuis, immemor

OFFICINA

- mor omnis Iustitiæ, solo placatus munere tãdẽ hec tora restituit Priamo sua pignora patri.
- 3 ¶ Polymestor rex Thraciæ Polydorum Priami & Hecubæ filium fidei suæ tempore belli Troiani commissum interfecit, vt eius auro potiretur. Propertius libro tertio. Et scelus ac cepto Thracis Polymestoris auro, Nutrit in hospitio non Polydore tuo. Virgilius libro. 3. Aencidos. Fas omne abruptit Polydorum obruncat, & auro Vi ponitur.
- 4 ¶ Vnidij avaritiam describit Horatius libro primo. Ser. dicens. Vnidius quidam (non Ions ga est fabula) diues Vt metiretur nummos, ita fordidus, vt se Non vnquam melius seruo vestiret adusque Supremum tempus, ne se penuria victus Opprimeret, metuebat, at hũc liberta securi Diuisit medium, fortissima Tyndaridarum.  
¶ Eodem arguit Fufidiũ fœneratorem his verbis Fufidius vappæ famam timet ac nebulos nis, Diues agris, diues positis in scœnore nũmis. Quinas hic capiti mercedes exigit, atque Quanto perditior quique est, tanto acrius vrget.
- 5 ¶ Eodem modo Martialis notat avaritiã Saleranum quendam, qui fingebat se tristari de morte vxoris, quum tamen lætaretur plurimum, vt solus potiretur bonis.
- 6 ¶ Stroza pater eandem inurit nota in cuidam Scauro vbi ait, Scaurus habet villas, vrbana palatia, nummos, Pinguiaque innumeris prædia bobus arat. Huic tamen assidue maior iucereicit habendi Nunquam diuitijs exfatata fames. Ditior est igitur patrio contentus agello, Qui viuuit nullo scœnore Fabricius.
- 7 ¶ Cato vicensis in simulatus est avaritiã a Cæsare, quam Martiam coniugem Hortensio amico roganti concessisset, eamque postea Hortensij recepisset hæredem. Dimisit inquit, vt locupletam reciperet. Plutarchus.
- 8 ¶ Demosthenes habitus est avarus. quod pecuniam a rege Perfarum acciperet, ab Harpalo corruptus, vt ageret contra Philippum. Plutarchus
- 9 ¶ Aulus Posthumius Albinus missus ad inferendum Iugurthę bellum, pecunia corruptus destitit.  
¶ Simon fuit avarus, qui a Petro spiritus sancti gratiam mercari volebat, Vnde Simoniz inditum nomen.
- 10 ¶ Acheus rex fuit Lydorum, qui quum noua tributa a subditis veller extorquere, ob auaritiã populari factione suspensus est elatis pedibus, & demerso in Pactolum capite. Ouid, in Ibin. Morte vel intereas capti suspensus Achæi, Qui miser aurifera teste pepedit aqua.
- 11 ¶ Didius Iulianus imperator porcellum atque lepuleculum ad se muneri missum in triduas nas particbatur coenas, Prandeatque interim paucis oleribus & herbulis contentus, Auctor Spartianus,  
¶ Aelius pertinax imperator dimidiatas lactucas aut carduos conuiujs solebat apponere: Et si quid interdum veller amicis mittere, binas tantũ offulas aut paucula mittere poma. Aut si quando laurius veller facere, dabat lumbos gallinaceos. Iul. Capitolinus.
- 12 ¶ Martinus Pont Max. clanculum cæreos in templis solebat extinguere gratia nocturni luminis. Idem vt oleo parceret, instituit crudos pisces dari domesticis a dispensatore. Ponsa, de Liberalitate.  
¶ Idem Pötanus scibit Angeloctum sacerdote m cardinalem particulam hordei singulis ab equis clam e presepibus surripere consueisse, donec a magistro stabuli pro fure depræhensus in tenebris vapulauit.
- 13 ¶ Quo tẽpore Annibal opprimebat Campanos bello, Valerius B. sitius Rufcium Imbrici foceri sui filium quem acceperat seruandum, avaritia stimulantẽ morti dedit, vt eius auro potiretur. Auctor Plutarchus.
- 14 ¶ Arimaspi populi Thraciæ assiduum gerunt bellum cum gryphis auri cupiditate.  
¶ Patroclum quendam taxauit Aristophanes, quod summa rerum opulentiã fordide & immunde viueret, ne faceret sumpsum.  
¶ Non fatissuerunt Crasso numerosã illę (quarum iam meminimus) diuitię, nisi & aurum Parthorum esuriret.
- 15 ¶ Gellius ait Cornelium Ruffinũ manu quidem strenuum & bellatorem bonum fuisse, sed furacem & acri avaritia.
- 16 ¶ Cassius Seuerus Labieni amicissimus supra omnes imperatores avaritiã insignis habitus est.  
¶ Ochus rex Perfarum avaritiã nota adeo laborauit, vt vrbem nõquam iniret, ne mulieribus congiarium impertiretur. Nam Cyrus lege sanxerat, vt vbi primum Perfarum rex vrbem ingrederetur, mulieres quotquot adessent, singulos auri nummos ab ipso rege acciperet. Plutarchus de mulieribus claris.

- ¶ Semiramis in monumento quo post mortem erat recondenda, hæc insculpi iussit Quis 17  
cunque regum post me futurorū pecunia indigerit, recluso conditorio sumat inde quic-  
quid visum fuerit. Id quom perlegisset Darius, auri cupiditate sepulchrum iussit recludi,  
in quo tamen pecuniam inuenit nullam, sed hoc tantum literis sculptum. Nisi malus fores  
& avarus, mortuorū loculos non moueres. Author Plutarchus in Apophthegmatis. Hoc  
tamen Herodotus Nitocri Aegypti reginæ tribuit.
- ¶ Condalus domesticus Mausoli regis Cariae tanta laborauit auaritiæ nota, vt si qua ar- 18  
bor in vias procumberet, fructus ipse decerperet & exponeret venales. Eidem regionem  
peragranti si quis ouem aut vitulum attulisset, danti imperabat vt domum referret & nus-  
triret. Longo demum post tēpore ipsum repetebat, & si quid inde foret natū emolumētū,  
Cælius cap. 19. libri. 16.
- ¶ Eutropius scribit Flauium Vespasianum auidissimum fuisse pecuniæ. 19
- ¶ Iustinianus iunior tanta fuit cupiditate, vt ciuibus & senatoribus aurum & argentū ex-  
torqueret, quod caplis ferreis ad hunc vsū factis includebat. Paul. Diaconus.
- ¶ Cæsar in Hispania a proconsule & a socijs pecunias accepit emendicatas in auxiliū 20  
aris alieni. Et lusitanorum quædam oppida quanquam nec imperata detrectarent, & adue-  
nienti portas patefacere, diripuit hostiliter. Tempa deum donis referta expilauit. Vt  
bes diruit sepius ob prædam, quam ob delictum. In primo consulatu. 3000. pondo auri fu-  
ratus est e capitolio. Societas & regna precio dedit. Sex millia talentorum suo & Pompeij  
nomine Ptolemæo abstulit. Suetonius.
- ¶ Tiberius Cæsar fuit adeo parcus & tenax pecuniæ, vt comites expeditionum & pères 21  
grinationum cibarijs tantum iuuerit, non salario.
- ¶ Caligula fororum ornāmēta & suppellectilem & seruos magno precio vendidit. Vestis 22  
galia noua & inaudita exercuit nullo rerum aut hominum genere omisso, cui non tributū  
aliquid imponeret. Pro edulijs (quæ tota vrbe vānibāt) certū statūque exigebat. Suetonijs
- ¶ Nero tabernulas effringebat & expilabat. Exhaustus pecunia animū calumnijs & ra- 23  
pinis intendebat. Matronam purpura cultam, veste & bonis omnibus exiit. Templis cōs-  
pluribus dona detrahit. Simulachra ex auro vel argento fabricata conflauit. Idem dūcto.
- ¶ Sergius Galba ciuitates Hispaniarum & Galliarum quæ contantius fecerant deditōnē, 24  
grauioribus tributis puniuit. Iouis coronam auream librarum. 15. conflauit. Milites aquis  
lam & signa flagitantes decimauit. Germanorū cohortem a Cæsaribus ad custodiam cors  
poris institutam dissoluit, & sine vilo commodo remisit in patriam. Apposita lautiore cœs-  
na ingemuit, quasi sumptum ægreferens. Ordinario dispensatori breuiarium rationum of-  
ferenti nihil præter paroplidem leguminis pro sedulitate ac diligētia porrexit. Ex Sueto.
- ¶ Fuerūt in Flauio Vespasiano de quo iam diximus, multa auaritię argumenta. Nā omis- 25  
sa sub Galba vectigalia reuocauit. Noua etiā & grauiā addidit & auxit tributa provin-  
cijs, nonnullis etiā duplicauit. Auiditate lucri negotiationes vel priuariū hominū puden-  
das palam exercuit. Candidatis honores, reis absolutiones vendidit. Procuratorum rapa-  
cissimos ad ampliora officia promouebat ex industria, quo locupletiores mox cōdemnas-  
ret. Quibus propterea dicebatur vti pro spongijs, quod quasi ficos madefaceret, & expri-  
meret humentes. Hæc Suetonius. Nec eum puduit vectigalia ex vrina colligere.
- ¶ Domitianus operum & munerum impensis exhaustus nihil pēsi habuit bona viuorum 26  
pædari & mortuorum. Si qualecūque factum aut dictum aduersus maiestatem principis  
alicui obiectum esset, confiscabatur eius hæreditas. Stipendiā ab his exigebat, qui iudaicā  
viuerent vitam.
- ¶ Eriphyle de syderio habendi monis aurei, quod ferebat Adastus rex Argiuorum, Ame 27  
phiaraum maritum suum prodidit, qui se occuluerat, ne Thebas ad bellū raperetur, quod  
ex vaticinio præuideret ibidem se periturum. De Eriphyle Bap. Pius. Vinclaque vaticini  
spernens Eriphyla mariti Præposuit castis aurea dona thoris.
- ¶ Alcmaon Megaclis filius quū legatos Cræsi lydorū regis delphos ad Oraculū itātes 28  
humanissime frequenter accepisset, Cræsus vt responderet tantę humanitati & beneficiū  
reponeret, eum donauit tanto auro, quantum ille corpore suo ferre posset. Tum Alcmon  
talarem tunicam laxosque cothurnos induit, quos ararium ingressus impleuit pecunia.  
Quineriam os referfit & ramenta quædam alligauit suis capillis, adeo vt oneri succumberet.  
Homine conspecto Cræsus irrupit in Cachinū, eumque tanto instructum munere dis-  
misit. Author Herodotus.
- ¶ Iudas vt in primo huius officinæ capite iam diximus, auiditate pecunię innocentem dos 29  
minu. n verpis & recutis canibus Iudęis prodidit. Eucchio

OFFICINA

- 30 ¶ Eucdio apud Plautū nomen est auari, qui quum haberet ollam pecunia refertam & abditam terra, domo non audebat egredi, ne quis suffuraretur. Omnes qui ad eum itabant, habebat suspectos furti.
- 31 ¶ Claudianus auaritiam Ruffini his incesit verbis. Plenus feucicæ, lucricque cupidine feruens. Non Tarteſſiacis illum fatiaret arenis Tempeſtas precioſa Tagi, non ſtagna rubens tis Aurea Pactoli, totumque exhauſerit Hermum, Ardebit maior e ſiti. Idem Claudianus. Cuicumque monile Contextum gemmis, aut præda culta fuiſſent, Ruffino populandus erat, dominoque parabat Exitiū fœcūdus ager, metuēda colonis fertilitas, Laribus vellit, detrudit auitis finibus, aut aufert viuis, 32, aut occupat hæres.
- ¶ Apollonius Tyanæus arguebat Platonem auaritiæ, quod pecuniæ cauſa ſecutus eſſet Dionyſium in Siciliam.
- 32 ¶ Huius ſceleris ſuſpectum ſe ſuis verbis fecit Simonides poeta, quod rogatus a quodā, vt Encomium in eius ſcriberet laudē, gratiam loco muneris accepturus, reſponderit duas ſe habere arcas, vnā gratiarum, alteram argenti. Hanc quum aperiret, communem plenamque reperire, illam vero inanem & vacuam, Plutarchus apud Eraſmum in eo adagio Simonidis cantilenæ.
- 33 ¶ Quum Brennus gallorum Senonum dux Ephesum obſideret, Demonica mulier auiditate monilium quibus ille ornatiſſimus enitebat, vrbeſm ipſam prodidit. Brennus vero vrbeſm ingreſſus, tanto auro fœminam onerauit, vt dedita opera oppreſſerit viuum, muliebrem illam pertæſeus auaritiā. Plutarchus in Parall.
- ¶ Eandem ob cauſam Tarpeia virgo Romana capitoliū Sabinorū regi Tatio prodidit.
- 34 ¶ Volaterranus ait Leonardum Aretinum auaritiæ maculam contraxiſſe.
- ¶ Philippus auguſtus gallorum rex decimas imperauit reclamātibz Innocentio quarto & vniuerſo galliarum clero. At hoc vicium nūc adeo frequens eſt, vt nemine iam obmurante tranſiuerit propemodum in legem.
- 35 ¶ Q. Caſſius in Hiſpania Silium & Calphurniū occidendi ſui gratia cum pugionibus deſpræhenſos, quinquagies ſeſtercium ab illo, ab hoc ſexagies pactus dimiſit. Valerius.
- 36 ¶ L. Septimuleius C. Gracchi (cui prius erat familiaris) caput abſcidit & per vrbeſm pilo ſixum ferre ſuſtinuit, quia Opimius conſul auro id ſe repenſurum edixerat. Teſtes Plynius & Valeri. Maxi.
- 37 ¶ Alphiū Horatius fœneratorē vocat, vbi ait. Hęc vbi locutus fœnerator Alphius, Iam iam futurus ruſticus Omnem rededit idibus pecuniam.
- ¶ Menippum philoſophum genere phœnicem aiunt fœneratorem extitiſſe.
- ¶ Carictes nomen eſt fœneratoris apud Plutarchum in Phœcione.
- 38 ¶ Iulius Capitolinus ſcribit Antoninum piū imperatorem fœnus trieterarium hoc eſt minimis vſuris exercuiſſe, vt patrimonio ſuo plurimum adiuuaret.
- 39 ¶ Temelleus fœnerator fuit quiſpiam, quem Euthymus locrenſis athleta cogit reddere, quicquid illicito vſurę queſtu ſibi comparauerat.
- ¶ Atilus nomen eſt fœneratoris apud Saxonem grammaticum.

¶ Liberales & magnifici.

1	Dido	Batildis	Innocentius tertius
2	Iarbas	Tiberius ſecundus	19 Nicolaus
	Cyprianus	13 Clotarius	Constantinus
3	Cimon	Cunto	20 Luppus Senonenſis
4	Ludouſ. rex Pānoniæ	Dagobertus	21 S. Ludouicus
5	Germanus	Etgarus	22 Auguſtus
6	Lucina	14 Eligius	23 Agrippa
	Mecœnas	Epiphanius	24 Darius
7	Paula Buſa	Egidius	25 Proculcius
8	Pudentiana	15 Paula	26 M. Scaurus
	Praxedes	Plato martyr	Fl. Veſpaſianus
9	Abdias	Philippus aug.	27 Plynius
	Apollonius	16 Petrus viſcolus	Alexander
	Andœnus	Theolinda	28 Scipio
10	Anaſtaſius pont.	17 Robertus rex	29 Nerua
	Alexander. 5. pont.	V. venciſſaus	30 Adrianus
11	Alphonſus rex	18 Otho. 3. imp.	31 T. Veſpaſianus
12	Alfredus	Lud. Craſſus	32 Iulianus imp.

Gallenus



33	Gallenus	38	Domitianus
	Alexius	39	M. Aurelius
34	Antonius pius		Agelilaus
	Traianus	40	Probus
35	Theodericus		Aurelianus
36	Caligula	41	M. Antonius
37	Claudius Cæsar		Pomponius atticus

42	L. Lucullus
	Alfonfus
43	Vrfus Nolanus
44	Philopœmen
45	Iul. Cæfar.



**D**ido Troianis in Africam appulſis miſit viginti tauros, ſuesque totidem, totidem magnos cum matribus, ſi fides eſt Virgilius libro primo Aeneidos ſcribenti. Nec minus interea focijs ad littora mittit Viginti tauros, magnorum horrentia centum Terga ſuum, pingues cœtum cum matribus agnos, Munera lætitiæque dei. Eoſdẽ quoque excepit epulo & conuiuium, cuius apparatũ idem poeta deſcribit his verbis. Dant manibus famuli lymphas, Cereremque caniftris Expediunt, tonſiſque ferunt mātilia villis. Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine lægo Cura penum ſtruere, & flammas adolere penates, Centum alia, totidemque pares ætate miniſtri, Qui dapibus menſas onerent, & pacula ponant.

¶ Idem Virgilius libro quarto Aeneidos ſcribit, Iarbam getulorũ regem cœtum Iouidelu-  
bra & aras totidem poſuiſſe, ignemque vigilemque & perpetuum ſacrauiſſe.

¶ Cyprianus aſer facultates ſuas omnes pauperibus impartiuit.

¶ Cimon Athenienſis hoſtiles exuias ciuibus ſuis contulit. Parabat quotidie domi con-  
uiuium, quo pauperes turmatim conueniebant. Famulis iubebat, vt ſi quem paupertate  
laborantem animaduertent, eum collata furtim pecunia adiuuarent. Agrorum ſuorum  
& prædiorum ſepes auferri iuſſit, vt omnes fructibus impune veſcerentur. Hanc eius li-  
beralitatẽ comendant Plutarchus & Lactantius de vero cultu. Idem Cimon veſtes etiã  
ſenioribus conferebat, quem imitatus Pericles, pauperes multos ſuis facultatibus aluit, vt  
eodem quo ille modo plebis gratiam & fauorem ſibi conciliaret.

¶ Sedente in pontificatu Bonifacio nono Ludouicus rex Pannoniæ Caroli regis filius Ro-  
mam ad annum iubileum profectus quatuor aureorum millia ære petri obtulit.

¶ Germanus præful antiſiodoreniſis vas argenteum a Placidia Valentiniani matre ſuſcep-  
tum pauperibus dono dedit.

¶ Lucina virgo Romana Chriſtianos ſuis iuuabat ſumptibus, & affectos martyrio in  
agro ſuo ſepeliebat.

¶ Mecœnas eques Ethruſco de ſanguine regum omnes eruditos ſui ſæculi amauit plurimum,  
multique iuuit muneribus.

¶ Paula Buſa ſœmina exercitum populi Romani ex fuga cladiſ Canneniſis frumento iu-  
uit & viatico, Author Liuius libro vigefimoſecundo.

¶ Pudentiana & praxedes virgunculæ, pauperes Chriſtianos ſuis nutriebant ſumptibus.

¶ Valdo (a quo pauperes quidam Lugdunci valdeſes appellati ſunt) vniuerſum patrimonium  
pauperibus erogauit dicẽtans omnia inter Chriſtianos communia eſſe oportere.

¶ Abdias centum prophetas in ſpelunca metu Iezabelis vxoris Achab deliteſcentes, oc-  
culte pauit.

¶ Apollonius confeſſor mendicis morbo laborantibus operam & paſtum ſuppeditabat.

¶ Andoenus epiſcopus qui floruit regnante apud Francos Lothario, cœnobium patrimonio  
ſuo erexit.

¶ Anaſtaſius quartus pontifex Max. pauperes pauit ſua pecunia, quum vniuerſam prope  
Europam publica torqueret fames.

¶ Alexander quintus pontifex tanta erat munificentia, vt prædicaret per iocum ſe diuitẽ  
epiſcopum fuiſſe, pauperem Cardinalem, mendicum pontificem.

¶ Alphonſus decimus rex Hiſpaniæ in nuptijs filij ſui & Blanchæ diui Ludouici filie con-  
gariũ populo dedit, & pauperes veſtimentiſ viritim ornauit, Imperatorem Conſtan-  
tinoſopolitanum a Soldano captum ingenti redemit pecunia.

¶ Alfredus rex Anglorum per multa conſtruxit cœnobia.

¶ Batildis ſeu Clotildis Francorum regina duo cœnobia conſtruxit.

¶ Theodericus filius Clodouei adẽm ſancti modeſti Atrebateniſis.

¶ Tiberius Secundus, qui ante Mauritiũ capadocem imperauit, Narſetiſ theſaurus in pu-  
teo repertos egentibus impartiuit.

OFFICINA

- 13 ¶ Clotarius rex Francorum condidit templum, S. Medardi Sueffionense.  
 ¶ Cuncto anglorum rex cœnobium quatuor erexit, Tria ordinis sancti Benedicti, Quartum in honorem diui Eduardi regis.  
 ¶ Dagobertus rex Francorum fecit cœnobium beati Dionisij in Francia.  
 ¶ Etgarus rex anglia singula erexit monasteria singulis quibus regnavit annis.
- 14 ¶ Eligius nouionensis episcopus quum ante aurifex esset, quicquid ea arte cōsequeretur lucri, dabat pauperibus.  
 ¶ Epiphanius præsul Salaminia episcopatus sui fructum dabat mendicis.  
 ¶ Egidius atheniensis spoliavit se veste, vt reperit in via pauperem operiret.
- 15 ¶ Paula Romana mulier marito mortuo suas facultates indigentibus erogauit.  
 ¶ Plato martyr qui passus est imperante Maximiano, paternam hæreditatem concessit pauperibus.  
 ¶ Philippus Augustus cœnobium apud Siluanectum excitauit & ciuitatem Andegauensē dirutam restituit.
- 16 ¶ Petrus vrfolus dux Venetorum templum diui Marci incēdio absumptum restituit, & pauperum Xenodochium extruxit.  
 ¶ Theolinda longobardorum regina multas sacras ædes erexit, multas ruinæ iam proximas reparauit.
- 17 ¶ Robertus Hugonis Capeti filius Francorum rex plurima religiosa loca excitauit, apud Aureliam cœnobium sancti Aniani, in Sylua Aquiliana, S. Medardi, & Sancti Leodegarij in viteraco castro, S. Regalis in ciuitate Syluanectensi, apud Augustudunum sancti Calli.  
 ¶ Vencellus rex Bohemorum regni sui pauperes egregia fouebat munificentia.
- 18 ¶ Otho tertius imperator diuendito patrimonio, Germaniam multis ornauit cœnobijs.  
 ¶ Ludouicus Crallus Francorum rex fecit cœnobium, S. Victoris in suburbijs Lutetia.  
 ¶ Innocentius tertius Xenodochium, S. spiritus fecit in Saxia. Altare sancti Petri Romæ exornauit, Sixti templum restituit, Turrim maximam erexit.
- 19 ¶ Nicolaus episcopus Patarae sua pecunia iuuuit paupertatem cuiusdam hominis, qui rerū penuria decreuerat formosas quas habebat filias, prostituere in Lupanari, vt quæstum facerent suo corpore, & victum sibi compararent libidine.
- 20 ¶ Constantinus monomachus imp. templum instituit, in quo grauati senio & ad laborem inutilis fouerentur.  
 ¶ Lupus Senonensis archiepiscopus tāta erat in pauperes munificentia, vt nullum sibi resligneret thesaurum, sed totum se hauriret.
- 21 ¶ Beatus Ludouicus cœnobium montis regalis apud Isaram construxit. Pauperes. 120, quotidie pauit, vlcerosos & leprosos etiam contrectans. Cœnobium etiam plurimum extruxit & Xenodochium pauperū lutetie, in quo fouentur omnes morbo laborantes & peregrini & nosstrates.
- 22 ¶ Augustus opera publica multa Romæ, extruxit, vt forū cum æde Martis, templū Apollinis in palatio, ædem tonantis Iouis in Capitolio. Principes sæpe hortatus est, vt monumentis vel nouis vel restructis urbem adornarēt. Spaciū vrbs diuisit in vicos & regiones. Aduersus incendia excubias nocturnas commentus est. Ad coercedas inundationes alueum Tyberis laxauit. Aedes sacras vetustate collapsas aut incēdio absumptas resecit & donis ornauit. In cellam Capitolini Iouis, 16. millia pondo auri, gemmasque & margaritas quingentes festerium vna donatione contulit. Tot denique ædificia, vel erexit, vel diruta reparauit, vt gloriaretur urbē marmoreā se reliquisse, quā latericiam inuenisset. Suetonius.
- 23 ¶ Agrippa in ædilitate sua, 700. lacus fecit, Fontes, 105. Castella, 130. Signa ærea, 300. aut marmorea impesuit. Columnas e marmore, 400. Gratuita balnea, 170. dedit. Plynus cap. 15. libri trigemifexti.
- 24 ¶ Darius Hystaspis filius insulam Samon & omnes ex ea prouētus Sylofonti dedit ob acceptam ab eo vestem quandam magni precij. Herodotus in Thalia.
- 25 ¶ Proculius fratres suos Scipionem & Murenam impedijs bellorum ciuiliū attritos & spoliatos, partito iuuuit patrimonio. Vnde Hora. libro secundo Car. Viuet extento Proculus æuo Notus in fratres animi paterni. Illum aget pēna metuēte solui Famæ superstes.
- 26 ¶ M. Scauri magnificentiam iam docuimus in capite de sumptuosis ædificijs.  
 ¶ Flauius Vespasianus fecit templum pacis foro propinquum. Item amphitheatrum in media vrbe. Expleuit censum senatorium. Consulares inopes quingentes festerijs annuis sustentauit. Plurimas per totum orbem ciuitates terrē motu aut incēdio afflictas in melius restituit. Primus e fisco græcis latinisque Rhetoribus annua centena confituit. Præstantes poetas

poetas & artifices coemit, Colossi refectorem magna mercede donauit. Cuidam sumptū increpanti respōdit, Sineret se plebeculam pascere pane. Dedit Apollinari tragædo. 400. sceleria. Tarpeio Diodoroque citharædis ducenta, Apophoreta dabat viris in Saturnæ libus, & fœminis calendis Martijs. Ex Suetonio.

¶ Plynii orator Historici nepos Quintiliano Rhetori dedit abunde pecuniæ, qua nubis 27 lem dotaret filiam. Quod ad ipsum scribens edocet his verbis. Et tanquā parēs alter puelæ nostræ confero. 50. millia nummum. Blondus Fla. lib. 8.

¶ Alexander Taxilæ regi mille tanta contulit, vasa item conuiuialia ex auro & argento plurima. Item vestes perficis & equos. 30. suis insinibus ornatos. Q. Curtius lib. 7.

¶ Idem Porum hostem agrum curauit & in amicorum numerum recepit, & ampliore donauit regno, quam prius tenuisset. Bis Persarum ciuitatē ingressus, toties mulieribus erogauit nummos, prægnantibusque munus duplicari iussit. Curtius.

¶ Solebat africanus Scipio non prius e foro discedere, quam vnum aliquem ex his quibus 28 congregeretur, beneuolum sibi & amicum efficeret. Et quamuis eius potestate victa fuisset Carthago, moriens tamen argenti libras. 33. auri duas duntaxat reliquit, tanta in omnes extiterat munificentia. Plutarchus in Apoph.

¶ Nerua imp. ad sustentandam ciuium vitam decies & quinquagies centena millia nummum erogauit, & quosdam senatorij ordinis delegit, qui agros emerēt, eosque egenis pariterētur. Vnde inops pecuniæ factus, vestes, vasa & vniuersam supellestem auçioni subiecit, agrosque & domos vendidit. Author Dion Cassius. Quicquid antea pœnæ nomine tributus accesserat, indulgit. Afflictas ciuitates releuauit, Puellas & pueros naros parentibus egestosis sumptu publico per singulas vrbes Italiæ foueri iussit. Testis Aurelius Victor.

¶ Adrianus nulli iniuste pecunias abstulit. Multa publice & priuatim multis elargitus 30 est. Alios auxit pecunia, quosdam honoribus & dignitate. Author Dion Cassius.

¶ Fuit in Tito Vespasiano liberalitas adeo magnifica, vt die quadam vesperti recordatus 31 nihil se cuiquam præstitisse, dixerit. Amici perdidimus diē. Monentibus domesticis quod plura polliceretur quam præstare posset, respondit non oportere quenquā a sermone principis tristem discedere. Non solum nihil negauit petentibus, at etiam hortatus est vltro, vt quæ vellent, peterent. Plebem quādoque admittebat in thermas, quibus lauabatur. Ciuitates incendio Vesperti in Campania dirutas reparauit. Afflictis morbo nullā non adhibuit opem & medelam, inquisito omni sacrificiorum remediatorumque genere. Suetonius, & Aurelius.

¶ Iulianus imp. aras multo victimarum sanguine profundeabat, & tauros quandoque im- 32 molabat centenos, & innumeros varij pecoris greges. Marcellius lib. 22.

¶ Gallienus imp. Valeriani filius nihil vnquam cuiquam petenti denegauit. 33

¶ Alexius Comnenus orphanotropheion erexit, in quo puellas & pueros parentibus orbatos sua pecunia refouebat. Fecit & Musæū, in quo alios iubebat erudiri, pecunia ex regio vectigali data. Bap. Egnatius.

¶ Antonius pius (qui successit Adriano) magnam sui thesauri partem amicis & militibus 34 impartiuit. Eutropio teste.

¶ Traianus vrbes trans Rhenum in Germania reparauit. Nihil iniustum ad augendum fiscum egit, Publice & priuate omnes sibi familiares muneribus cumulabat & honoribus. Multas immunitates ciuitatibus tribuit. Eutropius.

¶ Theodericus qui mortuo Odoacre Serulo imp. totius Italiæ adeptus est ditionē, Roma 35 nis, singulis annis dedit viginti millia modiorum tritici. Author Paulus diaconus.

¶ Caligula imp. absoluit templum Augusti & theatrum Pompeij. Inchoauit aquæ ductum 36 & amphitheatrum Syracusis, collapsa vetustate mœnia & deorū ædes refecit. Suetonius.

¶ Caligulæ successores Cæsar Claudius perfecit aquæ ductum ab ipso Caligula inceptum. 37 Rium Anienis lapideo opere in vrbem perduxit, diuisitque in plurimos lacus. Per tria passuum millia montem effodit & excidit ad emitendum Fucinum lacum. Quod opus ægre absoluit post vndecim annos, quamuis triginta hominum millia sine intermissione operantia adhibuisset. Congiaria populo sepiissime dedit. Idem Sueto.

¶ Domitianus congiarium populo nummorū. 300. ter dedit, & inter spectacula muneris 38 largissimum epulum. Septimontiali sacrorum die senatus & equitibus panaria & sportelas cum obsonio distribuit. Sparsit & dona missilia in populum. Multa opera incendio absoluta restituit, vt capitolium. Excitauit eodem in Capitolio custodi Iouis, & forū. Sueto.

¶ Marcus Aurelius vocatus a matre ad diuidē dum cum sorore patrimonium, vniuersum 39 forori

forori concessit.

- 40 ¶ Agellus delata ad se Agidis bona, inter cognatos inopia pressos diuisit.
- ¶ Probus Augustus in plurimis victorijs nihil præter tela & arma sibi retinuit, Cætera militibus concessit libere.
- 41 ¶ Aurelianus tunicas viritim per populum dedit. Item frumentum & oleum cum vino.
- ¶ M. Antonius Triumuii filius munerum magnitudine Philotam quendam adeo terruit, vt ille capere reformidaret.
- ¶ Pomponius Atticus fugientem e patria Ciceronē sestercij. 240. millibus donauit. Cesdenti Italia Bruto sestercia centum millia muneri misit. Tam multa in P. Voluminium cōtulit, vt plura proficisci a parente non potuerint. Idem publicam Atheniensium inopiam suis opibus subleuauit.
- 42 ¶ Tāta fuit L. Luculli in omnes, eruditos præcipue, liberalitas & beniuolentia, vt domus eius Græcorum Romam venientium portus diceretur.
- ¶ Alфонsus rex populorum aut regū oratoribus publico aut priuato nomine ad se veniētibz ædes iubebat exornari. Et gratuitas epularum delicias ministrari, nec vnquam abire permittebat indonatos.
- 43 ¶ Alexander magnus cuidam Perillo. 50. talēta numerari iussit ad dotem pauperculæ filiæ, quum ille decē non amplius talēta postulare. Hæc ex Libello Pōtani de Liberalitate.
- ¶ Vrsus comes Nolanus singulis annis, quibus Nolæ præfuit, auri & argēti vim non paruatam contulit ad dotem paupercularum virginū. Vide liberalitatem multorū in eruditos in historia de precio literarum. Suppetunt mihi alia de liberalibus & magnificis viris infinita pene exempla, quæ ex industria misa facio, quod non ignorem ex nimia quandoque abundantia fastidium provenire, quodque (vt inquit Horatius) Omne superuacuum pleno de pectore manet. Qui alia id genus desiderabit exempla, videat Val. Max. Sabellicum & fulgosum.
- 44 ¶ Philopoemen Megalopolitanus quicquid bellicis artibus sibi comparabat, impertiebatur ad redimendos captiuos, aut in equis atque armis comparandis expendebat.
- 45 ¶ Iulius Cæsar legionibus stipendium in perpetuum duplicauit, frumentum quoties copia esset, siue modo mensuraque præbuit, Singula interdum mæcipia, & prædia viritim dedit. Munus populo epulæque pronunciauit in filiæ memoriā, ad se inuitatos vel sponte cōmeantes, vberissimo congiario proferebatur. Reorum & oberatorum ac prodige iuuentutis subsidium erat vnicum. Reges muneribus alliciebat, alijs captiuorum millia dono ferens, alijs citra senatus auctoritatem auxilia summittens Italiæ, Galliarumque, & Hispaniarum. Item Asiæ & Græciæ potentissimas vrbes præcipuis operibus exornauit.

¶ Prodigij.

1	Formianus	12	Caligula		Phocus
2	M. Tigellius	13	Demetrius	21	Alphonfus
3	Filius Aefopi		Agrigentini		Alexander
4	Bassa	14	Græci	22	Belflorus
5	Cinna		Bathylli	23	Cleopes
6	Albidius		Lucullus	24	Curio
7	M. Lilius	15	Apicius		Galenus imp.
8	T. Annius miso	16	Cleopatra	25	Petrus cardinalis
	Rhemnius Palemon	17	Vitellius		Cæsar
9	Nero	18	Licinius Crassus	26	Galeatius
10	Agomencelus	19	L. Neratius		
11	Poppea	20	Callias		



pe benignus erat.

Atul'us Formianum quendam incessit vt decoctorem & are alies no oppressum, vbi ait. Ista turpiculo puella naso Decoctoris amica Formiani.

¶ M. Tigellius Hermogenes fuit adeo prodigus, vt tibicines, histriones, Parafyti, gnatones, mimi, epulones, balatrones, mendici, vnguentarij, caupones, reliquique ociofæ & perditæ vitæ homines mortē eius multis lachrymis defleuerint. Horatius libro. i. Ser. An bubaiarū collegia, Pharmacopolæ, Mendici, mimi, balatrones, hoc genus omne Mœstū ac sollicitum est cātoris morte Tigelli, Quip

¶ Filius Aefopi tragœdi tanta fuit prodigētia, vt vniones aceto liquefactos cœnis appo- 3  
neret. Horatius libro fecundo Ser. Filius Aefopi detractam ex aure Metellę Scilicet vt des-  
cies solidum exforberet, aceto Diluit insignem baccam.

¶ Martialis libro primo notat Bassam fœminam, quod excrementa corporis aureo excipe 4  
ret vase, vbi ait. Ventris onus mifero (nec te pudet) excipis auro, Bassa bibis vitro, carius  
ergo cacas.

¶ Idem Martialis libro nono. Cinna cuiusdam luxum ita arguit. Nam tu dum metuis, ne 5  
quid post fata relinquas. Haussisti patrias luxuriosus opes.

¶ Albidius fuit adolescens perditissimę vitę, qui decocto vniuerso patrimonio vnas (que 6  
superant) ædes, rerum desperatione incendio dedit. Quod videns Cato. Hic inquit Pros-  
teruiam facit. Macrobius lib. 2.

¶ M. Linius Drusus quum omnia per luxum dilapidasset, stultitię suę per iocum illudes 7  
bat dicens, se nihil cuiquam reliquisse præter cœlum & cœnum. Itaque quum pecunia ege-  
ret, multa per scelus commisit. Plynius de viris illustribus.

¶ T. Annium Milonem sestercia, 700. millia æris alieni debuisse inter prodigia animi hu 8  
mani ducit. Plynius lib. 36.

¶ Rhemnius Palemon grammaticus luxurię ita indulfit, vt sæpius in die lauaretur, nec 9  
sufficeret sumptibus. Suetonius de illust. grāmaticis, quamuis ex schola quadragena ans-  
nua caperet, & non multo minus ex re familiari.

¶ Plynius scribit felicem Arabiam non tantum Cynnami, Cassię, aliorumque odorum ans- 9  
nuo factu parere, quãtum Nero princeps nouissimo pompę suę die concremauit. Idẽ for-  
didus vocabat & parcus, quibus ratio impensarum constaret. Eos vero lautos ac magnifi-  
cos laudabat, qui abuterentur & perderent. Mirabatur auunculum Caium Caligulam, q̄  
ingentes a Tiberio relictas opes in breui spacio prodegisset. In Tyridatem regem Arme-  
nię octingenta nummum millia diurna erogauit, Abeunti super sestercium milles contu-  
lit. Menecratem citharœdum & Spiculum mirillonem triumphalium virorum patrimo-  
nijs ædibusque donauit. Cercopithecum panerotem fœnatorem prope regio extulit fu-  
nere. Nullam vestem bis induit. Quadragenis in pũctum sestercijs aleam ludit. Vnde me-  
rito exclamat Iuuenalis Satyra prima dicens. Neque enim loculis comitãtibus itur Ad cæs-  
sum tabulę, posita sed luditur arca. Piscatus est reti aurato, purpura & cocco funibus ne-  
xis. Nunquam carrucis minus mille iter fecit. Mulos argenteis crepidabat soleis, & canis  
sina operiebat lana. Theatrum auro totum operuit in honorem ipsius Tyridatis. Idem cus-  
bicula viatoria vnionibus consternebat. Annis. 14. quibus, imperio præfuit, bis & vicies  
millies donationibus effudit, id est quingentis & quinquagies centena millia aureorum.

¶ Agomencelus Alexandri magni præfectus aureis clauis suffigebat crepidas. 10

¶ Antonius Sopus in contumeliam naturę, vilitatem auro fecit. Plynius. 11

¶ Poppea Neronis vxor iumentis suis soleas ex auro induebat. Plynius.

¶ C. Caligula opes immensas a Tyberio congestas ac vicies septies millies sestercium intra 12  
annum absumpsit. Idem Liburnicarum nauium gemmatis puppibus vtēbatur, & diuersi-  
si coloribus velis, in quibus thermas, porticus, & triclinia strauit magna laxitate, dispositis  
etiã pomiferis arbusculis. In extructionibus quoque prætoriorum atque villarum nihil  
tam efficere concupiscebat, q̄ quod effici posse negaretur, auctore Tranquillo.

¶ Demetrius Antigoni & Stratonices filius, 250. talenta scortis dari iussit. Auctore 13  
Plutarcho.

¶ Tantis fuit Agrigētinorum in omni re luxus, vt Plato diceret eos ædificare, ac si victus 14  
ri perpetuo forent, ita demum cõiuuari, velut semper morituri. Vtebantur lechytis & xis-  
tris argenteis. Habebant & lecticas totas ex ebore. Cęlius cap. 31. septimi.

¶ Græci adeo sibi indulserunt, vt mixtum vnguẽto vinum (quod dicebatur Myrites) lar- 14  
gius haurirent.

¶ Batylli populi vnguētis madent, Auctore Plynio, vt Cyprii, Ciziceni, Corinthii, &  
Parthi.

¶ De Luculli prodigo luxu iam diximus in diuitibus.

¶ Omnium fere luxus & prodigētiã nepotinis helluationibus superauit Apicius, de 15  
quo Martialis libro quinto. Dederas Apici bis trecentis ventri, Sed adhuc supererat cen- 16  
ties tibi laxum. Hoc tu grauatus, ne sitim & famem ferres. Sũma venenum potione duxis-  
sti, Quod sic interpretatur Budæus. Apici sexcentis sestercium id est quindecies centes-  
na aureorum coronatorum millia inexplēbili illa ingluuie helluatus, quum posses adhuc.

OFFICINA

250. millibus (quod centies lxxum appellat) vitam lauto & eleganti victu producere, tamen venenum miser hausisti, ne patrimonio tanto superesses, quod iam iam te deserturum videbatur.
- 16 ¶ Cleopatra vltima Aegypti regina cenam parauit Antonio, in qua centies sestertium, id est ducenta & quinquaginta millia aureorū vno ferculo secundæ mensæ consumpta sunt. Budæus. Vnde Sidonius Cleopatricas dapes vocat.
- 17 ¶ Singuli Vitellij apparatus non minus quadringenis millibus constiterunt. In cena eidē a fratre data duo millia lectissimorum piscium, septem autem apposita tradūtur. Idem Vitellius in suo principatu ducentis sestercijs condidit patinam, cui faciendæ fornax in campis ædificata erat. Habuit autem in ea Patina scarorum iecinora, Phasianorum & pauenū cerebella, linguas Phœnicopterum, murenarum lactes, a Crapathia vsque fretoque Hispaniæ petitarum. Author Suetonius.
- 18 ¶ Licinius Crassus quum omnia decoxisset, occurētium tamen cachinis vocabatur diues, his verbis. Qui in Parthos militauit non fuit appellatus diues primus, sed hic.
- ¶ Hellogabalus inuitatis ad prandium summis viris, croco mēsam sternebat, dicens se cœnum pro eorum dignitate exhibere. Idem triclinia, lectos & porticus omni florum genere strauit, lilij, violis, hyacinthis & Narcissis, quos flores pedibus cōculcabat. Naues preciosas meribus onustas mergi in portū iussit, magni animi id esse dicēs, Aureo utebatur vase ad corporis excrementa. Gemmas ab optimis sculptas artificibus in calciamentis ferebat, quæ nūquam iterabat. Preciosas vestes sæpe cōscidit. Mixxit etiam in Myrthinis & onychinis vasis. Omnibus meretricibus sine effectu libidinis multos quādoque dedit aureos nummos. Lampridius.
- 19 ¶ L. Neratius homo egregie improbus Authore Gellio, quum pro delectamento haberet os hominis liberi manū suæ palma verberare, seruum comitem habebat crumenam plenam assium portitantem, Et quencumque depalmauerat, numerari statim secundum duosdecim tabulas. 25. asses eidem iubebat.
- 20 ¶ Callias fuit quidam, qui conlectandis meretricibus vniuersum dilapidauit patrimoniū. Hinc per iocum dicebatur a scortis deplumarus. Cælius cap. 38. lib. 6.
- ¶ Phocus Phocionis filius quum paternas opes prodigo luxu dilapidasset, Atheniensibus vsque adeo factus est odiosus, vt occurrentes omnes difamatorem sui generis illum nuncuparent. Mirandula in suis super Hymnos suos Commentarijs.
- 21 ¶ Alphonfus rex Neapolitanorum quum multa per luxum prodegisset, cōflatoque ingēti ære alieno iam non haberet, vnde creditoribus satifaceret, dolore & ira permotus pluresque suis spoliavit bonis. Ponta de Liberal.
- ¶ Alexāder Macedo Promachum bibacissimum hominem victorem in vini certamine, aurea corona donauit.
- 22 ¶ Belflorius ficulus homo priuatus domum inchoauit tanto sumptu, vt fundamentis mos dice adhuc ab humo extantibus pecunia sit exhaustus, quam tamen multis annis improbo labore sibi comparauerat. Ponta. de Magnificentia.
- 23 ¶ Iam diximus Cleopem Aegypti regem sumptu Pyramidis eo redactum inopiæ, vt coactus sit filiam exponere vænalem ad meretricium quæstum. Herodotus.
- 24 ¶ C. Curio tribunus plebis sexcenta æris alieni sestercia debuisse fertur. Author Valerius Maximus.
- ¶ Galenus imp. Valeriani filius gemmas ferebat caligas exemplo Caligulæ, qui inde traxit nomen.
- 25 ¶ Petrus presbyter cardinalis sedente in pontificatu Sixto, duobus annis trecenta aureorū millia luxu prodegit & vanitatibus. Volater. in Philologia.
- 26 ¶ Cæsar Alexandri pontificis filius quotidianis epulis ducentos aureos dicauit. Parasytis vestes duorum millium donauit. Excercitum octo millium hominum viuente patre senes per aluit. Volaterranus.
- 27 ¶ Galeatius filius Ioannis Galeatij primi infubrium ducis in filij nuptijs (quibus interfuit Petrarcha) ad centum millia nummum erogasse fertur.

¶ Gulosi, edaces, & vinolenti.

1	Apitius	Vitellius	4	Clodius
2	Aristoxenus	Aesopus	5	Domitius Afer
3	Sanctra	Aristippus		Q. Hortensius Maximinus

6	Maximinus	21	Aristoteles	38	Lacydes
	Theodorus		Lepreas	39	Armitus
7	Astydamas		Syri		Cyanippus
8	Cambles		Asiatici	40	M. Varro
	Vedius		Prusias	41	M. Antonius
9	Abron	22	Elpenor		Parthi
	Caligula	23	Eurycion	42	Promachus
10	Hercules	24	Anacreon	43	Xenocrates
	Vlyffes	25	Hileus		Dionysius
	Theagenes	26	Cato		Syracusani
	Aglais	27	Homerus	44	Conna
	Theffali		Ennius		Tiberius Nero
	Philoxenus		Diotimus	45	Claudius Cæsar
	Gnato		Xenarchus	46	Nifeus
11	Pityreus	28	Fescennia	47	Bitias
	Cleonymus	29	Myrtale		Antiochus
	Pisander	30	Panaretus	48	Darius
	Charippus		Philostratus	49	Aleceus
	Mithridates	31	Polyphemus		Aristophanes
	Eristion		Laufella		Cratinus
	Alcman		Alexander		Timocreon
12	Heraclides	32	Archelilaus	50	Lacedæmonij
13	Gallonius		Cleomenes		Bizantiij
14	Heterognatus		Scythæ		Bela secundus
15	Phago		Thrace	51	Nicolaus. J.
16	Galba	33	Chrestus	52	Clofernes
17	Gnosippus		Nouellius		Bæotiij
18	Nero	34	L. Pifo	53	Asinius Celer
19	Andebuntus	35	Alcibiades		Crispinus
20	Demetrius		Cicero iunior	54	Milo
	Heliogabalus	36	Bonofus	55	Socrates
	Gathis	37	Cambyfes		

## E X P L A N A T I O.



Arcus Apitius nepotum omnium fuit altiffimus gurges, vt iam diximus. Is quum audiuiffet grandes caricas nafci in Lybia, nauigauit illuc. Quod demũ quum fallum deprehendiffet, Lybiam eiufq; habitatores diris imprecationibus deuouit. Hic omnium primus ius dicauit linguam phœnicopteri effe optimi faporis. De Apitio Martialis libro fecundo. Ipfe quoque ad cœnam gaudet Apitius ire, Quum cœnaret, erat triftior ille domi. Hic & congiaria principum & ingens capitolij ueftigal comeffationibus hauiffet. Seneca de Confolatione ad Albinam matrem fic fcribit de Apitio. Apitius noſtra memoria vixit, qui in ea vrbe ex qua aliquando philofophi velut corruptores iuuentutis abire iuffi funt, ſcientiam popinæ profeflus, difciplina ſua ſæculum infecit. Cuius exitium noſſe operæ precium eſt. Quum feſtertium millies in culinam congeſſiffet, quum tot congiaria principum, & ingens capitolij ueftigal ſingulis comeffationibus hauiffet, ære alieno oppreſſus, rationes ſuas tunc primum coactus inſpexit, ſuper futurum ſibi feſtertium centies computauit, & velut in vltima fame victurus, ſi in feſtertio centies vixiffet, veneno vitam finiuit. Quanta luxuria erat, cui centies feſtertium egeſtas fuit: hæc ille.

¶ Ariſtoſenus Cyrenæus adeo gulę ſtudioſus exitit, vt hortenſes lactucas vefpere mulſo irrigaret, quo luxurioſius creſcerent, & faporis eſſent delicatioris. Volater. Sanctra nomen eſt gulofif, de quo Martialis libro ſeptimo ſcribit, Nihil eſt miſerius, nec gulofius Sanctra.

OFFICINA

- 3 ¶ Vitellius epulas trifariam aut quadrifariam partiebatur. In ientacula, prandia, coenas & comestationes, solus omnibus sufficiens vomitandi consuetudine. Suetonius testis est eum fuisse non profundæ modo, sed intempestivæ & adeo sordidæ gulæ, vt carnes holoz caustorum non peractis sacrificijs ante aras absumeret. De eo Sidonius sic meminit. Hinc turpis, quod palcher, Otho post quina Vitelli Millia famosi vëtris damnata barathro. Idē. Mihi foeda Vitelli Intulit ingluuies ventrem.  
 ¶ Lam locuti sumus de luxu æsopi, qui Tragœdi fuit filius.  
 ¶ Aristippus Cyrenæus summum bonum locabat in voluptate. Idem principes solebat comitari, vt parasytus & amicus mensæ. Propterea Diogenes canem regium eum appellabat. Laertius.
- 4 ¶ Clodius Albinus tam profunda fuit ventris ingluuie, vt quingentas ficus, centum campana perfica, mellones ostiæses decem, vuarum labicanarū pondō viginti, ficedulas, 100, ostrea, 40, vna deuoraret cœna. Capitolinus.
- 5 ¶ Domitium Afrum Eusebius prodiit cibi præter modum accepti superfluitate redundātem in cœna perijisse.  
 ¶ Q. Hortensius orator studio gulæ primus omnium Romanorum pauonem apposuit mensis. Plinius.
- 6 ¶ Maximinus senior bibeat Capitolinam vini amphorā. Carnis libras quadraginta comedebat. author Capitolinus.  
 ¶ Theodorus scribit Milonem crotoniatam carniū minas, 20, deglutisse, & panis totidē, Vini choas perficasse tres. Idem in Olympiā quadrimum solus absumpsit taurum, quem per stadium retento anhelitu portauerat suis humeris.
- 7 ¶ Astydamas Milesius a Perla Ariobarzane vocatus ad conuiuiū, solus deuorauit, quicquid conuiuiis omnibus fuerat præparatum. Cælius cap. 11, quarti.
- 8 ¶ Cables rex Lydorū eo voracitatis euectus est, vt nocte quadam vxorem absumperit.  
 ¶ Vedius Pollio feruos conijciebat in piscinas, vt pisces ipsi humano cruore pasti delicatiores essent. Plinius.
- 9 ¶ Abronis luxus & delitię trito vulgarique adagio locum fecerunt.  
 ¶ Caligula maximā partem thesauria Tyberio relictis cœnis & comestationibus cum leonibus & feortis deuorauit. Tranquillus.
- 10 ¶ Herculem & Vlystem Polyphagię & edacitatis nota famosos fuisse scribit Cælius.  
 ¶ Theagenes Athleta taurum vorabat solus.  
 ¶ Aglais tibicina Megacis filia decem carniū minas & quatuor panum choenicas absumebat. Hauriebat & choam vini. Cælius cap. 40, octauī.  
 ¶ Thestalis iniusta est voracitatis nota, vt etiā Pharfalis. Mnesimachus apud Cæliū. Pharfalorum venit, aliquis vt mensa voret ipsas.  
 ¶ Philoxenum Eryxidis & Gnatonem Siculū inter gulæ proceres & cupediuros posuit antiquitas, quod conuiuijs adhibiti sese in paropsides emungerent, vt abstinentibus ceteris largius soli fruerentur. Plutarchus in Opusculis. Aiunt & Philoxenum ipsum optasse sibi collum gruis, quo maiorem in bibendo perciperet voluptatem. Hoc tamen nonnulli tribuunt Melanthio, vt apud Cælium Clearchus. Philoxenus Dithyrambicus polyphagum edidit duum cubitorum.
- 11 ¶ Inter Polyphagos & edaces etiam numerantur Pityreus Phryx, Cleonimus, Pisander, Charippus, Mithridates rex Ponti, & Erisicton, qui sua ipse membra corrosit.  
 ¶ Alcman poeta suis verbis sese pamphagum nominauit.  
 ¶ Ferunt Mithridatem illis certa constituisse præmia, qui plures cibos ventri destinassent, aut maiore se ingurgitassent vino, vt sui similes haberet. Idem omnes sui temporis mortales haustu vini longe excessit. Cælius lib. 16, cap. 16.
- 12 ¶ Heraclides pyctes infiniti prope cibi potusque fuit capax. Nec parem reperit in bibēdo. Alios ad ientaculum inuitabat, alios ad prandium, quosdam ad cœnam, quibus omnibus sine interstitio sufficiebat solus. Cælius ibidem.
- 13 ¶ Pub. Gallonius homo fuit postremæ gulę in cupedijs assidue versatus, vnde a Læliogurges dictus est. Hunc præconem fuisse scribit Horatius. Cuius mensam acipensere magno infamem notat Lucilius his verbis. Lælius præclare, & recte Sophos, illeque vere, O Publi Surges Galloni, es homo miser inquit. Cœnasti in vita nūquam bene, quum omnia in isto Consumis squilla, atque acipensere cum decumano. Tertullianus Curtj aleam, Apicij gulam, Gallonij sumptum, & Antonij ebrietatem incessit. Crinitus.



- ¶** Heterognatus ob voracitatem vtraque mandibula alternatim commandebat. 14  
**¶** Phago fuit quispiam adeo gulofus, vt adhibitus mensæ Aureliani, aprum integrum, 15  
 ceterum panes, veruicem & porcellum vno die comederit, biberitque Orcam vini. Author  
 Flavius vopiscus.  
**¶** Erat Galba imp. cibi plurimi, quem hiberno tempore capiebat ante lucem. Inter cœnam 16  
 vero vsque eo abundanti, vt congestas per manus reliquias, circūferri iuberet, spargique  
 ad pedes stantibus, Tranquillus.  
**¶** Gnolippus hac voracitatis infamia adeo laborauit, vt Athenienses liberis suis interdixit 17  
 xerint, ne cum eo vescerentur. Mirandula in suos Hymnos.  
**¶** Ferunt Neronem quandoque a meridie ad mediam noctem vsque epulas protrahere 18  
 cōfuisse ad inexplebilem ventris ingluuiem, Cœnabat inter scortorum, ambubaiarum  
 que ministeria, Sueton.  
**¶** Andebuntus rex Anglorum conuiuio quodam tantum cibi deglutiuit & vini, vt eo sus- 19  
 focatus repente animam efflauit.  
**¶** Demetrius Phalereus ducenta quotannis talēta absumebat in luxu & nepotationibus. 20  
**¶** Heliogabalus nunquam minus centum festerijs epulatus est.  
**¶** Gathis regina Syriæ edicto cauit, ne quis piscem comederet, quin ipsa adesset. Volater. 21  
**¶** Aristoteles philosophus ab initio oblophagus & decoctor fuit.  
**¶** Hercules cum Leprea rege de gula contendit, vicitque tauro toto paulatim deuorato.  
**¶** Syri populi & Asiatici continuo erant in conuiujs, balneis & vnguentis.  
**¶** Prusias rex Bithyniæ popinas semper adamabat.  
**¶** Nunc de vinolentis dicendum.  
**¶** Elpenor vino largius hausto impos animi factus, scalarum lapsu exanimatus est. Ouid. 22  
 lib. 14. Eurilochumque simul, nimirumque Elpenora vini. Idem. in Ib. Neve gradus adeas El  
 penore tutius altos, Vinque feras vini, quo tulit ille modo.  
**¶** Eurycion fuit quispiam centaurus ebrietatis infamia notatus. Ouid. lib. 1. de arte. Occis 23  
 dit Eurycion stulte data vina bibendo. Propertius lib. 2. Tu quoque o Eurycion vino cen  
 taure peristi. Necnon Ismario tu Polypheme mero.  
**¶** Anacreon Teius poeta arguitur vt deditus vino, cui quum liberalius indulgeret, vna 24  
 acino suffocatus dicitur. Ouid. lib. 3. de arte. Sit quoque vinosi Teia musa senis.  
**¶** Hilæus centaurus deditus fuit ebrietati. Horatius libro secundo Car. Nec sæuos Lapis 25  
 thas & nimium mero Hilæum. Virg. Et magno Hilæum cratere minantem.  
**¶** Cato minor (qui prozouum habuit Catonem maiorem) quamuis omni virtute esset cu- 26  
 mulatissimus, interdum tamen cum amicis dabat operam comotationibus tota nocte ad  
 auroram. Horatius lib. 3. car. Narratur & prisca Catonis Sæpe mero caluisse virtus. Hoc  
 ebrietatis vicium præcipue illi obiecit Cæsar duobus libris, quos vocauit Anticatones.  
 Vide Crinitum cap. 7. libri. 7.  
**¶** Homerum vinolentum fuisse arguit Horatius lib. 1. Epist. dicēs. Laudibus arguitur vi- 27  
 ni, vinosus Homerus.  
**¶** Ennius poeta nunquam accingebat se scribendis carminibus, nisi multo madidus vino.  
 Idem Horatius. Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma Profuit dicenda. Hinc ex  
 illa ebrietate cōtraxit sibi morbum articulare quo ad extremum perijt. Serenus. Ennius  
 ipse pater dum pocula siccant iniqua, hoc vitio tales fertur meruisse dolores.  
**¶** Diotimus Atheniensis in fundibulo ori admoto incessanter vinum hauriebat.  
**¶** Xenarchus Rhodius ex bibacitate metretes cognominatus est.  
**¶** Fescenniam Martialis lib. 1. arguit vt vinolentam dicens. Ne grauis hesterni fragresces 28  
 scennia vino. Pastillos Cosmi luxuriosa voras.  
**¶** Myrtale vinolenta mulier vino commiscebat folia lauri, ne vinum oleret. Mart. libro. 3. 29  
 Fortere multo Myrtale solet vino. Sed fallat vt nos, folia deuorat lauri.  
**¶** Idem libro sexto arguit Panaretum potorem, quod solus amplissimam vini lagenam 30  
 exsiccasset.  
**¶** Philostratus quum esset in balneis Sinuessanis, tātum vini potauit, vt e brius factus sca-  
 larum lapsu, pene extinctus sit. Martialis lib. 1. A Sinuessanis cōuiuia Philostratus vndis  
 Conductum repetens nocte iubente larem. Pene imitatus obit sæuis Elpenora fatis, Præ-  
 ceptis per longos dum ruit vsque gradus.  
**¶** Polyphemus Cyclops hausto largius vino dum in somnum concidisset, ab Vlysse exce-  
 carus est.  
**¶** Laufellam Iuuenalis vt temulentam incescit.

OFFICINA

- 31 ¶ Vidēs Androcydes Alexandrū procliuē in pocula, in tēperētā eius his verbis cohibebat, Vinum potaturus rex memento te bibere terrę sanguinem. Nam sicut venenū est homini cicuta, sic & vinum. Quibus p̄ceptis si ille obtēperasset, amicos in temulentia non intermisisset, vt fecit. Idem Alexander ex hac vinolentia biduum sæpe obdormiuit integrum. Hinc prouerbiū natum, Alexandrū bibendo regem p̄cellis. Inter pocula amicos indignatione rapida ferro transfuerberabat. Vide Budgum de Affe.
- 32 ¶ Archelīus philosophus immodico vini haustu excessit. Cleomenes rex Spartanorū quū Scytharū vinolentiā imitari cuperet, in insaniam redactus est. Solētautem Scythę & Thracę liberius compotare vsque ad certamen temulentię. Herodotus in Erato. Vnde Horatius. Natis in vsū lætitię scyphis Pugnare Thracum est.
- 33 ¶ Chrestus Bizantijs sophista hoc vicio quoque laborauit. Nouellius Tricōgius mediolanensis meruit cognomen a tribus vini congijs, quos vno, impetu hauriebat spectāte miraculi causa Tiberio p̄ncipe. Author Plynus lib. 14.
- 34 ¶ L. Piso maiorem noctis partem cōiuuijs & temulētia impendebat, Biduo perpotationē continuauit apud Tiberium p̄ncipem. Plynus.
- 35 ¶ Famam apud Gręcos ex ebrietate meruit Alcibiades. Authore Plynio.
- 36 ¶ Cicero iunior. M. Tullij filius binos congios simul hauriebat. Author Plynus lib. 14. qui facete putare se ait, ideo eum id fecisse, vt M. Antonio patris interfectori, hanc palmam eriperet, vt vel in hoc saltē necis paternę videretur vltor & vindex. Bibit Bonofus auctore Flauio Vopisco, quantum hominum nemo. De hoc Aurelianus dicebat. Non vt uiuat natus est, sed vt bibat. Si quādo legati barbarorum ad eum uenissent, ipsis propinabat, vt eos inebriaret, & ab his per vinū omnia cognosceret, & extorqueret veritatē. Quantumlibet bibisset, semper securus videbatur & sobrius. Præterea tantū mingebat, quantum biberat, sic vt & eius vesica nunquam grauaretur. Postea quū a Probo superatus laqueo vitam clausisset, emanauit iocus, amphoram pendere non hominem.
- 37 ¶ Cābyfes quū per tumulētia quandoq; ratione exideret, monitus a Prexaspe domestico, vt tantam caueret infamiam, eius filium percitus furore iaculo confodit. Herodo. lib. 3.
- 38 ¶ Lacydes philosophus ex nimia compotatione concidit in paralytim, qua mortuus est.
- 39 ¶ Armitus & Cyanippus Syracusani potu nimio in ebrietatem lapsi, filias stupro cōtaminauerunt. Author Plutarchus.
- 40 ¶ M. Varro apud Plynium testis est Mezentium regem Ethuriz auxilium Rutulis contra latinos tulisse, mercede vini.
- 41 ¶ M. Antonius librum edidit de sua ebrietate, quo patrocinari sibi voluit, vt ea probaret mala, quę per temulentiam orbi intulisset. Ferūt illum in hippiz mimę nuptis, tantū vini per vniuersam noctem hausisse, vt sibi postridie in concionem vocato necesse fuerit in cōspectu populi Ro. euomere, quodam ex amicis togam subiicientem. author Plutarchus.
- 42 ¶ Plynus ait tanto magis sitire Parthos, quanto plus biberint.
- 43 ¶ Promachus fuit homo bibacissimus, quem Alexander talenti corona donauit, quod in vini certamine euassisset victor. Testis Plutarchus.
- ¶ Xenocrates vini choam hausit, quum Dionysius p̄misi obtulisset ei, qui hoc faceret.
- ¶ Dionysius iunior vsque ad oculorum vicium mancipatus est ebrietati. Aristoteles tradit ebrietatem in Syracusanorū luxu diebus quādoq; nonaginta nō fuisse interpellatam.
- 44 ¶ Conna tibiem fuit vinosus, qui in contiuuijs coronatus potabat assidue.
- ¶ Tiberius Nero propter nimiam vini auiditatem in castris pro Tiberio Biberis, pro Claudio Caldus, pro Nerone Mero vocabatur. Idem cum Pomponio Flacco & L. Pisonē noctem continuumque biduum epulando potandoque consumpsit. A sellio Sabino sestercia ducenta donauit pro dialogo, in quo Boleti & ficedulę & ostreę & turdi certamen induxerat. Tranquillus.
- 45 ¶ Claudius Cęsar conuiuia celebrauit palam, tanta populi frequentia, vt plerumque sexcenti simul discumberent. Cibi & vini fuit appetentissimus. Sedens in tribunali quum olfecisset nidorem prandij, quod in proxima Martis eade parabatur a Salijs, deserto foro comcauit ad Saliōs ipsos, & vna discubuit. Nec vnquam a triclinio abscessit nisi distentus & madens. Idem Tranquillus.
- 46 ¶ Nifæus Syracusarū tyrānus vbi ab aruspiciibus didicisset breuē se periturum, quicquid super fuit vitę, comestationibus impendit & ebrietati.
- 47 ¶ Apud Didonem Virgiliānam Bittas sic hausit merum, vt eo se totum proluerit.
- ¶ Antiochus magnus dies totos dormire solebat ob vinolentiā. Pugnaturus in Rhodios, captus amore puellę Chalcidensis, nuptias etiam ipso belli tempore celebrauit, & totam hyemem

hyemem cum ea vino indulsit & veneri. Litius lib. 36.

¶ Durium vinolentum fuisse arguit inscriptio sepulchri eiusdem, quæ talis erat, Potui & 48  
mulum vini potare, & hoc probe ferre.

¶ Alcæus, Aristophanes & Cratinus quum ebrii forent, erant tamen ad scribendum car- 49  
men idonei

¶ Timocreon Rhodio propter cibi & vini auiditatem epitaphium sequens inditum est.  
Multa bibens tū multa vorans, male deniq; dicēs Multis, hic iaceo Timocreon Rhodius.

¶ Lacedæmonij eundem calicem in conuiujs circumagebant, vt sitim & vini auiditatem 50  
irritarent.

¶ Bizantios Menander poeta notauit vt ebrios.

¶ Bela secundus Almi filius, Pannoniæ rex, corruptissime fuit temulentia.

¶ Nicolaus quintus Ponti. Max. nimio bibendi studio tenebatur. Exigebat enim diuersa 51  
vinoꝝ genera, & quæ magis ad palatum facerent, eligebat.

¶ Olofernes ebrius ab vxore Iudich interfectus est. 52

¶ Bæotij ab atheniensibus vocabantur fatui, pingues, & rudes, propter inexplebilem edēs 53  
di auiditatem.

¶ Afinius Celer consularis mulum septem millibus nummum mercatus est, ad explendā 53  
epule voracis ingluuiem, Macrobius.

¶ Notatur quoque Crispinus a Iuuenale Saty. 4. quod sex millibus nummum emerit mu-  
lum, vbi ait. Mulum sex millibus emit æquantem sane paribus festertia libris.

¶ Milo Crotoniata minas viginti carniū, & totidem panis esitabat, & tres cōgios vini bi- 54  
bebat, author apud Budæum Theodorus.

¶ Theodoritus Cyrensis ait Socratem totas noctes quūque inter meri pocula protraxisse, 55  
alijque iam defessis somnumque appetentibus, ipsum tamen insomnem ad cyathos per-  
fuitille, garrula inter potandum loquacitatem diffusum.

¶ Abstemiij.

Apollonius  
Dominicus  
Fulgentius

Iacobus  
Anchimolus  
Moschus

Emericus  
Locrenses



Apollonius Tyancus a vino & carnibus abstinebat.

¶ Beatus Dominicus decennio abstinuit vino.

¶ Fulgentius episcopus Ruspensis nulla vnquam necessitate adducti  
potuit aut cogi, vt elitaret carnes, aut vinum biberet.

¶ Iacobus minor vinū aut siceram non bibit, Carnes nunquam man-  
ducauit, oleo nunquam vnctus est, nunquam vsus balneo, nunquam  
nouacula rasus.

¶ Anchimolus & Moschus sophistæ Elienses tota vita hydropotē fue-  
runt, solisque ficis desiderio ventris satiffecerunt.

¶ Emericus filius S. Stephani regis Pannoniæ, vinum tota vita non degustauit.

¶ Locrenses Zephiriij vino vti capitale ducebant.

¶ Sobrii & temperantes.

Porus  
Masanissa  
Mithridates  
Viriatius  
Augustus  
Lacedæmonij  
Aegyptij  
Plato  
Hieronymus  
Nicolaus Heluetius

Columba  
Demetrius  
Socrates  
Anacharsis  
Epictetus  
Venerius  
Zeno  
Telemachus  
Rogatianus  
Epaminundas

Lycurgus  
Perla  
Gymnosophista  
Diogenes  
Constantius  
Iul. Cæsar  
Pericles  
Epicurus.

¶ Porus rex Indorū aqua & pane viuebat cōtētus. ¶ Masanissa rex Numydarū iam  
nonagenarius, semel tantū interdū vescabatur, sine pulmēto. ¶ Mithridates rex  
Pōtiā senex cibū capturus nō accūbebat, verū stās vescabatur. ¶ Viriatius prin-  
ceps Lusitanix vbi bellum aliquod mente cōceperat, nō prius accūbebat mēse, aut in lecto  
quiescebat, q̄ propositū absoluisset. ¶ Fuit Augustus breuissimi cibi. Ad medias interdū  
epulas satiatis s̄ cōuictorib⁹ accēdebat, primūq; surgebat mēsa. ¶ Lacedæmonij nullā di-  
sciplinā a bstinētia habuerūt potiorē, Piguis & obesi v̄tris adolefcētes inedia macerabāt.

OFFICINA

¶ Aegyptia iuuetus Amalidis edicto nō prius cibū capiebat, quam 180. stadia percurrisset.  
 ¶ Platonis frugales erant cœnæ. Propterea dicebat Timotheus bene cum his fore, quos Plato excepsisset conuiuio, Delicatos epulas & opipara spreuit conuiuia. Viuebat contentus oliuis academicis, pane item & aqua.

¶ Hieronymus annos fere, 90. durauit incredibili abstinentia.

¶ Hilarion modicis ficibus aridis & exiguo pane decrepitam fouit senectutem.

¶ Nicolaus quidam, inter Heluetios sine vlllo penitus cibo multis annis durauit inter varias solitudines incredibili sanctitatis fama.

¶ Columba virgo Perusina solis fructibus reprimebat famem.

¶ Demetrius Chidonius vir græcus, abstinentia singulari multos dies perliscebat ieiunus.

¶ Socrates minime viuebat sumptu. Vescabatur pane & lacte.

¶ Anacharhis apud Ciceronem Mihi (inquit) pulpamentum fames, cubile solum, vestis Scytharum tegmen.

¶ Epicetum sunt qui putent delitijs & voluptati semper indulgisse, fuit tamen temperans.

¶ Venerius monachus herbis diu viciuitauit.

¶ Zeno dūtaxat vescabatur, & palliū prætenue ferebat. Aquā bibebat loco vini, vt discipulos suo exemplo ad temperantiam inuitaret. Hinc existit prouerbiū. Zenone tēperātor.

¶ Telemachus Acarnensis viciuitabat fabis.

¶ Socrates tāta fuit tēperātia, vt omnia fere vitæ suæ tēpora valetudine inoffensa vixerit.

¶ Rogatianus senator semel tantum interdū dabat operam cibo. Author Cælius.

¶ Erat epaminundas Thebanus obælis & corpulentis adeo infestus vt quendam aqualisculo portentofo, summouerit ab exercitu, quod ad tegendum eius vētrem vix clypei tres sufficerēt. Ipse vero victu fuit adeo parco & tenui, vt a vicino ad cœnam inuitatus, quum dapilem & affluentem delitijs mēsam reperisset, iratus recesserit dicens. Ego te opinabar rei diuinæ operam dare, non de contumelia cogitare. Plutarchus in Apophthegmatis, & post eum Cælius cap. 4. 5. septimi libri.

¶ Lycurgus dicebat non esse vtendum maiore cibo, quam qui ad repellendam famem sufficeret amota crapula.

¶ Aegyptiorum sacerdotes præparci erant in victu vsque ad stuporem. Carnibus & vino abstinebant. Pane etiam raro vescabantur, ne onerarent stomachum. Oleum tantum in oleribus nouerāt. Quū quoque & lac vitabāt pro carnibus. Triduque inedia iustinebāt.

¶ Perfarum magi nihil in cibum præter farinam & olera recipiebant.

¶ Indorum Gymnosophistæ alebantur pomis aut farina.

¶ Diogenes nunquam pendebat de crastino, sed in præsentem modo horam sibi corrobabat cibum.

¶ Constantium imperatorem Marcellinus scribit nunquam gustasse pomum, nunquam naves in publico extersisse, nunquam spuissse. Idem superatus a Persis frusto panis a quadam vetula porrecto inediam reppulit.

¶ Iulium Cæsarem vini parcissimum fuisse nec inimici negauerūt. Vnde dicebat M. Cato vnum ex omnibus Cæsarem ad euertendam remp. sobriū accessisse. Fuit & circa victū adeo indifferēs, vt quondam ab hospite conditum oleum pro viridi appositum aspernantibus cæteris, solus largius acceperit, ne hospitem aut negligentiam aut rusticitatis videretur arguere.

¶ Pericles Atheniensis a cœnarum & conuiuiorum apparatus abhorrebat adeo, vt nec apud amicos cœnaret, Pontanus de Continentia. Plutarchus scribit eum apparatus ciborum & cupedias adeo spreuisse, vt toto tēpore quo in Repub. versatus est nūquam apud amicos cœnarit, præter quod semel apud Euritolemum, quum is vxorem duceret.

¶ Vixit Epicurus, pane & olusculis contentus. Vnde Iuuenalis Saty. 13. non Epicurum Suspicit, exigui lætum plautaribus horti. Idem Saty. 14. Quantum Epicure tibi paruis suffecit in hortis.

¶ Alij homines temperatissimi, vitæque austeræ ac solitariae.

1	Helias		Onophrius	7	Amonius
	Paulus	4	Hieronymus		Hospitius
2	Antonius	5	Maria Magdalena	8	Patroclus
3	Hilarion	6	Maria Aegyptiaca	9	Menas

10	Amos		Helias		22	Dominianus
	Agatho		Moses			Diogenes
	Andreas	18	Pastor			Euagrius
	Thadeus		Dorotheus			Ethbinus
	Arnulphus		Elpidius			Paulus simplex
11	Alcippiades		Hor			Paulus abbas
	Tora		Gadanus			Phyllorrhonius
22	Amata	19	Epifius		23	Syluia
	Artebius		Augustinus			Diocles
	Amodeus	20	Vlfranius			Capiton
13	Bafolus		Hugo			Vacchoris
	Beniamin		Dominicus			Vvenceflaus
14	Timotheus		Iordanus		24	Nicolaus Tollētinius
	Theremon		Adam			Nathanael
	Carilephus		Abraham			Liberalis
	Cosmas		Syluefter			Maxentius
	Symeon		Egidius			Medericus
15	Stephanus		Narcissus		25	Marinus
	Sarra	21	Eucherius			Ricarius
	Sifimius		Vrfacius			Timon
16	Serapion		Celestinus		26	M. Curius
	Zozimas		Io. Baptista			Numa
17	Pion		Maiorus		27	Scipio.

EXPLANATIO.



Elías prope torrentem Carith vixit in solitudine pastus coruorū ministerio. 2

¶ Primus heremita Paulus annos sexdecim natus secessit in latebras nemorum, in quibus durauit annos. 97. spelunca breui contentus. Esitabat fructus palmarum, bibebat aquam, palmacea tunica nudum contegebat corpus. Nullum in solitudine hominem videre voluit præter Antonium. Vfus est ministerio corui dimidiatum panem quotidie afferentis.

¶ Antonius qui Paulum hunc tumulauit, vixit etiam in solitudine annos viginti, pane & aqua famem refocillans.

¶ Hilarion in desertis Syriae locis breuissimum habitauit tugurium iuncto & caricibus cōtextum. Denos demum annos arctissima cellula & sepulchro simillima vfus est. 3

¶ Onophrius adeo solitariae vitæ fuit studiosus, vt annos. 60. hominem non viderit. Vnde & ex illa solitudine agrestis adeo factus est, vt in superiore corporis parte barba totus & capillis integeretur, verenda folijs & arborum cortice adopertus. Vixit annos triginta, herbis & baccis syluestribus contentus. Eidem cœlitus quotidie dimidiatus panis afferebatur vt Paulo. Hunc quum reperisset Panutius, extimuit, fatyrum esse suspicatus.

¶ Conuentus hominum & populi frequentiam Hieronymus habebat carceris loco, solitudinem vero pro paradiso. Vnde sacco vili amictus Syriae latebras feris & scorpionibus in festas numerosis prætulit ciuitatibus, humi cubans herbisque victitans & aqua. 4

¶ Maria Magdalena triginta annos heremum incoluit cœlesti cibo refocillata. Nec inter hominem vidit, aut ab vllo visa est. 5

¶ Maria Aegyptiaca heremi cultrix durauit etiam in solitudine incredibili vitæ abstinentia vbi cubitali altitudine inter orandum sublimis a terra in vacuo pendere visa est. Volaterranus. 6

¶ Amomius tanta fuit abstinentia, vt nunquam nisi panem assum ederet, nūquam iratus, nunquam mentitus fuerit. 7

¶ Hospitius apud Nieensem urbem antro se inclusit, perpetuo cilio carnem macerans, corpore ferreis cathenis ligato. Vescebatur pane. Tempore quadragesimæ solas herbarum radices esitabat.

¶ Patroclus anachoreta vsque adeo quandoque ieiunij corpus atterebat, vt diuturna inedia incideret in morbum. Abstinebat vino, bibebat aquam, mille perfusam, Cilicium ferebat acutissimum 8

- bat acutissimum & proximum corpori.
- ¶ Menas inter Samnites natus solitudinem mire amabat, in qua ne quid per ocium perperam faceret, apes curabat.
- 9 ¶ Amos Aegyptius pater fuit, 150. monachorum, quos ore aperto mensae iubebat accumbere, ne parce comedentium virtus appareret. Vxorem quam inuitus duxerat, nunquam attigit. Volaterranus.
- 10 ¶ Agatho lapidem in ore triennio continuit, vt tacere disceret. Dicebat tria esse necessaria ad dei cultum, Silentium, orationem, mansuetudinem.
- 11 ¶ Andreas & Thadeus heremitae durauerunt in solitudine annis, 50.
- 12 ¶ Arnulphus Metensis episcopus relicto Lotharingae principatu heremum ingressus est.
- ¶ Alcippiades martyr omnem cibum auersabatur. Aquam bibebat insperfo sale, ne corpore licet perniciofo.
- ¶ Tora virgo nunquam vti voluit noua tunica, nunquam nouis calciamentis.
- ¶ Amata vero limen coenobij (quo se incluserat) annos 40. nunquam egressa est. Pane vixuebat & oleribus.
- ¶ Arcebius presul Pamphiliensis vitam solitariam in episcopatu non deseruit.
- 13 ¶ Amodeus Hispanus vnica opertus tunica nudis ambulabat pedibus. Semel tantum interdiu vescebat, contentus aqua & pane. Cauernam montis incolabat. Volaterranus.
- 14 ¶ Basolus abbas in finibus Rhemorum heremiticam egit vitam, habuitque speluam montis annos quadraginta.
- ¶ Beniamin vixit in deserta solitudine annos, 80.
- ¶ Timotheus in Aegypto speluam montis intrauit, in qua durauit annis, 30. nulli cognitus.
- ¶ Theremon abbas centenarius decessit in solitudine. Hic assiduis orationibus adeo incuruauit sibi humeros, vt in aetate decrepita reperere magis videretur, quam ambulare.
- ¶ Carilephus in deserta solitudine omnem mulierum aspectum refugit.
- ¶ Cosmas Graecus toto suae solitudinis tempore ieiunijs semper dedit operam.
- ¶ Symeon apud Antiochiam annis quadraginta delituit in antro cuiusdam concaue colubinae. Vescebatur aqua, pane, & radicibus herbarum, idque ferax tantum in hebdomade. Corpus vinculis & cathenis adeo constringebat, vt cicatrices ipsae subter putrefierent. Quae etiam multis annis durauit in quodam puteo aqua vacuo, in quem se demiserat volens. Fe mora eius putruerunt, aut ex pedore speluncarum quas habitauit, aut inedia nimis pertinaci.
- ¶ Stephanus Anachoreta solitarius mansit heremo annis, 60.
- ¶ Sarra mulier imperante Theodosio seniore durauit ad ripam cuiusdam fluminis annos, 60.
- ¶ Sisinnius monachus discipulus Elpidij sepulchro se inclusit, in quo pane & aqua vixit contentus ad mortem vsque. Heraclides.
- ¶ Serapion pater fuit decem millium monachorum, quos omnes tempore messis precio comodebat, vt sua opera iuuarent laborem pauperum. Vixit ipse pane & aqua vnica vesce contentus.
- 15 ¶ Zoimas in regione Palestinae, 53. annos absoluit in heremo, contentus cibo tenuissimo. Mariam Aegyptiam ad bonam frugem reuocauit, & mortuam tumulauit.
- 16 ¶ Pion, 30. annis solitariam egit vitam sub Hilarione. Comedens deambulabat, ne quam in cibo voluptatem perferentia. Sororem morbo laborantem clausis adiit oculis.
- 17 ¶ Helias anachoreta fuit sub Antonio, mira sanctitate, qui vixit annis, 126.
- ¶ Moses ethiops latro annis, 75. durauit in solitudine. Cellula sua annis, 7. nunquam egressus est.
- 18 ¶ Pastor presbyter matrem ad se venientem clausa reppulit cella.
- ¶ Dorotheus Aegyptius sex tantum panis vncias cum paucis oleribus quotidie esiebat. Dicebat se nunquam dormiuisse aut comedis ad saturitatem. Congestis lapidibus quotannis extruebat habitaculum ad excipiendos peregrinos. Manlit in spelunca annis, 60. Socrates scriptor hist. Ecclesiasticae.
- ¶ Elpidius Cappadox durauit in quodam antro, 25. vbi bis tantum vescebatur in hebdomade.
- ¶ Hor, abbas tria praestitit admiratione digna. Nunquam mentus est citra necessitatem locutus, nemini vnquam maledixit. Heraclides.
- ¶ Gadanus apud Iordanem magna consenuit abstinentia, sub dio degens, & nullo operatus tecto.
- ¶ Epifius interrogatus a Iohanne anachoreta, quid tota vita egisset memorabile, Annis, 40. inquit, nunquam sol vidit me comedentem. Tum Iohannes, Nec me ait irascentem.
- 19 ¶ Augustinus Afer quum in quadam spelunca degeret, offensus multitudine populi eo confluentis, remotiore antro se inclusit, vbi tugurium inter saxa sibi breuissimum fecit, vixitque magna

magna sanctitate.

¶ Vifranus archiepiscopatu Senonensi sponte se exiuit, vt solitudini vacaret.

¶ Hugo abbas Carthulienfis annis. 50. faciem mulieris non vidit.

¶ Dominicus Hispanus humi iacebat, Annis decem abstinuit vino.

¶ Iordanes instituit silentium mensē.

¶ Adam felix fuit in solitudine. Comitatus forma facius est infelicissimus.

¶ Abraham in solitarijs tabernaculis & conuallibus deum meruit collocutorem. Syluester pōtifex latuit in Soractis monte. Egidius Atheniensis solitudinis studio genus patriam, & opes reliquit, blandientis ceruę lacte in heremo nutritus. Narcissus Hierosolymorum episcopus multos annos in desertis locis egit.

¶ Eucherus ordinis senatorij dignitate conspicuus speluncam dumis horridam & tutam nigro lacu habitauit an agro Lugdunensi.

¶ Vrsacius apud Niceam Bithyniæ solitarius egit. Celestinus relicto summo pontificatu ad solitariam vitam se contulit. Ioannes Baptista adhuc infans, relicto hominum turbis, ad heremum perexit, vbi pelle cameli operatus, sanctitatem præstitit, qualē nemo post homines natos. Maiorus episcopatu cessit, vt in solitudine viueret. Dominianus abbas solitariam egit vitam in agro Lugdunensi.

¶ Diogenes Antonij discipulus vixit, & mortuus est in solitudine. Euagrius presbyter annis. 14. mansit in solitudine contentus pane & oleo. Si quando venereis titillaretur aculeis, demergebat se in puteum, vt aquæ frigiditas libidinis feruorem comperceret. Ethbinus honestissimis parentibus inter Britannos natus, tugurium sibi fecit in sylua, in quo ad finem vitæ durauit constantissime. Paulus simplex Antonij fuit discipulus, cuius mandato tacuit triennium nemini loquens. Paulus abbas pater fuit. 500. monachorū in Lybia. Nunquam vescabatur, quin prius. 300. orationes exsoluisset domino. Phyllorhonus presbyter extruxit sibi cellam in solitudine, in qua fortissime conflixit aduersus volutates & illecebras corporis. Nam annos. 18. catenis ferreis corpus macerauit, eoque tempore abstinuit pane cocto. Annos. 32. nullo pomorum genere vsus est. Metu mortis p sex annos sepulchro se inclusit. Paut pauperes & affectos morbo labore suarum manuum.

¶ Sylua virgo filia Ruffini præfecti Alexandrię annos. 60. absoluit in solitudine, quo tempore nullam corporis partem lauit præter digitos. Non in lecto iacuit, sed humi tantum.

¶ Diocles heremum quandam Thebaidis habitauit, ibique multos annos cella cōclusus delituit. Capiton latro scelerum pœnitentia ad heremiticam vitam conuersus, antro latuit inclusus annis. 80. Vacchoris rex Aegypti relicto diuitijs humi iacuit. Vvenceslaus filius Vratislai regis Bohemorum per mediam brumam & medias niues discalceatus petebat templum, horasque obibat canonicas. Volaterranus in Geographia.

¶ Nicolaus Tollentin as abstinentissimus omnium sui temporis pane & aqua semel tantū in die vescabatur, procul ab omni ocio & verborum vanitate. Idem Volaterranus.

¶ Nathanael anachoreta studio vitæ solitariæ inclusit se cella, qua annis. 37. nunquā egressus est. Liberalis confessor singulis diebus dominicis sacram sumebat eucharistiam, qua refocillatus, nihil fere aut parum cibi capiebat tota hebdomade. Maxentius abbas Picta uenensis pane ordeaceo tantum & aqua vescabatur. Medericus Eduensis semel tantum in hebdomade cibum capiebat, & perpetuo cilicio carnem domabat.

¶ Marinus confessor annum integrum in spelunca delituit, nec faciē hominis vidit. Aqua erat illi potus, agrestes herbę cibus.

¶ Richarius confessor panem comedebat ordeaceum, quem aspergebat cinere, ne præferret suauitatē. Aquam lachrymis suis tepefaciebat, eaque faciebat balnea quibus abluebant leprosos, & se postremum. Timon Atheniensis congressus & societatem hominum refugiebat, Author Cicero in libello de amicitia.

¶ M. Curius viuebat hortensibus olusculis contentus. Iuuenalis Satyra vndecima. Curius paruo quę legerat horto Ipse focus breuibus ponebat oluscula. Numa consiliarius Romæ deserens frequenter in agris morabatur, peragrabatque libenter solus, & in deorum lucis, sacrisque pratis ac desertis locis degebat solus, vitabatque hominum societatem nō absque solitudine quadam & mœrore animi. Plutarchus.

¶ Scipio Africanus post tot insignes victorias relicta vrbe dimissisque nigratibus ruri procul ambitione & foro vitam egit, ac se Linternum contulit, seu vt inimicorum inuidia cederet, siue amore solitudinis, qua gaudebat adeo, vt quum adhuc Romę degeret, interdum multitudinem fugiens in secretum aliquem locum, velut tranquillum animi secessum se reciperet. Author Plutarchus.

Cibi &

## OFFICINA

Cibi & panes diuersi.

Artolaganum  
Belaria  
Botulus  
Caryca  
Coccentum  
Coliphium  
Conchis  
Epityrum  
Minutal  
Farreum  
Forbea  
Fritilla  
Ircus  
Laganum  
Artocrea

Libum  
Lucanica  
Vēter faliscus  
Perna  
Merenda  
Ozimum  
Placenta  
Popanum  
Pulmentum  
Pulpanētum  
Sagina  
Scriblita  
Sumanalia  
Tomacula  
Tucetum

Buedstatum  
Pulpa  
Mattya  
Lagunculi  
Caryotides  
Epidipnides  
Mustaceus  
Fertum  
Panis diuersi  
Placētæ varia  
Tragemata  
Obsonium  
Maza  
Pityria  
Alij diuersi

## EXPLANATIO.



**A**rtolaganum genus est panis seu placentę ex simila in oleo coctę. Et infunditur modicum vini cum pipere vel adipe. Hic panis quondam habebatur in delicijs.

¶ Bellaria cibi dicuntur secundę mensę. Apponuntur ad irritandam gulam. Vocantur a Gręcis Tragemata & pennata.

¶ Botulus seu Botellus genus farciminis ex suilla carne. Martialis libro vndecimo. Botellos imitatur & boletos. Fiebat Botulus initio hyemis, gratus quidem omnibus mensis, sed maxime celebratus in Saturnalibus. Idem Martialis. Qui venit Botulus medio tibi tempore brumę, Saturni septę venerat ante dies. Idem. Et pulmentum niueam premens Botellus.

¶ Caryca genus est ficuum vel ficus sicca. Ouidius libro primo Fastorum. Quid vult fama sibi rugosaque Caryca dixi. Carycas antiqui vocabant esculentum lautum & varijs conditum cupedijs. Caryca enī genus erat cibi Lydij, multiuigis lauticijs, & sanguine coctę.

¶ Coccentum edulium erat ex melle & papauere.

¶ Coliphium genus panis. Plautus. Coliphia mihi ne incocta detis. Coliphio vescabantur luctatores. Vnde Iuuenalis Satyra secunda. Luctantur paucę, comedunt coliphia paucę. Martialis. Quum coliphia sexdecim comedit.

¶ Conchis edulium est ex faba, vel leguminis genus. Vocatur aliter Concha & Conchus. Iuuenalis Satyra. 14. Alterius cōcham æstui cum parte lacerti Signatam. Martialis. Si spu met rubra conchis tibi pallida testa. Lautorum cœnis sæpe negare potes.

¶ Epityrum genus est edulij seu casei Siculi.

¶ Est etiam Minutal genus edulij, quod Persius Minutum vocat. Fiebat Ceto marinopis sce, liquamine, oleo, vino, porris & coriandro. Iuuenalis Satyra. 14. Hæsternum solitus me dno seruare minutal Septembri. Vocatur autem Minutal quot minutatim concideretur & particulatim.

¶ Farreum genus est libi ex farre. Plynius. Nouę nuptę farreum præferabant. Dicitur etiam farratum. Iuuenalis Saty. 11. Ponebant igitur thulco farrata catino.

¶ Forbea erat quidam cibus, qui calidus absumebatur.

¶ Fritilla cibus erat ex pulte.

¶ Ircus genus erat farciminis. Laganum cibus est ex farina & aqua distentus in modum membranulę. Condiebatur olim caseo, pipere, croco, cynamomo.

¶ Artocrea fiebat ex pane & carne. Nam artos panis, creos caro dicitur. Persius Satyra sexta. Ve nisi comminues oleum, artocreasque popello.

¶ Libum fiebat ex farre, melle & oleo. Ouid. Liba deo fiunt, succis quia dulcibus ille Gaudet, & a Baccho mella reperta ferunt.

¶ Lucanica genus farciminis, quod porcina carne fieri consuevit. Martialis libro quarto. Et lucanica ventre cum falisco. Idem in Xenijs. Filia picenę venio Lucanica porcæ. Pulvisibus hinc niueis grata corona datur.

Est & venter



¶ Est & venter Faliscus genus farciminis inuentum a Faliscis populis. Statius libro quarto Sylvarum. Non lucanica, non graues falisci.

¶ Pernam antiqui & Lardum & Petasonem fumebant ex porco. Idem Statius. Non lardum graue, debilis ve perna.

¶ Merenda vocatur cibus postmeridianus. Calphurnus, Serēque videbitur hora merendæ.

¶ Ozimum edulium erat redolens, quod fiebat ex intestinis. Aliqui Ocimum vocant ab eiusdem nominis herba cito in hortis crescente. Persius Satyra quarta. Quum bene discin cto cantauerat Ozima vernæ.

¶ Placenta libum farinaceum caseo & melle conditum, cuius pistores vocantur Placentas rii. Martialis libro quarto. Nec te liba iuuant, nec sectæ quadra placētē. Horatius libro primo Epist. Pane ego iam mellitis potiore placentis.

¶ Popanum erat lata placenta, quam veteres offerebant dijs. Iuuenalis Satyra sexta. Scilicet & tenui popano corruptus Olyris.

¶ Pulmentum capitur pro pulte aut cibo aliquo facto instar pultis. Plautus in Pseud. Ego pulmento vtor magis vinctiufculo. Apuleius. Ollulam istam cum natibus intorques, quam mellitum pulmentum apparatus.

¶ Pulpa mentum capitur pro cibo lautiore. Terentius in Eunucho. Tute lepus es & pulpa mentum queris. Pulpa dicitur caro sine ossibus. Persius Satyra secunda. Et bona dijs ex hac scelerata ducere pulpa.

¶ Sagina vocatur cibus pingue faciens & reddens obesum corpus. Hinc saginare verbū. Pontanus in pompa lepidina. Ecce venit pingui multum saturata sagina.

¶ Scriblita erat cibus omnino placentæ similis præter quam quod sine melle coqueretur. & absumeretur adhuc callida. Varro in Menippea impone in scrupula Scriblitam. Martialis libro tertio. Circūlata diu mensis Scriblita secundis Vrebat nimio sæua colore manus.

¶ Sumanalia erant liba farinacea facta in modum rotæ.

¶ Tomacula edulia sunt, iecore porcino semicocto & minutatim conciso, permixtis ouis crudis, caseo, liquamine, pipere, aniso, & gingibere, tegunturque tomento suillo. Iuuenalis Satyra decima. Exta & candiduli diuina Tomacula porci.

¶ Tuceta vocantur cibi regii sapore præstantes. Apuleius libro secundo Meta. Abacum pascus vinulentum & quidem naribus iam mihi ariolabar Tucetum per quam sapidissimum. Idem lib. 9. At pudica vxor statim cœnas saliares cõparat, vina p̄ciosa defæcat pulmēta recētia tucetis tēperat cœna largiter instructa. Persius. Pingues patinæ, tucetaq; crassa.

¶ Bucellatum cibus erat militaris ita dictus, quod in bucellas & frustra confectus esset. Ammianus. Frumentum ad vsus diuturnitatem excoctum, Bucellatum, vt vulgo appellant, humero imposuit libentium militum.

¶ Pulpacibus est minutatim concisus, qui & minutal dicitur. Apuleius. Quæ suis dominis parabat iulsum fartim circuncisum, & pulpam frustratim conlectam.

¶ Mattya condimentum est carniū vinctum, a verbo græco matto id est obliuo. Hoc genus edulij excogitauerūt Macedones. Martialis libro decimo. Diues & ex omni posita est instructa macello Cœna tibi, sed te mattya sola iuuant.

¶ Lagunculi & Gaioli cibi erant deliciarij, in quibus signa & effigies Gai & Lagonis puerosulorum representabantur, vt nunc nostro tempore videmus placentas formari in rosas & Lilia. Statius libro primo Sylvarum. Molles Gaioli, Lagunculique.

¶ Caryotides dicuntur palmarum fructus, qui delicatis olim mensis adhibebantur. Statius. Et mustaceus, & latente palma Prægrandes Caryotides cadebāt. Nam Caryota species est palmæ. Martialis libro octauo. Hoc linitur sputo lani Caryota calendis. Idem libro vndecimo. Et notas Caryotidas theatris. Mittebantur autem amicis inauratæ.

¶ Epidipnides appellantur dapes, quæ post dipnon id est cœnam apponuntur. Idem Martialis. Hic seras epidipnidas parabit. Hinc pistor farreas facit placentas.

¶ Mustaceus seu mustaceum erat libum, quod fiebat ex farina siliginis musto conspersa. Iuuenalis. Causa nec est, quare cœnam & mustacea perdas.

¶ Fertum genus erat libi, dictum quod frequentissime ad sacra ferretur cum strue altero libi genere, quæ qui ferebant, strufertarij dicebantur, auctore Festo. Flavius Vopiscus Faratum vocat. Persius. At tamen hic exitis & opimo vincere fertum Intendit, iam crescit ager, iam crescit oliua. Valerius Flaccus libro tertio Argon. Et opima cadauera nostro Linquitte ait fertum.

¶ Artopreslia panis erat, quem faciebant quiritēs, priusq; vsus pistorum esset Romæ.

¶ Varia panis genera ponuntur a Plynio lib. 8, vt Artolagani a delidijs, Spetifici a festinatione.

## OFFICINA

ratione, Furnacei vel Artoptefij a coquendi ratione, Picentini panes fiebant ex alicæ materia nouem diebus macerata, decimo ad speciem tacta, & subacta uuæ passæ succo, Martialis, Picentina Ceres niueo sic neftare crescit, Vt leuis accepta spongia turget aqua. Iam diximus laudatissimos panes In Scolo Bœotix vico factos fuisse, Secundarius seu secundus panis dicitur plebeius, Horatius, Pastus fili quis, & pane secundo, Suetonius de Augusto, Cibi minimi erat atque vulgaris, Secundarium panem & pisciculos minutos, & cafeū bulbū manu pressum, & ficos virides biferas maxime appetebat.

¶ Panes hi probantur Iulio Polluci, Cribanite, Obelie, Collices, Collabi, Nasti, Amyli, Collyre, Zymetes, Siganite, Charilis, Canchride, Maza, Melicuti, Hyglea, Anthema, Thrida cine, Physte, Oemitta, Ephieras, Dandalis, Loledia, Comon, Iupe.

¶ Placentarum species sunt Ames, Ametidais Pyramus, Sextamius, Erichytus, Erithrya, Sirecia, Cotylifcus, Pthœdia, Crepis.

¶ Tragemata quæ Latini vocant Bellaria, constabant ex Cocco, Faba, Chondro, Cafeo, Melle, Sifamide.

¶ Obsonium dicitur omnis cibus, qui per ignem præparatur.

¶ Maza vocatur rigidus panis, qualis est quo vtuntur nauatæ, Plebecula Biscoctum vocat, Fuit tamen species præstantis edulij, Hinc adagium Græcis vsurpatum, Supra mazam in eos qui defluerent delicijs, Fiebat ex farina, oleo, aqua, & lacte, Cælius Cap. 31, lib. 5.

¶ Pytirie panes sunt viliores vt fufurei, Triticeï appellantur Pyrini, Sitanij qui fiunt ex quadrimestri tritico, Callistei apud Aegyptios vocantur panes in acutum formati.

¶ Orinda panis est factus ex orindio femine athiopico, Orthostrates erat sacer panis, Nasti panes seu Sacti fiebant ex melle, vuis passis, & aromate, quorum artifices vocabantur Nasticopi, Obelie offerebantur Dionysio, Pelani communes erant dijs omnibus, Fiebant ex tenuissima farina, Erant & Boues panes nuncupati quot cornua haberent præfixa, In ferebantur Apollini, Dianæ, Hecate, & Lunæ, Mystile vocabatur panis foribitionis gratia excauatus, Collyra minuti erant panes, Phacinus panis dicebatur a lente, Collabi a similitudine quadam Collaborū in cithara, Sunt autem clauiculi, quibus circumnectuntur fides.

¶ Colix panis quem subcinericium nonnulli interpretantur, Bucellam panis Pfomon, Enthefin, & blomon vocant, Elaphus placenta fiebat ex Sefamo & flore farine, Choria erant cibaria ex lacte & melle, Alia placentarum genera numerantur a Cælio, vt Tarentinum, Crassianum, Siculum, Clustrum, Plicium, Guttatum, Montianum ex vino & cafeo, Erant & Tyrocofimon, Coptoplacus, Pancarpia, Polton, Pyanion. Conos fiebat ex vuis passis & amygdalis Echinus & Escharites habebantur inter placentas, Thiagones in Aetholia dicuntur panes deo dicati, Arcam panariam Aristophanes Sypiam vocat, Instrumentum su bigendæ farine idoneum, Mactram, Artoptem est officina coquendi panes, Tripodes & Magades vocantur mensarum fulcra, In castris mensæ habebant quadratas, quas Cibilas vocabant, domi vero rotundas, Monopodia dicuntur mensæ, quæ vnico pede fulciuntur, Abacus mensa vascularia & vinaria, Antiquitus tres tantum adhibebantur cõuiuq̃ ex numero gratiarum, Deinde nouem ex numero musarum, Cyrus conuiuas sinistro lateri ad mouebat, vt cordi propinquiores & chariores, Antiquitus prandere & cenare in proparulo verecundiæ non erat, Conuiuij locus vocatur Symposium, Andron, Syssition, Trichinium, Conuiuas Græci Sympotas, Homofitos, Syssitos, Synulias, Thialotas, Thifitas, Iapinas, & Eranistas vocant, Sunt prouerbiales quædam locutiones, quibus delicatum cibum possumus exprimere, cuiusmodi sunt istæ, Deorum cibus, Deorum ambrosia, Celeste manna, Iouis cerebrum, Qualia purpurei comedunt obsonia reges, Pontificalis cœna, pipara, dapsilis, adijcialis, dubia, saliaris.

### Cibi electiles & delicati.



**G**enera eduliorum alijs præstantia hæc ponuntur a Gellio ex testimonio Varronis, Pauus e Samo, Phrygia Attagena, Grues Melice, Hedus ex Ambracia, Pelamis Chalcedonia, Helops Rhodius, Scari Cilices, Palma Aegyptia, Glans Iberica, Horiatius electiles cibos enumerat his verbis, Non me Lucrina iuuerint conchylia Magis ve rhombus aut Scari, Si quos Eois intonata fluctibus Hyems ad hoc vertat mare, Non Afra auis descendat in ventrem meum, non Attagen Ionicus iucundior, Staius libro primo syluarum, In ter mensarum delicias ponit Adorea Bellaria, nuces Ponticas, palmas Idumeas

mas Idumęas, Pruna Damascena, Ebosia Zacharum, Gaiolos & Lagunculos, Pyra Americana, Mustaceum & Caryotides. Hęc autem Statij verba, iam Bellaria adorea pluebant. Hunc rorem veniens profudit Eurus, Quicquid nobile ponticis nucetis, Fœcundis cadit auriugis Idumes, Quod ramis pia germinat Damascus, Et quas præcoquit Ebosia cannas, Largis gratuitum cadit rapinis, Molles Gaioli Lagunculique, Et massis Amerina non perustis, Et mustaceus, & latente palma Prægrandes Caryotides cadebant. His annumeranda sunt lauticia, quas habuit Vitellius in sua patina, Tranquillus ait fuisse Scarorum iecis nora, Phasianorum & Pauonum cerebella, linguas Phœnicopterum, Murenarum lactes a Carpathio vsque freto per Nauarchos petitarum, In veterum quoque luxu fuerunt Rhobus, Placenta Samia, Murena Tartessia, Thynnus Tyrius, Cestreis ex Sciatho, Cnochæ Pelorinæ, Mænides ex Lipara, Rapæ apud Mantineâ, Ctenes Methymnæi, Galeus Rhodius, Pleræ Eleusinę, Cygnius & Siculus caseus, Sal Tragæus, a Tragæa Epyri loco, Fabæ Aegyptia, Scriptorum monumentis probantur Rauennæ Asparagi, Aegyptium acetum, Atilus Padi, Anguillę Bęnaci, Gangis & Timau. Auratę acięc, Anthiæ maris Rubri, Alofæ Tyberis, Bulbi Megarici, Casei Lunenses & Vestini, Lucrinæ Conchæ, Curum cepe, Bęnaci Carpiones, Petragoricorum castaneę, gallinę Numydicę, Venetiærum Gobius, Circellarum lactucę, lac Salsinę, Arcadię musculi, Melones Ostiicę, auellanc nucees & Tarentinæ, napi Amiterni, oleum Venafranum, Veltrarum oua, poma Phęacum & Phaliscorum, Porri Aricię & Tarenti, placenta picentinæ, Capuę pepones, rhobus Adriaticus, Germaniæ raphani, rapa Nursina, salmo Aquitanicus.

Cibi quibusdam hominibus grati  
cum diuerso populorum victu.



Laudius imperator gaudebat Scaro pisce

¶ Julia quotidie Inula herba vescabatur.

¶ Plato gaudebat ficibus, vnde & Philoscō eū dixerunt nōnulli.

¶ Philippus & alexander dicti sunt Philomeli a pomis, quę auidæ esitabant.

¶ Nero gaudebat porris, quibus vocis gratia omnibus ætatis diebus permixto vescabatur oleo, Nihilque aliud præter panem esitabat.

¶ Author Plynius lib. 19.

¶ Tyberius Cęsar gaudebat sifere adeo vt ipsum omnibus annis

e Germania flagitaret.

¶ Gaudebat lupinis Protogenes.

¶ Antevsum frugum Arcades vescabantur glandibus, Argęi pyris, ficibus Athenienses, pyris syluestribus Tyrinthij, Palmulis Carmani, milio Męotici & Sauromatę, Persę eardamo.

¶ Nomades Aethiopię vescuntur elephantis, vt Symbari.

¶ Cynocephali, populi lacte.

¶ Agriophagi pantheris & leonibus.

¶ Antropophagi humana carne Mandi locustis, vt etiã Parthi, Solitę piscibus, Ophiophagi serpentibus, Arimpei bacis

¶ Aetate Hieronymi carnes humanas esitabant Scoti.

¶ Amazones lacertis olim vescabantur, vnde & Sauropatidas Gręci eas appellarunt, nam & Sauras lacertas vocant.

Subselliorum genera.

**S**ubselliorum vocabula sunt Tripodes, stratum, hemiculū, trochus, exhedra, scipodium, lectica, cathedra, hypodion, thorus, segestria, scabellum, vel vt alij mās sunt scamellum, siliquastrum, sella, bissellium, Scimpodium Gellius Gręciense vocat, quot frequens fuerit in Gręcia, Offendimus inquit, Frontonem Cornesium in scimpodio Gręciensi cubantem, quum pedes grauiter egrotaret. Erant & stibadia thori humi iacentes ex lignis, ramisve structi. Accubita & Accubite sedilia sunt accumbentium, vt etiã Sponda, Virgilius de Didone loquens, Aulęis iam se regina superbis Aurca composuit sponda.

Hospitales.

¶ Ariadna suscepit hospitio Theseum profectum in Cretam & Minotauro destinatum,

¶ Phyllis Lycurgi regis Thracum filia Demophontem ab expeditione Troiana redeuntem & ventis

OFFICINA

tem & ventis pulsum in Thraciam, Propert. Paruo dilexit spacio Minoida Theseus, Chylida Demophoon, hospes vterque malus.

¶ Hypsipyle Thoantis filia & Medea filia Aetæ regis Colchorum Iasonem susceperunt hospitio, Propertius. Nec sic æsonidem rapientibus anxia ventis, Hypsipyle vacuo consistit in thalamo, Hypsipyle nullos post illos sensit amores, Vt semel Hæmonio tabuit hospitio.

¶ Alcinoüs rex Phæacum Vlyssæm Troia redeuntem suscepit hospitio.

¶ Molorchus pastor Herculem, Martialis libro quarto, Tam comi patet hospitalitate, Cre das Alcinoi pios penates, Aut facti modo diuitis Molorchii.

¶ Pholus Centaurus fuit Herculis hospes, Lucanus lib. 6, Hospes & Alcide magni Pholæ.

¶ Fuit & Mydas hospes Bacchi teste, Ouidio.

¶ Calypso naufragum Vlyssæm suscepit in Ogygia insula, Propertius libro primo, At non sic Ithaci digressu nota Calypso Defertis olim fleuerat æquoribus.

¶ Eodem modo Ianus excepit Saturnum, Euander Aeneam, Canusina Romanos a clade Cænensi redeuntes, Raab apud hebræos dei populum, Contra vero inhospitalis fuerunt, Thracæ, Polymestor, Diomedes, Butyris, Scythæ.

Nunciij & legati.



Ris fertur esse nuncia lunonis, Virgilius, Irim de cælo misit Saturnia Iuno, Ouidius libro primo Meta, Nuncia lunonis varios induta colores Corripit Iris aquas, Mercurius Iouis & omnium deorum, Ouidius libro secundo Meta, Hinc se sustulerat paribus cadu cifer alis, Cyneas legatus fuit Pyrrhi, Ilioneus Aeneæ, Idmō Turni, Virgilius libro duodecimo, Nuncijs hæc Idmō Phrygio mea dicta tyranno Haud placitura refert, Pontius Cæij principis, Plinius, Pontius legatus Cæij principis eas tollere conatus est libidine accensus, Longinus legatus fuit Traiani, author Dion Crassus, Agis legatus fuit Arfacis regis Parthorum, Author Plutarchus in Crasso, Proculeius Augusti Cæsaris vt etiam Thyreus, quem Antonius post mutuum cum Cleopatra sermone verberari iussit doli suspitione, Plutarchus in Antonio, Clathris Darij Hippocrites Chalcidonis, Thasfiles & Isidorus Mithridatis, Syllus Agesilai, Turullius Antonij fuerunt legati & præfecti, copiarum.

Legislatores.

**M**inos dedit leges Cretensibus, Charondas Tyrius apud Athenienses legem tulit, ne quis armatus veniret in concionem, Cor. Cinna tribunus pl. legem tulit de reuocandis exulibus vnde a Cn. Octauius collega pulsus bellum vrbi intulit, L. Iuius lib. 79, Clithenes atheniensis primus tulit legem de exilio, priusque exulauit, Cotta orator legem tulit vt liceret Tribunis pl. alios accipere magistratus, Tiberius Gracchus legem tulit, ne quis plus mille agri haberet iugera, Licinius Stolo gener Fabij Ambusti legem tulit, ne quis plus quam quingenta agri iugera possideret, Quam quæ postea infregisset comparatis mille iugeribus, accusatus est a M. Popilio Lenate, L. Iuius libro septimo, Hic Stolo, seu vt alij legunt, Scolon successit quartæ Camilli dictaturæ, Fuit & Masurius legislator, Persius, Masuri rubrica notauit, Metellus Macedonicus in censura legem tulit, vt omnes vxorem ducere cogerentur, Cn. Oppius Tribunus pl. legem tulit de comprimendo matronarum cultu, L. Calphurnius Piso Tribunus pl. primus legem tulit de repetundis pecunijs Censorino & Manlio consulibus, Philolaus Corinthius leges dedit Thebanis, Roscius Otho tribunus pl. legem tulit, vt equitibus Romanis in theatro, 14. gradus primi asseruarentur, neque esset quisquam, qui auderet præripere, Vnde lex ipsa vocatur Roscia ab Horatio, Afconius, Q. Volunius tribunus pl. legem tulit, ne quis mulierem heredem institueret, Androdamus Reginus leges condidit Chalcidensibus, Acilius Glabrio de repetundis pecunijs legem tulit, que Acilia vocata est, Plotius tribunus pl. legem tulit, vt qui cum lepido fuerat, redire in patriam possent impune, Suetonius, Lycurgus leges dedit Lacedæmonijs, quibus fecit, vt agri eque dividerentur, causa vitandæ inuidiæ, Sustulit conuiuorum apparatus & mensarum lauticias, e quibus ocium & torporem nasci cognoscebat, Vnde opulētis adeo infensus factus est, vt Alexander adolescens alterum oculorum eidem effoderit, Iubebat pueros, quum attigissent, 12. annum discalceatos ambulare, & in arundine palustri cubitare, Tameñi permultæ Lycurgi leges fuerunt lautissimæ, quedam tamen turpissimæ & contra honestum extiterunt, Nam & hospites finibus pelli iubet, & pueros impune prostituit, & fœminas licenter exponit, & leges nuptiales euerit

¶ Plato suis legibus docuit, quales deberent esse in Rep. ciues. Instituit & Remp. imaginariam inuentu difficillimam, vt est perfectus orator Fabij. Vini vsus vsque ad annum. 18. non probabat. Iubebat vt iuuenes coram senibus vino vterentur, vt carperentur, si indulgentius potassent. Volebat pueros operam dare musicę, vt feria negocia honesto recrearent ocio. Laudabat veritatem vt omnium bonorum ducem.

¶ Indis leges dederunt Gymnosophiste, vt Aegyptijs prophete, Chaldei Babylonijs, Magi Persis, Druyde Gallis, Moses Hebrejs, Phido Corinthijs, zamollis zetis, Hippodamus Mileijs, Phaleas Carthaginensibus. Inter legislatores etiam numerantur Apis Argiuorū Mneson Phocensium, Demonax Cyrensiū, Pagondas Acheorum, Gnydiorū Archias, Eudoxus milesiōrum, Pyttacus Mytilenēsiū, Nestor Pyliorum, zaradas Perfarum, Echeus Epyrotarum, zaleucus Locrensiū.

¶ Draco suis legibus (quas Atheniensibus dedit) vnicuique vel minimo furto extremum supplicium irrogauit. Vnde dicebat Demades cum sanguine non atramento leges cōscripsisset. Draconis legibus vna fere omnis mors pœna definita erat, vt etiam qui occidē dās nati essent, capite multarentur. Et eis qui olera aut alios agrorum fructus furrupissent, idem supplicium quod homicidis, irrogaretur. Ipse autem draco rogatus qua causa hoc fecisset Respondit se parua quidam delicta morte digna censere, Magnis vero maiorem pœnam inuenire non posse, author Plutarchus in Solone.

¶ Bocchorus Dynastes Aegyptijs iura constituit.

¶ Solon Atheniensibus leges dedit, abrogatis illis quas Draco tulerat. Legē tulit Sifactheam, qua prohibebat, ne creditores ius haberent in corpora debitorum, sed bona dūtaxat.

¶ Ceres dea frugum legem dedit Siculis, vnde & legifere vocatur a poetis.

¶ Apud Romanos Papyrius regias leges in vnum volumen contulit. Cl. Regillanus Decemuir author fuit conscribendarum duodecim tabularum M. Mutius L. Brutus, & P. Manilius ius ciuile fundauerunt Q. Mutius pōtifex maximus ius ciuile in. 18. libros redexit. Seruius Sulpitius. 180. libros de iure ciuili reliquit.

¶ Pericles legem tulit vt si mortuis parentibus legitimi non essent liberi, eorum loco spurij & nochi si qui essent, hereditatem caperent. Ne successoris inopia familię nomen & gen<sup>9</sup> exterminaretur, ac deficeret. Plutarchus.

¶ Pisistratus legem statuit apud Athenienses, vt qui oculos in bello amisissent, publice alerentur, & ex communi erario. Plutarchus in Solone.

¶ Romulus legem tulit, quę vxori virum relinquere non permittit, sed viro vxorem repudiare, si in veneficio natorū, aut in adulterio deprehēsa foret, aut clauēs subduceret. Quod si aliter quis repudiasset, eius bonorum partem vxori dari partem Cereri sacram esse iussit. Qui autem cum vxore diuortium faceret, eum sacrificare dijs inferis. Plutarchus.

¶ Val. Publicola in suo consulatu tulit quasdam leges. In primis permisit reis a consulibus prouocationem ad populum. Statuit etiam capitale esse. si quis iussu populi magistratum adiret, Tertia lege prospexit pauperibus, & ciuium vestigalia sustulit. Quarta in eos anis maduerti iussit, qui minus consulibus paruissent, Quinta statuit fas esse opprimere suspectum & conuictum affectatę tyrannidis etiam indemnatum, author Plutarchus.

¶ Leges sumptuarię institutę sunt ad cohibendum rerum omnium luxum & prodigas impensas. Primam tulit C. Orchius Tribunus pl. qua numerum conuiuarum pręscribebat, iubebatq; vt ianuis patentibus cœnaretur. De legibus sūptuarijs vide Gelliū & macrobiū.

¶ Licinia (quam Licinius Crassus diues tulit) erat, vt calendis, nonis, & nundinis, cuiq; liceret triginta tantum asses in cibis consumere, reliquis autem diebus ne amplius apponeretur, quam carnis aride pondo tria & salsamentorum libra.

¶ Sylla precium rebus vernalibus imminuit.

¶ C. Fannio & M. Valerio Messala consulibus principes ciuitatis iuramento adacti sunt, verbisque conceptis obligati non amplius in singulas cœnas sumptus facere, quam cente nos vicienosque æris præter olus far & vinum, neque vino alienigena sed patrio vii, Necq; argenti in conuiuio plus pondo quam libras centum inferre.

¶ Post hoc senatusconsultum, lata est lex Fannia, quę ludis Romanis, ite m plebeijs & Saturnalibus in singulos dies centenos æris infumi concessit, decemque alijs diebus, in singulis mensibus tricenos. Cæteris autem omnibus diebus denos.

¶ Aemylia lege non solum cœnarum sumptus sed ciborum genus & modus p̄finitus est.

¶ Lex talionis iubebat reos eadem puniri pœna, quā alijs intulerant, si dedita fecissent opera. Ictus enim consultus & fortuitus non cadebant sub eiusdem talionis similitudine.

¶ Lege. Papia cauebatur, vt pontificis maximi arbitratu vrgines e populo viginti legerē  
pp tur.

tur, fortitioque in concione ex eo numero fieret in contrahendis matrimonijs.

¶ Lex Iulia gladio puniebat alieni thalami corruptores, & adulteros, eosque qui cum masculis posticam & nephandam exercebant venerent. De hac Iuena. Vt nunc lex Iulia dormis,

¶ Seuerissimi & maxime terriçi.

1	Acacus	Lucius Brutus	13	Pescennius	
	Minos	Sp. Cassius		Matthias	
	Rhadamentus	7	Manlius Torquat <sup>9</sup>	14	Damatriona
2	Marcus Crassus	8	Marcus Scaurus		Talantia
	Socrates	9	Aulus Fuluius	15	Tigranes
3	Zaleucus	10	Artaxerxes		Mithridates
4	Philippus Iunior		Phoenix	16	Herodes
	Orbilius	11	Orestes		Lenogildus
5	Tenes		Tamburlanus	17	Federicus
6	Anaxagoras		Ioannes Huniades		Vilincassan <sup>9</sup>
	Epaminundas	12	Augustus	18	Phocion.



1 Eacum Rhadamentum & Minoa poetę fecerunt iudices inferorū ob incompertam & inexorabilem seueritatem. Ouidius libro nono. Quum videat fessis Rhadamentum & Aeacum annis Et Minoa queri, qui dum fuit integer eui Terruerat magnas ipso quoque nomine gentes.

2 ¶ Marcus crassus tanto fuit animi rigore, vt semel tantū in vita riserit. Sidonius. Tam censorius haud fuit vel ille, Quem risisse semel ferunt in æuo.

¶ Fuit Socrates eodem semper vultu, nec aut hilari magis aut turbato. Plynius.

3 ¶ Zaleucus legem statuit Locris, vt in adulterio deprehēsis eruerentur oculi. Quā legem quum filius eius temerasset, eidem oculum excuti iussit, & sibi alterū, vt eam probaret firmitus. Hinc zaleuci lex abiit in prouerbium, de terriço nimis edicto. Valerius de Iusticia.

4 ¶ Sextus Aurelius scribit Philippum imperatorem (qui Gordiano successit) tam seueri & tristes fuisse animi, vt iam tum a quinquenni ætate nullo cuiusquam cōmento ad risum solui poterit, aut ab inflexibili nature toruitate dimoueri.

¶ Orbilius Beneuentanus ludi magister fuit Romę tanta in discipulos seueritate, vt plagus appellaretur & vulnerarius.

¶ Tenes fuit quispiam, qui legem indixit, vt a tergo iudicis astaret spiculator securi tenens vt qui perperam aliquid in iudicio dixisset, eum protinus securi percuteret. Hinc orta pateromia. Tenedius homo. Suidas apud Erasimum.

¶ Aelianus scribit Anaxagoram Clazomenium nunquam risisse.

9 ¶ Epaminundas victorē filium interfecit quia propter edictū cōgressus esset inimicis. Plut. i Paralle.

¶ Lucius Brutus filios suos Tarquinij dominationem a se expulsam reducentes comprehensos primum virgis egedi iussit, hinc ad palum ligatos securi percuti. Vale. de Seueritate. Virg. lib. 6. Natosque pater noua bella mouētes Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit.

7 ¶ Sp. Cassius filium itidem verberibus affectum necari iussit, quod quum esset Tribunus flet, senatus propterea & populo suspectus affectate tyrannidis. Valerius.

8 ¶ Titus Manlius Torquatus filium Decium Syllanum expulsa Macedonia, quam habebat prouinciam, accusatum & conuictum sua sententia publice dā nauit, ac deuouit morti.

9 ¶ Dum apud Athesim Romani impetu Cimbrorum exterriti diffugerent M. Scaurus filio suo illius consternationis & fugę participi misit, qui dicerent se libentius in acie eius interfecti ossibus occursum, quam ipsum tam deformis fugę rerum visurum. Quo audito filius animi dolore gladio suo se confodit. Idem Valerius.

10 ¶ Aulus Fuluius filium suum prauo consilio amicitiam Catiline secutum & in eius castra temerario impetu ruentem itinere abstractum supplicio mortis affecit, praefatus non se Catiline filium aduersus patriam, sed patrię aduersus Catilinam genuisse. Idem Vale. ibidē.

11 ¶ Artaxerxes rex Persarum quum sensisset parari sibi infidias a quinquaginta filiis, Darij suasu, omnes extremo affecit supplicio. Iustinus libro decimo.

¶ Phoenix Amyntoris filius patri gratificaturus patris interfecit pellicem.

¶ Simili exemplo Orestes matrem Clitemnestram interfecit, quod illa Agamēnonem eiusdem Orestis patrem occidisset maritum suum.

Fuit

- ¶ Fuit in Tamburlano Scitharum rege tanta maiestas, & in coercendis militibus feueritas vt gregarium militē (qui muliercule quidam lac furto sustulisse ferebatur) mandauerit interfici, apertisq; in intestinis & visceribus lac epotum extrahi. Pontanus de Obedientia.
- ¶ Apud Turcas Ioannis Huniadis ducis fortissimi nomen vsque adeo fuit terrificū, vt nuntices ad comprimendos infantulorum vagitus Huniadem adesse semper confingant, auctor Pius papa.
- ¶ Augustus Herothem Aegypti procuratorem malo naui iussit cōfigi, quod coturnicem aliarum victricem comedisset.
- ¶ Pescennius niger quum Galliam regeret imperante Septimio, tribunum quendam lapidibus obrui iussit, quod is militum stipendia decimaret. Tanta quoque feueritate coercuit licentiam militarem, vt ob vnus gallinacei furtum decem cōmanipulones securi perculti iusserit. Auth or Bononiensis in Tranquillum.
- ¶ Matthias Coruinus rex Hungariae tonfiori suo barbam & nasum defecuit, quod vxoris suae posteriores vestium partes per iocum mutilasset.
- ¶ Damatrina Spartana mulier filium occidit, quod eum ignauo esse animo & inutilē bello accepisset. Baptista Fulgosus.
- ¶ Talantia alia Spartana quum audiuisset filium suum Pedaretū inique apud Chios principari, his ad eum verbis scripsit. Aut te melius in Chij administratione gerito, aut istic maneto. Nam si Spartam redieris, non est quod vltra te speres victurum. Idem Fulgosus.
- ¶ Tigranes rex Armeniae collapsus equo suo inter venandum, statim vt surrexit, alterum ex filijs maiorem natu interfecit, quod parenti dextram non porrexisset.
- ¶ Mithridates rex Ponti filium suum catenis vincitum mori coegit, q̄ eius opera Bosphoros & Colchos putabat defecisse. Baptista Fulgosus.
- ¶ Herodes Antipas filios suos Aristobolum & Alexandrum falso accusatos & suspectos infidiarum iussit interfici. Propterea dicebat Augustus malle se Herodis porcum esse, quā filium. Macrobius libro secundo.
- ¶ Lenogildus Gothorum rex & heresis Arrianae sectator, quum rescisset filium suum Hermogildum ex Arriano catholicum effectū, eūdem crudelissime interfecit. Bap. Fulgosus.
- ¶ Federicus secundus Imperator, filium suum Henricum premit in carcere, q̄ suspicabatur eum fauere Gregorio pontifici, quo cum bellum ipse susceperat.
- ¶ Vsiluncassanus rex Persidis & Armeniae filium suum Masubeum secum semper duxit catenatum, & ad extremum ad egit ad mortem, quia cum fratre ipsius regis Gurlumonech (qui ab eo deficiuerat) sensisse videbatur. Idem Fulgosus.
- ¶ Phocion Atheniensis neque ridens, neque lachrymans ab yllo vnquam visus est. Plus tarchus in Apophtegmatis.

¶ De ira & odio.

1	Nero	10	Q. Metellus		Socrates
	Ecelinus	11	Semiramis		Annibal
2	Alexander	12	Olympias	23	Marcus Sabinus
	Perseus	13	Cleomedes	24	Valerius Publicola
3	Mahometes	14	Horatius	25	Septimius Seuerus
4	Saul	15	Cotta	26	Stephanus Pontan <sup>9</sup>
5	Clotharius	16	Textor	27	Sergius Pont.
6	Eurilochus	17	Malachus	28	Etheocles
7	Speusippus	18	Archelaus		Polynices
	M. Antonius		Philagirus	29	Aeschines
	Fuluia	19	Corys		Vatinius
8	Hipponax	20	Vepius	30	Sylla
	Cambyfes	21	Charephon	31	Promerus
	Commodus	22	Hercules		Heliogabalus
9	Anna		Bellorophon		

**N**ero audita Galliarum defectione discumbens pre nimio dolore mēsam subuertit, & fregitque duo immensi precij pocula. Plynius lib. 37. & Sabellicus in Exemplis.

¶ Ecelinus tyrannus tanto interdum furore correptus est, vt acceptum in bello vulnus frendens in morem fauientis feræ vnguibus dilaniauerit. Idem Sabellicus.

OFFICINA

- 2 ¶ Alexander ira percitus Clitum nutricis suę filiū conuictum adhibitum ferro confodit. Vnde Mantuanus. Sed tamen ille grani quoties erat excitus ira, Lęta cruentabat turpi conuictiua cęde, Atque furens aliquem comitum mucrone petebat.  
¶ Peifeus rex victus a Paulo Aemylio duos ex domesticis victum solarivolentes, ira & dolore precipitantibus sensim morti dedit. Plutarchus in Aemylio.
- 3 ¶ Mahometes Othomanus quum duos cucumeres in horto pubescentes foris rediens decerptos inuenisset, protinus duos iuuenes eleganti forma pęditos (quos ad vsum nefarię libidinis domi enutriebat) se decerpisse negantes gladio traiecit. Sabellicus in Exemplis.
- 4 ¶ Saul quum audisset Dauidem sibi odiosum ab Achimelech in Nobea ciuitate hospitio susceptum, ira & odio ciuitatem & hospitem incendit, hominibus vtriusque sexus interęptis. Iosephus libro sexto Antiquita.
- 5 ¶ Clotarius seruatis per decennium odiū fauillis Galterum yuetotum Rothomagensem, sanctissima illa die & pasche (qua Christus pro nostra omnium salute mortem passus est) ad genua sua prouolutum ira feruens interfecit, in sacro illo sacello, quod est Lutecię.
- 6 ¶ Eurilochum (qui Eliensem Pyrrhonem audiuit) tam biliosum & iracundum fuisse constat, vt quum in Elide varijs questionibus agitaretur, essetq; respondendo fatigatus, abiesco pallio Alpheum flumen traiecerit. Interdum quoque sumpto cum carnibus vtru ad forum vsque cucurrerit, coquum suum persequens. Laertius.
- 7 ¶ Speusippus Eurymedontis filius ira aliquando percitus catulum in puteum deiecit. Idē Laertius.  
¶ Quanto Ciceronis odio de flagrauerint M. Antonius & Fulvia iam diximus.  
¶ Quo die sacra Cineritia celebrantur a catholicis, quum pęsbyteri cardinales ad genua Bonifacij pontificis de more se reclinassent ad excipiendos cineres, pontifex ipse paropsidem cum cineribus proiecit in faciem Procheti Genuensis Archiepiscopi, cuius odio conflagrabat, verbisque immutatis dixit. Memento homo, quia Gebellinus es, & cum Gebellinis morieris. Erat autem Gebellinorum factio Guelphis (quos amabat pontifex) inimica. Crinitus Cap. 13. lib. 7.
- 8 ¶ Hipponax poeta tanto odio Būbalum pictorem infectatus est, vt eum suis scriptis ad lacum perpulerit. Negat ad verum esse Plynus Cap. 5. lib. 36.  
¶ De furore Cambysis in Pęxaspem iam sumus locuti.  
¶ Commodus imperator ira percitus balneatorem in fornacem ardentem coniecit, quod balneum intraturus tepidiusculum inuenisset. Lampridius.
- 9 ¶ Anna focer Cayphę pontificis audita a Christo veritate, vestem a pęctore dissecuit, quasi blasphemam audisset.
- 10 ¶ Q. Metellus quū vtramq; Hispaniā consul & demū proconsul subegisset, egreferens.  
¶ Q. Pōpeii consulē (quē summe oderat) sibi successorē mitti, ira percitus exercitum dimisit, cōmeatus & horrea militibus reliquit diripienda, arcus & sagittas confregit, elephantis cibaria dari vetuit, nihil deniq; (quo se tueretur Pompeius) dimisit. Valerius Maximus.
- 11 ¶ Semiramidi circa cultum capitis occupatę, quū nunciatū esset Babylonē defecisse, ira feruens altera crinium parte incompta ad eam expugnandam cucurrit. Idem Valerius.
- 12 ¶ Olympias Alexandri mater tanta fuit iracundiā, vt Iolam pincernam (qui Alexandro venenum pręministrasse ferebatur) mortuum & iam tumulatum refodi iusserit, ac refossum minutatim discerpi. Plutarchus.
- 13 ¶ Cleomedes athleta post interfectum & exenteratum Iacchum Epidemnum pugilē, quū a iudicibus in ius vocaretur, indignatus colūnā qua fulciēbatur dom<sup>9</sup> ludi literarij disiecit, eaque ruina extinxit plurimos. Plutarchus in Romulo.
- 14 ¶ Horatius fatetur se suapte natura iracundum fuisse, facile tamen placabilem, vbi ait. Ira sci facilem, tamen vt placabilis essem.
- 15 ¶ Cottę apud Romanos dicti sunt ab iracundiā & oris toruitate.  
¶ Fuit Aufonius poeta in iram propensus, quod suo ipse fatetur testimonio dicens. Irasci promptus prope rau condere motum. Atque mihi pęnas pro leuitate dedi.
- 16 ¶ Idem cholere motus (vt animi mei affectum non diffitear) plerunque me sollicitat vel in re leuissima adeo, vt si a quoquam iniuriā accepero, eum nisi limis oculis & retortis aspiceere non valeam tantisper dum furor ille paulatim cesserit. Verum vbi paulopost me mihi restitui, vsque adeo me pęnitet iracundię vt non possim non aliquando capiti meo supplicium irrogare, & ceruicē illam versatilē parieti illidere, cuius motus rationē mihi sustulerat. Atq; ea pestis tū me distorquet pessime, quū aliquot horas literis ipendi. Sed quid facias? Peculiaris est vnicuique suus genius, quem si repuleris furca, vsque tamen recurret, nec magis



magis exterrebitur, quam ab vñcto corio canis. Reperies quosdam ita vafros, ita subdolos vt versipelles, vt quum tristantur maxime, vultu læticiam promittant. Alios ita formauit natura, vt iram dissimulent, hisque caput palam confricent, quorum tamen mortem sitiunt. Alij sunt ea humilitate, vt etiam crepidas tuas ofculentur, ficos exfugant, matellam tuam ol faciant, tibi pedenti gratulentur, modo importunis & adurgentibus obsequijs aliquid erucare valeant. Quod si facerem, multi augurantur me inuita etiam fortuna præter hominũ beniuolentiam ingentes quoque thesauros consequi posse. At si indubitata argenti & aurij grando casura eisset in meas manus, nature meę rigorem & infucatum animi sinceritatẽ non possem excutere. Quod si quis probro verat, sciat ille multo minus doli & insidiarum esse in huiusmodi hominibus, quam ijs qui sub colubina specie (vt ait Catilina) teterrimã ferunt scorpionis caudam.

¶ Malacho poetę Syracusano immoderata bilis plærunque vsu rationis auferebat. Erat que tũ præstantior in absoluendo carmine, dum erat alienatus mēte. Crinitus Cap. 6. lib. 3.

¶ Archelaus Macedonum rex, sic atra bile afficiebatur, vt spei plenus sibi maiorem in modum confideret. Cælius Cap. 24. noni libri. 17

¶ Philagrus sophista Cilix, auditor Lolliani fuit iracundus maxime. Nam & dormitanti quandoque auditori pugnam in malam fertur imegisse & infregisse colaphum. Cælius Cap. 41. vñdecimi libri. 18

¶ Cotys rex Thracum natura fuit prærapidus ad iram & ad vltionem præceps & imperiosus in feruorum delictis. Propterea accepta a quodam fictilia vasa preciosa quidem & tornantili opere conspicua, sed tamen fragilia & obnoxia iniurię pensauit collato precio, postea tamen fregit, ne si a ministris fracta essent, temperare non posset, ab inferendo supplicio. Plutarchus in Apophthegmatis. 19

¶ Vedius Pollio fuit vsque adeo iracundus & præceps in choleram, vt feruum qui crystalinum ruperat, ad suppliciũ rapi iusserit, & murenis dari in prædam. Et iam actum erat de ferro, nisi ad Cæsaris pedes se prouoluisset, non mortẽ depercurus, sed mortis genus. Desmiratus crudelitatem Cæsar, veniam exorauit puero. Plynius lib. 9. & Crinitus. 20

¶ Cherephon Atheniensis philosophus impetuosa fuisse fertur iracundia. Hinc adagium natum. in Palladis vestigijs nihil Cherephontis gubernabis. 21

¶ Hercules ob nimiam bilem sacro morbo fuit obnoxius. 22

¶ Bellorophon ob mœsticiam solus in campis vagabatur. 22

¶ Socrates quoque & Plato atra bile dicuntur laborasse.

¶ Tantum fuit Annibalis in Romanos odium, vt annos octo natus altaria tenens iurauerit se quum per ætatem liceret, acerrimum hostem populo Romano futurum. Hoc autẽ odiũ in Romanos habebat Annibal velut hereditarium ab Amilchare patre, qui eo tẽpore quo in Hispanos parabat exercitum, sacrificans filium Annibalem admodum puerum iurcurando obstruxit, vt quum primum per ætatem liceret acerrimum populi Romani hostem se pñtaret. Linius, & Plutarchus. Vnde Syllius lib. 1. Odiumque perenni Seruatum studio, & mandata nepotibus arma Fas aperire mihi. Mantuanus, Talis & æternas iras, qui paru? & erma In gemis Ausonium patri iurauit ad aras Annibal.

¶ Marcus Sabinus ægreferens Hostilium sibi prælatum in regno, cui aspirabat, tanto furore exarsit, vt tædio vitæ mortem sibi consciuerit. Bap. Fulgofus. 23

¶ Simili exemplo valerius publicola dolens Lucretium Collatinum collegam Bruto in cõsulatu fuisse designatũ, senatoriæ dignitati, causarũq; patrocinijs & clientelis renũciauit. 24

¶ Septimius Seuerus Clodium Albinum præliovictum interemit. Nudũ eius corpus pro palatio projici iussit, ac postremo equum abhorrentem calcaribus adactum coegit supinũ cadauer conculcare. Qua rabie nondum contentus ipsum retinuit quoad fœtore compulsus, iusserit in flumen præcipitari. Aelius Spartianus. 25

¶ Stephanus Sextus pontifex Formosum pontificem (quem in petitione pontificatus aduersum habuerat) mortuum iussit erui e sepulchro, ademptisq; pontificijs ornamentis extra ecclesiam sepeliri abscessis prius digitis. Sabellicus. Pari odio Sergius tertius pontifex Formosum ipsum insectatus est. Eius enim corpus denuo erutum palam in foro capite multauit, ac deinde in Tiberim proiecit, in gratiam Lotharij Gallorum regis, cui Formosus ipse odiosus fuerat viuis. Idem Sabellicus. Etheocles & Polynices mutuo odio in tantum exarserunt, vt mutuis quoque vulneribus frustra renitente locasta matre se conseruerunt dominandi ambitione. Quinetiam pertinax ille odij tenor apparuit in cadaueribus. Nam dum cremarentur, rogus ipse in duas partes se diuisit. Vnde Ouidius. Sinditur in partes, geminoque cacumine surgit, Scinditur, in partes atra fauilla duas. Idem in Ibin. 26  
27  
2

OFFICINA

Et noua fraterno veniet concordia fumo, Quā vetus accensa separat ira pyra, Statius lib. 1. Theb. Nec furij post fata modum flammæque rebelles Seditioe rogi, Idem libro duoz decimo. Ecce iterum fratris primos vt contigit artus Ignis edax, tremuere rogi, & nouus ad uena busti Pellitur, exundat diuiso vertice flammæ, Alternosq; apices abrupta luce coruscant

- 29 ¶ Aeschines orator Demosthenē sibi infernum mordacissimis orationibus infectatus est, ¶ Vatinius propter flagitia adeo fuit odiosus Romanis, vt in prouerbium fluxerit odium vatinianum, Catullus, Munere isto odissem te odio Vatiniano.
- 30 ¶ Cornelius Sylla C. Marij reliquias apud Anienem sitas dissipari iussit solo motus odio, Propterea moriens primus apud Romanos cremari voluit talionem veritus, Plynius lib. 7. Idem Sylla eiusdem Marij trophæa de lugurtha, de Cimbris, atque Theutonibus disiecit, quamuis auctore Vitruuio, nefas esset dedicata trophæa moueri, Idem quoque quum Marianorum per scriptionem fecisset, ei extremum supplicium irrogari iussit, qui proscriptum seruasset, adeo vt filius parentem, nec fratrem frater tutari posset, Contra vero duorum talentorum mercedem ei constituit, qui proscriptorum aliquem interficeret, interfecti que caput Romam referret, Et (quod iniquus multo) proscriptorum filios publicis magis stratis & honoribus priuauit, atque etiam gentilijs hereditatibus, Ex Plutarcho.
- ¶ Promerus domesticus Archelai regis Macedonię Euripidem vique adeo infectatus est, vt eidem a regis cœna redeunt furim canes immiserit, qui poetam ipsum dissiparunt, Erasmus in Adagis.
- 32 ¶ Heliogabarus populus ita odit, vt mortuum proiecerit in cloacam, mox in Tyberim cū matre Scenide traxerit, eiusque nomen e publicis monumentis eraserit, Egnatius, ¶ Mortuo quoque Michaeli Palealogo imperatori populus Romanus sepulturæ locum denegauit,

¶ Inuidi.

1	Aiæx	6	Caligula		Beroaldus
	Cato		Cayn		Homerus
	Adrianus		Dathas	9	Bauius
2	Zoilus		Abyrus		Meuius
	Didymus	7	Herodes		Afin <sup>9</sup> Pollio
3	Salustius		Fratres Ioseph	10	Hyarbita
	Cicero		Boreas		Sicconius
4	Xenophon		Iupiter	11	Dædalus
	Plato		Iuno		Mutius
	Aristoteles	8	Circe	12	Drances
5	Cæsar		Marullus	13	Manlius Capitolinus
	Palemon		Valla		



Alex Telamonius inuidēs arma Achillis interfecti data in premiū Vlyssi, versus in furias se interemit.

- ¶ Cato Vticensis victoriā Cæsaris egregerens, eiusque principatum inuidens se occidit, Lactantius.
- 1 ¶ Adrianus Traiani gloriam adeo inique tulit, vt Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam ab illo acquisitas, Parthis concesserit, & pontē supra Danubiū (quē ille magno cōstruxerat ipēdio) furiosus euerterit, Author Sextus Aure, Laborans hoc morbo zoilus Homerum poetarum maximum conuictis lacerare non desistit, Martialis, Ingenium magni liuor detraxit Homeri, Quisquis es ex illo zoile nomen habes, De zoilo vide Cælium Cap. 34. lib. 11.
- 2 ¶ Didymus Alexandrinus liuore motus sex libros in Marcum Tullium edidit, dictus propterea Ciceromastix, Nec mutua caruerūt inuidia Salustius & Cicero, quum ille huic impingat, quod eloquentiam pudicitie iactura apud M. Pisonem perdidicerit, vxoremq; facilegam, & filiam matris pellicem habuerit, Hic vero illi, quot impudicissimi corporis questu victum sibi parauerit, patrem mori coegerit, quod eo nondum mortuo pro herede omnia decoxerit, bis item ad iudicium subsellia tractus in extrema steterit fortuna.
- 3 ¶ Inter Xenophontem & Platonem tacite cuiusdam æmulationis liuor extitit quum hic illius nusquam operum suorum meminerit, Contra vero Xenophon ipsius Platonis libros de optimo statu Reip. administrandę multis scriptis impugnauerit, Gellius Cap. 3. lib. 14. & Crinitus Cap. 1. libri tertij.
- 4 ¶ Sunt, qui dicant Aristotelem preceptorum suo Platoni adeo inuidisse, vt bonam eius operum partem flammis & incendio dederit,

Aegregerens

¶ Aegre ferens Cæsar Catonem sibi iniuriam a M. Tullio multis celebratum laudibus, duos libros in eundem scripsit, qui ex re Anticatores inscripti sunt, in quibus omnia prope Catonis vicia collegit, & inter alia ebrietatem vt maximum probum illi obiecit. Vide Crinitum Cap. 7. lib. 7. M. Varroni quem Maurus Terentianus virum vnde cumq; doctissimum appellauit adeo inuidit Rheinius Palemon grammaticus, vt eum porcum appellauerit. Idem Crinitus.

¶ Inuidia motus Caligula Torquato torquem, Cincinato crinem & Cn. Pompeio stirpis antiquæ magni cognomentum abstulit. Esiū quoque Proculum formosissimū adolecentem iugulari fecit, Suetonius. Videns Cayn Abelis fratris sui fortunas felice semper incremento quam suas augeri, eundem gladio traiecit.

¶ Eodem morbo laborantes Dathas & abyrus Aaroni sacerdotium adimere conati sunt.

¶ Fecit liuor vt Herodes multa puerorum millia morti dedit ad intercipiendum virginis partum, futuræ cuius gloriæ inuidebat. Venditus est in seruum a fratribus Ioseph, q̄ patri esset charior illis. Poetæ fabulantur Hiacynthum liberali forma iuuenem, quum disculo luderet, a Borea interfectum, q̄ Apollinem charius diligeret, quam ipsum Boream.

¶ Simili figmento aiunt fulminatū a Ioue Aesculapium, q̄ Hippolytum ad vitam reuocasset. Vnde Quintianus in Cleopoli. Iuppiter Hippolyto Itygia a fornace redempto Ecce quid Apollineam retonanti fulmine prolem Opprimis?

¶ Iudicium Paridis & Ganymedis raptus tantam Iunoni inuidiam conflauerunt in Troianos, vt eisdem multis procellis naufragos semper agita uerit & auerterit ab Italia, vt fabulatur Maro. Circe venefica inuidens Scyllam nympham a Glauco amari, fontem in quo illa se lauabat, infecit veneno, cuius virtute Scylla in monstrum marinum mutata est.

¶ Marulum Tarchanotam coegit hæc animi egritudo famosis epigrammatibus Politianū virum de lingua latina optime meritum inceslere. Non video quid irritauerit Laurentiū Vallam in Pogiū, aut Beroaldum in commentatorem Seruiū præter liuorem. Suidas ait Palamedem Nauplium epigrammata quædam scripsisse, quæ Homerus per inuidiam deleuerit.

¶ Bauus & Meuius ineptissimi poetæ, Virgilio suam inuiderunt gloriam. De quibus ipse Virgilius in Buc. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui. Baptista Pius Zoilus vt verius semper florentis Homeri Vt notet Andinæ Meuius arma chelys. Asinius Pollio adeo fuit infensus nomini Ciceronis, vt eius laudes audire nequiuert. Nam quum Sextilius poeta carmen hoc retulisset, Desendus Cicero, patriæque silentia linguæ, Asinina ea re permotus audire noluit. Seneca de Controuersijs.

¶ Hyarbita Maurus dum Timagenem philosophum inter pocula declamantem vellet imitari & non posset, inuidia crepuit, Horatius libro primo Epist. Rupit Hyarbitam Timagenis æmula lingua, Dum studet vrbani tenditq; disertus haberi. Catullus poeta inuidiosus fuit euidam Sicconio, quem his versibus insectatur, Sicconi arbitrio populi tua canase nectus Spureata impuris moribus interea. Non equidem dubito, qui primum inimica bonorum Lingua exerta auido sit data vulturio, Effollos oculos voret atro gutture coruus, Intestina canes, cætera membra lupi.

¶ Dædalus Telen discipulum suum interemit ob inuidiam, q̄ figuli rotam & ferram excoGITasset. Mutius fuit quispiam apud Romanos maleuolus, & alienam prosperitatē adeo ægre ferens, vt quum Publius eum solito tristiore aliquando vidisset statim dixerit. Aut Mutio nescio quid incommodi accessit, aut nescio cui aliquid boni. Marcus Manlius Capitolinus quum in repu, primus esse, & haberi vellet, Camillumque gloria superare propter egregium illud facinus quod primus Celsas Capitolium noctu aggredientes ex arce expulerat, Vnde & capitolini traxerat nomen, nec tamen posset, Camillum ipsum inuidia odioque apertissime persequatur, eiusque gesta publicis conuicijs vertebant in tyrannidem. Quinetiam muneribus, & largitione plebeiū sibi cõciliabat & demerebatur, vt eā in odium Camilli traheret.

¶ Drances fuit Rutulus, qui Turni gloriæ semper inuidit, Virgilius libro vndecimo. Tū senior, semperque odijs & crimine Drances Infensus Iuueni Turno. Idem, Tum Dræces idem infensus, quem gloria Turni Obliqua inuidia stimulisque agitabat amaris.

¶ Illud porro adijciendum est multos patria sp̄n̄te excessisse ad declinandam inuidiam, & in aliena terra vixisse, vt fecit Iphicrates in Thracia, Conon in Cypro, Timotheus in Lesbobo, Chabrias in Aegypto, Chares in Sigæo. Apud Romanos pompeius post tot triūphos & imperia, domi aut ruri se continebat, raro in publicum prodicens, Syllus libro decimo se primo, de inuidia hoc mō scribit, O dirū exitiū mortalib⁹, o nihil vnq; Crescere nec magnas

OFFICINA

patiens exurgere laudes Inuidia. Item Ouidius libro secūdo Meta, Pallor in ore sedet, macies in corpore toto, Nunquam recta acies, liuent rubigine dentes, Pectora felle virent, lingua est sulfura venena, Risus abest, nisi quem visi fecere dolores, Nec fruitur somno vigi-  
lantibus excita curis, Sed videt ingratos, intabescitque videndo Successus hominum, carpitque & carpitur vna, Suppliciumque suum est. Idem Alexander inter focios se penumero conquerebatur nihil sibi patris virtute relinqui, quod vinceret. Claudianus. Fertur pel-  
leus Eoum Qui domuit Porum quem prospera sepe Philippi Audiret, letos iter fleuisse fo-  
dales Nil sibi vincendum patris virtute relinqui.

Alienae laudis aut virtutis aemuli.

Alexander  
Caesar

Theseus  
Marcus Crassus

Themistocles  
Salmoneus



Alexander vilo Achillis sepulchro propemodum collachrymari coepit studio glorie & emulatione virtutis, eumque felicem predicare, cui co-  
tigisset habere laudum suarum preconem Homerum. Iulius Caesar quum venisset Gades, animaduersa apud Herculis templum Alexan-  
dri magni imagine ingemuit, & quasi pertesus ignauiam suam q̄ ni-  
hilum a se memorabile actum esset in aetate, qua iam Alexander or-  
bem terrarum subegisset. Nihil maiore voto studuit Theseus, qua  
Herculis imitari virtutem. Quod vt faceret, monstraplurimacoefecit  
in terra Graecia. Scyronem, Procustem & Scinin latrones, Creontem tyrannum, Minotau-  
rum bicorporeum & Centauros oppressit, Thebas domuit, ad inferos penetrauit. Idē The-  
seus herculem semper habebat in ore, & eius res gestas ac virtutes narrantibus promptis-  
simum se auditorem prebebat. Claua quinetiam utebatur, ne vel vnguem latum ab eovis  
deretur descivisse, quem propofuerat sibi typum virtutis. M. Crassus apud Romanos  
aemulus fuit rerum a Pompeio gestaru. Themistocli Atheniensis Milciadis trophea som-  
num excutiebant. Salmoneus apud Elidem Graeciae, & Alladius apud Albam Italiae lo-  
uis fulmen & tonitrua mentiri & confingere voluerunt.

Constantes & patientes in rebus aduersis.

1	Aristides	Misael	24	Mafaniffa
	Antonius	Stephanus		C. Marius
2	Adrianus	Marcellinus		Seuerus
	Bibulus	12 Agatha	25	Philippus
3	Q. Martius	Seuola	26	Marcus Antonius
	Dion	13 Anaxarchus		Cato
4	Antigon <sup>9</sup>	14 Attilius		Dion
	Cornelia	Ioannes rex	27	Turbo
	Rutilia	Leena		Seuerianus
5	Socrates	15 Lucia		Clitomachus
	Lycurgus	16 Horatius Pulusillus		Stilbon
6	Alphonfus	Paulus Aemylus	28	Metellus
	Gabriel	17 Pericles		Albutius
	Symphorosa	Xenophon		Ouidius
	Felicitas	18 Anaxagoras		Pallas Strocchia
	Sophia	Pompeius	29	Iugurtha
7	Theramenes	19 Galenus		Carolus Malatesta
	Thucydides	Zeno		Alphonfus
8	Asini <sup>9</sup> Pollio	20 Theodorus		Aelopus
	Iob	Q. Fabius	30	Maurifius
	Hieronymus	Augustus		Aemylia
	Thobias	21 Tiberius		Federicus
	Petrus abbas	Aristippus	31	Ant. Panhormita.
9	Harpalus	Agessilaus		Fr. Foscarus
10	Diogenes	22 Thrascas		Scipio
	Sertorius	Gymnosophista	32	Sylla
	Efayas	23 Phormio		Amatriciana
11	Ananias	Phocion	33	Homulus
	Azarias	Lygus		Prexalpes

Aristida



Risidæ quum improbus quidam os sputo coinquinaffet, risit ho-  
minis improbitatem, satisque habuit eum monere, ne postea sumis-  
le quicquam faceret. Pontanus de Fortitudine.

¶ Vale. Homullus interrogatus ab Antonio, vnde columnas por-  
phireticas sibi comparasset, respondit. Imperator quum in domū  
alienam veneris, & surdus & mutus esto. Quod tamen insolens  
verbum Antonius non tantum non moleste tulit, at etiam habuit  
præcepti loco. Crinitus cap. 11. lib. 23.

¶ Adrianus seruum qui in se irruerat armatus, non solum non pu-  
niuit, verum & curari iussit, quod esset furiosus.

¶ Bibulus audita duorum filiorum morte ita seipsum vicit, vt die postero ad solita reipub:  
officia processerit.

¶ Q. Martius rex amisso magnæ spei filio, dolorem tanta animi magnitudine compressit, 3  
vt peractis exequiis curiam itatim petiuerit, & vocauerit senatum.

¶ Dion in cubiculo cum amicis sedens vbi audisset filium e summo culmine domus pro-  
lapsum & exanimatum, nullo signo mœroris dato, illum ad sepulturam ferri iussit, sermo-  
nemque institutum continuauit. Plutarch. in oratione Consolatoria.

¶ Rex Antigonus mortem Alcionis filij adeo cōstāter tulit, vt diceret illum ferius aliquā 4  
to quam putasset, occubuisse. Idem Plutarchus ibidem.

¶ Cornelia quum post amissos duodecim partus, Tiberium & Caium cæcos, & insepultos  
misera a matronis prædicaretur, Nunquam inquit me ego felicem non dicam, quæ Græc-  
chos pepererim.

¶ Rutiliæ post amissum filium Cottam (quem in exilium fuerat secuta) lachrymas nemo 5  
vidit. Hæc ex Pontani libello de fortitudine domestica.

¶ Socrates vxoris suæ Xâtippes cōiucia & iniurias domi cōstantissime ferebat, vt aliarū  
mulierum insolentiam foris pati diceret. Idem sitim & famem tolerantissime perferabat.  
Nudis pedibus glaciem & pruinas calcabat facilius, quam calceati milites. Quātuscumq;  
foret hyemis rigor, nihil addebat quotidianis vestimentis.

¶ Lycurgus a temulento quodam iuvene, altero priuatus oculo non tantum non permisit  
eum a ciuibus puniri, at blandæ submonuit. Plutarch. in Apoph. Laconicis.

¶ Alphonfus Tarraconensis rex Siciliæ nunquam visus est iratus. 6

¶ Gabriel Brixienfis ordinis minorum & cardinalis presbyter iurare solebat se annos. 30.  
nulli mortalium succensuisse, Volater.

¶ Symphorosa Getulij martyris vxor mortem septem filiorum pro catholica fide occum-  
bentium patientissime tulit. quinetiam ad martyrium animauit.

¶ Parem filiorum numerum Felicitas mulier Romana pro religione christiana sub Anto-  
nino emori læta conspexit.

¶ Sophia mulier tres filias sub Adriano iugulari vidit cum gaudio.

¶ Theramenes philozophus iussu. 30. tyrannorum in carcerem missus venenum constā 7  
tissime hausit, dicens. Propino hoc Critiæ. Fuerat is causa mortis eius. locabatur in morte  
vir ille fortissimus. Cicero libro primo quest. Tuscul.

¶ Thucydides Atheniēsis historicus a suis in exilium missus ob proditiōis suspicionem,  
fortunam illam æquo animo tulit. Neque vnquam flere aut queri visus est, neque Brasī-  
dam exilij authorem scriptis suis carpere. Marcellinus apud Volater.

¶ Asinius Pollio intra quartum diem quam filium amiserat, declamauit.

¶ Iob mortalium omnīū patientissimus amissis liberis, omnibusque fortunis, satis habuit 8  
dicere. Nudus exiui e matris utero, nudus reuertor, deus dedit, idem abstulit, Sit eius nos  
men benedictum.

¶ Diuus Hieronymus in heremo degens, asinum sibi ablatum æquo animo tulit.

¶ Excrementicia hirundinū fece excecatus Thobias, sinistrū illū casum tulit cōstā 9  
tissime.

¶ Petrus Clareuallensis abbas amisso ob ægritudinem altero oculo non solum non visus  
est conqueri, immo vero plurimum lætari, quod ex duabus corporis partibus sibi inimī-  
cissimis, alteram amississet.

¶ Harpalo in conuiuium regis Persarum accito quum appositi essent filij, finitaque cœna 9  
rex interrogasset, an cœna ipsa fuisset opipara, vbi dolum & sæuiciam agnouit Harpalus,  
lachrymas tamen tenuit, dolorem suppressit, vocem coercuit, atque etiam placido vultu &  
gratias agenti similis cœnam laudauit.

¶ Pigmenius presbyter Romanus deo gratias egit, quod vtroque captus esset oculo, ne  
ecclesiæ

- ecclesie inimicos videret.
- 10 ¶ Diogenes Cynicus in conuiuio quodam ab insolenti iuuenū cœtu cruentis affectus plangis, contumeliosam illam iniuriā tolerauit constantissime. Idem in maxima vi frigoris ac neam statuam frigidissimam solebat amplecti.
- ¶ Gloriarī solitum ferunt Sertoriū ducem Romanum ob amissum in bello oculum, quod (vt dicebat) ceteri fortes sua spolia bellica domi relinquerēt, ipse sua vbique haberet. Plut.
- ¶ Esayas propheta viuus in duas partes sectus tam constanti fuit animo, vt nihil patienti similis videretur.
- 11 ¶ Ananias, Azarias, & Misael pueri in fornacem ignis coniecti, hymnum domino ibidem cecinerunt.
- ¶ Quum Stephanus protomartyr lapidibus obrueretur, non potuit tamen de percussorū salute non esse sollicitus.
- ¶ Marcellinus martyr Diocletiani iussu stipitibus cum fratre affixus, Psalmum illum cecinit. Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.
- 12 ¶ Agathæ virgini Catanæ quum mandato Quintiani Siciliae proconsulis euellerentur mammae, puella tortori pauca hæc verba fati habuit dicere. An te non pudet Quintiane in me laniasse, quod te in matre aluit. Postrema hæc duodecim exempla citantur a Sabellis in Exemplis.
- ¶ Mutius Scæuola tam pertinacis fuit constantiæ, vt in conspectu Porſenæ Etruscorum regis manum flammis dederit comburēdam, quod regem ipsum non interfecisset. Liuius lib. 2. vnde Lucanus lib. 2. Te quoque neglectum violatæ Scæuola dextræ. De hac constantia Martialis lib. 1. Dum peteret regem decepta satellite dextra. Iniecit sacris se peritura foris. Sed tam sæua pius miracula nō tulit hostis. Et raptū flammis iussit abire virum. Vtere quam potuit contempto Mutius igne. Hanc spectare manum Porſena non potuit. Syllus lib. 8. Cernitur effugiens ardentem Porſena dextram.
- 13 ¶ Anaxarchus quum in lapidea pila iussu Nicocreontis Cyprii tunderetur ob veteres iniurias, nullum doloris præ se tulit indicium. Quin conuersus ad carnifices, Tundite inquit pilam Anaxarchi, Nam Anaxarchum non tunditis. Ouid. in Ibin. Aut vt Anaxarchus pila minuaris in alta, lactæque pro solitis frugibus ossa sonent. Iubente vero nicocreonte linguam eius præcidi, fama est præcisam mordicus in eius faciem conspuisse testes Lactius, Valerius, & Cicero lib. 2. quest. Tusc.
- 14 ¶ Scriptorum monumentis laudatur Attilij Reguli constantia, quod ad supplicium redire maluerit, quam Carthaginensium captiuos redimi.
- ¶ Ioannes Aragoniæ rex candens chirurgi ferrum adeo constanter tulit, vt supraquam oportebat, vereretur.
- ¶ Leena meretrix attica nullis tormētis a Pisistrato cogi potuit, vt Harmodium & Aristogitonem tyrannicidas proderet. Plynius libris. 7. & 34.
- 15 ¶ Pascasius tyrannus quū Lucie Syracusanæ nunciari iussisset, se illius amore captum & oculorum pulchritudine illectū, nihil morata virgo oculos sibi eruit ac tyranno misit. Mæstuanus. Quibus virgo generosa repulsis Lumina vt auduit bellū hoc inferre pudori. Nil cunctata, oculos (opus admirabile sæclis Omnibus) ancipiti cultro de frōte reuulsos Projicit in patinam, mittensque ea munera amati, Accipe respondit, quod amas, & desine post hæc Talibus insidijs sanctas inuadere mentes.
- 16 ¶ Horatius Puluillus pontifex quū in Capitolio Ioui eadē dedicaret, atque inter sacra mortuum esse filium audisset, neque templi dedicationem interrupit, neque vultum a publica religione ad priuatum dolorem flexit. Ferunt horatium ipsum audito illo funebri nuncio dixisse. Si filius mortuus est cœdauer quo vultis projicite. Ego enim minime fletus admitto. Plutarchus in vita Publicolæ.
- ¶ Paulus Aemylus quum quarto die ante triumphum suum Macedonicum alterum filiorum amisisset, alterum tertio post triumphū die, iacturam illam æquo animo tulit, Progressusque ad populum, fortunæ gratias egit, deosque precatus est, vt si quid discriminis Reip. immineret, sua esset calamitate decisum. Plutarchus.
- ¶ Pericles duobus filijs intra quadriduum spoliatus, isdem diebus vultu pristinum habitum retinente concionatus est. Plutarchus in Oratione cōsolatoria. Idem Pericles mortua sorore multisque alijs quorum opera in repu. luuabatur, tristari non visus est, sed illam animi magnitudinem inuictam semper a calamitatibus, Infractamque cōseruauit. Nec eum flere, aut funus ducere, aut ad sepulchrum alicuius necessarij accedere quiscquam aspexit vnquam, præterquam ad exequias Paralij filij sui. Idem Plutarchus in eius vita.

¶ Xenophonti philosopho Grylli Atheniensis filio sacrificanti quum nunciatum esset al- 17  
terum ex filijs natu maiorem in acie cecidisse, coronam tantum deposuit. Percontatus des-  
mum quonam modo occubisset, vt audijt fortissime pugnante cecidisse, depositam cas-  
piti repositum numina testatus, se maiorem ex filij virtute laetitiam, quam ex morte miorerē  
lentire. Laertius, & Plutarchus.

¶ Anaxagoras audita filij morte, nunciante nihil inquit nouum memoras. Ego enim illum 18  
ex me natum sciebam esse mortalem. Cicero lib. 3. quaest. Tuscul. Stroza pater. Viderat  
hoc celebris Samiae telluris alūnus. Hoc & magnanimus sensit Anaxagoras. Hoc Xeno-  
phon sensit, quem non reuocauit ab aris Filius extinctus, nec doluisse ferunt.

¶ Pompeius a Gentio rege interceptus quum senatus cōsilia prodece comminationibus  
tormentorū sollicitaretur, digitum lucernae ad mouit comburendum. Qua patientia regi  
spem quicquam cognoscendi abstulit, & expectāe populi Romani amicitiae cupiditatem  
ingenerauit. Valerius de Patientia.

¶ Galieno imperatori tanta fuit in acceptis cladibus patiētia, vt in his etiam iocari nō du- 19  
bitauerit. Nam quum accepisset Aegyptum a Romano imperio delcuisse. Quid inquit,  
Sine lino Aegyptio esse non possumus? Perdita Gallia ridens Et non est inquit tuta Resp.  
sine trabeatis sagis? Asia Alemanorum & Scytharū incurfationibus vastata, Quid inquit.  
Sine Aphronitis esse non possumus? Pollio Trebellius.

¶ Zeno Eleates a Phalaride tyranno correptus, atque in foro cruciatus, vt coniuurationis  
participes aperiret, constantissime reluctatus est, sociosque tyranni amicos eius facti suspe-  
ctos reddidit. Cic. lib. 2. quaest. Tuscul. & Valerius.

¶ Theodorus nullis verberibus aut tormentis ab Hieronymo tyranno cogi potuit, vt ty- 20  
rannidij confcios proderet. Fingens tamen se cruciatibus tandem conuictum Thrasonē  
tortorem coniuurationis ignarum declarauit, qui protinus ad supplicium raptus est. Liuius  
lib. 24. & Valerius de patientia.

¶ Q. Fabius maximus fraudatus pecunia quam pro captiuis Annibali publice numerauit  
rat. publice tacuit. Compluribus etiam laesit in iniurijs semper eodem vultu mansit.

¶ Augustus sparsos de se in curia famulos libellos, nec expauit, nec eorūdem auctores res- 21  
quisiuit. Ei etiam in senatu verba facienti quum a multis reclamatum esset, id mansuetis-  
sime pertulit. Sueto.

¶ Tiberius Caesar auditis quibusdam maledicorum conuicijs respōdit in ciuitate libera li- 21  
beras esse linguas oportere. Idem Sueto.

¶ Aristippus cuidam qui ob iram in verba venerat, dixit. Ne queso a verbis propter iram  
discedamus, sed potius ab ira propter verba. Idem cuidam maledicenti ait. Tu maledicēdi  
dominus, Ego audiendi.

¶ Agefilus Lacedaemoniorum dux in castra Xerxis regis profectus Mardonium Persam  
occidit putans se regem occidisse. Raptus igitur ad supplicium quum post varia tormen-  
torum genera nullum suspirium prorsus emitteret, cōstantia illa meruit impunitatem. Plu-  
tarchus in Parall.

¶ Thrafeas stoicae disciplinae studiosus quū damnatus a Nerone solutis venis moreretur, 22  
magna constantia suorum fletum compescuit, libauitque sanguinem Ioui liberatori. Hu-  
ius meminit Martialis lib. 1. dicens. Diuitor Crispo, Thrafea constantior ipso.

¶ Plynius scribit Gymnosophistas Indorum philosophos ab exortu ad occasum perstitis-  
se contuentes solem immobilibus oculis, atque etiam feruētibus arenis toto die alternis pe-  
dibus institisse.

¶ Phormio dux fuit quispiam in perferendis militiae incommodis notae patientiae. Hinc 23  
natum adagium Erasmo positum. Phormionis thori. de stratis minime delicatis.

¶ Phocion Atheniensis ruri ac militiae nudis semper incescit pedibus. Duris apud Plutarch.

¶ Aristodemus Cyathenaeus nudo itidem pede semper visus est.

¶ Lygus femina quū metu militum, filium occultasset, & illi per cruciatus interrogaret,  
vbi nam occultuisset, vterum ostendens, ibidem respondit latere, nec vllis tormentis cogi  
potuit, vt constantiam vocis egregie mutaret. Author Cor. Tacitus.

¶ Masanissa rex Numydarum nonaginta natus annos nudis pedibus incescit, nec imbre 24  
vllō aut frigore potuit adduci, vt operto esset capite. Author Cicero de Senectute.

¶ C. Marius Rusticanus vir quum secaretur, vetuit se alligari, tormētumque solutus per-  
tulit constantissime, nec vllō rigore supplicij corpus immutauit. Idem author libro secun-  
do Quest. Tusc.

¶ Herodianus & Plutarchus in Apoph. scribunt Seuerum imperatorem iter facere solitū 25  
sine

sine vlla intermissione, neque labores vllos curasse. Fuisse insuper frigoris & aestus patiens-  
tissimum, media quandoque brumâ, & agris omnibus gelu constrictis aut niue & pruina  
albicantibus in montes altissimos iuisse aperto capite, vt suo exemplo milites ad laborem  
& alacritatem induceret.

- ¶ Auditis Atheniensium legatis & iam Athenas remigraturis quum Philippus rex dixisset. Est ne aliquid obsequij, quod a me proficisci valeat in ciuitatem vestram? Demochares legatorum vnus, Si te inquit suspenderis. Quod verbum procax & ingrattissimū Philippus ipse quieto pertulit animo, quū tamen posset vlscisci, & deberet iure. Seneca de Ira, & post eum Celsius cap. 61. vndecimi.
- 26 ¶ M. Antoninus imp. tāta fuit animi constantia, vt nullo vnquam affectu, nullis rebus fortunis vultum immutauit. Capitulinus.
- ¶ Cato quoque nullis casibus vnquam mutatus est, nulli succubuit calamitati.
- ¶ Dion Alexandrinus in conuiuio probris cuiusdam loquaculi & infamibus verbis multum lacessitus, maledictis nihil penitus respondit. Cæterum vbi redijt domum comitantibus plerisque & conuiciatorum contemptū suadentibus respondit, ne Gry quidem. Quod agreferens conuiciator iuuenis, laqueo se præfocauit. Erasmus in Chiliadibus.
- 27 ¶ Turbo præfectus prætorianorum sub Adriano tanta fuit constantia & animi magnitudine, vt nec morbo laborans, domi se contineret, præpositos rerum, stantes mori oportere dicens. Dion Cassius.
- ¶ Seuerianus Adriani iussu moriens ignem petijt, & accenso thure, vos inquit, dii testes estote nihil a me morte dignum esse commissum, Tantum hoc precor, ne quum mori velle lit, possit. Dion Cassius.
- ¶ Clitomachus Carthaginensis non tantum forti animo tulit excidium patriæ, sed ciues quoque cohortatus est ad perferendum. Pontanus de fortit. domestica.
- ¶ Scilbon Megarensis patria capta ac direpta, interroganti Demetrio quid perdidisset, nihil se amisisse respondit. Idem Pontanus.
- 28 ¶ Metellus in exilium ire, quam Saturnini tribunij, iniquissimas leges ferre maluit. Val.
- ¶ Albutius æquissimo animo Athenis philosophabatur, Marcellus Mytilenis.
- ¶ P. Ouidius exilium non tantum fortiter tulit, at etiam multa in eo scripsit. Cuius & illa vox laudanda libro primo fastorum. Omne solum forti patria est, vt piscibus æquor, Vt volucris, vacuo quicquid in orbe patet.
- ¶ Pallas Strocchia Florentia pulsus, Paduæ ita vixit, vt exilium ad ocium literarum conuersisse videretur.
- ¶ Iugurtha regno amisso Romam captiuus ductus ad carceris hostium iocatus dicitur.
- ¶ Carolus malacta victus captusque a Philippi Mariæ mediolanensis militibus admirabilem in captiuitate animi firmitatem retinuit.
- ¶ Alphonfus rex Neapolitanorum captiuus, ea fuit constantia, vt libertatem non videretur amisisse.
- 29 ¶ Aesopo in neruo apud iudices captiuitas animi firmitatem non abstulit.
- 30 ¶ Mauritius feruus quum a Neapolitano prætore candenti forcipe concideretur, trahereturque per urbem ad maius supplicium, quod liberum hominem occidisset, nullos vnquam eiularus misit, neque vultum mutauit, neque statum corporis.
- ¶ Aemylia Scipionis vxor non modo dissimulante tulit ancillam suā haberi a viro in delictijs, verum Scipione mortuo manumissam eam liberti suo dedit vxorem.
- ¶ Federicus Vrbinas tam equo ferebat animo alterum oculum sibi deesse, vt interdum in deformitatem illam iocaretur.
- 31 ¶ Antonius Panhormita multos annos tormina & vrinæ difficultatem tam patieter tulit, vt etiam dissimularet egritudinem.
- ¶ Fr. Foscarus Venetorum princeps filium flagitiosis criminationibus infamem relegari constantissime passus est.
- ¶ Scipionem Africanum tanta in exilio comitata est patientia, vt audita fratris morte animum retinuerit. Seneca de breuitate vite.
- 32 ¶ Mors filij non deterruit L. Syllam, quominus aduersus hostem, rem egregie gereret.
- ¶ Femella amatriciana quum intellexisset filium demisso minus animo ad supplicium trahi, eidem occurrens, iussit, vt exuto periculi metu cælum & solem suspiceret. Quod quum fecisset, an inquit ignoras fili, te confestim in arces illas emigraturum? Postrema hæc, 20. ex epla citantur a Pontano in libello de fortitudine domestica.
- 33 ¶ Homullus quidam quum Romæ causam ageret, audita filij morte, institutum non interruptit



terrupti sermonem.

¶ Quum Cambyfes rex Perfarum, filium præxaspis (a quo monitus fuerat vitæ ebricitatis) sagitta confodisset, pater dolorem suppressit, Atque etiam regem laudauit vt peritio artis sagittariæ. Herodotus libro tertio.

¶ Magnanimi.

1	Cocles	7	Leonidas	14	Hegesistratus
2	Chlœlia	8	Socrates	15	Alcibiades
3	Antigonus	9	Sertorius	16	Cyrus
4	Iuba	10	Alexander	17	Ariarathes
5	Fabius	11	Mithridates		Eurychus
	Popilius	12	Tomyris	18	Theclis
6	Epaminundas	13	Boges		



Oratius Cocles Porfenæ regis Thufcorum tumultu repentino & insperato Romam inuadētis, solus impetum sustinuit, donec a tergo pons solueretur a socijs. Quo soluto armatus & vulneratus in Tyberin se coniecit. Litiuus lib. 2.

¶ Chlœlia eidem regi ad cōditionem pacis obses data, traiccto Tyberi Romam rediit, seque exemit captiuitate. De hac puella & Coclite Virg. lib. 8. Aen. Pontem auderet quum vellere Cocles. Et fluitium vinculis innaret Chlœlia ruptis. Sabellicus. Quique sibi pontem passus post terga reuelli. Ipsa licet contra staret Ethrusca phalanx. Iuuenalis satyra. 8. Quod miraretur cum Coclite Mutius, & que Imperij finem Tyberinum virgo natauit. Syllius lib. 10. Vna puellarum Laurentum ad pignora pacis Inter virgineas regi transmissa cateruas. Facta virum fileo, rege hæc, & foedere & annis, Et fluuio Ipreis mirantem interrita Tybrim Tranauit frangens vndam puerilibus vlnis, Cui si mutasset sexum natura, reuertit Forfan Tyrhenas tibi non licuisset in oras. Porfena.

¶ Antigonus Philippi regis miles fortissimus in obsidione Perinthi catapultâ confossus, non prius eam euelli passus est, quam hostem fugatum intra mœnia compulisset.

¶ Maluit Metellus exulare, vt iam diximus, quam in perniciosas Apuleij Saturnini leges iurare.

¶ M. Scæuæ Centurionis fortitudinem iam diximus in capite de bellicosis.

¶ Iuba rex Mauritanie superatus a Cæsare mortem sibi conscinit, ne in triūphū raperetur.

¶ Ferunt Opiterginos depræhēfos in nauis, sese mutuis vulneribus confodisse, ne veniret in manus Pompeianorum.

¶ Asdrubal capta Sicilia Romanis bellum indixit, in quo L. Glaucus vir præcipua nobilitate compræhensam Asdrubalis nauem non prius dimisit, quam vtramque amiserit manum. Testis Plutarchus.

¶ L. Posthumius Albinus dum in cōflictu contra Samnites accepto vulnere cecidisset, nocte concubia accepto spiritu surrexit, & ex interfectorum hostium clypeis trophæum erexit, tinctaque eruore dextra titulū inscripsit. Romani de Samitibus loui, in cuius potestate sunt trophæa. Author apud Plutarchum Aristides.

¶ Fabius maximus dum in conflictu contra pœnos, suos omnes quingentos numero amisisset, ipse mortifero accepto vulnere vehementi cursu irruit in Annibalem, eique diademâ abstulit, demum iacuit supinus. Aristides apud Plutarch. in Parall.

¶ Cn. Popilius legatus ad Antiochum missus, regem ipsum differētē responsum, virga circumscripsit, & priusquam egrederetur circulo illo, respondere compulit, magno dubiū fortitudinis an temeritatis argumento, authore Plynio. Plutarcho in Apophth. & Valerio.

¶ Epaminundas quū vicisset Lacedæmonios apud Mantineam, vbi accepto ibidem vulnere exanimem & iam morti proximum se vidit, percontari cœpit an saluus esset clypeus & fusi hostes. Quū autem audiuisset, quod cupiebat, auelli iussit eam (qua erat transfixus) hastam, & ita multo sanguine profuso in lætitia & victoria mortuus est. Cicero lib. 2. de finibus, & Marcellinus lib. 2. 5.

¶ Leonidas rex Lacedæmoniorum se in Thermopylis, trecentosque alios quos eduxerat Sparta, opposuit hostibus, quū propofita esset aut fuga turpis, aut gloriosa mors. Author Cicero lib. 2. de Finibus.

¶ Socrates accusatus ab Anyto, nec patronum quæsiuit ad iudicium capitis, nec iudicibus supplex fuit, adhibuitque liberam contumaciâ a magnitudine animi inductam non a superbâ. Et paucis ante diebus quū facile potuisset educi a custodia, noluit. Quumq; mortiferum

OFFICINA

- ferum in manu poculum iam teneret, ita locutus est, ut non ad mortem trudi, sed in caelum videretur ascendere. Author idem Cicero lib. 1. Quaestionum Tusca. Idem Cicero lib. 1. de Oratore. In iudicio capitis (inquit) pro se ipse dixit, ut non supplex aut reus, sed ut magister aut dominus videretur esse iudicium. Quinetiam quum ei scriptam orationem disertissimus orator Lyfias attulisset, quam si ei videretur edisceret, ut ea pro se in iudicio vteretur, non inuitus legit & commode scriptam esse dixit. Sed inquit, ut si mihi caecos Sicyonios attulisses non vterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent viriles. Sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri, haec illae, quae quia magnanimitatis plena, & non indigna scitu videntur, hic ideo apposui. Vnde Ouid, in Ibin. Sollicitoque bibas veluti deestillimus olim Imperturbato quae bibit ore reus.
- 9 ¶ Quintus Sertorius accepto in bello vulnere deformatus gloriabatur, atque hoc ipsum tribuebat laudi & eterno fortitudinis monumento. Gellius lib. 2.
- 10 ¶ Dum victarum gentium, expugnarum urbium, acceptorum in ditionem regum res miniscebatur Alexander Macedo, plagas & cicatrices ostentabat, ut eximios virtutis suae titulos. Plutarchus de fortuna Alexandri.
- 11 ¶ Mithridates rex Ponti tanta fuit animi magnitudine, ut filijs, praesidijs & vniuerso principatu destitutus, quum nec amplius Romanorum virtuti posset obistere, nihil tamen humile aut abiectum conceperit animo. Quinimmo ad Celtas profectus cogitavit vna cum illis in Italiam irrumperere. Caelius cap. 16. libri. 16.
- 12 ¶ Ea fuit animi fortitudine Scytharum regina Tomyris, ut amisso exercitu & filio, quem Cyrus interfecerat, animam tamen non remiserit, aut desperauerit victoriam. Nam quo tempore lugendus erat filius & exequijs vacandum, incredibili virtute foemina victorem iam gloriosum & nihil sibi non promittentem regno iussit excedere per legatos. Quod mandatum quum nihil fecisset Cyrus, non prius suos hortari, & ad profligandum barbarum desistit animare, quam simulata fuga hostem in medullam regni sui pellexerit, pellectum numerosa militum caterua circumsperferit, circumsperum vicerit, victum interfecerit, interfectum coniecit in virem plenum sanguinis, ut eo se saturaret, quem tantopere sitiuerat. Author Herodotus.
- 13 ¶ Boges Persa Xerxi charissimus quum ab Atheniensibus & Cimone Milciadis filio obsideretur, liceretque ei accepta fide egredi, & in Asiam remeare, tamen abnuuit, ne regi praemetu superfuisset videretur, propterea ad extremum usque perstitit. Atque vbi nihil in moenibus commoatus reliquum fuit, rogam accendit, cui liberis, coniugem, concubinas, familiam iniecit, totumque vrbis aurum & argentum & muris proiecit in Strymonem. Quo facto se ipsum postremum incendio dedit. Idem Herodotus lib. 7.
- 14 ¶ Hegelistratus Elaeus captus a Lacedaemonijs, & in vincula coniectus, rem fecit vniuersae posteritati commendabilem. Nam quum ferratis solcis vincus esset, dimidiu pedem praecubitoribus, Author Herodo. in Caliope.
- 15 ¶ Alcibiades Atheniensis dum vna cum socijs in via lufitaret, accedentem cum quadriga bubulcum monuit, ut plaustrum sifteret tantisperdum absolueretur ludus. Quod quum ille recusasset facere, Alcibiades in terram se ante boues stravit, bubulco monito, ut si velle, suum pinum corpus bouum pedibus & rotis quadrigae conculcarent. Idem quum a ludi literarij magistristro homericum aliquod opus petisset, atque is respondisset non esse sibi, colaphum eisdem infregit, dicentis non oportere bibliothecam literati hominis tantis operibus esse immunem.
- 16 ¶ Cyrus adhuc puerulus rex per iocum inter pastores creatus, eos qui errassent, verberibus leuere castigabat. Propterea accusatus a quodam (quae acerbius depalmauerat) apud Astyagem regem Maedorum, quum ab eodem carperetur, quod in tam tenera aetate, viliusque pannis iam imperium exercebat. Respondit regum interesse, ut delinquentes corripuerent, vnde & ex eotempore Astyagi factus est suspectus.
- ¶ Ariarathes rex Cappadociae a Perdica obsessus quum iam desperaret effugium, ne quid fructus aut trophaeorum accederet inimicis, vrbem incendit, sibi que & suis omnibus conscivit mortem.
- 17 ¶ Leonidas Spartanus ad Thermopylas perfarum expectans congressum, Eutychem militem domum remisit, propter caecitatem, quam is quodam oculorum morbo contraxerat. Discedens Eutyclus poenitentia & rubore cepit affici, quod socijs periculum expectatis bus solus subterfugium videretur inquirere. Propterea seruo duce regressus in praedium vtrumque poterat pugnando interij.

¶ Thelesis argiua mulier argos oppidum Græciæ a Cleomene Spartanorum rege obsesum, vna cum cæteris mulieribus, quum deessent viri, tutata est.

¶ Alia fortitudinis & magnanimitatis exempla iam posui diuersis in locis. Superfunt tamen plurima, quæ omittenda putauimus, quoniam nullus est delectus, vbi de multitudi-  
ne certatur.

¶ De charitate in patriam exempla,



Egnante apud Phrygios Myda quum prope Celenas urbem de hiscēs terra sese aperuisset, erupissetque ex ea voragine vis aquarum plurima propinquas domos crucens, rex oraculo cōsulto quid ea in re faciendum esset, responsum habuit hiatum illum nō prius clausum iri, quam quis intro se demitteret ad pacandam iram nūminum, Quod videns Ancurus Mydæ filius dato patri & vxori osculo in voraginem præceps desiliit. Author Plutarch. in Parall.

¶ Eodem exemplo quū in vrbe Roma hiatus terræ paulatim excrefcēs accidisset, Curtius amore patriæ intro se dimisit. Idem Plutarchus ibidem. Propertius lib. 3. Curtius expletis statuuit monumenta lacunis.

¶ Quum Lacedæmonij ob interfectum contra ius gentium Xerxis legatum pestelaborarent, ad finem mali reperiendum vtile fore dixerunt, si quis ex Lacedæmone facinus indignum sua pensaret morte. Quod audientes Spartius & Bulides læti se obtulerunt, & ad Xerxem profecti cultris deuouerunt iugulos, vt violato iuri satisfacerent. Plutarchus in Apophth. Laconicis, & Herodotus lib. 7.

¶ Monitus in somnis C. Marius cōsul se ex Cimbris victoriam reportaturum, si filiā Calphurinam sacrificasset, arrepto cultro paruit nocturnis phantasmatibus, & filiā immolauit. Author Plutarchus ex testimonio Diosithæi græci.

¶ Cleomenes dux Spartanorum contracto cum Ptolemæo fœdere aduersus Antigonom & Achæos, in pignus fidei perpetuæ matrem eidem Ptolemæo dedit obsidem. Quæ cum rescisset honestissimas pacis conditiones Cleomeni filio offerri ab Achæis, literis eum monuit, ne propter cariosum vetulæ corpus pacem illam renueret, quam intelligeret esse vtilē patriæ.

¶ Quum Cæsar odio Pompeij, patriam vellet opprimere, M. Brutus ipsi Pompeio adhesit, a quo tamen sciebat patrem suum bello Syllano interfectum fuisse Mutinæ. Cōdonauitque priuatas iniurias patriæ.

¶ Nihil Cassium Cheream compulit ad inferendam Caligulæ sanguinario principi mortē præter charitatem patriæ, quam ille multis homicidijs, probrosisque flagitijs cōtaminabat.

¶ P. Rutilium pulsum Roma & exulantem quum nescio quis monuisset ad inferendum patriæ bellum, quo facilius reditum assequeretur, respondit se ciuium salutem pluris facere quam reditum suum, & malle vt exilij sui puderet Romanos, quam propter reditū desereret patriā.

¶ Vlysses apud Calypso, patriam prætulit immortalitati. Author Cicero libro primo de Oratore his verbis. Ac si nos, id quod maxime debet, nostra patriā delectat, cuius rei tāta est vis, ac tanta natura, vt Itharam illam in asperrimis saxulis, tanquam nidulum affixam sapiētissimus vir immortalitati anteponeret, quo amore tandem inflammati esse debemus in eiusmodi patriam, quæ vna in omnibus terris domus est virtutis, Imperij, dignitatis.

¶ Cretinus Magnesium bello Mithridatico aduersus ipsum Mithridatem delegit imperatorem Hermiam, quocum tamen priuatas gerebat inimicitias, professus se interim iturum in exilium, ne quis tumultus ob illam duorum factionem suboriretur. Quod si patriā mallet Cretinum imperatorem, quam Hermiam, orauit vt interim exularet Hermias. Aduersarij modestia permotus Hermias sponte exulauit.

¶ M. Lepidus Pont. Max. & M. Fuluius in censura collegæ priuatas inimicitias ad patriæ utilitatem posuerunt.

¶ P. Seruilius & M. Lucullus priuata quoque odia reliquerunt in administratione Reip.

¶ Tres fuerunt Decij, qui pro salute patriæ sese deuouere. Pater quum Latino bello Romanorum aciem inclinātam pene & iam prostratam videret, se ipsum deuouit, ac protinus cōcitato equo in medium hostium agmen patriæ salutem, sibi mortem petēs irrupit. Filius in quarto cōsulatu Q. Fabij collega aduersus Gallos & Samnites profectus pro patria fortissime pugnans occubuit. Nepos perijt in bello Pyrrhi, quod gessit pro Tarentinis. De his Cicero libro primo Quæst. Tuscul. Si mors inquit timeretur, non cū Latinis pater Decius decertās, cum Etruscis filius, cum Pyrrho nepos hostiū telis occubuissent, Idem in primo

Paradoxo

## OFFICINA

Paradoxo de his & quibusdam alijs sic inquit. Quæ res ad necem Porſenæ Q. Mutiũ im-  
puliſſe, ſine vlla ſpe ſalutis ſuæ? Quæ viſ Horatium Coclitem cõtra omnes hoſtium copias  
tenuit in ponte ſolũ? Quæ viſ Deciũ patrem, Deciumque filium deuouit & immiſit in ar-  
matas hoſtium copias: Lucanus lib. 7. Si Curioſ bis fata darent, reducelque Camilloſ Tẽ  
poribus, Decioſque caput fatale vouentes, Propertius lib. 3. At Decius miſſo prælia rupit  
equo. Ego in quodam Dialogo, Fecit amor patrię Decioſ occumbere bello.

¶ Romanus populus Cannẽſi clade attritus quũ nihil niſi de fuga & patriæ cogitare exiſ-  
ſio, Scipio Africanus adhuc admodum iuuenis ſtriçto gladio mortem vniciuſque minitãſ  
iurare omnes nunquam ſe relicturoſ patriam coegit, Authoreſ Lilius & Valeriuſ.

¶ Quum Athenienſeſ a Doriẽſibus bello premerentur adeo vt reſiſtere non poſſent, diſ-  
ſidentia humani auxiliũ ad Apolliniſ oraculum cõfugerunt, Conſultuſ deus ſuper futuro  
rerum ſtatu & victoriã reſpondit partem illam victricem fore, cuiuſ rex occuberet in ipſo  
bello. Quod reſponſum quum vtrique exercitui innotuiſſet, vtrinque edictum eſt, ne quiſ  
regem hoſtem interficeret. Id vbi cognouit Codruſ Athenienſiũ rex, depoſitiſ inſignibus  
imperij familiarẽ & abiectum cultum induit, & diſſuſiſ hoſtibus ſe obijciens vnũ ex hiſ  
falce percuſſum in eadem ſuam compulit. Quo factõ victoriã ſuiſ reliquit, Horatius li-  
bro tertio Car. Codruſ pro patriã non timiduſ mori. Mantuanuſ. Hæc eadem mittens iniſ-  
mica per agmina Codrum, Cæde ſua docuit patriam ſeruare labantem.

¶ Thraſybuluſ tanta fuit in Athenas charitate, vt parua ſtipendiũ militum manu animum  
adecerit ad eam liberandã a triginta tyrannorum teterrima dominatione. Cui intentum  
operi quum quidã interrogat ſet hoc modo. Quantas tandem Athenæ per te libertas-  
tem conſecutæ gratias debebunt Thraſybule? Reſpondit. Diũ faciant vt quantas ipſe illiſ  
debeo, videar retuliſſe, Valeriuſ Maximuſ.

¶ Themistoçleſ Atheniſ patriã pulſuſ, coactuſ eſt ſe recipere ad Xerxem Perſarũ regẽ,  
quem priuſ debellauerat. A quo mira exceptuſ beniuolentiã & hospitalitate quum poſtea  
ſolicitaretur ad inferendum ingratæ patriæ bellum, mortem ſibi conſciuit epoto ſanguine  
taurino. Idem Valeriuſ.

¶ Quum Carthagenſeſ & Cyrenenſeſ diſceptãtes de finibus agrorum mutuiſ bellorũ  
cladibus ſe attriuiſſent, ad dirimendam armorum cauſã in hoc fœdus coierunt, vt certo  
die vtrinque legati domo proficiſcerentur, & quo in loco obuĩ inter ſe fuiſſent, communis  
vtriuſque populi finis haberetur. Miſſi ſunt igitur ex Carthagenſibus duo fratres no-  
mine Phileni, qui quum ſeu feſtinantiſſima celeritate, ſeu greſſu citra horã conſtitutam  
maturato in longiuſ terminoſ promouiſſent, Cyrenenſiũ iuuenes de fallacia eorũ queſti  
optionẽ fecerũt Carthagenſibus, vt vel illi quo ſineſ populo ſuo peterent, ibi viui obrues-  
rentur, vel cõditionem hanc ſibi relinquerent. Phileni cõditione probata, vitam ſuã Reip.  
condonauere, & viui obruti ſunt. Carthagenſeſ in rei memoriã mortuiſ aras poſuerũt,  
hiſque honoreſ diuinoſ domi conſtituerunt.

¶ Ariſtoteleſ Atheniſ in lectulo iacens non potuit tamen non eſſe ſolicituſ de patriã, Quã  
quum euerſiſſet Alexander, ab eodem literiſ obtinuit, vt inſtauraretur.

¶ Theſeuſ quamuiſ Aegẽ Athenarum regis, aut vt placet Ciceroni & Plutarcho, Neptu-  
ni eſſet filiũ, nõ grauatuſ eſt tamen deuouere ſe Minotaurõ, vt patriã ſeruitute eximes-  
ret. Catulluſ. Ipſe ſuum Theſeuſ pro chariſ corpus Atheniſ Projicere optauit, potiuſquã  
talia Cretã Funera Cecropiæ, nec funera portarentur. Plutarchuſ ait Theſeuũ extra ſor-  
tẽ ſe obtuliſſe, vt ad Minotaurũ mitteretur, quũ tamen moriſ eſſet fortiri qui deuoraretur.

¶ Protogenia & Pandora filia Erechthei Athenarum regis ingruente Bœtio bello, ſe pro  
patrię ſalute vltro iugulandoſ obrulerunt & immolandoſ. Quod factum eſt in pago hya-  
cintho, vnde & virgineſ hyacinthideſ ſunt cognominate. Authoreſ Cicero lib. 1. Tuſcul.  
quæſt. & Cæliuſ cap. 27. libri ſeptimi. Euripideſ tamen apud Plutarchum in Paralleliſ id  
putat factum bellante aduerſuſ Eumolpũ Erechtheo, qui quum ſe futurũ victorię cõ-  
potem accepiſſet ſi filiam immolaſſet, re priuſ communicata cum Praxitheã vxore, illã  
maçtauit.

¶ Quodã tempore quum annonæ caritate Atticã premeret, conſulta oracula cecinerunt  
finem malo non priuſ futurũ, quã aliqua immolaretur puella. Id vbi reſciuit Leoſ Or-  
phei filiũ publico permotuſ bono, filiaſ ſuaſ Phafitheã, Theopen, Eubulen, exhibuit  
immolandoſ.

¶ Macaria quoque Herculiſ filia pro incolumitate publica ſe deuouit.

¶ De Attilio Regulo, Coclite, Fabiũ, Epaminunda & Lyſandro variũ in lociſ, vt reſ po-  
ſtulauit, locuti ſumũ.

¶ Arguiſ

¶ Argivis Thebas obsidentibus Menœceus Thebanus pro patriæ salute se e muris præcipitem dedit, gladio iam perfolsum. Statius libro decimo. Insignemque animam mucrone corusco Dedignantem artus pridem, mœstamque teneri Arripit, atque vno quælitam vulnere rumpit. Sanguine tunc spargit turrets & mœnia lustrat, Seque super medias acies nondum ense remisso lecit, & in læuos cadere est conatus Achivorum. De eo meminit Cicero libro primo quæst. Tusc.

¶ Petronius Granius cetero octavae legionis sub Casare Gallico bello militans, Gorgonig portus tantisper ab hostili protexit impetu, dum socijs ad fugam tempus dederit. Revertentibus demum iisdem ad subsidium, vulneribus deficiens, ite nunc ait incolomes.

¶ Ageilaus filium suum Pausaniam inedia consumpsit quod quinquaginta auri talenta accepisset a Xerxe, ut Spartam proderet.

¶ Eadem ratio impulit Cassium ad inferendam Crasso Bruto filio suo mortem, quod is portas urbis Romæ dicta merce Latinis voluisset aperire. Vtriusque exempli testis est Plutar.

¶ Dion Syracusanus vsque adeo patriæ studiosus habitus est, ut animum semper adiecerit ad eam liberandam a Dionysij tyrannide. Quod tandem fecit virtute, pulso in exilium tyranno.

¶ Demarathus Lacedæmonius patria pulsus, quum Athenis exularet, non potuit tamen suos non monere belli, quod tacite parabant Athenienses.

¶ Aratus Sicyonius patriam liberavit a tyrannide.

¶ Cum Porfena rex heruscorum urbem Romam insperata obsidione cinxisset, repentinique assultu inuasisset, impellentibus iam ligneum pontem hostibus Cocles horatius, & cum eo duo egregij adolescentes Hermenius & Lucretius præoccupato potius aditu hostilem impetum suo corpore tantisper exceperunt dum pons ab ijs rumperetur, qui erant in urbe. Quod ubi factum est Horatius amisso altero oculo in Tybrim desiliit, quem dum pernataret accepto in natibus vulnere, incidit in clauditate, æternum suæ virtutis monumentum. Unde & statuam æream positam habuit in eade Vulcani.

¶ Heliodorus stoicus Licinium Syllanum discipulum suum conuictum coniurationis oppressit, quem tamen amore incredibili prius dilexerat. Iuuenal. Saty. 3. Stoicus occidit. Barream delator amicum Discipulumque senex, ripa nutritus in illa, Ad quam Gorgonei deslapla est penna cabelli.

¶ Tyranni plerique.

Gathocles tyrannus fuit Syracusanus.

¶ Alexander Phærus tyrannidem exercuit in Thessalia, Busyris in Aegypto. Vterque Dionysius Syracusis, Hieronymus in Sicilia. Hipparchus & Pysistratus eius pater Athenis, Pericles Corinthi. Melanides eius filius Ephesi, Polycrates & Syloson fratres in Samo. Procopius constantinopoli. Phalaris agrigenti. Candaules Sardibus. Croton Thebis. Clearchus Heracleæ. Crabrinus Cremonæ. Milo pisæ, de quo Ouid. in Ibin. Vtque Milo, sub quo cruciata est Pisa tyranno, Cæsus in æquoreas præcipiteris aquas. Gelon & Hiero in Sicilia. Aristocles & Erginus in Orcomeno. Cypselus Corinthi. Aristomachus & Aristippus fuerunt argiuorum tyranni. Autho Plutarchus in Arato. Critias tyrannus Atheniensis. Hecatheus Cardianorum. Hippo Messanæ urbis, Machanidas Lacedæmoniorum. Mamerus Catanae urbis Siciliæ. Nicocles Sicyoniorum. Onabis Lacedæmoniorum. Arideus Pamphiliæ. Aristagoras Miletii. Clisthenes Sicyonis. Anaxileus Rheginorum. Inter tyrannos numerantur Tetrici duo, Ecelinus, Hiltieus, Mnafon, Nabis, Aristonicus, Nicocreon, Hecastriatus, Stefanor, Cleander, Sabyllus, Strattes, Aristriatus.

¶ Amici arctissimi & quorundam seruorum in dominos fidelitas.



Vum Orestes & Pylades venissent in regionem Tauricam ad deponeudas furias, quibus Orestes laborabat propter matrem occisam, essentque a rege comprehensi, quod simulachrum Palladis inde auferre voluissent, rex Orestem (quem audiuerat esse authorem furti) damnauit capitis, Quum vero nesciret vter esset Orestes, Pylades eum se esse affirmabat, contendebatque ut pro socio interficeretur. Orestes vero volebat irrogari sibi supplicium, nomē suum accusans & furtum. Cicero in Lelio. Quum ignorante rege inquit, vter esset Orestes, Pylades se Orestem esse diceret, ut pro illo necaretur, Orestes autem ita ut erat, Orestem se esse perseveraret, stantes plaudebant in resecta.

## OFFICINA

Quidius libro quarto de Trist.

Quo postquam dubium est, pius an sceleratus Orestes,

Exactus furis venerat ipse suis,

Et comes exemplum veri Phocæus amoris,

Qui duo corporibus, mentibus vnus erant,

Proinus euincti tristem ducuntur ad aram,

Quæ stabat geminas ante cruenta fores.

Nec tamen hunc sua mors, nec mors sua terruit illum,

Alter ab alterius funere mœstus erat. Idem lib. 2. de ponto. Affuit insano iuuenis Phocæus Orestis. Martialis. Te fingente nefas, Pyladen odisset Orestes. Manilius libro secundus do Astron. Vnus erat Pylades, vnus qui mallet Orestes Ipse mori, lis vna fuit per sæcula mortis. Alter quod raperet fatū, nō cederet alter. Bap. pius. Sic vixere pij Strophio atque Agamennone nati.

¶ Theseus cum Pyrithoo amicitia iureiurādo cōfirmavit. Authore Plutarcho, quæ nūquā diuelli potuit. Propterea finguntur a poetis comitatu indissolubili ad inferos descendisse ad rapiendam Proserpinam. Ouidius. Pyrithoum Theseus Stygiis comitauit ad umbras. Horatius. Nec Lethæa v aler Theseus abrumpere fido Vincula Pyrithoo. Ouidius libro octauo. Et cum Pyrithoo felix concordia Theseus. Martialis libro septimo. Thesea Pyrithoi destituit amor. Statius libro quarto Syl. Cedit tibi gloria fidi Theseos. Idem Theseus tanta benevolentia complexus est Herculem, vt templum sibi ab Atheniensibus consecrata, eidem dedicauerit, & pro Theseis Herculea nuncupauerit. Authore Plutarcho.

¶ Constituerat Achilles nūquam redire ad bellū troianum propter ereptam sibi ab Agamēnone Briseidem. Vbi tamen intellexit Patroclū amicum ab Hectore fuisse peremptū, mutato proposito bellum adiit, nec prius quieuit ex animo quam socij mortem vindicauerit. Vnde mortuo Patroclo, sic apud Homerū loquitur. Nunquam pari dum viam, dolore afficiar. Propertius libro secundo. Theseus infernis, superis testatur Achilles, Hic Ixionis dem, ille Menœciadem. Martialis. Aeacidae propior lenis amicus erat. Statius libro quarto Syl. Et lacerum qui circa mœnia Troiæ Priamidem cæso solatia traxit amico. Sidonius. Sic Phrygium Hæmathia victorem cupis de poscens, Aeacides cæsi luctum frenauit amici. De dolore quem contraxit Achilles ex amici morte luue. Satyra tertia scribit. Dat pœnas noctem patitur lugētis amicum Pelidæ, cubat in faciem, mox deinde supinus. Homerus. Carpitur alta quies, dirum sed luget Achilles Patrocli exitium, nunc huc, nunc vertitur illuc. Et nunquam dulci declinat lumina somno. Patroclum cupit, ac defunctum robur amici. Crudeles fundens lachrymas, haud immemor ille, Quam varios secū casus bellique furores Pertulit, & rapidos scopulosa per æquora fluctus. In latius interdū iacet, interdūque supino Corpore, nunc hæret vultu, tum surgit & alii Anxius ad littus maris errans, omnia versat. Homerus in Iliade sua testatur Achillem ipsum, Patrocli cadauer vlnis suis amplexum fuisse, Cumque illud Myrmidones ad accensam Pyram efferrant capillum sibi detōdisse, Tum extincta pyra cineres collegisse, inditosque aureæ Phialæ in tentoriū detulisse.

¶ Nysus Hyrtaci filius & Euryalus amici fuerunt arctissimi, qui pro Aenea certauerunt in Turnum, quorum alterum Euryalum quum Rutuli interfecissent, Nysus qui periculum cursu euaserat, rediit tamen ad vlciscendam socij mortem. Quod quum fecisset, super mortui corpus se confodit & exanimē proiecit. De his Virgilius libro nono. His amor vnus erat pariterque in bella ruebāt. Idem de Nysō. Tum super exanimē sese proiecit amicum Confossus, placidaque ibi demum morte quieuit.

¶ Castor & Pollux fratres fuerunt filij Lædæ hic ex Ioue, ille ex Tyndaro. Propterea poetæ fabulātur Castorem fuisse mortalem, quem immortalis Pollux suo interitu fraterna redemerit pietate. Quod ideo fingitur, quia eorum stelle sic se habent, vt vna occidente, oritur altera. Seruio teste. Virgilius libro sexto Aeneidos. Si fratrem Pollux alterna morte redemit, Itaque reditque viam totiens. Politianus. Nec tanta Oebalios tenuit concordia fratres. Nec tanto atridas fœdere iunxit amor. Bap. Pius. Vt non Pollucem tam bene Castor amet.

¶ Damon & Pythias Pythagoræi condiscipuli arctissima inter se amicitia coacterūt. Nam quum alterum eorum Dionysius Syracusanus interficere veller suspitione proditiōis, alter se mortis vadem præstare non dubitauit, tantisper dum is qui rapiendus erat ad supplicium, reuenteretur a componendis rebus domesticis. Quum autem ad esset hora mortis destinata, & iam obfes proximus esset supplicio, vnusquisque stultitiæ tam t. merariū spōforem damnabat. Atis nihil se de fide amici dubitare prædicabat. Eodem autem momento quo

quo supplicium tyrannus indixerat, qui discesserat, superuenit, obsidem liberaturus; De his Cicero in officijs. Damonē inquit, & Pythiam Pythagoricos ferūt hoc animo inter se fuisse, vt quū eorum alteri Dionysius tyrannus diē necis destinasset, & is qui morti ad dictus esset, paucos sibi dies comēdandorum suorum causa postulasset, vas factus est alter eius listēdi, vt si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. Qui quū ad diem se recepisset, admiratus eorū fidem tyrannus, petiuit vt se tertium ad amicitiam ascriberent. Manilius, Et duo qui potuere sequi vix noxia poenis. Optauitque reum sponfor non posse reuerti. Sponforemque reus timuit ne solueret ipsum.

¶ Achates perpetuus Aeneas comes & socius fingitur a Virgilio, sic vt alter altero semper comitatus abeat. Stroza pater. Nec minus hunc colui, quam dux troianus Achatem. Quā rector Graiae Nestora militiæ. Nam & maxima fuisse fertur amicitia inter Nestorem & Agamennonem.

¶ Inter paria amicorum numerātur etiam Hercules & Theseus, Nam hic illius virtutem & facta semper imitatus est, & hunc in inferis captiuum redimere conatus est ille. Ambo in Amazones armati sunt, in Scythiam Phrygiamque vna profecti, eisdem armis instructi, eodem telorum genere muniti, similibus studijs paribusque exercitationibus vsi, ex geminis fratribus geniti Hercules ex Ioue, Theseus ex Neptuno secundum Plutarchum.

¶ Fuit & mutus amor inter Herculem & Nestorem, Nam Hercules messenem dedit Nestori, & Nestor primum instituit iuramentum per Herculem.

¶ Staius Dimanta & Hoppleum amicitia insignes fuisse memorat. Syllius Marium & Casprum libro nono dicens. Sacro iuuenes præneste creati, Miscuerant studia, & iuncta tellure serebant. Velle ac nolle ambobus idem, sociataque toto Mens æuo, ac paruis diues concordia rebus, Occubere simul, votisque ex omnibus vnum Id fortuna dedit iunctam inter prælia mortem.

¶ Laudatur etiam amicitia Herculis & Philoctetæ, Iasonis & Mopsi, Diomedis & Vlyssis, Agamennonis & Menelai atridarum.

¶ Alexander tanta fide coluit Ephestionem, vt eo mortuo propugnacula vrbiū diripi, equos mulosque tonderi, plerisque gregarios homines interfici ad mœroris argumētum iusserit, idque vocauerit Ephestionis inferias. In eius quoque exequijs decem millia talentum profudit. Authores Plutarchus & Arrianus. Huic alludit historiæ Claudianus de Laudibus Stilico, dicens. Nec vanam corpus meditaris in vnum Sæuitiam, turmas equitum, peditūque carteruas, hostilesque globos tumulo prosternis amici, Inferijs gens tota datur.

¶ Quum senatus Ro. Caium & Tiberiū Gracchos ob grauissimas seditiones quas in populo concitauerant, hostes patriæ iudicasset iussissetque compræhendi & interfici cum omnibus eorum affectis, Blossius qui Tiberium secutus fuerat, in senatum venit culpam deprecaturus apud Lælium, quod tanti Gracchum fecisset, vt quicquid ille vellet, sibi faciendum esse putaret. Cui Lælius. Dic inquit. Si Gracchus te in Capitolium faces ferre voluisset, nunquid fecisses? Tum ille, Nunquam id quidem voluisset Gracchus, sed si voluisset, paruissim. Quæ vox quanta vim amicitia promittat, vnicuique relinquatur coniectandum.

¶ Pomponius & Lectorius tanta fide C. Graccho adhaerunt, vt ad eius salutem morti sese obtulerint. Nam quum L. Opimius Gracchum ipsum fugientem cum armata manu velut hostem patriæ insectaretur. Pomponius & Lectorius persequentium furori sese obtulerūt, vt ille salutem fuga sibi quaereret. Nec prius cesserunt impetui, quam telis & vulneribus vndique perfolli expirarent.

¶ Seruiliū Cepionem in vincula coniectum L. Reginus vi amoris impulsus custodia liberauit, & fugæ illi se comitem dedit.

¶ Volumnius tam effusus charitatis habenis M. Lucillum complexus est, vt quum Antonius Lucillum interfecisset, quod adhaesisset Cassio & Bruto Caesaris interfectoibus, volumnius amico mortuo noluerit superesse, quum tamen facile posset euadere.

¶ Cælius a Cinna & Mario Placentie obessus, ne in eorum potestatem veniret, Petronium amicum suum orauit, vt inferret sibi mortem. Petronius quum ab ea sententiā amicum nō posset auertere, interfecit, seque illi comitem dedit.

¶ Non minora beniuolentiæ indicia præstitit Terentius Decio Bruto. Nam quum Antonius spiculatores misisset, qui Brutum interficerent, Seruius Terentius vt eum a morte liberaret, seipsum interfectoibus obtulit, nomen Bruti mentitus. Re tamen cognita Terentium dimiserunt incolumen tracto ad supplicium Bruto.

¶ C. Lælius & Africanus Scipio inter raras amicitias numerati sunt.

- ¶ Metrodorus Lampascenus annis. 17. nunquam discessit ab Epicuro.**  
**¶ Pöponius Atticus tāta beniuolētia iūctus fuit Ciceroni, vt Ciceronis Atticus diceretur.**  
**¶ Phydias statuarius Agorantum parium discipulum suum, adeo dilexit, vt nomen eius suis operibus inscripserit plarumque.**  
**¶ Nicomedes rex Bithyniæ tam propenso fuit in Romanos animo, vt raso capite pileum sumperit, & se Romanorum libertum vocauerit.**  
**¶ Iulius Cæsar Syllæ factionis inimicus adeo fauit Mario, vt deiecta eius trophæa restituerit, statuasque noctu erexerit in Capitolio.**  
**¶ Galetes puer vsque adeo amatus est a Ptolemæo, vt quum videret reos ad suppliciū trahi, salutem eis & impunitatem exorauerit a rege.**  
**¶ Hispides Menedemo socio a Spitamene inimicis occidendum se præbuit, quum tamen liberum esset, periculum declinare. Author Curtius.**  
**¶ Timagoras Meletem Atheniensem vsque adeo dilexit, vt eo iubente se præcipitauerit. Cælius cap. 2. §. libri noni.**  
**¶ Cyziceni adeo fideles Romanis extitere, vt in bello Mithridatico diutissime obsessi, neque fame, neque tormentis vllis ad deditonem cogi potuerint. Authore Plutarcho.**  
**¶ Amelius cū Plotino philosopho annos supra viginti summa familiaritate vixit. Cælius cap. 7. libri. 16.** **¶ Darius vsque adeo amauit Megabyzum persam, vt diducto malo punico optauerit sibi tot Megabyzos, quot illic essent acinorum. Testis Herodotus lib. 4.**  
**¶ Clam docuimus quanta in Xerxem regem Persarum beniuolentia fuerit Boges, quoque modo eius causa se suaque omnia morti & flammis deuouerit.**  
**¶ Licinius Surra tanta familiaritate & beniuolētia coniunctus fuit Traiano, vt imperator ipse post delationem domum eius venerit, pransusque cum illo eius medico oculos tētādos exhibuerit, tōloricq; operam dederit. Mox ad amicos cōuersus, Ecquid accusare Surra ampli⁹ potestis inquit? Eidē mortuo sepulchrū fieri, & statuā poni iussit. Aeli⁹ Spartian⁹.**  
**¶ Memorabilis est amicitia duorum hominum, quos Saxo grammaticus Asmundum & Asuitum vocat, quorum quum Asuitus morbo cōsumptus esset, alter Asmundus ob amicitie iusiurandum viuus cum eo tumulari voluit.**  
**¶ Vrbinum in agro Reatino delitescētem quū milites ad mortem inquirerent, seruus eius domini ornamenti indutus in eiusdem cubile se reclinauit, vt irruentes hostes Vrbinum esse suspicarentur & ita primo impetu iugularent. In cuius rei monumentū Vrbinus mortuo erexit statuam, cum titulo & inscriptione, quæ tam memorabilem testaretur fidelitatē. Macrobius lib. 1. & Pontanus de fortit. domestica.**  
**¶ Aesopus libertus Demosthenis patronum suum adeo dilexit, vt nullo tormenti genere potuerit cogi ad reuelandum adulterium domini. Author Macrobius.**  
**¶ Antium Restionem proscriptum & noctu fugientem seruus eiusdem secutus est, abditumque ministerio suo aluit: Quum deinde perlequētes adesse sensisset, senem (quē casus primum obtulit) iugulauit, & in constructam pyram coniecit. Eadem accensa eis occurrit, qui Restionem inquirebant, dicens damnatum sibi pœnas luisset, multoque acrius a se vexatum quam ipse vexabat. Quo factum est vt Restio liberatus effugeret. Valerius, & Macrobius testes.**  
**¶ Cepionē morti adiudicatū quod insidias parasset Augusto, seruus ad Tiberim in Cista detulit, peruectūque hostiam in agrum Laurentē ad villam patris nocturno itinere perduxit. Cuius deinde nauigationis naufragio vna expulsum dominum Neapoli dissimulans ter occuluit, exceptusque a Centurione nec precio nec minis potuit adduci, vt dominum proderet. Macrobius.**  
**¶ Cluentium Pelignum Italicensem compræhensum ab inimicis seruus occidit, ne traderetur Pompeio hosti, ac se, ne domino superstes fieret, interemit.**  
**¶ C. Gracchum ex Auentino fugientem Euporus seruus qua potuit ratione tutatus est. Super occisum deinde, animam scissis proprio vulnere visceribus effudit. Valerius & Macrobius.**  
**¶ Seleuci seruus quum seruiret amico eius, a quo dominus fuerat interemptus, cœnātem in vltionem domini confodit.**  
**¶ Mycithus seruus Anaxilai messeni⁹ acceptum a domino regnum eiusdem liberis vbi adoleuerūt, restituit, sumptocq; exili viatico cum summa trāquillitate consenuit Olympiē.**  
**¶ Neæra & Charmione ancillæ fuerunt Cleopatrz regine, quæ spontaneam domine mortem imitatz sunt, ac femiuuæ reperte, dominae iam mortuæ coronam capite delapsam respondent. Plutarchus & Erasmus in Chiliadibus.**



¶ Solebant Spartiatē & messeniū virgines ad sese mutuo mittere, ad conuouendas semper amicitias.

¶ Quādam amicorum paria numerantur a Politiano his verbis, Vt tibi collatus iuuenis Phœceus Orestē Oderit, & spernat Thesea Pirithous. Sicanium Pyladem credatus fallere Damon, Vix quod bonum frenis, Castora frater amet.

¶ Fuit inter Pelopidam & Epaminundam Thebanorū principes tam firma & stabilis beneuolētia, vt ab ineſtate ætate coaluerit semper, & cum annis creuerit. Erant ambo æque ad quāuis virtutē nati nisi q̄ luctari magis Pelopidas delectabatur, Epaminūdas vero discere & insuſcere disciplinis. Illud quoque nō parua admiratione dignū præstiterūt, q̄ inter tot cōmunia certamina, cōmunesq; magistratus ac præfecturas, fidē & amicitia ab initio inuio latam & incorruptā seruauerint, q̄ tamē facere nequiuērūt cū scribis Romulus & Etheocles, Pōpeius cū focero, Apud gr̄cos Aristides cū Themistocle, cū Cymone Pericles, Nicias cū Alcibiade. In omnibus principatibus pacifici collegæ fuerunt, alter alterius dignitate vt priuata latabatur. Cum autē ambo in Lacedæmonios hostes cū clypeis iruissent, & Pelopidas acceptis septem a frōte vulneribus in eo cōſictu perijisset, Epaminūdas licet certo cognosceret actū esse de amici vita, solus tamen in omnes facto impetu se cōiecit, vt saltē mortuū vlcisceretur, cuius vitæ subuenire nō poterat. ¶ Rex Attalus tanta fide coluit populū Romanū, vt moriēs eū sibi heredem constituerit, Claudianus in Eutropium, Attalus heredem voluit te Roma relinqui.

#### ¶ Amor coniugalis.



Rpheus vt fabulantur poetæ, descēdit ad inferos nō alia causa q̄ ad repetēdā Eurydicē vxorē, q̄ pri⁹ multis lachrymis deflauerat, Virg. lib. 4. Georg. Ipse caua solās ægrū testudine amorē, Te dulcis cōiūx te solo in litore secū, Te veniente die, te decedēte canebat. ¶ Alcestis maritū suū Admetū regē Thessalię tanto amore dilexit, vt quū Admetus ipse morbo laboraret, cōsultaq; oraculā respōdissent futurū eū incolumem, si quis amicorū pro eo mori vellet, sola vxor recusantibus pietatē illā cæteris amicis, pro viri salute, morti se deuouerit. Propterea poetę fabulati sunt reuuisicē di munus ei a dñs cōcessum. Admetus vero beneficij memor, perpetuas defunctæ natiuitas instituit. Iuuenalis Satyra. 6. Spectāt subeūtē fata mariti Alcestim, Hieronymus. Alcestē fabulæ ferunt pro Admeto spōte defunctam. Statius lib. 3. Syl. Ergo Thessalici cōiūx p̄sare mariti Funus, & immitē potuit Phryga vincere supplex Thracius, Ouid. lib. 3. de arte Fata Phereciadæ cōiūx Pagasa redemit, Proq; viri est vxor funere lata sui. Martialis lib. 4. Nec minus Alcestim fama sub astra ferat. Stroza filius. Nec quæ Admetū cœlestibus auris, Morte sua incolumē Stygijs seruauit ab vmbrijs. Bap. Pius. Hic vbi cœlesti diuorū cincta caterua est Alceste, admeri vita Phereciadæ. Claudianus. Dignius haud vates alios exereuit vnū fœmineq; virtutis opus, quod sponte marito, Casta maritali succellit thessala fato, Tuque suos migrare virum non abnuuit annos.

¶ Tantus fuit Penelopes in Vlyssēm amor, vt eo absente per annos viginti castitatē seruauerit impollutam, nullisque procorū blandimētis succubuerit. Propertius lib. 2. Felix admeti cōiūx, & lectus Vlyssis. Stroza pater. Adde fidē, quam nec cōiūx Ithacēia vincat.

¶ Capanei apud Thebas mortui dum celebrarētur exequiæ, vxor Euaadne in rogum mariti se cōiecit. Stroza pater. Non magis infelix Thysbe dilexit amantē, Nec magis Euaadne commoritura virum. Ouid. lib. 3. de arte. Accipe me capaneu, cineres miscebimus inquit, Iphias, in medios desiluitque rogos. Martialis. Arserit Euaadne flāmis iniecta mariti. Claudianus. Et prona ruēs Capaneia coniux, Communes ardentem viro mixtura famillas.

¶ Quum Belides omnes facta ceniuratione maritos interfecissent, sola Hypermetra pes percit marito lino seu lynceo.

¶ Proteus filius sub cuius imperio fuerunt Antrō, Phylaca & Larissa vrbes Thessaliæ, prius Græcorum interfecit apud Troiam a Dardano quodā. Quod quum resciuisset Laodomia, in solatiū moeroris optauit, vt mortui vmbra videret. Quod quū impetrasset, in illius amplexibus expirauit. Propertius. Illic Phylacides iucundę cōiugis Heros Nō potuit cæcis immemor esse locis. Sed cupidus fallis attingere gaudia palmis, Thessalis anti quam venerat vmbra domum. Et Pontanus lib. 1. amorum. Illius absentem reuinebat Troia maritū, Troia cinis misero Proteus tibi. Interea vultus illi referebat amatos, Cærea for mati dulcis imago viri. Huic & blanditias, huic & dilecta ferebat Oſcula, cognati hac pars erat equa tori. Hæc etiā noctes thalamo cōplexa fouebat, Tā⁹ i absēti cōiuge seuis amor.

Sicque duo viduo permansit fida cubili, Hinc etiam cineres ingenitura viri. Idem lib. 1. de amore cōiug. Dū vir abest, neglecta sinus, incōpta capillū, Mœsta fedet vidua Laodomia domo. Sepe illam hæmonie blandis adiere puellæ. Alloquīs, cultus indue dia tuos. Neglectas dispone comas. Quid lucida fronti Gemma, quid a digitis annulus omnis abest. Non cultus caput illa suos, Non lucida fronti Gemma micat digitis annulus omnis abest.

¶ Portia Catonis filia quā audisset maritū Brutū apud Philippos interfectum, hausit carceribus se suffocauit. Pamphilus, Vixisset Brutū apud Philippos interfectum, hausit carceribus se suffocauit.

¶ Hippias thea Mithridati matito in omni bellorum discrimine fuit adiutrix, cūque armata in expeditionibus secuta est, raris etiam capillis, quo commodius vteretur galea. Stroza pater. Nec Mithridataeas quæ comitata vias.

¶ Pericles Aspasiā vxorē adeo dilexit, vt nunq̄ egrederetur domo, quin eam dissuauia retur, Vnde veteres comœdiographi Deianoram & Iunonem eam vocabant.

¶ Vxorē adeo dilexit Pericles Corinthius, vt etiam mortuæ se commiscuerit.

¶ M. Plautius in Asiam cum, 60. nauibus proficiscens, quū Tarentum venisset, Orestilla vxorē (quam secum duxerat) ibidem morbo absumptam amisit. Cuius dum celebraretur exequiæ, impatiens Mœroris Plautius pugione se confodit. Valerius.

¶ Antimachus poeta Græcus Lisidicē vxorē adeo dilexit, vt eius mortem lamētābili defleuerit Elegia, qua omnes Heroum calamitates enumerabat.

¶ Antonium quum superasset Augustus, Cleopatra animi dolore mortem sibi consciiuit.

¶ Saxo grāmaticus ait Gunnildam fuisse mulierē, quæ quū videret exequias Asmūdi mariti sui, spiritū ferro sibi surripuerit. Publius Rubrius Celer vixit cum Caia Ennia vxore sua annos. 43. mēses. 8. sine vlla querela. Ponta. de Obedientia. Albutius vixit in cōiugio eū Terētiana Valentiana annos. 25. sine vllō iurgio, idem ibidem. Antonius pius vxorē Faustina tāta dilexit fide, vt mortuæ diuinos honores instituerit & statuas erexit.

¶ Idas ausus est in Apollinem certare, propter creptam sibi Marpillam vxorē.

¶ Aemilius adolescēs se ipsum interfecit, q̄ delitescētē in vepribus vxorē pro fera interfecisset. Author Plutarchus. Idē quoque fecit Cyanippus Thessalus propter vxorē a canibus dilaniatā. Author idē.

¶ M. Lepidus Apuleiæ vxoris charitate, post repudiū obiit. Lulia Cæsaris filia & vxor Pōpeiū quū vidisset vestē mariti sui cruētā & infectā sanguine quorundam, qui iuxta Pōpeiū ipsum mutuis vulneribus se læserant, subito pauore cōsternata & exanimis collapsa est, ex eaque turbatione partū edidit immaturum. Author Plutarchus.

¶ Artemisia Mausolo marito superstes in perpetuo luctu & mœrore vixit, quo etiā cōfecta cōtabuit. Amoris eius fidē facit sepulchrū illud memorabile, quod erexit mortuo; Gellius cap. 18. lib. 10. Sūt qui velint eam cineres cadaueris vino mixto hausisse, quorū opinio ridet Architrenio.

¶ Darius existimans vxorē suā ab Alexandro victore fuisse interfectā, eiulatibus impletuit castra, atque in hæc verba prorupit. Quod ego tantū nefas cōmisi Alexandri? Quē tuorū propinquorū necaui, vt hanc vicē læuitiæ meæ reddas? Odisti me nō quidē prouocatus, Sed finge iustū intulisse te bellū. Cum sceminis ergo agere debueras? Verba sunt Quinti Curtij. Quibus verbis consicere est quātus fuerit Darij amor in vxorē. ¶ Panthea vxor Abradate viri Persæ quū audiuisset maritū in bello perisse, arrepto pugione seipsam interfecit. Author Celsius. ¶ Deucaliō apud Ouidium docet se spōtaneā mortē fuisse oppetiturū, si Pyrrha vxor diluuiū perisset. hæc eius verba Namque ego (crede mihi) si te quoquē pōtus haberet, Te sequerer coniux, & me quoque pōtus haberet. Aristoteles Nicomachi filius mortuæ vxorē rē sacram fecisse dicitur, eo ritu quo Atheniēs deę Cereri faciebant, Author Theoderitus Cyrensis.

¶ De amore Arię in Pætum maritū iam dictum est in capite de his qui se occiderunt.

¶ De Mutuo fratrum & fororum amore.



¶ Oroses Phaetontis quæ Heliades & Phaetontides appellantur, fratrem cœlo deturbatum tantis lachrymis deplorauerūt, vt deorum commiseratione in arbores commutate sint. Virgilius in Cūlice. At quibus insigni curru proiectus equorū Ambustos Phaetō luctu mutauerat artus. Heliades teneris amplexæ brachia trūz eis Candida fundebant lentis velamina ramis.

¶ Anna apud Virgilium conqueritur quod sorori suæ Didoni comes non fuerit in morte, ad simile genus mortis sibi consciscendum. Hæc autem Annæ verba ad Didonē ex quarto Aeneidos. Comitem ne sororem Spreuisti moriēs? Eadem me ad fata vocasses. Idem ambas ferro dolor, atque eadem hora tulisset.

Antigone

¶ Antigone Oedipi filia fratrem suū Etheocle in bello peremptū sepeliuit inuito Creonte tyrāno. Ouid. lib. 3. Trist. Fratrem Thebana perēptū Supposuit tunulo rege vetate foror.  
 ¶ Dagobertus Francorum rex consortem regni fratrem Aripertum constituit donata ei Aquitania. Ramyrus Veremundi filius Hispania rex consortem regni assumpsit Gasiam fratrem adhuc impuberem. Volaterranus. ¶ P. Rutilius leui morbo impeditus nūciata fratris repulsa in petitione consulatus ilico expirauit. Authore Plynio, & Cicerone lib. 4. quest. Tusc. ¶ Cleomenes Lacedæmonius fratrem Euclidam secum regnare permisit. Authore Plutarcho. ¶ Contra vero mutuo conflagraruunt odio Romulus & Remus, Etheocles & Polynices, Atreus & Thyestes, Aeta & Perfes. ¶ Hyam a leone deuoratu sorores Hyades lamentatione miserabili profecute sunt. adeo vt mœrore vitā finiuerint. Deorum demum cōmiseratione relate sunt in stellas. Pontanus. Mox Hyadū chorus Eois emerget ab vndis, Fratrīs Hyæ quas perpetuus dolor indidit astris.  
 ¶ Fuit maximus amor inter Castorem & Pollucem, vt iam diximus, Stroza pater, Talis Amyclæos non iunxit gratia fratres, Alterna quorū vita redempta nece est. Claudianus. Nec charior olim Mutua Lædæos deuinxit cura lacones. Idem. Quod si notus amor prouexit in astra lacones. ¶ M. Fabius tanto beneuolentiæ studio fratrem profecutus dicitur, vt quum ipsi deuictis venientibus fenatus populique romani cōsensu triumphus diceretur, q̄ in eo prelio Q. Fabius eius frater cecidisset, habitu triūphali vrbem ingredi nō sustinuit, quæ animi moderatio tantam ei ex spreto triumpho, gloriæ amplitudinem attulit, quātam nullus vnquam currus, nulla laurea afferre potuisset. Liuius lib. secundo. ¶ M. Marcellus quem Romani quinquies cōsulem designarunt, fratrem Otacium in Sicilia ab imminente mortis periculo sustraxit, his interfectis qui acri in eum ferebantur impetu, Author Plutarchus.

¶ Amor & indulgentia parentum in liberos.



Ntiachus Sother rex Syriæ Stratonice nouercā cuius amore prueribat, indulgentia patris Seleuci Nicanoris obtinuit. Plutarchus in Demetrio. ¶ Hippo & Miletia filia fuerūt cuiusdam Scedasi inter Bœotios ditissimi, quas quum impudici adolescentes Spartani per vim constuprassent, ac demum occultadi sceleris causa in puteum demersissent, pater impatiens mœroris ad earum tumulos seipsum confecit. Plutarchus in Pelopida, & in narrationibus amatorijs. ¶ Gordianus senior audita filij morte seipsum suffocauit laqueo. ¶ Orodes rex Parthorū vbi rescituit Pacorū filiū in bello contra Ventidium perisse, animi dolore versus est in rabiem. Volaterranus. ¶ Niobe filios suos ab Apolline interfectos tantis defleuit lachrymis, vt in scopulum dirisgerit. Propert. lib. 2. Nec tantū Niobe bis sex ad busta superba Sollicito lachrymans defluit a Sipylo. ¶ Hecuba Polymestori regi Thraciæ genero suo oculos eruit. q̄ Polydorū eius filium interfecisset. Valerius Bestius simili modo exæcatus est a L. Imbrico scero suo, q̄ eius filium Ruscū interfecisset, Aristides apud Plutarchū. Anius Tuscorū rex filiam habuit Saliam nomine, quam quū rapuisset Carheus adolescens, iratus pater in flumini Anienē inde cognominatū sese proiecit. Author Plutarchus. Artaxerxes Darium filium adhuc viuēs regē cōstituit, cōtra morē Perfarū. Iustinus. Pythius Bithynius animi dolore, quem cōceperat ex morte filij a Xerxe interfecti relicto vxori regno in mortui monumentū se cōiecit, atq̄ inibi q̄ supererat vite, flebiliter cōpleuit. Plutarch. de claris mulieribus. Nauiganti in Cretam Theseo quū Aegeus pater iussisset, vt si cōfecto Minoturo reuertetur incolumis, albis vteretur velis, ac Theseus verborū patris immemor, reuertēs nigrū retēdidisset lintheū, pater eo procul viso in mare se cōiecit, q̄ putaret actum esse de filio. Plutarchus. Fabulā hęc seu si maui, historiā fusissime describit Catullus. Author Aetnæ. Excidit hic reduci quōdam tibi perfide Theseu Candida sollicito pramittere vela parētī, Calētius. Ast vbi nigra dari prospexit linthea vēto Rex pater, in fluctus hoc caput inquit, eat. Precipitemq̄ senex specula se fecit ab alta, Quæ venus esse deum fluctibus alma dedit. Nihil magis curabat Aeneas q̄ Ascaniū suū. Vnde Virg. lib. 1. Aeneidis. Omnis in Ascanio chari stat cura parētis. Cōfectus senio Priamus vbi vidit filium suum Polyten a Pyrrho Achillis filio interfectum, non potuit ire aut voci parere, quin homicidam insectaretur conuicijs, licet in eadem esset alea, vt docet Virg. lib. 2. Aeneid.  
 ¶ Auictoria Sinonis filia & vxor Laertæ quū falso nuncio intellexisset Vlysssem filiū apud Troiam in bello decubuisse, impatientia mœroris vitam proiecit.

¶ Tam diximus Nioben in scopulū diriguissē propter liberos suos ab apolline interfectos. Idem quoque dolor impulit Amphionem Niobes maritū mortem sibi cōfiscere. Ouid. in Ibin. Addidit vt fidicen miseris sua funera natis. Sic tibi sint vitę tēdia iusta tuę.

¶ Euenus Martis & Sterope filius quum stupratorem filię Marpissę Apharetum nomine comprehendere non posset ad supplicium, coniecit se in Lycormam fluiuium animi dolore. Author Plutarchus.

¶ Tomyris Scytharum regina filium suum Sargapisem adeo dilexit, vt non prius sibi confiterit, quam mortem eius vltā sit seuerissime. Comprehensum enim interfectorem Cyrū cruci affixit, teste Diodoro, & ablatum mortui caput demersit in vtrem sanguinis.

¶ Mycerinus rex Aegypti filiam quam habebat vnicam, adeo dilexit, vt mortuę cadauer includeret aureo bouis simulachro, quod in templis proxime deos posuit, floribusque ornavit quotidie admota noctu perpetua lucerna. Author Herodotus.

¶ Attedius melior duos habuit liberos Blesum & Glauciam nomine, quos adeo dilexit, vt diem Blesi mortui natalem singulis annis celebraret. Martialis lib. 8. Præstas hoc Melior sciente fama. Qui solennibus anxius sepulti Nomen non finis interire Blesi. Et de munifica profusus arca Ad natalicium diem colendū Scribarū memori piæque turbæ Quod donas, facis ipse Blesianum.

¶ Mater Antistia quum vidisset filiam a Cn. Pompeio repudiatam superinducta Aemylia, mortem sibi conscivit.

¶ Blauus quum audisset filium a Triumuiris interfectum, ab iisdem impetrauit, vt interficeretur, & filio mitteretur comes.

¶ Pericles in morte vxoris multorumque amicorū quos incredibili benevolentia semper dilexerat, quorumque opera & consilijs in administranda Atheniensium Reipub. fuerat vsus, infractum semper & inuictū a dolore seruauit animum, adeo vt nec vnquam flere, aut funus ducere, aut ad sepulturam alicuius necessarij accedere visus sit. Vbi tamen Paralum filium morte correptum amisit, solitam grauitatem & constantiam retinere nō potuit. Nam quū mortui exequijs interesset, aspectu ipso, doloris magnitudine superatus est, flebilis que edidit vocem & vim lachrymarū emisit quod in tota vita nunquam fecerat. Author Plutarchus in eius vita.

¶ Amor liberorum in parentes.

¶ Rtaxerxes rex Persarum patris sui interfectorem dedit morti, mutata de industria cum eolorica.

¶ Aclarum patrem Erigones quū agrestes Attici interfecissent, filia doloris impatiens laqueum implicuit collo. Ouid. in Ibin. Quodque dolore necis patriæ pia filia fecit, Vincula per laquei fac quoque guttur erat.

¶ Aty filius Cræsi quum esset natura mutus, vbi tamen vidit hostis Iem gladiū imminentem paterno iugulo, solutis dentū claustris prorupit in verba, quibus docuit affectū animi sui. Author Gellius. Amphinomus & Anapius Siculi fratres, quum Aetnæ incendio Catana vrbs & omnia prope Sicilia loca deflagraret, parētes humeris superpositos periculo subduxerūt. Syllius. Tum Catane nimium ardenti vicina Typhoeo, Et glomerasse pios quondam celeberrima fratres. Author Aetnæ. Amphinomus fraterque parī sub munere fortes, Quū iam vicinis streperēt incēdia tectis, Accipiūt pigrumque patrē, matremque senisē. Illis diuitiē solæ materque paterque. Erubescere pios iuuenes attingere flāmā. Et quacūque ferūt illi vestigia, cedūt. Et circa geminos ausus sibi tēperat ignis. Incolumes abeūt tādē, & sua numina secū Salua ferūt. Claudianus. Cōplexi manibus fultos ceruice parētes Attollūt vultus, accelerātque gradus. Idē. Cur nō Amphinomo, cur non tibi fortis Onapi, Aeternum Siculus templa dicit honos.

¶ Simili exēplo laudatur pietas Aenæ, quæ flāmā vnuerfam Troiam populatibus inualido patri humeros subincurauerit relicis, que diuitijs vnicū pignus redemerit ab incēdio. Idē Claudianus. Quod si notus amor prouexit in astra lacones, Aenā Phrygio raptus ab igne pater. Dido apud Virg. lib. 4. Quæ subiisse humeris cōfectū etate parētē. Stati<sup>9</sup> lib. 3. Sylvarū. Felix cui magna patrē ceruice vchēti Sacra Mycenæ patuit reuerentiā flāmā.

¶ Scipio adhuc puer patrē pœnis hostibus circūseptū liberauit, apud Ticinū seu Trebiā. Authore Luiuio. Statius lib. 3. Syl. Quique tener seuis genitorem Scipio pœnis Abstulit.

¶ Lausus Mezētij Tyrreni filius patrē in bello aduersus Aenā seruauit, eoque liberato ipse ab Aenæ interfectus est. Idē Statius. Et Lydi pietas temeraria Lausi. ¶ Oppium a triuuiris proscriptum (dum ad supplicium quæreretur) filius humeris extulit, & incolūm peruexit in Siciliam.

¶ Antigonus

¶ Antigonus quum ingenti prælio superasset hostem, præmiũ belli transfudit ad patrem & imperium illi tradidit Cypri.

¶ Antigona patri suo Oedipo ex oculato ducem se præbuit.

¶ Rosimunda filia Cunimundi Gepidarum regis maritum suum Alboinum regem Longobardorum veneno suffocauit, quod is Cunimundum bello victum interfecisset, & ex interfecti ceruice fecisset sibi poculum, Paulus Diaconus.

¶ Leo iunior quum annum vnicum præfuisset imperio, Zenoni patri manibus suis diadema imposuit, ipsumque deinceps imperare iussit, Egnatius.

¶ Alphonfus patrem suum Ferdinandum decem ac septem aureorum millibus funerauit magno pietatis argumento, Pontanus de magnificentia.

¶ Cleobis & Biton fratres Argiam sacerdotem matrem suam currui insidentem equorũ penuria ab oppido traxerunt ad fanum, seque iugo alligarunt, quod ius esset sacerdotem ipsam ad sacrificium currũ vehi, Author Cicero libro primo Quæst. Tusculana. Claudianus. Si vetus Argolicos illustrat gloria fratres, Qui sua materno colla dedere iugo.

¶ Quanta pietate & reuerentia Volumniam matrem obseruarit Martius Coriolanus, plenum facit sequens historia, quam ex Plutarcho & Valerio Max. desumpsimus. Is enim Martius Romanus ciuis & bellator egregius, cum post ingentes victorias, & multa in Rempu. beneficia populari factione fuisset expulsum Romam, ira & dolore ingræte patriæ cõcitatũ, ad Volscos (qui tum Romanorum odio desflagrabat) transiit. A quibus dux & Imperator belli constitutus, vt de ingrata patriâ supplicium fumeret, copias in urbem mouit. Cum autem muris esset proximus & iam fere Romam ipsam obsidione premeret, Ingens Illico timor omnium inuasit animos. Quid in tanto discrimine agendum esset. Multorum tandem cõsilijs placuit legatos ad ipsum Coriolanum mittere, qui liberum ei reditum in urbem offerentes, quod imminabat periculum deprecarentur. Quorum legationem cum surdis quod aiunt, auribus auerfatus esset & fecisset irritam, missi denuo legati, qui mitius adhuc precarentur vt exarmato furore ex agro Volscos educeret. Horum item verba cum iram eius nihil diminuisent, vtile visum est Romanis ad implorandam numinis opem velut ad extremam anchoram refugium capere. Vniuersos quoque sacerdotes, Aruspices, Aedituos vates, & Augures solitis quemque pro sacerdotio insignibus ornatos ad eundem miserunt oratum, vt cum suis ciuibus in gratiam rediret, & tam nefarium auerteret bellum. Hisce omnibus intra castra susceptis, cum nihil mitius quam ceteris respondisset cunctis salutem de sperantibus accessit Valeria vxor Valerij Publicolæ quæ viris & ciuibus iam exanimatis & expertibus consilij suasit vt ad placandum obsessorem mitterentur eius mater Voluntia & vxor Vergilia. In cuius sententiam cum descendissent omnes, Volumnia portis egressa porrexit. Hanc vbi venientem conspexit Coriolanus, confectus admiratione, & dignitate materne reuerentia motus, relicto suggesto in quo sedebat vt imperatore decet, obuiam profectus est. Quem conspicata mater, Quid inquit commerui filij, vt terribilem tibi & hostem patriæ offeras. Eo ne peperit fato, vt urbem in qua natus es aliquando esses euerfurus. Permittes hoc probum & hanc ignominiam in matrem cadere, vt dicatur peperisse se facem patriæ. Sed vt te offenderit, vis propterea paucorum culpa in omnes nulla ratio ne sequere. Non nosti generosi esse animi acceptæ iniuriæ non meminisse. Huc accessi vt furorẽ hunc & sceleratam euertende patriæ libidinem tibi excuterem, aut si non possem, vt perirem manu. Proinde si nullum spei mihi relinquis locum. Hoc tantum peto, vt non ante in patriam sequere pergas, quam & has mammam que te lactarunt, conciperis, & ab hoc ventre qui te peperit, extremam sumperis poenam. Eo enim & maiore supplicio dignus est, si futurum patriæ peperit euerforem. Hæc cum dixisset Volumnia implicitam filij rabiẽ vsque adeo mitigauit & compescuit, vt ille precibus expugnatus, statim exclamauerit, Vicisti mater. Abs te tantum superatus abscedam. Eoq; dicto exercitum reduxit.

¶ Arrogantes, superbi, gloriosi & Ambitiosi.



Ares vt est apud Virgilium, fuit nescio quis gloriosus, qui in ludis & certaminibus (quæ Aeneas ad Anchisæ patris tumulum celebrauit in Sicilia) inani brachiorum ostentatione gloriabatur & in modis laudibus se predicabat, vñ nunquẽ ad duellum prouocans & suam vnus virtutem extollens immodice. Verba Virg. sunt hæc ex libro. 5. Aen. Nec mora, continuo vastis cum viribus effert Ora Dares, magnoque virum se murmure tollit, Idem. Talis prima Dares caput altum in prælia tollit, Ostenditque humeros latos, alterna que iaciãt Brachia protendens, & verberat icibus auras.

Mifenus

## OFFICINA

- ¶ Misenus fuit Aeneae tibicen, qui deos marinos ad certamen tubae ausus est irritare.
- ¶ Numanus Remulus fuit quispiam Rutulus, qui quum multum sibi tribueret, & immo dice placeret, Troianos in Italia obseffos arguebat imbelliae & molliciei. Verba Virg. sunt haec, Is primam ante aciem digna atque indigna relatu Vociferans, tumidusque nouo precordia regno lbat, & ingentem sese clamore ferebat. Eodem teste Murrhanus fuit quispiam, qui antiqua generis nobilitate gloriabatur. Sic autem ait lib. 12. Murrhanum hic atavos & aorum antiqua sonantem Nomina per reges actum genus omne Latinum Praecipitem scopulo, atque ingenti turbine saxi Excudit.
- ¶ Narcissus puer liberali forma tantae fuit superbiae, vt pueros omnes & puellas a quibus adamabatur, nihili faceret. Ouidius libro tertio Metamor. Multi illum iuuenes, multae cupiere puellae, Sed fuit in tenera tam dura superbia forma, Nulli illum iuuenes, nullae tetricere puellae.
- ¶ Martialis illudit cuidam Sosibiano, quod patrem appellaret dominum, qui tamen erat seruus. Sic autem ait. E seruo scis te genitum blandique fateris, Quum dicis dominum Sosibiane patrem.
- ¶ Appion grammaticus Alexandrinus tanta fuit arrogantia, vt ei immortalitatem pollicetur, cui opera sua nuncupasset. Plynius in Procemio naturalis hist.
- ¶ Demetrius Poliorcetes Antigoni Macedonice regis filius tanta fuit insolentia, vt Atheniensium legatos biennium suspensos tenuerit sine colloquio, ac demum re infecta reuertii iusserit. Volaterranus.
- ¶ Marsyas tibicen notatur hoc vitio, quod Apollinem ad tibiae certamen prouocauerit, vt fabulantur poetae. Plynius Cap. 29. lib. 5. Vnde Mantuanus. Et tu mentis inops nimitum que improuide quondam Marsya, qui musas, Phoebumque lacesere cantu Dum properas, fluis in latices, & porrigis amnem Quem vehit egeas Phrygius Meander in vndas.
- ¶ Menecrates medicus nullam ab his mercedem solebat accipere, quibus medebatur. Sed hoc tantum petebat, vt liberati se ipsius seruos esse faterentur, eumque louem dicerent. Plutarchus in Apophr. Laconicis.
- ¶ Nestorius hereticus factus praefulus Constantinopolis, orationem postero die habuit ad populum arrogantiae plenam & superbiae, qua caelum se vniciuque daturum promittebat. Volaterranus.
- ¶ C. Neniarius comediographus superbiam suam testatus est Epithaphio, quod sepulchro suo iussit inscribi. Erat autem tale. Immortales mortales si foret fas flere, Flerent diuæ castitæ Neuium poetam. Itaque postquam orci traditus est thesauro, Obliti sunt Romae latina loquies lingua. Author Gellius.
- ¶ Rhemnius Palemon grammaticus gloriabatur secum natas esse litteras, ac secum demum morituras. Idem M. Varronem porcum appellare non veritus est. Tranquillus de illust. grammaticis.
- ¶ Paulus Samosatenus hereticus diues factus e paupere, excreuit in superbiam intolerabilem. Nam incedens per vicos & compita, doctrinam & literas ostentabat publice, & notas rursus in propatulo, quicquid primum in buccam venisset, dictabat. Volaterranus.
- ¶ Polydamas athleta ea fuit animi confidentia, & temeritate, vt ruinam scopuli quam praevi debet casurum, expectauerit, existimans se posse resistere. Quo tamen obrutus est, vt iam diximus. Valerius de mortibus non vulgaribus.
- ¶ Tamyras poeta Trax natione aulus est cum musis de cantu certamen suscipere, ab eisdem propterea exoculatus. Mantuanus. Thrax Thamyras, quem caecum olim fecere puellae Thespiades dum se nimis & sua carina iactat.
- ¶ Clam diximus Theagenem Caprum pauperem fuisse, qui haberi volebat diues.
- ¶ Timaeus siculus historicus gloriabatur sese Thucydidem & Philistum in historia superatum. Author Plutarchus.
- ¶ Aula est Arachne certare cum Minerva de lanificio, vt testantur poetarum fabulae.
- ¶ Erat Attila rex Pannoniae superbus incesso, huc atque illuc oculos circumferens, vt elata potentia in ipso corporis motu appareret.
- ¶ Poetae fabulantur Cassiopae Cephei filiam Nereidibus se praetulisse, vt Nioben Latone, Antigone filiam Laomedontis Iunoni, Lychionem filiam Dedalionis, Dianae.
- ¶ Domitianus iactabat in senatu patri se & fratri imperium dedisse, illo sibi reddidisse. Gaudebat appellatione domini, atque etiam dei. Vnde Eusebius. Primus inquit Domitianus dominum se & deum appellari iussit. Hinc fluxerunt duo versiculi cuiusdam poetae assentatoris. Edictum domini dei que nostri. Quo subsellia certiora fiunt. Vnde institutum est ab eo vt ne scripto

vt ne scripto quidem, aut sermone cuiusquam aliter appellaretur. Statuas sibi in capitolio non nisi aureas, & argenteas poni permisit. Septembrem & Octobrem menses ex appellationibus suis Germanicum Domitianumque transnominauit, quod altero suscepisset imperium, altero natus esset. Suetonius.

¶ Heracles philosophus pontius draconem aluit, quem feretro suo post mortem imponi iussit. vt ex hoc putaretur ad deos migrasse.

¶ Maximinus iunior tanta fuit arrogantia, vt manus & pedes senatoribus præberet osculandos. Iulius Capitolinus.

¶ Actius poeta in camœnarum eide maxima forma statuam sibi posuit, quum tamen breuis admodum esset. Author Plynii lib. 34.

¶ Suffenus fuit inceptissimus poeta, qui in suis operibus mirabatur se plurimum, sibiq; blâ diebatur & aridebat. Catullus. Quem non in aliqua re videre suffenum possis. Iustinus in Chliadibus.

¶ Sclostris rex Aegypti fuit adeo superbus, vt domitos reges ad currum iûgeret, eoque modo triumpharet. Plynii lib. 33. Cap. 3. Vnde Lucanus. Venit ad occasum mundique extrema Sclostris Et Phariis currus regum ceruicibus egit.

¶ Maricus quidam ex plebe Boiorum ausus est se deû facere. Authore Cornelio Tacito.

¶ Caius princeps seipsum inter deos retulit, & louis maximi nomine statuas erigi sibi imperauit. Cælius libro secundo.

¶ Mixus fuit Dianæ sacerdos gloriosus, & virtutum suarum eximius præco. Erasmus.

¶ Senetio fuit quispiam, qui grandia semper cupiebat dicere. Idem seruos volebat habere nisi grandes, & argentea vasa non nisi grandia. Concubinam habebat ingētis stature. Summis insistebat digitis quum diceret, quo grandior videretur. Seneca apud Cælium Capite 35. sexti libri.

¶ Themison Cyprius Hercules dici volebat, coque nomine rem sibi diuinam fieri patiebatur. Cælius libro sexto.

¶ Calippides Græcus fuit tragœdiarum histrio, qui in ea re plurimum se mirabatur. Propterea quum Agelilao regi occurrisset, arrogantius eum salutauit, subinde illi se ostentâs & inter astantes sese intrudens, arbitratus fore vt comiter a rege exciperetur. Verû is quum grauioribus intenderet, ac ne Callipidem respectaret, non admodum inquit, nosse me videris o rex, nec qui sim inaudisse. Ridens Agelilaus, an non es inquit Callipides ille mihi? Plutarchus in Apophth. Laconicis, & post eum Cælius Cap. 38. sexti libri.

¶ Varus Pergeus fuit quispiam, qui verbis assentatorum corruptus persuasit sibi se esse omnium formosissimum, arte quoque & robore in palestra omnes excellere, immo ne mus fas quidem cantare suauius. Cælius Cap. 20. libri vndecimi.

¶ Clam diximus quonammodo Salmoneus tonitrua mentiretur, vt deitatis opinionem sibi vendicaret.

¶ Acco mulier ad speculum inepte sibi blandiebatur.

¶ Sapor rex Persarum vocabat se regem regum, participem syderum, fratrem solis & lune. Am. Marcellinus lib. 17.

¶ Iulius Cæsar dicebat debere homines pro legibus habere, quæcumque diceret, eoque arrogantia progressus est, vt aruspice tristitia & sine corde exta quondam nūciantem futura diceret, letiora, quum vellet. Suetonius.

¶ Zeulis adeo sibi placuit in Helena quam pinxit vt non expectato aliorum testimonio hos versus ipse adiecerit. Haud turpe est Troas, fulgentesque ere Pelasgos Coniuge pro tali diuturnos ferre labores, Aeternis facies nimis est æquanda deabus. Vale, de Fiducia sui.

¶ Marcus Drusus tanta fuit arrogantia, vt L. Philippum consulem quia se interpellare cõcionantem ausus fuerat, obtorta gula per clientem suum adeo violenter in carcerem detruferit, vt multus e naribus eius cruor profunderetur. Quum senatus ad eum misisset, vt in curiam veniret, Quare non potius inquit, ipse ad me venit? Valerius de Superbia.

¶ Cn. Pompeius balneo egressus ante pedes suos prostratum Hipseum ambitus reû nobilem ac sibi amicum, iacentem reliquit contumeliosa voce proculcatum. Valerius.

¶ Alexander Macedo louis Ammonis filius dei voluit.

¶ Annibal Cannensis pugnae successu elatus, neminem suorum ciuium admisit in castra, nec vlli responsum dedit, nisi per interpretem. Valerius.

¶ Hanno Carthaginensis aues capere solebat, quas hanc edocebat vocem, Deus est Hanno. Adultas demum & doctas quaquaueversum emittebat, vt eandem emitterent vocem.

Hoc Erasmus refert in quendam Psaphonem.

O F F I C I N A

¶ Heroftratus nominis & famæ libidine templum Dianæ Ephesiæ incēdio dedit. Author Gellius.

¶ Maues hereticus prædicabat se natum virgine, deitatisq; numen sibi vendicabat.

¶ Perpenna consul regnandi cupiditate Sertorium inter epulas incautum occidit, vt solus principaretur in Hispania.

¶ Amulius Numitorem, Artabanus Xerxcm, Athalia vniuersum Dauidis semen interfecerunt, vt apud suos dominarentur.

¶ Spitigneus rex Bohemorum dominandi libidine bellum gessit cum fratre Vratislao.

¶ Empedocles Agrigentinus poeta in Actnam se coniecit, vt ad superos conuolasse putaretur.

¶ Heraclius Phocam interfecit, vt solus imperaret.

¶ Iugurtha fratres suos Hiempalem & Adherbalem morti dedit, vt Numydarum regno solus potiretur.

¶ Constantinus imperator Irenen matrem expulit, vt imperaret solus.

¶ Sellus fuit quispiam, qui quū esset pertenui fortuna, volebat tamen haberi diues. Eras.

¶ Solebat Calliphanes poeta diuersorum carminū & orationum initia conscribere, ad tres aut quatuor versus, eaq; pronunciare & ostentare, vt commentum ignorantibus multificus & eruditus videretur. Idem Erasmus.

¶ Adrianus fuit adeo cupidus famæ & laudis, vt libros a se scriptos de sua vita libertis suis literatis dederit, qui eos suis nominibus publicarent. Author Aelius Spartianus.

¶ Ducebatur Nero æternitatis perpetuæq; famæ cupidine. Vnde & mensem Aprilē Neroneum appellauit, & Romam Nereopolim constituit appellare. Author Suetonius.

¶ Fuit Themistocles adeo inflammatus ad gloriam, rerumque maximarū ambitione, honoris adeo cupidus, vt quum Marathoniam illam quam Milciades de Persis victoriam retulerat, in animum reuocaret, aliens laudis liuore & amulatione, quiescere non posset. Causam pro contantibus respōdit Milciadis tropheum sibi somnos adimere. Idem adhuc iuuenis Epyclē cytharistam quem Athenienses omnes summo studio obseruabant, & estimabant plurimi, rogasse fertur vt artem apud se exerceat, cupiens domum suam a multis queri & frequentari. Plutarchus.

Audaces, & temerarij.



Oete Phaetontis arguunt temeritatem, q; patris currum acceperit regendum, quum tamen non esset idoneus auriga. Ouidius libro primo Tristi. Vitaret cœlum Phaeton si viueret, & quos Optauit stulte, tangere nollet equos. Mantuanus. Et phaeton solis cupiens frenare quadrigam Cuius adhuc lōge lachrymant electra sorores.

¶ Audi sunt Gygantes Iouem armis lacessere, & in eum scopulos iaculari, vt voluit Mythologorum fabulæ. Author Aetnæ. Tēta utere (nefas) olim deti udere mundo Sydera, captiuique Iouis transferre Gygantes Imperium, & victo leges imponere mundo.

¶ Fuit & imprimis temerarium Sinonis facinus, qui fatalem machinam in medios Troias nos duxerit solus, in vtramque paratus aleam. Authore Virgilio.

¶ Finguntur Theseus & Pyriethous irremcables vmbraum domos irrupisse, vt dominā Ditis thalamo deducerent.

¶ Icarus confictis a patre Dædalo pennis supramodum intumescens ausus est mediocrem parentis volatum deferere, & in sublime niti, donec liquefactis a sole pennis præceps ceciderit in mare. Ouid, lib. i. Trist. Dum petit infirmis nimium sublimia pennis Icarus, Icaris nomina fecit aquis, Mantuanus. Quando Icarium reminiscor interitum puer ille lenis, temerarius, audax Dum per inane audet cœlum mendacibus alis Tendere iter vctitum, & vacuas se attollere in auras. Decidit & fecit mycone nomina ponto.

¶ Crotoniates Milo nimia roboris confidentia tentauit arbores diducere.

¶ Bellorophon infidens Pegaso per medium aerem ferri voluit.

¶ Clafon & Typhis vitam ventis primi commiserunt, & vias maris (quas natura negat teste Claudiano) aggressi sunt, tristes Hyadas robicmque noti, infames scopulos Acrocerania & mare turbidum, vt ait ille, siccis oculis prospicientes.

Timidi, & meticulosi,

¶ Archilochus scripsit fatius esse clypeum abijcere, quam interire, Vnde & Lacedæmonij suis eum finibus iusserunt excedere. Plutarchus in Apophth. Laconicis.

¶ Notatur apud Aristophanem Cleonymus, quod abiecerit clypeum.

Theagenes



☞ Theagenes fuit adeo superstitioſe timidus, vt domi haberet Hecathes ſimulachrum, nec vſquam pedem moueret, niſi illo conſulto. Eraſmus.

☞ Artemon apud Græcos metu fractus & ſtupidus, diu intra domus ſepta ſe cōtinuit duobus ſeruis areum ſcutum ſupra eius caput ſuſtinentibus, ne quid noxium ſuperne excideret. Si quando autem teſto egredi cogeretur, lectica teſto adoperta geſtabatur. Plutarchus in Pericle.

☞ Cn. Vatienuſ ſiniſtræ manus digitos ſibi amputauit, ne bello Italico militaret. Valerius. ☞ Timebat Piſander, nec ubi animæ ſuæ occurreret, a qua viuus eſſet deſtitutus. Cælius libro nono.

☞ Dionyſius eo formidinis progreſſus eſt, vt cultros metuens tonſorios candente carbone ſibi adureret capillum, Quin & tondere filias docuit, ferro tamen remoto, inſtituitque, vt candentibus iuglandium putaminibus barbam adurerent. Cicero lib. 5. queſt. tuſcul.

☞ Ariſtigiton fuit Athenienſis quidam ſycophanta, qui Martem habebat in lingua, & nūquam non loquebatur de bellis, vt propterea bellicoſus appareret, quum tamen re ipſa p̄ foret meticuloſus. Proinde quum die quadam intellexiſſet exercitum parari, & conuocari milites, ſimulata valitudine crus obligauit, & baculo innixus in publicum ſe protulit claudatim ſimulans. Quod vbi primum conſpicatus eſt Phocion, cognita primo intuitu hominis vaſtricia exclamauit. Ariſtigitō claudicat. Plutarchus in Phocione, & Cælius lib. 13.

☞ Ariſtophanes & Lucianus induxerunt Plutum quendam omnia formidantem. ☞ Demoſthenes pro ignaui & maxime timido accuſatus eſt, quod in propria cauſa dicturus prius auſugerit, quam deuenerit in iudicium. Appianus lib. 2. bello. ciuiliū.

☞ Lycas furentem fugiens Herculem complexus aras tremebunda manu mortem metu conſumpſit, vt nimis de metu exanimatus mortem ſenſiſſe non videatur. Pontanus de Fortitudine bellica.

☞ Taurea Campanus verbis quam re ferocior Claudiū Afellum militem Romanum ſu perbis comminationibus ad duellum irritauit vltro. Vbi autem ventum eſt ad conſictum, repente concitato equo fugam arripuit, & auſugit Capuam Liuius lib. 23.

☞ Generoſi non eſt animi feciſſe, quod de Dario minore predicatur, ſed ignaui, & qui totā ſpem in fuga collocet. Hunc enim aiunt equas ſtatim a partu in bellum ducere ſolitum, vt ſi diſcrimine aliquo fugiendum eſſet, ille relictorum pullorum deſyderio ſeſſorem prope rantiffime domum reuerheret. Volaterranus in Philologia.

☞ Athanaſius Alexandrinus antiſtes impar Arrianorum inuidiæ, ſex annos in profundiffimo ciſterne lacu metu mortis delituit. Sabellicus in Exemplis.

☞ Quum Diocletianus multos idolis ſacrificare nolentes morti dediſſet, vnus omnium Marcellinus pontifex ad ſimulachra demonum, metu mortis immolauit. Idem Sabellicus.

☞ Iurauerat Petrus apoſtolus ſe nō defecturum a Domino, etiam ſi Apoſtoli omnes hoc feciſſent, vbi tamen ventum ad diſcrimen, ſubduxit ſe periculo & ſecutus eſt a longe, captū que ter ante gallicinium negauit impietatis Iudaicæ metu. Sabellicum in Exemplis.

☞ Perſes rex Macedoniæ fractis opibus regni humiliter & abiecte puolutus iacuit ad Amylii pedes. Sabellicus.

☞ Quam timidus fuerit Alexander Phereus vel ex eo conſtat, quod quum vxorem Theſben admodum diligerent, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum quendam & eum quidem ſtigmaticum diſtricto gladio iubebat anteire qui perſcrutaretur arcus muliebres, & ne quod in veſtimentis occultaretur telum exquireret. Cicero libro ſecundo Officiorum.

☞ Ariſtodemus Argius poſt oppreſſam tyrannide plebem eo formidinis progreſſus eſt, vt in cœnaculo domicilium haberet oſtio penſili, cui impoſita lectica dormire conſueuerat vna cum amica, puellæ mater ſcalas detrahente, eaſdem orta luce rurfus apponente. Plutarchus de doctrina principum.

☞ Clearchus Ponti tyrannus arcule impoſitus ſerpentis in morem dormire ſolitus eſt, quū prodire in publicum extimeſceret. Idem Plutarchus ibidem.

## Litigioſi.

**P**arnus fuit quiſpiam, qui ob amiſſam nauiculam obuſis quibusque litigabat. Hinc adagium. Diſceptare ob Parni ſcapulam, id eſt ob res minutulas, multum mouere litium & querelarum. Diogenianus apud Eraſmum.

☞ Solebat Patacione bonis viris calumnias ſtruere, eoque turpi quaſtu rem domeſticā augere. Hinc adagium. Patacione calumnioſior.

☞ Anus quaſpiam fuit Ptolemais, quæ quoad vixit, lites agitabat, nec vnq̄ ab agendis cauſis ſeruebatur,

## OFFICINA

sis feriebatur. Auctor Diogenianus apud Erasimum.

¶ Eurymnus fuit calumniator, quin dissidium inter Castorem & Pollucem conatus est ferere, alterum apud alterum in simulans. Erasimus.

¶ Hyperbolus fuit quispiam mirum in modum appetens litium. Hinc adagium. Ultra Hyperbolum.

¶ Cellius scribit Xantippen Socratis vxorē morosam fuisse admodū & iurgiosam, quod etiā de altera eius vxore Myrro Aristidis filia prædicatur. Ambe enī i muliebres cōiētiones propter ipsum Socratem deueniebant.

¶ Herodotus scribit Eurysthenem & Proctem fratres vbi adoleuerunt, per omne vitæ tēpus inter se dissensisse, & eorum posteros itidem perseuerasse.

¶ Empedoclem aiunt ihs fuisse moribus, vt assidue similitatem cum aliquibus susciperet, easque pertinacissime exercebat. Erasimus.

¶ Notum est quemadmodum Etheocles & Polynices fratres mutuo dissidio ad certamen, & mutua mortem venerint regnandi libidine.

¶ Cornelius tacitus ait Verginium seditionibus obnoxium fuisse.

¶ Plynius scribit discordiam ignotam esse Hyperboreis viritim gregatimque degētibus.

¶ Fuit Pomponius Atticus tanta erga domesticos facilitate, vt iurauerit, se cum matre nagenaria nunquam in gratiam rediisse, cum sorore pariter nullam gessisse similitatem. Taciturni.

¶ Paulus simplex Pauli primi anachoretæ discipulus, magistro iubente, integrum, triennium obstinatissime tacuit.

¶ Discipulorum Pythagoræ nemo minus biennio conticuit.

¶ Agatho lapidem in ore tenuit per triennium, vt silere diceret.

¶ Thomam Aquinatē condiscipuli bouē appellabant, quod semper taceret, audiretq; tātū.

¶ De silentio secundi Philosophi iam diximus in capite de incestuosis.

¶ Zeno quum legatos Antigoni regis missos Athenas cum nonnullis philosophis ad cœnam inuitasset, ac ceteri omnes verborum multitudine de cœnam suam ostentarent, solus ipse tacuit. Silentij causam percontantibus legatis respondit difficillimum omnium esse retinere sermonem.

Homines libere & importune loquacitatis.



Ara fuit nympha, cui Iupiter linguam abstulit, quod furtivos eius amores Iunoni reuelasset. Ouid. lib. 2. Fast. Iuppiter intumuit, quæ est non vsa modeste, eripit huic linguam, Mercuriumq; vocat. Duc hanc ad manes, locus ille silētibus aptus. Nympha, hæc infernæ nympha paludis erit.

¶ Tantalum apud inferos damnatum aiunt, q̄ deorū secreta hominibus reuelasset. Ouidius. Querit aquas in aquis & poma fugacia captat Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

¶ Daphitas grammaticus in Thorace monte cruci affixus est q̄ reges maledicis carminibus incefferet. Strabo lib. 14. Valerius tamen ait eum fuisse præcipitatum iussu Atrali regis e saxo cui nomen erat Equi, quam opinionem cōsuetudine videtur. Cicero in libro de Fato.

¶ Anaxarchum ob petulantes iniurias Hicoreon Cyprius in pila contundi iussit.

¶ Calistenes liberius cū Alexandro locutus, eiusdem mandato adiudicatus est morti. Hæc autē eius verba ad Alexandrū fuisse feruntur. Si deus es, beneficia largiri mortalibus, nō sua debes eripere. Si homo, id quod es, semper te esse cogita. Plutarchus in Alexandro.

¶ Lacedæmonij libros Archilochi ob solam dicacitatē & ingenij virulentiam ab vrbe sua summouerunt, ne illorū lectio corruptū aliquid imberberent lectores. Cælius Cap. 46. libri octauj.

¶ Dionysio inquirenti vbinam terrarū exquisitius haberetur æs, Antiphon Sophistes respondit, optimū se nosse Athenis, vbi statuas habebant Armodius & Aristogiton tyrannidæ. Innuebat autē Antiphon Dionysij esse dignū, qui ab huiusmodi hominibus interficeretur. Quæ petulans & verbosa dicacitas homini male cessit. Philostratus, & post eum Cælius Cap. 42. libri decimi.

¶ Sufarion, Machnes, Cratinus, Aristophanes & Eupolis, Græci poetæ flagitia hominum tanta libertate insectabantur, vt opus fuerit lege, quæ maledicam illam & effrenē mordendi licentiam cohiberet & cōprimeret. De quibusdam horū meminit Hora, dicens. Eupolis atq; Cratinus, Aristophaneq; poetæ, Atq; alij quorū comœdia prisca virorum est, Si quis erat dignus

erat dignus describi, quod malus, aut fur, Quod mœchus foret, aut ficarius, aut alioqui Famofus, multa cum libertate notabant.

¶ Meuius poeta Metellos ac Scipiones suis versibus ausus est proscindere. Propterea Metellus consul hoc ei versiculo respōdit. Dabūt malū Metelli Neuiō poetæ. Tandē autē propter nimiam illam in scribendo maledicentiam a triūuiris in vincula coniectus est, & ī carcerem detrusus.

¶ Audax fuit & licentiosum C. Mēij verbū, qui ausus est obijcere Cæsari tanq̄ pathico, quod stetit ad cyathum Nicomedi regi inter exoletos, Suetonius.

¶ Antigonus rex Theocritū Chiū occidit propter falsum & mordax scomma ab eo de se dictum. Quū enim quasi puniendus ad Antigonū raperetur, solantibus eū amicis ac sp̄e pollicitibus, quod omnino clementiam regis experturus eiset quū ad eius oculos venisset, respondit. Ergo impossibile mihi dicitis sp̄em salutis. Quo verbo illi debebat regi, q̄ altero orbatus eiset oculo. Author Macrobius.

¶ Labienus omnes passim lacerabat, vnde & rabies vocabatur. Nec defuit loquacitati poeta. Factū est enim per inimicos, vt omnes eius libri cōburentur. Crinitus lib. 19. Cap. 4.

¶ Nullum opus tam absolutum esse poterat, quod non calūniaretur Momus. Idem Sandalium Veneris Praxitelicæ culpauit quum Venerem ipsam non posset.

¶ Oscus fuit quispiam natus ad contumelias omnium ingenijs impingendas. Nulli non in ussit notam. Author Seneca.

¶ Medius fuit quidam ex Alexandri adulatoribus, qui calūnias in quemuis iactabat, & alios ad idem opus hortabatur. Cælius Cap. 46. libri octauī.

¶ Iam docuimus, q̄ liber & petulans Demochares Atheniēsiū legatus in sermone apud Philippum regem fuerit.

¶ Timagenes historicus Augustum & vniuersam eius familiam maledicis verbis probrosisque conuicijs ausus est denigrare. Cælius Cap. 61. libri vndecimi.

¶ Stagerius ætate Marci Tullij, ob conuiciosa verba & mordaculos sermones rei capitalis iure damnatus est. Cicero in Topicis ad Trebatium.

¶ Theon fuit poeta quispiam rabiose loquacitatis, petulantissimeque maledicentiæ. Hinc adagium, Dente Theonino rodī.

¶ Hipponax poeta fuit lambographus amarulentus & notæ mordacitatis. Hinc Hipponaxem preconium cessit in parœmiam.

¶ Zoili quoque mordacitas prouerbio locum fecit. Nam & poetarum principem Homerū ausus est suis scriptis lacerare.

¶ Aefopus Delphos profectus gentis illius iram in se conuicijs & contumeliosis apologis concitauit.

## Veracissimi.

¶ Pomponius Atticus nec mendacium dicebat, nec pati poterat.

¶ Benius abbas qui in Thebaidis solitudine vixit, nunquam visus est iurare, nunq̄ mentiri, nunquam irasci, nunquam verbum ociosum dicere.

¶ Hor abbas nunquam mentitus est, nunquam cuiquam maledixit.

## Astuti &amp; fraudulentī.

¶ Smenias Thebanus legatus ad regem Persarum missus, quum sciret ex consuetudine gentis nihil ab ipso rege impetrari posse, nisi prius quis adorans procumberet, vbi in eius fuit conspectu, anulum de industria ad pedes cadere permisit, vt in eo colligendo reclinatus, videretur adorasse regem, Plutarchus in Artaxerxe.

¶ Atheniensibus in expeditionem Siciliae nauigaturis Meson astrologus insaniam mentitus est, vt onus detrectaret. Plutarchus.

¶ Papyrius pretextatus ductus a patre in senatum quū arcana quedā illic audisset, reuersus domum & interrogatus a matre, quidnam actum eisset in senatu, ad declinandas importunas eius preces respondit constitutū esse, vt vniviro duæ nuberēt uxores. Author, Gell.

¶ Pylistratus timens primores Atheniensium, voluntarijs affectus plagis ī publicum processit, vbi de principum crudelitate questus, populum concitauit ad vlciscendam fictam in iuriam, Plutarchus in Solone, & Iustinus lib. 2.

¶ Quo astu vsa sit Phryne meretrix in Apellem, iam diximus in capite de meretricibus.

¶ Scyllis Sicyonius tanto astu claruit, vt quo tempore Xerxes imminabat Græciæ, Persarum nauium rudentes & anchoras natando & vrinando præscinderet. Huius meminit Herodotus in Vrania.

¶ Ladislaus rex Poloniae Craconiam oppidum obsessum ad deditiōem compulit opinione castrensis

ne castrensis copiarum, Stratagenate deceptum, quum montes farina integri mandauisset. Vo laterranus in Geographia.

¶ Theopompus Lacedaemonius permurato cum vxore habitu euasit e carcere vt mulier, Quintilianus libro secundo.

¶ Pyrrhander fuit lycophanta quispiam egregie versutus, notaeque maliciae, Aristophanes apud Erasmus. Ac per louem fuit quidem pyrrhandrica ista techna,

¶ Quum mortuo Cambyse septem persarum magi inter se conuenissent, vt cuius equus primum soli orienti adhinniret, rex salutaretur, Oebares (seu vt aliqui scribunt) Cebares Darij equiso admissam intra equae genitalia manum naribus equi Darij admouit, Quo odore irritatus equus ante omnes hinnitum dedit, Herodotus libro tertio.

¶ Eucrates fuit versutus quispiam, qui aliquo praetextu suffugiebat semper si quando fides esset prestanda. Hinc adagium natum, Vias nouit quibus effugit Eucrates.

¶ Cantharus fuit quispiam impostor & maleficus apud Athenienses.

¶ Phrynondas fuit etiam versutus & maleficus, summusque malarum rerum artifex. Vnde quotienscunque hominem insigniter malum volebant innuere, Phrynondam appellabant, Aristophanes apud Erasmus. Scelerate tu ac Phrynonda, & impurissime.

¶ Vlysses & Sisyphum vafros admodum fuisse pro comperto est. Vnde Homerus apud Erasmus, Sisyphus in terris, quo non astutior alter.

¶ Ciphissodorus, Pantoleon & Matreas impostores fuerunt apud Alexandria, qui vaftris quibusdam commentis speiantes eludebant. Athenaeus apud Budaeum.

¶ Sertorius vt est apud Gellium, in temporibus difficillimis mentiebatur ad milites, si mendacium prodesset, & literas compositas pro veris legebat, & somnium simulabat, & fallas religiones conferebat, vt his rebus militum animos quoquo vellet, induceret.

¶ Dionysius tyrannus citharcedo cuidam sibi plurimum grato in spectaculis multa pollicitus est, neque tamen sequenti die erogauit quicquam, mercedem vero reposcenti hoc modo respondit. Abunde tibi gratiam retuli citharcede. Quanto enim tempore oblectasti cernens, tanto etiam sperans es oblectatus. Plutarchus libro secundo de Fortuna Alexandri, & Caelius Cap. 29. libri sexti.

¶ Hyperbolus fuit quispiam Chremidis filius versutia in fallendo praesignis. Nam quum lucernas facitaret, plumbum immiscebat aeri, vt ponderosiores factae maius demerentur precium, Caelius Cap. 21. libri noni.

¶ Antonio Athenas intranti quum ciues vrbs obuiam processissent, dixissentque esse sibi minervam nubilem, quam Libero patri (ita enim eum vocabant assentandi studio) despondere vellet, arrepta occasione ducturum se respondit, sed oportere futurae nuptiae mille dari talenta nomine dotis. Vide Crinitum Cap. 7. lib. 14.

¶ Iulius Caesar in obundis expeditionibus exercitum nunquam duxit per insidiosa itinera, quin prius locorum situs experiretur, nec ante in Britanniam transiit, quam portus & navigationem, & accessum ad insulam explorasset, Suetonius.

¶ Cyrus Massagetis in se irruentibus castra reliquit diripienda, vt cibo potuque graues & somno deditos postmodum aggredere, & vinceret, vt accidit, Sabellicus in Exemplis.

¶ Annibal Romanam classem adortus, serpentes ficulibus vasis inclusos, in hostem nihil tale sperantem ei acutus est, & insperata formidine concussos in fugam vertit. Idem Annibal quum Fabium Maximum maturo consilio & cunctatione res gerentem non posset expugnare, statuit artificiosa calliditate hostem circunuenire. Captis itaque duobus bovmilibus, omnium cornibus faces ardentes ex aridis virgultis alligauit, eosque flamma iam saepe mente furiosos in hostes, qui montium angustias occupauerant, laxari iussit, eoque nouo & mandito stratagemate magnum hostibus terrorem incussit, & a praesidio dimouit. Solebat etiam militum animos verbis confirmare, spem magnarum rerum eis proponere, multisque pollicitationibus omnes frequenter sibi demereri & in fide continere. Interfecto M. Marcello consuli annulum detraxit, vt eiusdem nomine adulterinas confingeret literas, & ad eas vrbes mitteret, quae perstabant in Romanorum ditione, vt eo dolo incautas opprimeret. Quamuis autem exercitum haberet ex Hispanis, Afris, Gallis, aliisque populis permixtum sic tamen sua solertia concordem tenuit, vt ne minima quidem seditio factioque militaris in castris eius sit audita, Fuso apud Thrasymenum lacum Flaminio multos Italici generis captiuos libere ac sine precio dimitti iussit, vt humanitatis & indulgentiae fama per vrbes & populos vulgaretur, eoque propius deditionem facerent. Erat semper ad decipiendum hostem intentus. Et quos apto Marte superare non poterat, dolis aggrediebatur. Ex Plutar. & Liui.

¶ Alexander tertius ponti, max. Venetias habitu serui fugiens, man<sup>9</sup> Federici subterfugit.

Boemundus

¶ Boemūdus Roberti regis Sicilię frater ab expeditione Hierosolymitana rediens quum per fines Alexij imperatoris inimici transire cogeretur, se clausum in loculo vt mortuū ferri iussit, eoque modo manus hostiles euasit.

Veriformes, seu in varias formas mutabiles.

¶ Metra filia Eriſichthonis, vt fabulantur poetę, in varias formas sese commutabat. Ouidius lib. 8. At illa Nunc equa, nunc ales, modo bos, modo ceruus abibat, Hęc adagium. Mutabilior Metra Eriſichthonis.

¶ Achelous dimicans in Herculem pro Deianyra, quum videret se multo inferiorem viribus, in serpentem primo, deinde in taurum, postremo in fluuium sese transformauit, vnde apud Ouid. lib. 9. sic loquitur. Inferior virtute, meas diuertor ad artes, Elaborę viro lōgū format⁹ in anguem, Idē. Restabat tertia tauri Forma truci, tauro mutatus mēbra rebello,

¶ Periclymentus Nestoris frater beneficio Neptuni in quascūque formas se commutabat, Idem lib. 12. Mira Periclymeni mors est, cui posse figuras Sumere quas vellet, rursusq; res ponere sumptas Neptunus dederat.

¶ Eadem transformatio tribuitur Protheo Oceani & Tethyos filio. Hęc adagium. Protheo mutabilior. Vertūnus dicitur a latinis, Ouid. lib. 1. Fast. Ille suam faciem transformat & alterat arte, Mox domitus vinculis in sua membra redit, Idem lib. 1. de arte. Vtque leues Protheus modo se tenuabat in vndas, Nunc leo, nunc arbor, nunc erat hirtus aper.

Ingrati.

¶ Theseus Ariadnam Minois filiam cuius beneficio labyrinthum euaserat, reliquit ī Chio insula, Ouid. lib. 8. Comite mque suam crudelis in illo Littore destituit, Calentius. Credit infelix crudeli Gnosia Theseo. Et genuit rapidis p̄da relicta lupis, Mantuanus, Quid gnosis virgo Te referam, quam durus amans pro munere vitę Liquit in ignotis moriturā atrociter oris.

¶ M. Portius Cato seruos senio confectos tanquam bruta solebat eijcere & exponere vanales. Pontanus de Liberalitate.

¶ Cræsus Lydorum rex Cyrum persarum regem, a quo primum victus, & impunitatem & veniam acceperat, armis iterum laceſſiuit.

¶ Pharnaces in amicitiam a Pompeio receptus, Mithridati patri suo bellum intulit, Plutar.

¶ Romani Scipionem illum Africanum cuius auspicio emulam imperij sui Carthaginem sub iugum redegerant, & Adrubaalem superaerant, accusatum a Petilio in ius vocauerūt atque proſcripserunt, quod pecuniam Asiaticam non totam in ærarium retulisset, Plutarchus & Valerius.

¶ Stroza filius. Heu nihil ingratię fas quęq; fidere plebi, Testis Aristides, & qui Barcę a su begit Castella, & victis accepit nomen ab Afris.

¶ Eodem Romani diem dixerunt Furio Camillo, dānatumque in exilium coegerunt proficisci, qui tamen Faliscos ad deditiōem compulerat, & Veios ducenali obsidione subegerat, Irruentibus demum Senonibus & urbem diripientibus immemor acceptę iniurię, rediit ad ferendas patrię suppetias, Lilius & Valerius, Vnde Claudianus lib. 2. in Eutropisum. Quamuis iratus & exul Pro patrię flammis non distulit arma Camillus.

¶ Beatrix Pannonię regina mortuo marito Matthia, Vladislauum Cazimiri Polonię regis filium in matrimonium & regnum aſciuit, a quo tamen breui post tempore abdicata est.

¶ Ludouicus pius Caroli magni filius a filijs in carcerem cōiectus est. Amalafuntha Gothorum regina interfecta est opera cuiusdā Theodori, quem tamē regni cōſortē delegerat.

¶ Iustinianus impe. Belisarium ducein exoculauit, cuius tamen ductu Persas in oriente Vādalos in Africa, & Gothos in Italia superaerant, Procopius de bello Persico, & Crinitus libro nono. Demophoon Theſei filius Phyllidem reliquit, & ad laqueum impulit, cui⁹ tamen hospitio fuerat vsus, quū ab expeditione Troiana rediens, delatus esset in Thraciam.

¶ Iason quoque Medeam cuius opera vellus eureum surripuerat, & draconem effugerat, abdicauit superinducta Creusa filia regis Creontis. Sanctius quartus rex Hispanię Alphonsum patrem e Germania redeuntem regno occupato non admisit, Volaterranus.

¶ Decebalus rex Dacorum victus a Traiano, & venia donatus, imperatorem denuo sollicitauit ad bellum. Friscus filius Actij Ferrarię principis patrem in carcerem cōiectum ibidem mori coegit ob inductam noueram, Volaterranus.

¶ Cicero iussu M. Antonij Triumviri interfectus est a Pompilio Læna quem tamen, capitis reum defenderat, Appianus lib. 4. & Plutar.

¶ L. Ostius tēpore bellorū ciuiliū patrē suū Annalim proſcriptum, quem triumviri ad supplicium perquirebant, latentem prodidit, vt eius bona acciperet, Plutarchus in Romulo.

OFFICINA

¶ Darius consilium cepit de interficiendo patre Artaxerxe, a quo tamen rex per indulgentiam creatus fuerat, Iustinus lib. 10.

¶ Imperator Henricus quintus Henricum patrem maceravit carcere.

¶ Alphonsus primus rex Lusitaniæ, Tiresiam matrem coniecit in vincula, quod post mariti mortem secundas tentasset nuptias.

¶ Phraates patrem suum Orodem regem Parthorum interfecit.

¶ Bernardinus & Hostasius fratres & domini Rauennæ patrem Guidonem in carcerem coniecerunt.

¶ Romanus iunior matrem a se reiecit, & animi dolore, quem illa de filij ingratitudine conceperat, ad mortem compulit.

¶ Michael Calaphates imp. zoen matrem imperio spoliavit.

¶ Ioannes Scotus quum bonas literas profiteretur in Anglia, discipulorum coniuratione graphijs interfectus est, Crinitus.

¶ Michael Thraulius Leonem imp. de medio sustulit, cuius tamen beneficio multas dignitates fuerat assecutus.

¶ Diomedes direpta Troia rediens in patriam, vntis dilatus est in Libyam, vbi Lycus rex Marti hospites immolabat. Callirhoe vero Lyci filia Diomedem, cuius amore flagrabat, liberavit ab insidijs paternis. At ille spreto salutis auctore enauigauit, vnde puella dolore animi se suspendit, Tubas apud Plutarchum in Parallelis.

¶ Eodem modo Calphurnius Crassus Balsaciam puellam reliquit, cuius tamen beneficio, mortem euaserat in Massilia. Idem Plutarchus ibidem.

¶ Xerxes filium Pythij Bithynij medium discindi iussit, quum tamen pater regem ipsum cum toto exercitu hospitio suscepisset, Herodotus lib. 7. & Cælius lib. 10.

¶ Tacius rex Sabrinorum Tarpeiam puellam viuam defodit, cuius tamen beneficio capitulum expugnauerat.

¶ Alexander inmemor primæ nutritionis & lactis, quod ab Hellanicæ nutrice infans biberat, eius filium Clitum interfecit.

¶ Commodus imperator interfectus est insidijs Martiæ concubinae suæ.

¶ Constantinus Leonis filius Irenem matrem imperio deiecit. Isacius Angelus imperator ab Alexio fratre, quem captum a Turris redemerat, per summum scelus oculis imperioque priuatus est. Alexius demum interfectus est a Murziphlo quodam ignobili quem tamen ad summum dignitatis gradum extulerat. Magna fuisset Aenæ in Didonem in gratitudo, si post benignum eius hospitium oblataque vltro nuptias eam reliquisset, vt Virgilius fabulatur. Cæsar Tiberius toto triennio quo viuente matre absuit ab vrbe Roma & moram traxit in secessu Caprearum, semel omnino matrem, nec amplius quam vno die paucissimis vidit horis. Mortuam demum quum intellexit, non prius accessit ad exequias, quam corrupto & tabido corpore. Funeratam prohibuit consecrari, eiulque testamentum pro irritum habuit, atque vnum ex his interfecit, quibus illa moriens funeris sui curam demandauerat. Thrasimundus Pharoaldo patri suo Spoletanorum duci caput in modum presbyteri rasit, vt principatum arripere, Author Paulus Diaconus. Hercules adhuc puerulus preceptorem Linum interfecit, quum ab eo ob tardius ingenium culparetur. Attior Io. Annius in Berofum. Quam in grata fuerit Tullia in parentem atque inhumaniam diximus in capite de Crudelitate. Merula ingrattissimus fuit i Philelphum preceptorem Paris Helenam rapuit vxorem Menelai, a quo tamen benigno susceptus fuerat hospitio. Athenienses Milciadem pro Marathonij tropheis carcere macerant.

¶ Syracusani Dionem cuius opera libertatem receperant, eiecerunt, ac deinde reuocatum interfecerunt. Aristidẽ Athenienses in exiliũ miserunt beneficiorum eius immemores.

¶ Victus a Romanis Annibal ad Anthiochũ primũ, deinde ad Prusiam Bithyniæ regẽ se contulit. Hunc Prusias benigne suscepit, quod eius opera vt vellet aduersus Eumenẽ Pergami regem & amici populi Romani, in quẽ tunc temporis certamen susceperat. Itaque pfectus clausi Prusiæ Annibal, Eumenẽ ipsum i fugam vertit. Nihilominus quum accessissent Romano rum legati, & i his Q. Fla. peterent, a Prusia, vt si populi Romani amicitiam expeteret Annibalem daret captiuũ. Immemor beneficij Prusiæ, consiliũ iniit de pcedo ipso Annibale. Quod vbi percepit Annibal, nec effugij spes superesset vlla, venenũ hausit. Plutarchus. Iustissimi.

**R**ipheus Troianus fuit quispiam, quem Virg. lib. 2. Aene. iustissimum fuisse ait his verbis. Cadit & Ripheus iustissimus vnus. Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui. Idem lib. 7. ait. Galeum fuisse quendam in terra italia iustissimum.

De Emathione

- ¶ De Emathione Oui, lib. 8. Meta. Emathion equi cultor, timidusque deorum.
- ¶ Idem lib. 6. Meta. de Erecteo sic meminit. Sceptra loci rerumque capit moderamen Eretheus, iusticia dubium est, vahlidine potentior armis.
- ¶ Hermes Aegyptius tanta fuit equitate & iusticia, vt quum quid emeret, iustum semper exsolueret precium, cariusque emeret, quam venditor aestimaret. Volaterranus.
- ¶ Bocchyrus rex fuit Aegyptiorum adeo incorrupte in iudicandis litibus iusticie, vt si quē magnopere iustum significare vellent, Bocchyrum appellarent, author Suidas apud Eras.
- ¶ Chiron fuit Centaurorum iustissimus, Germanicus in Arato. Hic erit ille pius Chiron iustissimus omnes Inter nubigenas, & magni doctor Achilles.
- ¶ Aristophanes Messenius tanta fuit equitate, vt quosdam ex focijs interfecerit, quod puellas virgines stuprare voluissent.
- ¶ Maris philosophus ex Laodicea fuit omnium ætatis suæ iustissimus.
- ¶ De Zaleuci equitate iam diximus in capite de seuerissimis hominibus.
- ¶ Quum Philippus in tribunali dormitans aduersus Macherā quendam pronūciasset, vbi vigilantior factus cognouit factam Macherę iniuriam, non rescidit quidem iudicium, sed iniustam ipse exsoluit multam. Idem rogatus ab Harpalo, vt Crateta eius familiarem iudicio liberaret, Eum inquit, rectius est quam nos, ob ipsum male audire. Plutarchus in apothegmatis.
- ¶ Aristides ab incorrupta equitate iusti cognomen apud Athenienses meruit. Idem interrogatus quid esset iusticia, nihil inquit alienum desiderare.
- ¶ Aiunt Biblium fuisse virum tantę integritatis & abstinentię, vt quum inter eundē reperisset aliquid alienum, omnino intactum præteriret.
- ¶ Philoxenus poeta maluit reduci ad fodinas lapidarias, quam contra animi iudicium carmina Dionysij probare, Marcellinus lib. 15. & Plutarchus de tranquillitate animi.
- ¶ Bientis Prienæi integritas in iudicandis causis sequenti prouerbio locum fecit, Prienensis si pollere iusticia, Erasmus.
- ¶ Prodicus fuit quispiam apud Græcos in iudicandis litibus & arbitrjs inter dissentientes amicos acerrimi iudicij, Erasmus.
- ¶ Alexander Seuerus imp. tanta fuit equitate, vt nullas vnquam sanciret leges, nullā constitutionem sacret, sine viginti iurisperitis & doctissimis ac sapientibus viris, nec vlla in re iudicium ferret, quin prius iret per sententias singulorum, & scriberetur quid quisque dixisset. Quum de iure aut negocijs tractabat, solos adhibebat doctos & disertos. Si de re militari, milites veteres & senes. Si vnquam furem vidisset iudicem, paratum habebat digitū vt illi oculum erueret. Tanto odio prosequabatur iudices, qui furtorum fama laborassent, vt si eos casu aliquo videret, commotione animi choleram stomacho euomeret, toto vultu inardescente. Author Lampridius.
- ¶ Virius Nolanus tanta fuit iusticia, vt ne lapis quidem vnus in Nolanas aedes (quas inchoauerat) nisi soluta mercede conuictus fuerit, Pontanus de magnificentia.
- ¶ Herodotus scribit Mycerinum Cleopis filium omnes ægypti reges equitate & iusticia superasse. Si quis apud eum cōquereretur de re aliqua furto sibi sublata, sua ipse pecunia iacturam conquerentis refarciebat & iniuriam.
- ¶ Darius Scythen Zanelgorū regē censuit omnium quos vidisset iustissimū. Author Hero.
- ¶ Idem ait Glaucum La cedæmonium Epycidis filium tam celebri & incorrupta fuisse iusticia, vt ad eum didendum multi alienigenę Spartam conuenirent.
- ¶ T. Manlius iuris pontificalis peritus, iudex inter Macedonas accusatores & filium constitutus, audita causa ita pronunciauit. Quum probatum sit Silanum filium meum pecuniam accepisse, ipsum rep. & prole mea indignum iudico, protinusque a cōspectu meo abi re iubeo, Valerius.
- ¶ Tranquillus ait Augustum tanta fuisse equitate, vt nulli vnquam genti sine iustis & necessarijs causis bellum intulerit.
- ¶ Camillo Phaliscos obsidenti ludimagister liberos Phaliscorum tanquam spaciandi causa extra murum eductos tradidit dicens repetendis obsidibus ciuitatem imperata facturā, Camillus non solum spreuit perfidiam, at magistrum reuinctis post terga manibus pueris dedit verberandum & ad parentes cum plagis reducendum. Phalisci ob hanc iusticiā sponte deditionem fecerunt, Liuius lib. 5. lib. 11. Claudianus in Ruffinum. Ductosque Camillus Trans murum pueros obfessæ reddidit vrbi.
- ¶ Timochares seu vt alijs placet, Nicias Pyrrhi Epyrotarū regis medicus, quū ad Fabriciū accessisset, promississetque se pacta mercede præministraturum Pyrrhonenū, Fabricius

non tantum auerſus eſt facinus, at etiam Pyrrhum hoſtem literis monuit, vt a domeſticis caueret inſidijs. Author Valerius Antias apud Gellium, & Plutar. in Apothphteg. Vnde etiam Claudianus lib. 3. in Ruſſi. Romani ſcelerum ſemper ſpretere miniſtros. Noxia pollicitum domino miſcere venena Fabricius regi nudata fraude remiſit. Inſeſto quem marte petit, bellumque negauit Perſamuli patrare nefas.

¶ Cato & Phocion præcipuis amicis quandoque aduerſabantur cauſa ſeruandæ equitatis. Authore Plutarcho.

¶ Timoleon Corinthius quum nullis precibus fratrem poſſet inducere ad exuendam tyrānidem eius interfectoꝝ adiutorem ſe præbuit. Plutarchus.

¶ Cambyſes iudicem ſibi chariſſimum quod perperam & iniquam ſententiam tuliffet corruptus pecunia, eueſtigio comprehendit iuſſit, & pelle ex toto eius corpore detracta tribus mal iudicium inſterni vt aliena fruereſſentur inſania, eoque periculo rectius iudicarent. Herodorus lib. 5. & Valerius.

¶ Poetæ fabulantur Deucalionem & Pyrrham equitatis obſeruantiſſimos fuiſſe, ac propterea deorum beneficio ſolos māſiſſe ſuperſtites, quū ceteri mortales diluuiο periffent. De his Ouidius lib. 1. Meta. Non illo melior quiſquam, nec amantior equi Vir fuit aut illa reuerentior vlla deorum. Et paulo poſt. Innoctuos ambos, cultores numinis ambos.

¶ Iulius Cæſar libertum ſibi gratiſſimum ob adulteratam equitis Romaniv xorem quavis nullo querente, capitali pœna affecit.

Iniuſti.

¶ Vltimus regum Romanorum Tarquinius vir fuit iniuſtus, vt docet, Ouidius lib. 1. Faſt. dicens. Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat Regna, vir iniuſtus, fortis ad arma tamen, Cœperat hic alias, alias euerterat vrbes. Et Gabios turpi fecerat arte ſuos.

¶ Amulius Numitorem fratrem regno expulit, & paruulos nepotes perdendos in Tyberin deuoit. Ouid. lib. 3. Faſt. Hoc vbi cognouit contemptor Amulius equi. Nam raptas fratri victor habebat opes, Amne iubet mergi geminos. Scelus vnda refugit, In ſicca pueri deſtituunt humo.

¶ Themiftocles monitus a quodam vt æqualem ſe præſtaret i iudicio, abſit (inquit) vt ego dum potero, non magis amicis faueam cunctis in rebus. Volaterranus in Philologia.

¶ Panis rex Chalcidis Heſiodum Homero prætulit, vt Mydas agreſtem Panos cantilenā Apollinis muſicæ. Eraſmus.

¶ Iſamnes nomen eſt illius iudicis, quem ob iniquam ſententiam a Cambyſe excoꝝiatum prædiximus. Eius vero filius vocabatur Othanes. Teſtis Herodotus.

¶ Pilatus Hieroſolymorum præful authorem noſtræ ſalutis adiudicauit morti, ne in Cæſaris offenſionem impingeret.

Proditores, periuri & perſidi.

**L**Aomedon Neptuno & Apollini murorum Troiæ conditoribus pactam denegauit mercedem. Virgilius libro quarto. Laomedontæ gentis periuria gentis?

¶ Metius Suffetius quum apud Albanos ſummam rerum teneret, a Romanis in auxilium contra Fidenates vocatus iure ſocietatis venit quidem, ſed in ipſo prælio ad hoſtes deſecit. Propterea Tullus Hoſtilius parta victoria cum rehgauit ad binas quadrigas, hiſq; in diuerſa rapientibus membratim diſcerpſit. Claudianus. Perſidiam damnas, Meti ſatius bere pœnis.

¶ De perſidia Theſei in Ariadnam, Demophoontis in Phyllidem, Iafonis in Medeam, Aeneæ in Didonem, iam diximus in capite de ingratis, adhuc tamen teſtimonijs confirmabimus, vt niſi nobis deſideret lector. De Theſeo, Phædra apud Ouid. Perfidus Aegides ducentia ſila ſecutus, Curua meæ fugit tecta ſororis ope. Idem lib. 1. Eleg. Talio periuri promiſſaque velaque Theſei, Fleuit præcipites Creſſa tuliffſe notos. Tibullus libro quarto. Gnoſſia Theſeæ quondam periuria linguæ Fleuiſti ignoto ſola relicta mari. Ariadna apud eundem Catullum ſic in Theſei perſidiam inuehitur. Siccine me patrijs abductam perſide ab oris Perſide delerto liquiſti in littore Theſeu? De Iafonis in Medeam perſidia Propertius libro ſecundo. Colehida ſic hoſpes quōdam decepit Iafon. Eiecta eſt, tenuit namque Creuſa domum. De perſidia Demophoontis Ouid. lib. 2. de arte. Et tibi Demophoon Theſei criminis heꝝ Phyllide decepta nulla relicta fuit.

¶ Sinonem Virgilius fabulatur fuiſſe græcum neſcio quem periurum, qui ſuis mēdacijs & perſidia Troianos eluſerit, & fatalem machinam vatibus nequicq; reclamantibus intra muros duxerit. Verba Virgilij ſunt hæc ex lib. 2. Talibus inſidijs periurique arte Sinonis Credita res, captiq; dolis lachrymiſq; coactis, Quos neq; Tyrides, nec Lariffeus Achilles. Non anni



Non anni domuere decem, non mille carinæ. Sidonius. Nec periuria psequar Sinonis, Arx quo palladi dicata ligno Pellaci referata proditore Portantem pedite equum recepit.

¶ Curio quum prius esset inimicissimus Cæsari, mutata postea voluntate factus est acerrimus eius propugnator, quum ab eo liberatus esset maximo gre alieno. Vnde Lucanus, Audax venali comitatur Curio lingua. Et alibi de eodem. Gallorum captus spolijs & Cæsaris auro. Seruius ait Curionem vendidisse Romam Cæsari, 26. millibus aureorum. Virg. libro sexto, Vendidit hic auro patriam dominumque potentem Imposuit, fixit leges precio atque refixit.

¶ Qua perfidia Paris Menelaum hospitem eluserit rapta eiusdem vxore, iam diximus. Horatius. Pastor quum traheret per freta nauibus Idæis Helenam perfidus hospitam.

¶ Eriphyle capta auro monili quod ferebat Adrastus, maritum suum Amphiarum delis rescentem prodidit, vt prius dictum est.

¶ Qua perfidia Polymnestor rex Thraciæ Polydorum interfecerit, dictum est in capite de avaris.

¶ Conuenit inter historiographos Troiam ab Aenea, Antenore, & aliquot alijs, qui postea profugi multis fuerunt annis, proditam fuisse Græcis. Quod argumento doceri potest, Qua enim ratione Græci liberum Aeneæ & Anchisæ exitum permisissent, nisi in mercedem proditionis? Quis Græcorum Aeneam lapidibus non obruisset, si tot interfecisset hostes, quot comminicitur Maro: De quibusdam proditoribus Troiæ sic meminit Caleni in Heclore. Tum ferus ante alios diuorum oblitus & vrbis Antenor socios vocat in sua te ta furentes, Aut odio, aut captos precio, tristi ve pauore. Conueniunt scelus in patrii sub nocte per vmbra, Polydamas facti interpret, Dolonque ferusque Amphidamas, ferus Vcalegon, Venerisque nefandæ Filius Aeneas Priami gener, impius ipse. Et pater Anchises, factoque hic foedere læti Admittunt Danaos, & Teucris mania pandunt.

¶ Annibal senior appellatus Adrubalis filius, quum primo bello punico totam Italiam vastaret, Cornelium Alinam consulem spe pacis vocatum ad colloquium punica fraude interfecit.

¶ Cn. Domitius Bituitum Aruernorum regem specie colloquij comiter inuitatum vixit, ligatumque Romam misit. Valerius de Perfidia.

¶ Fl. Fimbria Valerium Flaccum in Asia curauit interficiendum corrupto exercitu.

¶ M. L. Drusus Magulfam Mauritanix principem quem hospitio susceperat, Bocho prodidit pecunia corruptus. Plynius de viris illustribus.

¶ L. Magius & L. Fannius legati a Mithridate ad Sertorium missi defecerunt ad populum Romanum.

¶ De Nicia Pyrrhi medico eiusque in dominum proditione iam diximus.

¶ Perpenna consul Marianarum partium, Quintum Sertorium quum quo prius magna amicitia dimicauerat, inter epulas nihil sibi timentem interfecit, vt solus imperio potiretur in Hispania.

¶ Aulus Posthumius Albinus missus ad bellandum Iugurtham pecunia ab eodem corruptus foedissimam contraxit pacem.

¶ Ptolemæus Iudeus Abobi filius focerum suum Simonem Iudeorum principem conuiuio exceptum cum duobus filijs interfecit regnandi cupiditate.

¶ Zopyrus Persa benigne a Babylonijs exceptus vrbem eorum Dario prodidit.

¶ Tarpeia puella capitolium Tatio regi Sabinorum tradidit, vt iam diximus. Simulus poeta scripsit Tarpeiam non Sabinis Capitolium prodidisse, sed Celtis eorum regis amore in censam, hæc eius verba citantur a Plutarcho in Romulo, quæ Lopus Florentinus fecit latina. At Capitoli arcem custos Tarpeia tenebat Improba, quæ muris non bene fida suis Celtica dum demens sequitur connubia regis, Sceptiferum regum prodidit illa lares. Hanc non arboei & Celtarum millia gentis Abductam ripis cõstituere padi. At super inuisæ manibus detracta puellæ Arma ferunt, miseram pressit acerba dies.

¶ Boleslaus tertius rex Bohemorum Moschonem regem Poloniæ simulatione colloquij exoculauit.

¶ Cethegus Romanus cum Catilina in remp. confurauit.

¶ Dion Syracusanus interfecus est proditione cuiusdam Callicratis, quo eum summa famiharitate prius vixerat. Cocalus rex Siciliæ Minoem regem Crete qui Dædalum persequebatur, ad colloquium p̄textu amicitie inuitatū, p̄ pditionē in thermis suffocauit. Grimoaldus Pipini filius Dagobertū Sigisberti secundi filiū fidei suæ post mortem patris ei cõmissum interfecit, vt Australiæ regnum cui præerat pupillus, sibi vendicaret. Volaterra,

OFFICINA

¶ Helena Deiphobum Troianum cui post mortem Paridis nupserat, dormientem Græcis prodidit foribus eius apertis Authore Virgilio.

¶ Lolias Alexandri pincerna dominum suum veneno suffocauit.

¶ Clo, Galeacius dux infubrium Barnabam focerum suum quem simulabat se salutare vel le, obuiam prodeuntem in itinere per proditionem cepit, coniecitque in carcere m.

¶ Myrtilus Hippodamiam Oenomai filiam curruli certamine dimicantem prodidit pacta mercede corruptus a Pelope. Seneca. Deceptor dominæ Myrtilus. Claudia. Curru pisæa marino Fugit tela Pelops, nã perfidus obice regis pdidit Oenoma deceptus myrtil' axē.

¶ De perfidia Septimuleij in T. Gracchum iam diximus in capite de auaris.

¶ Cillicon Milesius prodita Prienensibus Mileto patria inhoneste ditatus est.

¶ Lathenes Olynthum prodidit Philippo Macedoni. De hac Lathenis proditione potest intelligi dictum Claudiani in bello Gildouico scribentis. Tenuit sic graia Philippus Oppida, pellego libertas cōcidit auro. luue. Saty. 12. Cēlati biberat quo callidus emptor Olynthi.

¶ Cleomenes Spartanus Argiuos induciarum fiducia consopitos noctu inuasit, alioq; cōtrucidauit, alios duxit captiuos.

¶ Phrynicus fuit quispiam Lacedæmoniorum proditor.

¶ Eurybatus missus a Cræso cum multa pecuniarum vi, vt contraheret exercitum, ad Cyrum Cræsi hostem defecit.

¶ Sedechias medicus Carolo Caluo regi ac domino suo venenum præministravit.

¶ Harpagus Astyagem dominum suum prodidit Cyro regi Persarum.

¶ Mylo Epyrotarum vrbe Papyrio Curfiori spe mercedis prodidit.

¶ Apollonius Samios, quibus erat præfectus, Philippo dedit occidendos.

¶ Ulysses Calypso nympham cuius hospitio septem annos fuerat vsus, fide violata deseruit. Propertius libro secundo. Sic a Dulychio iuvene est elusa Calypso. Vidit amatorem pã dere v elã suum.

¶ Pelops filius Tantali periurio decepit Myrtilum in Hippodamiæ certamine, vt fabulantur poetæ. Catullus Periuri Pelopis vastabit tertius hæres.

Fidelicissimi.

¶ Maltit Attilius Regulus ad supplicium redire, q̄ datam Carthaginensibus fidem violare, vt iam docuimus. Syllius lib. 6. Seranus clarum nomen, tua Regule proles. Qui longū semper fama gliscente per eum, Infidis seruasse fidem memorabere pœnis. Mantuanus. Regulus a pœnis captus Rōmamque reuersus, Sic illum fortuna tulit, quum viuere posset Noluit & Libycas redijt moriturus ad oras.

¶ De fide Penelopes in Ulysses, & Zopyri in Darium suis locis iam diximus.

¶ Quum Fabius Max. & Annibal alter in alterum dimicantes multos vtrinq; captiuos abduxissent, tandem conuenerunt de permutandis viritim captiuis, ea lege vt pro viro vir redderetur & si qui superessent, 250. drachmę in singulos solueretur ab ijs qui reciperēt. Facta igitur permutatione, 240. ex Romanis apud Annibalem superesse inuenti sunt. Horum precium quum Senatus nollet mittere, Fabius filium Romam misit, qui agros suos exponeret venales, conflataq; ex illis pecuniam ad se in castra deferret. Quod quum fecisset adolescens, collectumque argentum attulisset, Fabius captiuorum precium ad Annibalem misit, ne quam hosti dederat fidem, violasse diceretur, autho. Plutar. & Liuius lib. 22.

¶ Sagunthini populi adeo fideles Romanis extiterunt, vt ab Annibale obfessi multos menses obstinatis & infractis animis obsidionem tulerunt, maluerintque expectare vrbis excidium, quam deditionem facere. Plutarchus & Liuius.

Memoria clari.

¶ Cyneas Pyrrhi legatus Romam a domino missus, omnium senatorum nomina edidit vno die, quorum confessum totidem regum sibi videri retulit Pyrrho. Plutarchus. & Ply.

¶ Mithridates duarum & viginti gentium, quas habuit sub ditione, linguas percalluit, earumque gentium viris sine interprete locutus est. Authores Plynius & Gellius.

¶ Themistocles tanta fuit memoria, vt Simonidi artem memoriæ pollicenti dixerit se malle artem obliuionis, quod etiam meminisset quæ nollet, & obliuisci non posset, quæ vellet. Author Cicero libro tertio de finibus.

¶ Iulius Cæsar eodem tempore quaternas dictabat epistolas. Plynius scribit eum legere si mul dictare & audire consueisse.

¶ Aiunt & Theodectem Aristotelis discipulum multæ fuisse memorię. Hic Theodectes se mel auditos quamlibet multos versus, protinus reddidisse dicitur teste Quintiano.

¶ Habuit Lucullus diuinam quandam rerū memoriā, maiorē verborū Hortensius. Author Cicero

thor Cice. lib. 4. Quest. Acad.

Seneca scribit memoriam in seipso adeo excelluisse, vt non ad vsu modo sufficeret, sed in miraculum vsque procederet. Nam duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta, referebat. Ducentos verus ab vltimo incipiens recitabat. Cælius Cap. 13. lib. 6.

Ælius Adrianus tanta fuit memoria, vt locos, negocia, milites absentes quoque nominibus recenseret. Sextus Aurelius,

Cyrus rex nomina cunctorum militum in exercitu tenebat.

Hortensius orationem iisdem verbis scriptabat & pronuntiabat, quibus meditabatur.

Carmides in Græcia, quæ quis exigitset volumina in bibliothecis, legentis modo representabat. Author Plynus.

Esdras sacerdos vniuersas Hebræorum doctrinas habuit in memoria.

Tanta fuit Portio Latroni memoria, vt quæ dicturus erat, ediscendi causa nunquam reslegeret. Edidicerat quum scriberet. Dicebat ita, vt in nullo vnquam verbo memoria eum deciperet. Iubebat aliquem nominari ducem, statim illius gesta ad vnguem reddebat. Seneca libro primo Declamationum.

Antonius Rauennas ætate Antonij Sabellici multa rerum millia stans percipiebat animo. Scipio in exercitu Romanorum tenebat nomina. Plynus.

Memoriam in Crasso (qui diues cognominatus est) excelluisse vel ex eo constat, quod quum Alie præfisset, quinquæ sermonis differentias sic tenuerit, vt qua quisque apud eum lingua postulasset, eadem ius sibi redditum ferret. Author Quintilianus libro vndecimo.

Obliuiofi & qui memoria exciderunt.

**M**effala Coruinus morbi diritate sui nominis oblitus est. Authore Plynio.

Bamba rex Gothorum haustu veneni ab Heringio successore dati memoriam amisit. Volaterranus in Geographia.

Franciscus Barbarus Hermolai amicis Græcas literas (quarum prius erat doctissimus) in extrema senectute oblitus est. Idem Volaterranus.

Seneca scribit Caluifium Sabinum tam fragili aut nulla potius extitisse memoria, vt illi modo Vlyffis, modo achillis, modo Priami nomen excideret, quos tamen nouerat optime. De eo etiam Cælius Cap. 51. libri septimi.

Thracæ tam obtuso sunt ingenio, & adeo infœcunda memoria, vt quaternarium numero nequeant transcendere. Aristoteles apud Cælium.

Atticus Herodis Sophistæ filius tanta fuit ingenij hebetudine, vt ne elementorum quidam nomina perdifcere, aut retinere vnquam potuerit. Cælius Cap. 10. libri vndecimi.

Orbilius Beneuentanus in extrema senectute excidit memoria. Vnde Bibaculus. Orbilius vbi nam est literarum obliuio?

Georgius Trapezuntius in extrema senectute oblitus est literarum.

Curio pater tam nulla fuit memoria, vt olim totam causam in iudicio sit oblitus, teste Cicerone in Bruto.

Alij qui verba facturi, memoria exciderunt.

Theophrastus apud Atheniensem populum dicturus præ pudore obticuit. Demosthenes apud Philippum regem Amyntæ filium. Herodes Atticus coram M. Antonio. Heraclitus Lycius sophista coram Seuero principe verba facturi præter spem obmutuerunt. Bartholomæus Sothinus nomine suæ ciuitatis Alexandro pontifici maximo gratulaturus, in media prope oratione excidit, vt Franciscus Barbarus apud Philippum insubrium ducem. Crinitus Cap. 3. lib. 5. Hipparchion veniens in certamen cum Ruffino citharædo spe omnium elusa conticuit. Hinc adagiū. Mutus Hipparchiō. Fortunati & felices.

Tyrannus Samiorum Polycrates tanta vsus est felicitate, vt nullum vnquam mororis argumentum in tota vita potuerit reperire. Nam quum ad excitandum sibi doloris annulum ingentis precij conticisset in mare, eundem postmodum reperit in pisce oblato sibi a piscatore. Ad extremum vero affixus est cruci, vt iam diximus. De Polycratis felicitate meminerunt Plynus Cap. 1. lib. 37. Cicero in fine quinti de Finibus, & Herodotus libro tertio. Vnde Mantuanus in libello cui titulus est Consolatio super morte Collegæ. Fata probant istud Samij metuenda tyranni Cui datus ex inimicis iterum fuit annulus vndis. Nam quum triste nihil fors semper amica tulisset, Experiar certe quæ sit fors aspera dixit Et ridens percussit aquas adamante mirinas, Nec mora Rhombus adest, escam ratus esse, Lapillum prosequitur rictu & gemam vorat ore natantem. Forte superueniens piscator, in equora fundam laciat, & inclusum piscem dat dona tyranno. Ille atro, simul & gemme, Rhomboque potitus Credidit in se aditum forti non esse sinistre. Insidijs tandem captum crudelis Oroetes Iussit in excelso lapidosi vertice montis Affigi, predamque feris, auibusque relinqui.

OFFICINA

¶ Gyges rex Lydorum gemmam habuit tantæ virtutis in annulo, vt ea ad se versavideret quocunq; vellet nemini conspicuus. Vnde beneficio annuli omnia conseq;ebatur ex animi voto. Cicero lib. 3. Officio.

¶ Xenophilus musicus vixit, 105. annos sine vlllo corporis incōmodo, Author Plynius. ¶ Antiquitas non parua ascribit felicitati, q; Diagoras Rhodius duos Olympionicas filios eodem die victores coronari conspexerit. Author Cicero lib. 1. Quest. Tullcu.

¶ Marius post septem consulatus domi suæ senex mortuus est. Author Cicero lib. 3. de natura deorum.

¶ Timotheo Atheniensium duci felix adeo risit fortuna, vt in omni bello facilem ac velut certam referret victoriam. Cui prosperitati inuidentes æmuli fortunam pinxerunt, quæ in eius dormientis nassam & rhetia vrbes immitteret vltro. Quod conspicatus. Si dormiēs inquit vrbes capio, quid putatis me facturum, quum vigilaro? Plutarchus in Apophthegmatis, & in Sylla.

¶ Quandiu Lydis principatus est Alcimus, perpetua vsus est tranquillitate, habuitque diuitias quantas voluit. Xanthus apud Cælium.

¶ Apollo felicem pronunciauit Aglaum Psophidium, qui tamen in angustiissimo Arcadię angulo consenuerat, prædioli sui fructu contentus. Plynius & Solinus.

¶ Darylus fuit quispiam apud Athenienses, adeo fortunatus, vt illi quotidie nouus honor accresceret. Erasimus.

¶ Herodotus scribit Aminocle virū fuisse magnesiū, qui in excauenda terra multa pocula aurea & argentea, thesaurosque perfarum inuenerit.

¶ L. Sylla apud Romanos felicis cognomen sibi adoptauit.

¶ Plynius tribuit magne felicitati, q; Lēpedo mulier Lacedæmonia regis filia, regis vxor, & regis mater fuerit.

¶ Quid hac in re alienis laboramus exēplis? Habent hodie Galli reginam Augustissimam Claudiam nomine, regis & reginæ filiam, regis vxorem, & futuri regis matrem.

¶ Berenice vocatur felix a Plynio, q; filio soror & mater fuerit Olympionicarum.

¶ In familia Curionum tres continua ferie oratores extiterunt. In Fabiorum familia tres continui præcipes senatus M. Fabius Ambustus, Fabius Rutilianus & Q. Fabius Gurges.

¶ Q. Metello contigit, q; oprauerat, vt scilicet primarius esset bellator, optimus orator, fortissimus imp. auspicio suo maximas res gereret, maximo honore vteretur, summa esset sapientia, summus haberetur tenator, pecuniam magnam bono modo iueniret, multos liberos relinqueret, & clarissimus esset in ciuitate. Plynius Cap. 43. libri septimi.

¶ Antonius Castor centesimum ætatis annum excedens, nullum adhuc corporis malū expertus erat, ac ne ætate quidem memoria, aut vigore concussus. Idē Plynius Cap. 2. lib. 25.

¶ Enhippus rex perit argiuorum mirę felicitatis, cuius clypeum qui apud Græcos rem præclare gessissent, per vrbe incedētes ferebant honestamenti causa. Aegidius Naserius in suis super Val. Flac. Commentarijs.

¶ Contra vero inter infelicissimos iusta causa numerādus est Oedipus, qui patre interfecto matris se cōmiserit & ex ea liberos susceperit, qui mutuis vulneribus se ipsos interfecerit.

¶ Fr. Bufalus ciuis Romanus duos filios mutuis vulneribus se petentes vidit, totidem ob seditionem securi percussos, alium qui nouercam interfecerit, filiā vero, quæ præsentem marito venenum hauserit. Volaterranus in Philologia.

Religiosi.

**L**vcius Albinus vxorē & liberos in via pedibus ire iussit, vt vestales cū sacris currul suo iponeret. Authores Liius lib. 5. & Plutarchus in Camillo. Hoc autē fecit Albinus eo tempore quo Brennus vrbe Romam ingressus Romanos omnes metu percussos fugam coegit arripere, relictaque patria perfugij latebras quemque sibi querere.

¶ Alexander Macedo mane ante omnia dijs sacra faciebat.

¶ Ludouicus Crassus Francorum rex sacerdoti Eucharistiam afferenti obuiam proficisci voluit, quamuis in grauissimo affectus morbo.

¶ Numa instituit deos fruge colere, & mola falsa supplicare. Idem templum vestæ rotūdū condidit, vbi perpetuus ignis seruarietur. Quinetiam deos manes legitimis ratibus venerari iussit.

¶ Tempore bellorum, Sylla Apollinis imagunculam ferebat in sinu, quam imminente di serimine, osculabatur, & velut adiutricem inuocabat. Authore Plutarcho.

¶ Pericles suggestum ascensurus dijs vota faciebat, ne verbum aliquid inconsulte & imprudenter euomeret, quod ad Remp. minus pertinere videretur.

Scipio

¶ Scipio nālica vir optimus a senatu iudicatus, matrem deorū suscepit hospitio, Vnde Iuuenalis Saty. 3. Dat testem Romæ tam sanctum, quam fuit hospes Numinis, Idæi.

¶ L. Metellus conflagrante æde Vestæ, Palladium Troia aduectum, sustraxit ab incendio, magna quidem pietate, sed euētū misero. Nam dum in flammis auidius se conijceret, oratus est visu, auctor Plinius cap. 44. libri septimi. De hoc meminit idem Iuuenalis Saty. 3. dicens, qui Seruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam.

¶ Plutarchus ait Romulum diuini cultus, ceremoniarumque ac vaticini obseruantissimū fuisse.

¶ Diopites apud Athenienses decretum fecit, vt omnes qui de dijs non recte sentirent, aut de rebus cœlestibus nouos sermones inducerent, in ius vocarentur.

¶ Fuerunt olim Romani in obseruanda religione sacrificiorumque ceremonijs, adeo religiosi, vt quandoque vnicum sacrificium trigiesies egerunt & iterauerint, quod aliquis semper aut error, aut scrupulus intercessisset. Auctor Plutarchus in vita M. Coriolani. Hoc etiam alia satis indicant argumenta. Duo enim illustrissimi flamines sacerdotum amiserunt. Cor. Cethegus, quod exta victimæ non rite admouisset. Q. Sulpitius, quod ei inter sacrificandum apex quam flamines ferebant, e capite prolapsus esset. Quum minutius dictator C. Flaminium magistrū equitum designasset, stridore foricis mox audito, ambo sua dignitate priuati sunt. Valerius

¶ Africanus Scipio ex quo tēpore virilē assumpsit togam quotidie superstitione quadam solitus est in Capitolium descendere, ibique vidēte nemine loui sacra facere. Vnde & tur mor inualuit, eum consueisse cum dijs versari & louis frui colloquio.

¶ Fluuij præcipui nominis.



Cis fluuius est Siciliae ex æterna scaturiens, de quo Ouid. lib. 4. Fast. Præterit & ripas herbiferæ Acituas. Claudianus. Lucus erat prope flumen Acim. vbi primam corripit quam producit Ouidius.

¶ Albis fluuius Germaniæ. Lucanus. Fundat ab extremo fluuos Aquilone Sueuos Albis & indomitum Rheni caput.

¶ Amphryus fluuius Thessaliæ, apud quem Apollo diuinitate priuatus pauit armēta Admeti regis. Lucanus. Irrigat Amphryus famulantis pascua Phœbi.

¶ Anauros fluuius Thessaliæ ex Pelio monte defluens, & nullas spirans auras, vt docet ratio nominis. Lucanus. Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem Aera, nec ventos tenues expirat Anauros.

¶ Apidanus fluuius Thessaliæ velocissimus. Lucanus. Et gurgite rapto Apidanus.

¶ Anio seu Anienus fluuius Italiæ, nomen sumpsit ab Anio rege ibidem submerso. Cadit in Tyberim. Syllius lib. 12. Sulphureis gelidus qua serpit leniter vndis Ad genitorē Anio labens sine murmure Tybrim.

¶ Arar flu. Galliæ Narbonensis defluens in Rhodanum, adeo lētus, vt difficile sit iudicare, vtram in partem defluat. Syllius lib. 15. Quorum serpit Arar per rura, pigerrimus vndæ. Dicimus etiam Araris in recto casu. Claudianus. Quos Araris velox, Rhodanus quos tardior ambit. Nostro tempore vocatur Sagona.

¶ Araxes fluuius Armeniæ ortum habet a quodam mōte, qui Abon seu aban dicitur. Lucanus. Armeniumque bibit Romanus Araxem. Claudianus. Sic nobis Scythicus famus letur Araxes.

¶ Atax fluuius ortum habet in montibus Pyrenæis, & defluit in mare Tyrrenum. Lucanus lib. 1. Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas. Tibullus lib. 1. Quem tremere fortimilite victus Atax.

¶ Athesis fluuius Italiæ celeriter fluens, effunditur in Adriaticū mare. Claudianus. Et velox Athesis, tardusque meatu Mincius. Lucanus libro nono. Siue Padi ripis, Athesim seu propter amenum.

¶ Amasenus Volscorum fluuius. Virg. lib. 11. Ecce fugge medio summis Amasenus abundans Spumabat ripis. Ouid. lib. 15. Necnon Sicanijs voluens Amasenus arenas.

¶ Aufidus fluuius Appuliæ. Horatius. Dicar, qua violens obstrepit Aufidus.

¶ Albula fluuius est, quē nunc Tyberim dicimus. Virgilius libro octauo. A quo post Itali fluuium cognomine Tybrim Diximus, amisit verum vetus Albula nomen.

¶ Almo fluuius Italiæ, in quo simulachrum Cybeles abluetur. Lucanus. Et lotam paruo reuocant Almone Cybellen. Martialis. Phrygiumque matris almo qua lauat ferrum.

¶ Arnus fluuius Thuscæ in mare Tyrrenum influens. Marullus. Exul Ethrusci streperet sonanda

OFFICINA

sonanda Vallibus Arni, Stroza pater, Thufcus at incolumen postquam me acceperit Ar-  
nus, Mantuanus. Vidit & ripam resonantis Arui Qui per Ethruicos sinuosus agros Ser-  
pit, & cultis inimica campis flumina voluit.

¶ Achelous fluius Græciæ e Pindo Theſſaliæ monte ſcaturiens Aetoliam ab Armenia  
diuidit.

¶ Bragada fluius est Africa, apud quem M. Atilius ſerpentem, 120. pedum longitudine  
balistis & tormentis expugnavit, Leniter fluit, Vnde Lucanus libro quarto. Qua ſe Bras-  
gada lentus agit ſicca fulcator arenæ. Staius libro quarto Syl. Qualis Cinyphius tacente  
ripa Pænos Bragada ſtrepit inter agros. Syllius. Bragada non vilo lybicis in finib⁹ amne  
Victus, limoſas extendere latius vndas, Et ſtagnante vado patulos inuadere campos.

¶ Betis fluius Hispaniæ dedit nomen regioni Beticæ. Staius libro ſecundo Syl. Graio  
nobilior Melete Betis. Lucanus libro ſecundo. Thetymque fugacem Qui ſerit Heſperius  
poſt omnia flumina Betis. Martialis libro quarto. An Tarteſiacus ſtabuli nutritor Iberi  
Betis in Heſperia te quoque lauit aqua.

¶ Borifthenes fluius est Thraciæ multis fontibus copioſus, & concurſu multorum am-  
nium adoleſcens. Ab eo Thraces vocantur Borifthenidæ.

¶ Baſtros fluius est in finibus Scythiæ Aſiaticæ, a quo Baſtra regio & vrbs nomē ſump-  
ſit. Lucanus libro tertio. Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Baſtros Includit gelido.

¶ Cinga fluius est rapaciſſimus, ex Pyrenæis montibus in Iberum fluēs. Lucanus. Qua  
Cinga pererrat Gurgite.

¶ Caycus fluius est Myſiæ, a Teutrata Troadis parte deſluens. Lucanus libro tertio. Et  
gelido tellus perſuſa Cayco Idalis. Ouidius libro ſecundo Meta. Peneuſque ſenex, Teus  
trantæuſque Caycus.

¶ Chalybs fluius Hispaniæ ex radicibus Tauri montis ſcaturiens, Syros & Papeago-  
nes interluit, & in Euxinum mare euoluitur. huius accolæ vocantur Chalybes, qui ferrum  
effodiunt, & ibidem temperant. Lucanus lib. 4. Non Chalybem gentes penitus fugiente  
metallo Eruerent.

¶ Cayſter fluius Lyciæ Cyenis abūdans, Propertius. Si qua ve olorigeri viſenda eſt ora  
Cayſtri. Nos in noſtra Damifella. Pulchrior & Cyenis vnda Cayſtra turis.

¶ Cephifus fluius Bæotiæ ortum habet in radicibus Parnafi. In eius ripa fuit olim tem-  
plum Themidis, ad quod acceſſerunt Deucalion & Pyrrha deam conſulturi ſuper huma-  
ni generis reparatione, Vnde ab oraculo illo fluius vocatur fatidicus. Lucanus libro ter-  
tio Bæoti coire duces, quos impiger ambit Fatidica Cephifus aqua.

¶ Cinyphs Lybiæ abundat hircis, qui propterea vocatur Cinyphij. Claudianus de lau-  
dibus Stiliconis. Quos vagus humectat Cinyphs.

¶ Cydnus fluius Ciliciæ Tharſum urbem præterfluit. Nomen ſumpſit a candido colore  
quem Syri Cydnum vocant. Solinus ait ortum eius eſſe ignotum. Strabo vero ait naſci in  
Tauro. De hoc fluuiō Rhemnius ſeu Prifcianus in Dionyſij Geographiæ. Flexilis & Cyd-  
nus, dirimit qui flumine Tharſum. Valerius Maximus in Capite de Cōſtantiā. Qui aque  
liquore conſpicuus Tharſum interfluit. Tibullus libro primo. Ad te Cydnæ canam, tacitis  
qui leniter vndis Ceruleus placidis per vada ſerpis aquis.

¶ Clitumnus fluius est Umbriæ cuius aqua pota cādidos boues reddit. Propertius libro  
tertio. Hic Anio Tyburne fluis, Clitumnus ab Umbro Tramite, & æternum Martius hu-  
mor opus. Claudianus. Quim & Clitum in ſacras victoribus vndas, Candida que latus  
prebent armenta triumphis Viſere cura fuit. Mantuanus. Clitum nunquam greges qui  
parturit albos. De hoc Clitūno vide octauam epiſtolam octauo libri. Plynij Iunioris.

¶ Cremera fluius Italiæ, apud quem, 306. Fabij pugnātes a Veientibus interfecti ſunt.

¶ Danubius fluius Scythiæ, ortum habet in quodā Germaniæ monte. Accepit. 60. am-  
nibus euoluitur in mare. Alio nomine vocatur Iſter. Claudianus. Acrior & rapidus taci-  
tas præter meat ingens Danubius ripas. Horatius. Non qui profundum Danubiū bibunt.

¶ Daunus fluius Appuliæ. Horatius. Et qua pauper aque Daunus agreſtium Regnator  
populorum.

¶ Druentia oritur in Alpibus, & citato curſu deſcendens, inſundit ſe Rhodano.

¶ Duria fluius est Hispaniæ. Claudia. Et roſeis formoſus duria ripis. Mantuanus ſcribit  
durius in maſculino genere vbi ait. Adde numanting duriū decus vrbiſ.

¶ Eridanus fluius est nulli amnium claritate inferior, Authore Plynio. Naſcitur in imis ra-  
dicibus Veſuli montis. Mox paruis fontibus adoleſcens ita demū augetur alijs amnibus,  
vt ſe per ſeptem oſtia effundat. Velociſſimus eſt. Alio nomine vocatur Padus. Virg. lib. 3.

Georg.

Georg. Et gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus, quo non alius per pingua cluta In mare purpureum violentior influit amnis. Idem libro primo. Proluit infano contorquens vortice sylvas Fluuiorū rex Eridanus, camposque per omnes Cum stabulis armēta trahit, Petrus Crinitus. Eridane salue fluminum omnium princeps, Nam te decoris & fluentibus nymphis Velut parentem cæteri colunt amnes.

¶ Enipeus Thessaliæ fluuius apud quem Cæsar & Pompeius congressi sunt bello. Lētus est, sed mixtus Apidano fit velocissimus. Lucanus. Nunquam quæ celer nisi mixtus Enipeus. Idem. Sanguine romano quam turbidus ibit Enipeus.

¶ Euenus fluuius descēdēs a Thracia nomen sumpsit ab Eueno homine ibidem submerso. Calydoniam præterfluit. De hoc Ouid. lib. 9. Meta. Venerat Eueni rapidas loue natus ad vndas. Seneca in Hercule Oetho. Euenus altum gurgitem in pontum ferens. Iam pene summis turbidus ripis erat.

¶ Euphrates fluuius Mesopotamiæ ortum habet in paradiso terrestri. Secundum Strabonem in Niphate mōte Armeniæ. Celeri cursu Armenios & Cappadoces determinat. Nomen interim mutat pro varietate locorū. Sunt qui opinentur eum suo alueo nonnunquā egredi, & instar Nili Mesopotamiam irrigare. Vnde sumpsit nomē a fertilitate, quæ accolarum lingua vocatur Euphrata.

¶ Eurotas fluuius Laconiæ Spartam alluens. Ouid. lib. 2. Meta. Mygdoniusque Melas & tætareus Eurotas. Olius abūdat, vt alibi diximus. Statius lib. 4. Theb. Taygetique Phalanx, & oliuiferi Eurotas.

¶ Gallus fluuius Lyconiæ aqua sua potos in furorē vertit. Ouid. lib. 4. Fast. Inter ait viridem Cybelem, altaque Celænas Amnis it infana nomine Gallus aqua.

¶ Galefus fluuius Calabriæ quinque millibus passuum distās a Tarento. Statius libro secundo Syl. Blanda Therapnæi placeant vineta Galefi. Idem libro tertio. Et Lacedæmonij pecuaria culta Galefi.

¶ Ganges fluuius est Indiæ, cuius origo dubia est. Tendit in orientem, augeturque. 19. fluuijs nauigalibus, demum septem ostijs erūpit in mare. Tantę magnitudinis est, vt vbi minus occupat latitudinis, octo millia passuum contineat, Vbi plurimum, centum. Altitudinis nusquam minus viginti passibus reperitur. Hūc Cyrus rex Persarum, 460. alueos diuisit ob amissum ibidem equum præcipua bonitate. Lucanus libro octauo. Qua rapidus Ganges, & qua Nyseus Idaspes Accedunt pelago, Phœbi surgentis ab igne. Sidonius. Indicus Ausonia potetur casside Ganges.

¶ Garunna fluuius a Pyrenæis mōtibus defluens Celtas ab Aquitanis dirimit. Ausonius. Aequoream liqui te propter amice Garunnam, Sidonius. Remis veliuolum quatit Garunnam.

¶ Gir fluuius est Aethiopum de quo Claudianus. Et gir notissimus amnis Aethiopum, simili & mentitus gurgite Nilum.

¶ Hebrus fluuius Thraciæ ortum habet ab Oeagro flumine, a quo vocatur Oeagrius. Virgilius libro quarto Georgicorum. Gurgite quum medio portans Oeagrius Hebrus Volueret.

¶ Hypanis fluuius Scythiæ ex magna palude profluens. Propertius. Quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano. Hic fluuius fert folliculos quosdam acinis maiores, quibus quas drupedes volucres erumpunt, quæ in post meridianum tempus vsque viuunt, & volant, mox declinante sole marescunt & languent, Occidente vero emoriuntur, vita nō vltra vnū diem peracta.

¶ Iberus fluuius vterioris Hispaniæ nomen imposuit regioni. Cantabros alluit & Balaricum ingreditur mare.

¶ Idaspes fluuius Indorum celebratissimus, aurum & gēmas habere dicitur. Statius libro octauo Theb. Ceu modo gemmiferum thyrsu populatus Idaspem. Parthiam alluit, multas facit insulas. Nomen sumpsit ab Idaspe, antiquissimo Indorum rege.

¶ Indus maximus est fluuius in iugo Caucaſi montis, quod vocatur Paropanyſus aduersus Solis ortum effusus. Sandus ab incolis appellatur, authore Plynio. Vnde uiginti recipit amnes, sed clarissimos Idaspem quattuor alios afferentem, & Cantabram tres. Per se vero nauigabiles Acesinū & hypasin, Nusquam latior est. 50. stadijs, aut altior, 15. passibus. In occalum versus Oceano infunditur.

¶ Iordanis fluuius in Iudæa est eximitæ suauitatis. Oritur ad radices Libani ex duobus fontibus Ior & Dan nomine, qui simul iuncti, & fluuium & fluuij nomen perficiūt. Mantuanus. Vidimus & Iordanis aquas, vbi maximus olim Pastor oues mergens scabiē refecauit autitam

aitam Amnis hic a Libano veniens galilea per arua Transfit, & ampla lacum confurgit in aquora magno.

¶ Iara fluuius Rhodano se commiscet.

¶ Imera fluuius Siciliae in duos alueos diuiditur, quorum alter aquas voluit suauis, & optimi saporis, tenditque in mare Tyrrhenum. Alter amarus decurrit in Lybicum mare.

¶ Inachus fluuius Argiuorum nomen sumpsit ab Inacho rege. De hoc Lucanus libro, 6. Nec fortior vndis Labitur aucta pater Idis.

¶ Ister vt iam diximus, alio nomine vocatur Danubius. Propterea a poetis vocatur Bionis a duobus nominibus. Ouidius libro primo de Poto. Stat vetus vrbis ripa vicina bis nominis Istri. Stautus libro quarto Syl. Quid vagus Euphrates, quid ripa binominis Istri. Sex habet ostia. Propterea multifidus vocatur a Lucano libro tertio vbi ait. Multifidi Per cen vnum caput alluit Istri.

¶ Ladon fluuius est Arcadiae Apollini sacer, de quo Claudianus. Plurima Parrhasius tunc inter corpora Ladon Hestit. Ouidius libro primo Metamorphoseos. Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem Venerat.

¶ Liger seu Ligeris fluuius est Aquitanos a Celtis dirimens, vt aliqui volunt. Sunt enim qui Galliam Celticam ad Garumnam vsque protendant. Hic fluuius nauigabilis est, multumque absumit terrae solito non contentus alueo. Maior est eius latitudo quam sequang, sed minor multo profunditas.

¶ Lincestius fluuius aquas habet tantae virtutis, vt inebrient instar vini.

¶ Linternus, & Lyris fluuij sunt Campaniae. Virg. Et vmbrosae Lyris per regna Maricę. Labitur Lyris ex Appenninis montibus, Fregellas alluit, demum labitur in lucum sacrum, quem Minturnenses religiosissime colunt.

¶ Lycormas fluuius est Aetoliae. Seneca. Nec precipitem volueret amnem Flauus rapido fonte Lycormas. Stautus lib. 4. Theb. Sperchiusque minax, Centauraeusque Lycormas.

¶ Marisa fluuius nomen sumpsit ab illo tiberine, qui in Apollinem certare ausus est. Commiscet se Menandro, quo cum Icareo infunditur mari.

¶ Matrona fluuius Celtas a Belgis dirimit. Leniter satis effluit. Sequana ingreditur prope Luteciam, & vna Occidentalem intrat Oceanum. Octauo a Parrhasijs milliari Septentrionem versus contingit & alluit celebre multique nominis, coenobium Gorneium nomine, cui nunc praest vir doctrina & morum sanctitate conspicuus Antonius Boluacus, ibique subditos sibi religiosos fratres magna continet tranquillitate & concordia. Vulgares aiunt hunc fluuium eo esse fato seu periculo, vt quotidie praedam aliquam sibi corripit, Quod accidit ex vorticosis foueis & voraginibus, quibus vbique scatet.

¶ Meander fluuius est Phrygiae seu Meoniae adeo flexuosus & reciprocus, vt in fontem reuerti videatur. Lydiam determinat a Caria. De hoc Ouid. lib. 9. Non secus ac liquidis Phrygius Meander in vndis. Occurrensque sibi veteras aspicit vndas, Ludit, & ambiguo lapsu refluatque, fluitque. Et nunc ad fontem, nunc ad mare versus apertum, Incertus exercet aquas. Idem libro secundo Meta. Quique recuruat ludit Meander in vndis.

¶ Melas Bœotiae fluuius Mineruae sacer abundat oliuetis, Potos greges si albi fuerint, nigros reddit, in hoc contrarius & dissimilis Cephalo.

¶ Meles fluuius est Asiaticus, Smyrnam alluens. Prope hunc fluuium natus est Homerus Vnde Tibullus lib. 4. meletas chartas vocat homericas, vbi ait. Possit meletas nec malle mittere chartas. Huius etiam fluuij meminit Stautus in Genethliaco Lucani dicens. Attollet refluos in astra fontes Graio nobilior meletę bethys.

¶ Metaurus fluuius Vmbriae descendens in Adriaticum sinum.

¶ Mincius Venetiarum fluuius ex Benaco scaturiens, delabatur Mantuam, Politianus. O sacris Minci celebrate Musis. Ecce Mecenas tibi nunc Maroque Contigit vni. De Mincio Mantuanus. Et leni Mincius vnda Ipse satus patre Bænaco per pascua serpit Et Mantua sinu complexens moenia magno Eridani se iungit aquis.

¶ Mosella fluuius gallie Belgicę.

¶ Nar Sabinorum seu vmbrorum flu. aquas habet velut sulphureas. Claudianus. Vultur nusque rapax & Nar viciatus odoro Sulphure.

¶ Nilus Aegypti fluuius plurimum trahit limi, quo arua fecundat. Incerta est eius origo. Vnde Claudianus. Et arcanos Nili deprendite fontes. Ecclesiastici dicunt eum a paradiso terrestri scaturire. Varijs in locis mutat nomina. Septem ostijs infunditur Oceano. Ouid. lib. 1. Meta. Sic vbi deseruit madidos septenfluus agros Nilus. Aruidines profert, quarum membranule similes sunt papyro. Vnde idem Ouid, lib. 15. Porque Papisiferi septem sua flumina



flumina Nili. Crocodilos habet & Hippotamos. Alueum egreditur & totam Aegyptum stagnantibus vndis alluit.

¶ Nyphates Meedorum feu Armeniorum flu. cadit ab eiusdem nominis monte. Sidonius Aut vt Tigri feri pharetrata per arua Nyphatis.

¶ Numycius fluuius est Italic. in quo Aeneam submersum ferunt nonnulli.

¶ Reliqui fluuij memorabiles sunt, Oaxes flu. Crete, de quo Virg. Pars Scythiam & rapidum Crete veniemur Oaxem.

¶ Orontes fluuius Syriæ, de quo Ouidius libro secundo Meta. Arsit & Euphrates, Babylonius arsit Orontes.

¶ Pactolus Lydiæ aureas voluens arenas.

¶ Padus Italicæ, qui alio nomine vocatur Eridanus. Poetæ fabulatur in hunc cecidisse Phaetontem excusum polo, vnde & Phaetontæus dicitur. Martialis libro decimo. Et Phaetontæi qui petis arua Padi.

¶ Peneus flu. Thessaliæ Macedoniam dirimit a Magnesiâ. In eius ripa poetæ fabulantur Daphnem in laurū fuisse cōuersam, quæ propterea vocatur Peneia, Peneus fuit ex Pindo monte, dicente Ouidio lib. i. Meta. Est nemus hæmonia, prærupta quod vndique claudis Sylua, vocant tempe, per quæ Peneus ab imo Effusus Pindo spumosis voluit vndis.

¶ Permessus fluuius Bœotie, sacer Musis, a cuius nomine vocantur Permessides.

¶ Phasis celebratissimus est Colchorum fluuius, Lucanus. Colchorum qui rura facit ditissima Phasis.

¶ Rhenus Belgas diuidit a Germanis. Mirabile est, quod de huius natura scriptum legitur. Aiunt enim fluuium hunc Celtarum infantes intra suum sinū coniectos si polluta matris pudicitia essent suscepti, tanquam impuri lecti vindicem rapidis vorticibus suffocare cōluisse. Quos autem sensisset legitimo & impolluto natos matrimonio, in portum placidis aquis extulisse. Hoc legitur in quadam Politiani epistola ad Iacobum Cardinalem Papiensem libro octauo. Ad hoc allusisse videtur Claudianus libro secundo in Ruffinum dicēs. Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus. Super hoc Celtarum antiquo more, vide Annotationes Baptistæ Pij.

¶ Rhodanus fluuius velocissimus ortum capit in Alpibus. Tardū Ararim proxime Lugdunum secum arripit. Auctus demum Isara & Druentia duobus ostijs in Tyrrenum mare diffunditur.

¶ Rubicon fluuius Italicæ, de quo Lucanus. Fonte cadit modico, paruisque impellitur vndis Puniceus Rubicon.

¶ Sarnus & Sebectus fluuij sunt Campaniæ.

¶ Scamander fluuius est Troadis regionis, Catullus. Testis erit magnis virtutibus vnda Scamandri. Hunc profluentem sua aqua destituit Xerxes, nec hominibus iumentisque potantibus suffecit, author Herodo. libro septimo.

¶ Syllaris siue Syllarus fluuius est Lucaniæ de quo id traditur vt in eius aquas demissa virgulta, in lapidem protinus obrigentur, forma tamen & colore seruato. Strabo sub finem libri quinti.

¶ Sequana fluuius Galliæ Celtas dirimit a Belgis, Parrhisiorum Luteciâ alluit, multisque afficit commoditatibus, Eo enim comportantur ligna, vina, & cetera quæ vrbis conducunt.

¶ Sicoris fluuius Hispaniæ iuxta Ilerdam. Lucanus libro quarto. Placidis prælabitur vndis Hesperios inter Sicoris non vltimus amnes.

¶ Simois fluuius Troadis, apud quæ Venus ex cōcubitu Anchisæ genuit Aeneam. Virg. Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygiæ genuit Simeoentis ad vndam.

¶ Strymon fluuius Thraciæ, a cuius nomine Thracas vocantur Strymonij.

¶ Sperchius fluuius Thessaliæ, de quo Ouid. lib. i. Metamor. Populifer Sperchius, & irrequietus Enipheus.

¶ Tagus fluuius Hispaniæ aurifer

¶ Tanais fluuius Scythiæ ex Riphæis montibus defluens.

¶ Thermodon fluuius est eiusdem regionis, ad cuius ripas Amazones feruntur habitasse. Ouid. lib. 4. de Pōto. Et tu foemineæ Thermodon cognite turbe, Et quōdam Graijs Phasipetite viris.

¶ Tybris quæ prius Albula diceretur, nomen sumpsit a Tyberino rege ibidem submerso.

¶ Ticinus fluuius Italicæ.

¶ Tygris fluuius Armeniæ maioris.

¶ **T**imauius Venetorū, de quo Lucanus libro septimo, Atque Antenorei dispergitur vnda Timai.

¶ **T**rebia fluuius Italiae ex Appennino in Rhodanum influēs, nobilitatus secunda Annibal's victoria, & clade L. Sempromij consulis.

¶ **V**fens fluuius Italiae, ex Alpibus decedit in Padum. Claudianus. Tardatusque suis erroribus Vfens.

¶ **V**ulturnus fluuius est Italiae, Casilinum oppidum interfluens, qui alio nomine Alcro-nus dicitur a Plutarcho in vita Fabij Maximi.

¶ **V**igia fluuius est vmbrię, de quo Ponta, libro, i. Amorum, Vigia quem gelidis placidus circumfluit vndis.

¶ **X**anthus fluuius Troadis. Virgilius, Non Simois tibi nec Xanthus, nec dorica castra Defuerint. Hęc sunt nomina fluuiorum præcipui nominis. Infitam aliorum turbam omifimus de industria.

¶ **Fluuij auriferi & gemmiferi.**



**I**agus Hispaniae, Iuuenalis, Quod Tagus & rutila Pactolus voluit arena, Martialis libro octauo. Nō illi latis est turbato sordidus auro Heronius, & Hesperio qui sonat orbe Tagus, Idē libro decimo, Auriferumque Tagum sitiam, Pōtanus, In mare qua Ganges, & qua Tagus aureus intrat, Idē, Dum Tagus aurifluo vectatur gurgite, Mantuanus libro quarto, Agelariorū, In mare proripitur Tagus auricoloribus vndis.

¶ **H**ermus Lydiae, Stroza filius, Quod ve metalliferis egerit Her-mus aquis.

¶ **I**daspes Indiae, Claudianus, Auriferum veniam poturus Idaspem, Statius libro octauo, Ceu modo gemmiferum Thyrso populatus Idaspem.

¶ **P**actolus Asiae, Lucanus libro tertio, Passaque ab auriferis tellus exire metallis Pactolō, Virgilius libro decimo, Pactolusque irrigat auro, Ouidius lib. ii, Pactolonque petit, quāuis non aureus illo Tempore, nec charis erat inuidiosus arenis, Strabo lib. 13, Pactolus a Tino lo fluens, olim multa auri ramenta deferebat, ex quo præclaras illas Croesi & maiorum diuitias ferunt.

¶ **A**rimaspus Scythiae fluuius aureas quondam habuit arenas, De fluuijs quibusdam auriferis Claudianus, Non Tartesiis illum fatiaret arenis Tempestas preciosa Tagi, non stagna rubentis Aurea Pactoli, totumque exhauserit Hermum, Ardebat maiore situ.

¶ **Fluuij infernales.**

¶ **S**tyx, Lethe, Cocytus, Phlegeton, Acheron, De his Syllius lib. 13, Sæuus aquis Phlegeton, & turbine anhelō Flammarū resonans saxosa incendia torquet, Par-te alia torrens Cocytus sanguinis atrī Vorticibus furit & spumanti gurgite fertur, At magnis semper diuis, regique deorum Iurari dignata palus, picis horrida riuo, Fumiferum voluit Styx inter sulphura limū, Tristior his Acheron sanie, crassoque veneno Aestuat, & gelidam eructans cum murmure arenam Descendit nigra lentus per stagna palude.

¶ **Aquarum mirabilis natura.**



**A**quæ Sinuessanae in Campania regione sterilitatem foeminarum, & virorum insaniam abolere produntur. In ænaria insula calculosis mederi, luxta Romam Albulæ aquæ vulneribus medentur, auctore Plinio, Lacus Amphio vtiligines tollit, Cydnus Cilicie amnis podagricis medetur, Leucogei fontes inter Puteolos & Neapolim oculis & vuneribus medentur, Reatinis paludibus vngulę iumentorum induratur, Cerome fons est, ex quo bibentes oues nigre fiunt, Ex Mele vero alio fonte albæ, Si ex vtroque biberint, fiunt variæ, Testis Eudicus apud Plinium, Crathis fluuius cādorem facit bobus ac pecoribus, Sybaris nigriciam, Sybarim quoque si bibant homines, nigriores fient, & crispo capillo, Si ex Crathide, fient cādidi & porrecta coma, In Lusis Arcadie fonte mures bibūt & cōuersantur, Erythris Aloes amnis pilos gignit in corporibus, Qui ex Clitorio Arcadie fonte bibunt, vini tædio afficiuntur, Marlye fons in Phrygia ad Celenarum oppidum saxa egerit, Ex Cyzice fonte potantes amorem deponunt, Grannone fons est calidus qui in vinum additus, triduo calorē potionis custodit in vasis, Mogūtiaci fontes sunt calidi in Germania, quorum haustus triduo feruet, In Silia Indorū stagno nihil innatat, sed omnia merguntur, Auernus lacus susperuolantes

peruolētes aues enecat, & arboribus folia decutit. In Africę lacu Apustidamo, omnia fluitant & nihil immergitur, vt in Phintia Sicilię fonte. Olachas fluuius est in Bithynia, cuius gurgite perituri norantur Parthi vclut flamma vrente. In Cantabria Tamarici fontes habentur in augurio. Lycus fluuius in Leontinis tertio die necat, si quisquā biberit. Coaspis & Euleij fluuiorum suauis adeo sunt aque, vt reges Parthorū ex his bibant. Cabura fons est Mesopotamię, cuius aqua iucunde olet. Apud Bactros amnis Ochus & laxartes deferrunt falsis ramenta. Pręcedentia hęc sumpta sunt ex Plinio. Clitumnus fluuius est Meuania, cuius aqua pota candidos boues reddit. Propertius libro secundo. Qua formosa suo Clitumnus flumina Luco Integit, & niueos abluit vnda boues. In Carysto Euboicę aquę feruntur esse calidę, quę vocatur Alopia. Tibullus libro quarto. Cretais ardēs aut vnda Carystia campis. A nigri aqua in Peloponeso admodum foetet.

¶ Afrodifius fluuius steriles reddit mulieres.

¶ Axus fluuius est Macedonum, cuius aquam sibi biberint greges armentorū, nigros pariunt foetus. Belus Phœnicicę fluuius arenas habet accommodas vitro. Croconus seu Crocaculus fluuius est Brutiorū, in quē si quid coniciatur, lapideo durefcit cortice. In Męandro fluuiio nascitur nescio quis lapis, qui pectori alligatus infaniam parit. Melas fluuius Bœoticę potos greges si albi sint, nigros facit. Cephilus vero, ex nigris albos reddit. Cassinitus fluuius Thracię equos aqua sua potos efferat. Virgula in Silarum fluuium Samnitum demissa lapidescunt. Syllius libro octauo. Nūc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt Duricem lapidum merfis inolefcere ramis. Pōtus fluuius Thracię ardentes habet lapides, qui contrariam carbonibus retinēt naturam. Vēto enim extinguntur, in aqua vero flagrant, odoremque instar bituminis tetrū adeo reddunt, vt nulla reptilia prope cōsistat. Salmacis fons est in Caria, cuius aquam qui potauerit, mollis fieri dicitur. De mirabili aquarum virtute Ouid, lib. 15, hęc scribit.

Medio tua corniger Ammon

Vna die gelida est, ortuque, obituque calescit.

Admotis Athamantis aquis accendere lignum

Narratur, minimos quum Luna recessit in orbes.

Flumen habent Cicones, quod potum faxea reddit

Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.

Crathis & huic Sybaris vestris conterminus oris

Electro similes faciunt auroque capillos.

Cui non audita est obfcœnę Salmacis vnda,

Aethiopesque Lacus: quos si quis faucibus hausit,

Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem.

Clitorio quicunque sitim de fonte leuauit,

Vina fugit, gaudetque meris abstemius vndis.

Huic fluit effectu dispar Lyncestius amnis,

Quem quicunque parum moderato gutture traxit,

Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset

Est lacus Arcadię Pheneum dixere priores,

Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timeto,

Noctę nocent potę, sine noxa luce bibuntur.

De Amnone fonte meminit Pontanus libro primo Amorum dicens. Quid calidi fontes

Himbri, quid noctibus Ammon Ferueat, & medio frigeat vsque die. Frutices in Sarnum

proiecti lapidescunt. Pontanus in lib. Meteororum. Videas lapidescere Sarni Ceruleo sub

fonte alnum, filicis que maniplos. Et paleę intortos lento cum vimine culmos. Idem de fonte

Ammonis sic ait. Ammonem fama est medijs sub noctibus altum Feruere, & in medijs

rursum frigere diebus. Nihil in Asphaltite Iudę lacu qui bitumen gignit, mergi potest.

¶ Aucarium.



Luuij reciproci sunt Mæander & Eurippus. De Mæandro Propertius libro secundo. Atque etiam vt Phrygio fallax Mæadria campo Errat, & ipsa suas des

cipit vnda vias. De Eurippo, Seneca. Priusq; & multo vicibus alternis fugax

Eurippus vnda stabit Euboica piger. Idem. Eurippus vndas flefcit instabilis

vagas, Septemque cursus flefcit ac totidē refert, Dū lassā Titan mergat Occas

no iuga.

¶ Fluuij subeuntes terras, & rursus emergentes sunt Lycus in Asia, Erasinus in Argolica, Tygris in Mesopotamia.

Fluuij

OFFICINA

¶ Fluij paradisi terrestres sunt. 4. Ganges, Nilus, Tygris, Euphrates.

¶ Ostia Nili sunt Canopicum, Bolbiticum, Sebēniticum, Phatniticum, Mendefictum, Taniticum, Pelusiacum.

¶ Ostia Danubij sunt Peuce insula, Naracostoma, Calostoma, Pseudostomon, Boreostoma, Siencstoma, Author Ammianus Marcellinus.

¶ Fontium quorundam nomina.



¶ Hippocrene fons est Bœotiaꝝ quem poetæ fabulantur equi vngula natum. Ouid. lib. 5. Meta. Fama noui fontis nostras peruenit ad aures. Dura Medusei quem præpetis vngula rupit.

¶ Cymothoe fons est Achaïæ. Authore Plinio.

¶ Nigris fons est apud Hesperios Aethiopas. Authore Plinio.

¶ Cabura fons est Mesopotamiæ, cuius aqua iucunde olet, vt iam diximus.

¶ Acidalus fons est in Orcomeno oppido Bœotiaꝝ, Veneri sacer, quæ propterea vocatur acidalia.

¶ Aganippe fons est in eadem Bœotiaꝝ sacer musis, quæ inde vocantur Aganippides. Ouid. libro. 6. Fast. Dicite quæ fontes Aganippidis Hippocrenes Grata Medusei signa tenetis equi. Idem lib. 5. Meta. Fonte Medusei, & Hyantæa Aganippe.

¶ Albunea fons iuxta Tibur. Virg. Lucosque sub alta Consultat Albunea, nemorum quæ maxima sacro Fonte sonat.

¶ Callirhoe fons Athenis propinquus. Statius libro. 12. Et quos Callirhoe nouies errantibus vndis Implicat.

¶ Castalius fons est in radicibus Parnasi sacer musis, qui alio nomine Caballinus dicitur. a Cabello id est equo, cuius vngula excussus est.

¶ Clitorius fons est Arcadiaꝝ, qui potus vini tædium afferre dicitur. Crunos fons est in Attica, vt etiam Larine.

¶ Magia fons Siciliaꝝ in agro Syracusano.

¶ Marga nomen est fontis apud Plynium.

¶ Salmacis fons in Caria.

¶ Seberos fons prope Neapolim. Statius lib. 1. Syl. Et pulchra tumeat Sebetos alūna.

¶ Telpissa nomen est fontis frigidissimi, cuius aqua Tyresiam extinxisse dicitur.

¶ Lymira, Sceltirbe, & Stomacæ nomina sunt fontium apud Plinium.

¶ Cissusa fons est, in quo obstetrices Bacchum infantem lauerunt. Author Plutarchus in Lysandro.

¶ Eodem teste Palma & Oliua duo fontes prope Delon.

¶ Dirœna & Nemeta nomina sunt fontium apud Martialem lib. 1. scribentem, Auidam rigens Dirœna placabit sitim, Et Nemeta, quæ vincit niues.

¶ Dirce fons est Thebanus, in quem Dirce Lyci vxor conuersa est. Lucanus libro tertio. Fatidica Cephilus aqua, Cadmæaque Dirce.

¶ Arethusa fons est aquæ dulcis prope Syracusas, vt Cyane.

¶ Zame fons est in Africa, ex quo canoras efficit voces prodidit Varro.

¶ Chrysothois fons fuit apud Troezenios.

¶ Berbinus & Gargaphius nomina sunt fontium apud Herodotum.

¶ Lacus Paludes & stagna.

Vernus lacus est Campaniæ diti sacer.



¶ Bœnacus lacus est Italiaꝝ.

¶ Bœbeis Thessaliaꝝ. De Bœbeide Propertius lib. 2. Mercurio Sais fertur bœbeidos vndis Virgineum primo composuisse latus. Cœcannicus Siciliaꝝ, Cyminus Ethruriaꝝ, Eupilius & Fucinus Italiaꝝ, Martialis. Fucinus & pigri taceantur stagna Neronis. Gygeus Lydiaꝝ, Lemannus lacus prope Gebennas, Lucanus lib. 1. Deserere cauo tentoria fixa Lemæno. Mareotis Aegypti, Sanaus Asiaꝝ, qui circumnascere absinthio inficitur, Author Plynii. Spartha Atropatiæ salis ferax, Stymphalus Arcadiæ, Thesbitis lacus per quæ trāsit Tygris fluuius. Thrasimenus lacus agri Perulini. Syllius. Thrasimenus in altis Ascendat citius colles. Verbanus lacus Italiaꝝ, Vadimonis lacus est in quo fluctuat insula. Naturam huius copiose explicat Plynius Iunior, epistola vigesima octauo libri. Vosigonus lacus in agro Patuino. Zoroanda lacus est quem efficit Tygris fluuius. Eptabolus nomen est lacus apud Vitruuium, Genefareth apud Cor. Tacitum.

Acronius

Aconius lacus est Alpinus, Aeticus Apolloniæ, Albanus albanimontis, Alconius Bithyniæ, Amfanctus Lucaniæ, Caulas Iudeæ, Licomedes Aethiopiæ, Lucrinus Capaniæ Pergusa Sicilia, Tesprotie Ambraciæ, Velinus agri Vesulani.

¶ Acherusia palus est Capaniæ, Candebœa Syriæ, Mæotis Scythiæ, Serbonis palus prope mœtem Casium, Dasylitis & Loncanidis nomina sunt paludum apud Plutarchū, Lerna palus Græciæ inter Argos & Mycenæ, Salapia palus Appuliæ, Sipus palus ad Sipuntem Diomedis ædificium, Lucanus lib. 5. Quas Vitruuium, Myris palus fuit Aegypti.

¶ Montes præcipui nominis.



Bila Mons est Mauritaniæ oppositus Calpe Hispaniæ. Acanthus Magnesiæ, Acatō Aetoliæ, Actium Epyri, vbi Antonius & Cleopatra superati sunt ab Augusto, Acontius Magnesiæ, Acroceranus montes sunt inter Armeniam & Hiberiam, Horatius, Infames scopulos Acroceraunia, Acrocorinthus Peloponnesi, Aga maioris Armeniæ, Agolonius Arcadiæ, Agragas Sicilia, Alburnus Lusitaniæ, Ancoranus Mauritaniæ, Apœninus dicitur totus Alpium globus, Aracynthus mōs Aetoliæ, Mineruæ sacer, Virg. Amphio Dircaus in Actæo Aracyntho, Argeus Cappadocia, Arpendus

Pamphiliæ, Arthemisius Arcadiæ, Ascreus Bœotiæ, Atlas Mauritaniæ, Athos Macedoniæ, Artemisius, Arcadiæ, Arusiū Capaniæ, Andriceis Ciliciæ, Aetna Sicilia, Aulō Calabriæ,

¶ Balbus Africa, Bebius Campaniæ, Berecynthus Phrygiæ, Brilefus Atticæ,

¶ Caphareus Euboia, Calpe Hispaniæ, Capitolinus vrbis Romæ, Carina Crete, Carmelus Phœniciæ, Casinus Capaniæ, Casyrus Perfidis, Casius Syriæ, Caucasus Scythiæ, Caulon Calabriæ, Chimera Lyciæ, Cillene Arcadiæ, Cynthus Deli, Cyrrha Phocidis, Citheron Bœotiæ, Cithorius Paphlagoniæ, Clarius Colophonæ, Cophantus Bactrianorum, Corax Aetoliæ, Corycus Ciliciæ, Caphareus Euboia.

¶ Dardanus Appuliæ, Dindymus Phrygiæ, Dodona Chaoniæ, Dyrhachium Epyri.

¶ Ebrū Palestine, Efrain Iudææ, Eleome Macedoniæ, Erymanthus Arcadiæ, Eryx Sicilia,

¶ Falernus Campaniæ, Ferraria Hispaniæ, Gagus minoris Asiæ, Gargarus Phrygiæ, Garganus Appuliæ, Gaurus Campaniæ, Gebanna Aruernorum,

¶ Hæmus Thessaliæ, Hymettus Atticæ, Helycon Bœotiæ.

¶ Ida Phrygiæ, Idalius Cypri, Inarine Prochyte insule, Ismarus Thraciæ.

¶ Lacinium Italiæ, Lathmus Cariæ, Libanus Phœniciæ, Lycabefos Atticæ, Libetrus Aetoliæ musis sacer, Lyceus Arcadiæ, Lilybeus Arcadiæ.

¶ Malea Laconiæ, Maraton Atticæ, Menalus Arcadiæ, Misenus Campaniæ.

¶ Neptunus Sicilia, Niphates Armeniæ, Nyfa Indiæ.

¶ Oetha Thessaliæ, Olympus Macedoniæ, Ossa & Othrys Thessaliæ.

¶ Pachynus Sicilia, Palatinus vrbis Romæ, Pangæus Thraciæ, Parnafus Phocidis. De Parnaso Ouid, lib. 1. Meta. Mons vbi verticibus petit arduus astra duobus Nomine Parnafus, superatq; cacumine nubes. Parthenius Arcadiæ, Pelion Thessaliæ, Pelorus Sicilia, Pindus Thessaliæ, Pyreneus mons Hispaniam dirimens a Gallia, Pholoe Thessaliæ.

¶ Quirinus vrbis Romæ.

¶ Reticus Germaniæ, Riphei Scythiæ, Rhodope Thraciæ.

¶ Scillaceum Italiæ, Siggeum Asiæ, Sipylus mons inter Lydiam & Phrygiam, Sython Thraciæ, Silanius Hiberniæ, Somorus Syriæ.

¶ Tabor Galilee, Taburnus mons in Sannio, Taygetus Laconiæ, Tarpeius vrbis Romæ, Taurus Scythiæ, Priscianus seu Rhēnius in Dionysij geographia de Tauro monte ad hūc modum scribit. Ast Asiam qui nō excelsus diuidit omnem, Incipit a medijs terræ Pamphilidis oris, Et longis sese spacijs producit ad Indos, Nunc obliqua means, nunc recto limite currens, Vertice quem toruo perhibent cognomine Taurum, Cornua nam summis scopulis imitatur acutis, Multi, fidosque suos huc colles spargit & illuc, Huius etam meminit Tibullus libro primo dicens. Quantus & æthereo contingens vertice nubes Frigidus intonos Taurus arat Cilicas, Tetricus Sabinorum, Tmolus Ciliciæ, Tempe Thessaliæ,

¶ Vefæus Campaniæ.

¶ Montes flammiferi,

OFFICINA



Aetna Siciliae. Sta. lib. 5. Theb. Vbi ignifera fessus suspirat ab Aetna Mulciber, Luca. lib. 1. Et ardenti feruilia bella sub Aetna.

Lypara quae est vna ex Aeolijs insulis. Syllius lib. 14. Na Lypare vastis subter de pasta caeminis Sulphureum vomit exaelo de vertice fumum. Ast Aetna eructat tremefactis cautibus ignes.

Aenocauma mons est aeternis ardens ignibus, authore Plinio.

Chimera mons Lycius, Pontanus. Oraque flammiuoma rutilent afflata Chimera, Hora. Me nec Chimere spiritus ignea Diueller vnquam.

Vesbius Veseus seu Vesunius, Val. Flac. lib. 3. Argo. Vt magis Inarime, magis vt murgitor anhelat Vesbius.

Montes flammiferi enumerantur a Pöponio Mela lib. 2. Africam versus (inquit) Gauros, Melita, Cosura, propius Italiam Galata, & illae septem quas Aeoli appellant, osteodes, Lipara, didyme, phoenicusa, ericusa, hiera, & strongylae vt Aetna perpetuo flagrant. De Aeolijs abunde meminit Strabo lib. 6. quae secundum cum haec sunt Lipara, thermissa, strongyla, didyma, ericusa, phoenicusa, euonyma.

Historiographi plerique Graeci & Latini.

Blabius Gothus scripsit de bello Gothorum.



Aeliodorus praesul Tricensis quae ciuitas est Thessaliae, scripsit Aethiopicam historiam lib. 11.

Anastafius Lateranensis scripsit historiam ecclesiasticam vsque ad sua tempora. Andronicus scripsit res Alexandri.

Antipater Iolai filius & Philippi Macedonis miles scripsit historiae Perdicae & res Illyricas. Appianus Alexandrinus, 22. libros historie Romanae composuit & gesta imperatorum.

Apollonius Aphrodisaeus scripsit res Cariae, de Trallibus, de Orphea eiusque ministerijs.

Arrianus scripsit historiam Alexandri magni. 8. lib. Emicuit Romae sub M. Antonio & Adriano principibus, a quibus ob literas consularem meruit dignitatem.

Acellius Sempronius scripsit bellum Numantinum.

Aufidius Bassus aetate Quintiliani scripsit bellum Germanicum.

Bairon historicus scripsit breuiarium rerum ab Alexandro gestarum.

Bemarchus Cefariensis scripsit res gestas Constantini principis libris decem.

Cadmus Milelius scripsit historiam de Mileto, ac totius Ionie regione libris. 4.

Calinius Syrius de gestis Alexandri, vt etiam Callisthenes Olynthius.

Calistus scripsit heroico versu historiam Iuliani principis.

Charon Lampfacenus aetate Darij primi scripsit Aethiopia libris duobus, Graecia ite & Graecanica. Charon Carthaginensis scripsit tyrannos quotquot in Asia atque in Europa fuere. Item vitas clarorum virorum libris. 4. illustrium foeminarum libris totidem.

Charon Naucratica sacerdotis Aegypti & reges qui fuere ab initio in qualibet gente.

Capton Lycius composuit historiam Isauricam libris. 8.

Chœrilus Samius scripsit Atheniesium victoriam contra Xerxem, & pro singulis versibus singulos stateres aureos recepit. Clearchus Solensis scripsit de varia historia.

Clitarchus comes fuit Alexandri, qui eius gesta conscripsit. Clitarchi probatur ingenium, fides vero infamatur, authore Fabio.

Culius Cordus scripsit vitas imperatorum. Crito Pieriota (ciuitas esse Macedoniae Pieria) scripsit res Persicas, Siculas & Macedonicas.

Curtius scripsit de gestis Alexandri magni, sed opus eius maicum est & imperfectum.

Damascius Sigieus scripsit de rebus in Graecia gestis. Praeterea de paratibus eorum qui ad Troiam profecti sunt. Itē de poetis & Sophistis. Dares Phrygius graece scripsit bellum Troianum, cui ipse interfuit. Dexter Barcinonensis scripsit omnimodam historiam.

Dion Cassius scripsit Romanam historiam lib. 80. Praeterea gesta Traiani principis & vitam Arriani philosophi. Historiam eius integram non habemus.

Dion Prusaicus scripsit de virtutibus Alexandri magni libros decem.

Diogenes Laertius scripsit de vita & moribus philosophorum.

Diodorus Siculus scripsit historiam, quam Bibliothecam inscripsit. Continet autem res Romanas & varias libris. 40. Floruit Augusti saeculo.

Dionysius Milelius scripsit res persicas, & quae post Darium secuta sunt.

Dionysius Halicarnassaeus Augusti tempore Romanam scripsit historiam.

Egesippus

- ¶** Egesippus scripsit historiā ecclesiasticam lib. 5. Ephippius Cumæus auditor Ilocrat̃is scripsit historiā ab excidio Troiæ, vsque ad sua tēpora libris. 30.  
**¶** Ephorus Cumæus scripsit Galeni principis historiā lib. 27. Præterea Corinthiaca & quedam alia. Ephorus vt Ilocrati visum, calcaribus egebat.  
**¶** Herodotus scripsit historiā libris nouem ex numero & nominibus musarū incipiens a Cyro Perfarum rege. Herodianus Alexandrinus scripsit imperatorū historiā, quæ ad nos integra non peruenit. Hefichius Milesius cōposuit historiā libris. 6. in quibus cōplectitur Romanorū imperatorū, tyrānorū & diuersorū gētiū res gestas vsque ad sua tēpora. Eumerus Messanus historiā finxit ex titulis & inscriptionibus sacris.  
**¶** Eutropius Afer discipulus Augustini scripsit Epitomē Romanæ historiæ ab vrbe cōdita vsque ad Valentē principē & Iouinianū. Eustathius Epiphaneus scripsit tēporū Epitome ab Aenea vsque ad Anastasiū principē. Eusebius scripsit historiæ lib. 10. de præparatione Euangelica, & Epitomē tēporū. Florus scripsit historiā Romanam succinctorie breuitate. Itē Epitomē in libros Liuij. Fortunatus præsul Pictauēsis gesta sanctorū partim pedestri, partim soluta scripsit oratione. Gennadius Massiliēsis scripsit de viris illustribus Theodosij tēpore. Ibycus Rheginus historicus vixit apud Polycratē Samiorū tyrannū. Hieronymus Rhodius scripsit res gestas a Demetrio Poliorcete.  
**¶** Ioannes Scilax scripsit de imperatoribus Constantinopolitanis.  
**¶** Iosephus Iudæus cōscripsit græcæ antiquitatis Iudeorū historiā libris viginti ab exordio mūdi vsque ad. 13. annū Domitiani. Bellū vero Iudaicū cum Romanis gestā libris. 7.  
**¶** Irenæus præsul Lugdunensis historiā scripsit ecclesiasticam.  
**¶** Isidorus præsul Hispanensis scripsit de viris illustribus. Historiā præterea ab Adamo vsque ad sua tempora, & res Longobardorum, & breuem quandam cosmographiā.  
**¶** Iulius senator res Romanas græcè scripsit.  
**¶** Iustus Tiberienſis texuit historiā rerum Iudaicarum.  
**¶** Iustinus fecit epitomen in Trogum tanta styli felicitate, vt alienum prope inuentum sibi vendicari.  
**¶** Aelius Lampridius scripsit de gestis imperatorū Romanorum ad Cōstantinū magnū.  
**¶** Leo Bizantius scripsit res Bizantiæ a Philippo gestas.  
**¶** Leo Alabandæus scripsit historiā de caribus libris. 4. De lycijs, duobus, Artem Rhetoricam, bellum Phocensium & Bœotiorum.  
**¶** Liuius Patauinus scripsit historiā Romanam.  
**¶** Ammianus Marcellinus vitam quorundam imperatorum.  
**¶** Manethus Isidis, Olyridis, Apidis, Serapidis, aliorumque deorum Aegyptiorum fabulosa gesta conscripsit.  
**¶** Menecrates græcus historicus scripsit historiā de Nicea Bithyniæ ciuitate. citatur a Plutarcho in vita Thesei.  
**¶** Marius historicus scripsit principum Romanorum vitas.  
**¶** Gargilius Martialis vitas imperatorum tempore Alexandri principis, cuius vitam diligentius persecutus est.  
**¶** Marlyas Pellæus scripsit res Macedonicas libris. 10. a primo rege vsque ad Alexandrū. Itē & de rebus Atticis libris. 11. Melyfandrus Mileſius scripsit bellum Lapytharū & Cētaurorū. Menechmus Sicyonius scripsit historiā Alexandri magni.  
**¶** Nicolaus Damascenus scripsit historiā vniuersalē libris. 70. & vitā Augusti separatim, apud quem in tanta fuit dignatione, vt imperator ipse placentas ab amicis acceptas vocaret Nicolaos.  
**¶** Nymphis heracleotes scripsit historiā Alexandri & eius successorum libris. 24. de Heraclea. 13. vsque ad euerſionem tyrannorum.  
**¶** Onesicritus Alexandri incunabula & originem scripsit.  
**¶** C. Oppius commentarios Iulij cæsaris continuauit, scripsitque bellum Hispaniense.  
**¶** Palephatus Abydenus scripsit Cyprica, Attica & Arabica.  
**¶** Paulus Orosius reliquit historiā ab initio mūdi vsque ad Honorij principis tempora perſcribēs. Paulus Foroiuliēsis historiā scripsit Longobardorū. Pausanias Cēsariēſis scripsit vniuersæ Græciæ geographiā cum eius historijs.  
**¶** Pisandrus Larandæus sub Alexandro Mamec scripsit variā historiā versibus & lib. 60.  
**¶** Pyſistratus Larissæus fuit historiāriū scriptor. Plinius. 2. scripsit historiā naturalē opus apprime vtile, si careret medijs. Plutarchus Cheronæus scripsit vitas multorū illustriū virorum. Item apophthegmata, parallelas, & alia plurima.

OFFICINA

- ¶ Polybius** Scipionis Africani præceptor scripsit Romanam historiam libris. 40. quorū pauci ad nos peruenerunt.  
**¶ Polemon** Helladicus scripsit de origine ciuitatū Phocidis, Ponti, Lacedæmoniā geographiam, de cursu solis libros. 3.  
**¶ Possidonius** Olbiopolita scripsit post Polybiā historiam libris. 52. vsque ad bellū Cyrenaicum & Ptolemæi. Præterea declamationes rhetoricas, & argumenta in orationes Demosthenis. Floruit ætate Strabonis.  
**¶ Promathion** Italicam scripsit historiam, citatur a Plutarcho in Romulo.  
**¶ Piparethius** Diocles primus omnium edidit historiam ab vrbis Romę origine.  
**¶ Priscus** Panites magister epistolarum Theodosij iunioris scripsit historiam Cōstantinopolitanam & Athilæ libris. 8. Præterea declamationes & epistolas. Prosper præsul Reginus scripsit de vita solitaria, de temporibus ab Adam vsque ad suum sæculum.  
**¶ Prudentius** quoque historiam ab Adam carmine exorsus est. Ptolemæus Lucensis scripsit historiam pontificum vsque ad Celestinum quintum, cuius tempore ipse floruit.  
**¶ Pherecydes** Leriensis scripsit de Clero, de Iphigenia, de festis.  
**¶ Philo** Herennius scripsit de ciuitatibus & viris claris. 30.  
**¶ Philochorus** Atheniensis scripsit libros Attidis. 17. qui continent res Atheniensium & reges & magistratus vsque ad Antiochum Deum cognomento.  
**¶ Philistus** Syracusanus propinquus Dionysij tyranni scripsit res Siculas libris. 12.  
**¶ Phlegon** Trallianus libertus Augusti scripsit historiam Olympiadū libris. 16. vsque ad Olymp. 29. De fastis Ro. libros. 4. Item de nominibus locorum vrbis Romæ, & Epitomē Olympionicarum libris duobus.  
**¶ Festus** Rufus scripsit Epitomen rerum Romanorum.  
**¶ Sabinus** Mafurius scripsit Fastorum & rerum memorabilium libros.  
**¶ Crispus** Salustius scripsit bellum Catilinarium & Iugurthinum, & Romanas historias instar Liuij, in quo opere citatur sæpenumero ab antiquis. De hoc Martialis. Crispus Romana primus in historia.  
**¶ Secundus** Tridentinus scripsit Longobardorum historiam.  
**¶ Socrates** Cōstantinopolitanus historiam ecclesiasticam a tempore Apostolorum vsque ad Chrysofotomum composuit.  
**¶ Sozomenus** presbyter Pistoriensis historiā vniuersalis amplissimum edidit volumen.  
**¶ Stefibrotus** Tharsius scripsit res gestas Cimonis ducis Atheniensium.  
**¶ Suetonius** Trāquillus vitas duodecim Cęsarū. Theocritus Chius scripsit historiam Lybicam & epistolas quasdam. Theodorus Gothus scripsit historiam suorum tēporū.  
**¶ Theodorus** Cōstantinopolitanus scripsit historiam ecclesiasticam a tēpore Constantini vsque ad Iustinianum.  
**¶ Themistogenes** Syracusanus historiam Cyri regis Persarū. Timæus Siculus res Græcas & bellū Thebanū. Traianus patrici<sup>9</sup> sub Iustiniano p̄ncipe scripsit tēporū epitomē.  
**¶ Thucydides** Atheniensis patrē habuit Olorū, matrē Egēsipylam. Scripsit bellū Peloponnesiacū. Fuit adeo studiosus inquirēdæ veritatis historicæ, vt ips mercedē præberet, qui nūciarēt, quę acta essent in bello. Val. Antias historicus plerūque citatur ab antiquis authoribus. Val. Max. scripsit dicta & facta memorabilia ad Tiberiū Cęsarē. Theophanes Lesbicus scripsit res a Pōpeio gestas. Timagenes Milesius scripsit de heraclea ponti, & viris in ea claris libros tres.  
**¶ Timosthenes** præfectus classis Ptolemęi Philadelphi scripsit de portibus libros decem.  
**¶ Vincētius** ordinis prædicatorū scripsit historiā vniuersalē ab exordio mūdi vsq; ad Hierosolymitanā expeditionē Ludouici regis Gallorum. Volcatius Callicanus scripsit vitas imperatorū ad Diocletianū. Volcatius Terētianus scripsit historiā Gordianorū. Xanthus scripsit historiā Lydorū libris. 4. Zeno Rhodius scripsit historiā Rhodiorū. Fuit & alter Zeno, qui Pyrrhi gesta in Italia Epitomenq; Romanorū & Carthaginēsiū cōposuit.  
**¶ Zonaras** scripsit historiā vniuersalē ab exordio mūdi vsq; ad tēpora Michaelis imperatoris Cōstantinopolitani. Saxo grāmaticus ab hinc paucos annos scripsit historiā regū Danorū magna verborū elegantia. Robertus Gaguinus historiam Gallorū regū, quę nostra ætate imitatur Paulus Aemilius. Boccacius scripsit de casibus virorū illustrium.  
**¶ Solinus** de mirabilibus mūdi. Blōdus Forojuliēsis de Roma triūphante. Sabellicus historiam vniuersalē ab exordio mundi ad sua tēpora. Volateranus Geographiam, antropologiam & philologiam. Agathias Græcus historiam Francorum.  
**¶ Pontificum** Romanorum historiam scripserunt Anastasius, Paulus Diaconus, Guido Rauennas,



Rauennas, Sigisbertus monachus, Hugo Florianus, Sicardus præsul Cremonensis, Gotsfredus Viterbiensis, Vincētius præsul, Martinus Carfulanus, Landulphus canonicus Carnotenensis, Sazomenus, Geruafius Ricobaldus, Ptolemæus Lucensis, Antonius præsul Forentinus, Platina.

¶ **Vitas imperatorum scripsere** Cor. Tacitus, Marius maximus, Iulius Cordus, Trāquilus, Suetonius, Optatianus, Gargilius Martialis, Fabius Marcellus, Iul. Capitolinus, Aelius Lampridius, Flavius Vopiscus, Eutropius, Oresius, Ex Græcis Herodianus, Dion, Appianus.

¶ **Grammatici.**



Aron grammaticus Horatium poetam enarravit.

¶ **Aelius præconius** grāmaticus nobilissimas orationes ad vnū quēq; scribebat. Hic Metellum Numydicum in exilium comitatus est.

¶ **Aelius Melissus** librum edidit de loquendi proprietate.

¶ **Alexander Milesius** Polyhistor cognominatus liberus Cor. Lētuli grāmaticus fuit, qui docuit Romæ Syllæ temporibus.

¶ **M. Popilius Andronicus** scripsit opusculum annalium.

¶ **Andromachus grāmaticus** docuit Nicomediæ, Diocletiani tēpre.

¶ **Appion Alexandrinus** Didymi magni alūnus docuit Romæ Tiberij & Claudij temporibus. Scripsit annales & alia complura.

¶ **Apollodorus Atheniensis** grāmaticus discipulus Panctij Rhodij & Aristarchi grāmatici scripsit historiam Atheniensem.

¶ **Apollonius Alexandrinus** scripsit de compositione partium orationis.

¶ **Archimedes Trallianus** scripsit mechanica & commētarios in Homerum.

¶ **Archibius Alexandrinus** docuit Romæ sub Traiano principe. Scripsit commētarios in epigrammata Callimachi.

¶ **Aristarchus Alexandrinus** floruit sub Ptolemæo Philometore, cuius filium erudit. Scripsit commentarios supra mille. Discipulus fuit Aristophanis grāmatici.

¶ **Aristophanes Bizantius** grāmaticus discipulus fuit Callimachi.

¶ **Aristonicus grāmaticus Alexandrinus** scripsit in Theogoniam Hesiodi, scripsit & libros de erroribus Vlyssis teste Strabone.

¶ **Arcadius Antiochenus** scripsit nonnulla in grammatica.

¶ **Aselepiades Anazerbæus** grāmaticus scripsit de fluminibus.

¶ **Asinius Pollio Trallianus** docuit Romæ tempore Pompeij magni. Successit scholæ Tisagenis. Scripsit bellum ciuile Cæsaris & Pompeij.

¶ **Asinius Capito** grāmaticus reliquit librum epistolarum.

¶ **Callias Methymæus** grāmaticus Alcei & Sapphus poemata enarravit.

¶ **Spurius Carbilus** Romæ ludum grāmaticæ aperuit, mercede decēs. Idem G. literam primus inuenit, quum pro ea C. litera prius vterentur.

¶ **Val. Cato** grāmaticus Romæ docuit multos & nobiles tempore Syllæ, tantumque nominis sibi comparauit, vt sequentes versus in eius laudem vulgo prædicarentur. Cato grāmaticus latina Syren, Qui solus legit & facit pœtas.

¶ **Lucatius Daphnis Q. Catuli** libertus professus est Romæ. L. Cecilius Epyrota Attici libertus ludū grāmaticæ Romæ aperuit, primusq; Virg. & alios nouos poetas cepit profiteri. Vnde Domitius Marsus. Indicat Epyrota tenellorū nutricula vatū. Crates Malotes æqualis Aristophanis floruit sub Ptolemæo Philometore. Scripsit in Homeri Iliada & Odyssæa libros. 9. cōmentariorū. Primus studiū grāmaticæ Romæ intulit, eo fere tēpore, quo mortuus est Ennius. Crassitius cognomēto Pasciles Romæ ludū grāmaticæ aperuit. Docuit Lulianū Antoninū Antonij Triuiri filium. Demetrius Ixion Adramitenus docuit Pergami. Discipulus fuit Aristarchi. Scripsit enarrationē in Homerū. Dicæarchus Lacedæmonius grāmaticus fuit Aristarchi auditor. Didymus Calchætorus grāmaticus Alexandrinus scripsit libros supra 300. Dioscorius Mireus grāmaticus præfectus fuit prætorij Leonis impe. & præceptor filiorū eius. Diomedes scripsit quēdā in grāmatica, quæ adhuc extant. Diogenianus ex heraclea grāmaticus sub Adriano principe scripsit dictionariū per ordinē literarū & quēdā alia. Dionysius Alexandrinus grāmaticus præfuit bibliothecæ & epistolis Traiani, habuitq; præceptorē Chyremonē philosophū. Domitius infans grāmaticus in vrbe Roma id cognomētū adeptus est, q̄ esset intractabilis & valde morosus. Gellius cap. 7. libri. 18. Donatus grāmaticus præceptor Hieronymi scripsit libellū, quē pueri habēt in manib⁹. Cōmētarios itē in Terentiū & Virg. ¶ **Demosthenes** Thrax grāmaticus Iliada Homeri & Hesiodi Theogoniam in solutam vertit orationē.

OFFICINA

- ¶** **Helladius** grammaticus Alexandrinus sub Theodosio iuniore scripsit lexicon ex ordine literarum. Item de laudibus Theodosij & quedam alia.  
**¶** **Ennius** grammaticus duos libellos de literis & syllabis, ac metris conscripsit.  
**¶** **Epitheres** Bithynicus docuit Romæ, scripsit de Atticis dictionibus.  
**¶** **Heracleon** Aegyptius docuit Romæ, scripsit enarrationem in Homerum & Lyricos.  
**¶** **Herodianus** Alexandrinus grammaticus Apollonij grammatici filius & discipulus, floruit sub M. Antonio principe. Scripsit de grammatica, & imperatorum historiam.  
**¶** **Horapollus** grammaticus ex Aegypto nobilis fuit arte clarissimus, nec vlllo vterum Theodosij tempestate gloria inferior. Celsi libro septimo cap. 36.  
**¶** **Hermolaus** Constant. grammaticus scripsit ad Iustinianum imp. Epitomen in librum Stephani grammatici de urbibus.  
**¶** **Eugenius** Phrysius docuit Constantinopoli imperante Anastasio.  
**¶** **Verrius Flaccus** Romæ docuit Augusti nepotes. Professus est in atrio domus Catilinæ tanta omnium beniuolentia, vt statuum meruerit. Suetonius.  
**¶** **Aul. Gellius** tempore Traiani scripsit noctes Atticas. Fauorinum maxime coluit.  
**¶** **Hyperechius** Alexandrinus grammaticus sub Martiano imp. scripsit de verbis & nominibus & orthographia.  
**¶** **C. Melissus** Spoletinus a Mecœnate ob ingenium libertate donatus est.  
**¶** **Mithæcus** grammaticus scripsit de obsonijs & de canibus.  
**¶** **Moschus** grammaticus scripsit carmen buccolicum.  
**¶** **Nestor** Alex. grammaticus Marcellum Augusti sororis filium erudit.  
**¶** **Nicias** grammaticus docuit Romæ, fuitque familiaris Pompeio & Ciceroni.  
**¶** **Orbilius Beneuentanus** profitebatur Romæ Ciceronis tēpore, vir in discipulos plagosus.  
**¶** **Pacatus Minutius** scripsit de lingua Alexandrinorum. Item de proprietate atticæ & doricæ linguæ.  
**¶** **Palamedes Eleates** scripsit de tragicis & comicis dictionibus, & cōmētarios in Pindarū.  
**¶** **Rhennius Palemon** professus est Romæ sub Tiberio & Claudio principibus.  
**¶** **Pamphilus Sicyonius** scripsit de pictura, & claris pictoribus.  
**¶** **Pamphilus Alexandrinus** scripsit dictionarium, quod vocauit pratum.  
**¶** **Papias** scripsit dictionarium latinum ex ordine literarum.  
**¶** **Pausanias Cæsariensis** scripsit de constructione. Vixit Romæ Adriani principis tēpore.  
**¶** **Naueratita** grammaticus docuit Athenis sub Cōmodo principe, ad quem scripsit Onomasticon libris decem.  
**¶** **Pompeius Leneus** Pompeij magni libertus scripsit de herbis & plantis.  
**¶** **Priscianus Cæsariensis** claruit Athenis tempore Iustiniani principis. Scripsit de arte grammatica ad Iulianū cōsulem, & ad Cosroem Persarum regem de naturalibus questionibus.  
**¶** **M. Val. Probus** Romæ docuit. Scripsit Syllam obseruationum latini sermonis.  
**¶** **Phileras** Cōus grammaticus fuit admodum Criticus tēpore Philippi & Alexātri, præceptor Ptolemæi Philadelphi. Scripsit elegias & epigrammata.  
**¶** **Philoxenus Alexandrinus** Romæ scripsit de verbis monosyllabis, & de Græcismo, & de genere linguarum.  
**¶** **Scribonius** discipulus Orbilij docuit eodem tempore, quo Verrius.  
**¶** **Sophocles** grammaticus enarrauit Lycophronem & quosdam alios poetas.  
**¶** **Sosibius** grammaticus fuit Laconicus.  
**¶** **Telephus Pergamensis** scripsit fere omnia, quæ ad grammaticam pertinent. Inter cætera collationes Epithetorum vniciuique regi congruentium ad paratam elocutionis copiam.  
**¶** **Tertius** Scaurus floruit Adriani tēporibus, scripsitq; librū de Cæselli vīdicis erroribus.  
**¶** **Timagenes** Alexādrinus sub Pōpeio magno captiuus Romā ductus emptus est a Gasbinio. Docuit Romæ vsq; ad Augusti tēpora. Timotheus Gazeus floruit ætate Anastasij principis. Tyrannio docuit Romæ ætate magni Pōpeij, Habuit tria librorū millia in bibliotheca. Tryphō Alexādrinus Augusti tēpore scripsit de copia orationis, de orthographia, & quedā alia. Verrius Cloacius scripsit de verbis græcis. Volcatius Epidius grammaticus scripsit res gestas Pōpeij magni & eius patris. Ludū aperuit, docuitq; M. Antonium & Augustum. Zenodotus Ephesius docuit filios Ptolemæi primi ac præfuit Alexādrinæ bibliothecæ, primus qui Homeri libros correxit & in ordinē redegit. Nicanor Alexādrinus grammaticus scripsit de pūctis & dictionibus quibus utimur in scribendo. Inter neotericos numeratur Seruius, Valla, Nebriffensis, N. Perottus, Calepinus, Torrentinus, Bebellius, & Despauterius, & bone, si dijs placet, doctrinæ Alexander Theopagita.

Oratorum

## Oratorum quorundam nomina.



Acatius Pisauriensis. Acatius e Caesarea, Palestine, sodalis Libani sophistæ, M. Acmylius Lepidus, Aeschines Atheniensis, Sp. & L. Albini Mutinij filij, C. Albutius Silus Nouariensis.

Alcibiades tanta fuit eloquentia, & linguæ dexteritate, vt nulla esset natura hominū tam aspera, tam difficilis, tam ab humanitate aliena, quam non sibi redderet beneuolam. Erat optimus rerum inuentor, quæ suæ conferrent causæ, atque eorum etiam verborum fabricator, quæ cum ipsis sententijs conuenirent, & ad persuadendum accommodata viderentur. Ingenio præterea ad eorum (quibuscunque versabatur) mores versatili sic vt ad vnūquēque viuendi modum seipsum accommodaret. Erat enim in Lacedæmonia homo grauis, seuerus, & pugnator egregius. In Iouia iners, & mollis, & voluptatibus deditus. In Thracia nunc potando, nunc equitando barbarorum mores facile imitabatur. Author Plutarchus. Alexander Ephesius, Anaximenes Lampfacenus discipulus Dionis Cynici præceptor Alexandri magni & in expeditionibus comes, Andocides Atheniensis Ieogori filius, Antiphon Rhamnusius, qui Athenis præcepta dicendi tradidit, Huius meminit Thucydides libro octauo belli Peloponnesiaci, M. Antonius auus triumviri, Aristides Atheniensis, Aristogiton Atheniensis impudens, qui scripsit apologiam ad Demosthenem ducem contra Timotheum, ad Lycurgum contra Timarchum, & contra Hyperidem. Asinius Pollio Augusti amicus, qui declamationes suas nunquam populo commisit, vir alioqui nasutiore iudicio, Carpebat enim in Latio Patavinatam, in Cæsaris commentarijs infidelitatem, in Salustio verba obsoleta, in Cicerone stylum nimis exaguem & exilium. Hic primus Romæ bibliothecā publicauit. Licinius Caluus, Carboes duo, Charisius Atheniensis filius fororis Demosthenis, qui multas scripsit orationes Attico genere, Cassius Seuerus eloquentissimus in agendo, sed minoris multo virtutis in declamando, Q. Lucratius Catulus marij collega in consulatu, M. Cælius Ciceronis discipulus, acri turbulentoque ingenio, Cephalus Atheniensis, qui primus proæmia & epilogos induxit, C. Cæsar, M. Cor, Cethegus, P. Cor, Cethegus, Cyncas legatus Pyrrhi, Cleon Halycarnasæus, Cleomachus Magnesium, Clodius pulcher, Clodius quirinalis, Cordus Cremutius declamator, C. Corta pressus in dicendo, in cuius oratione nihil erat nisi syncerū, nihil nisi sicum & sanum, L. Crassus, in quo teste Tullio erat cum grauitate iunctus facetiarum & vrbanitatis lepos, Curiones tres continua serie in vna familia, Demades Atheniensis, Demetrius Phalereus auditor Theophrasti, Demochares nepos Demosthenis, Dexippus Herennius Atheniensis, Domitius Apher, Demosthenes Atheniensis. Hic quum multitudinem & tumultum in theatro expauesceret & excideret mente, prope sonitum litoris marini assuescebat dicere, Literam R difficile enūciabat, quam calculis in os cōiectis pronunciare conabatur. Nūquam dicebat nisi præmeditatus, Propterea Pytheas dicebat Demosthenis Enthymemata lucernam olere, author Plutarchus. De eo sic meminit Fabius, Oratorum longe princeps Demosthenes ac pene lex orandi fuit, tanta vis in eo, tam densa omnia, ita quibusdam neruis intenta sunt, tam nihil ociosum, is dicēdi modus, vt nec quid desit in eo, nec quid rediuidet inuenias. Egeas Magnesium, Epicrates Atheniensis, qui barbam ad pectus propensam solebat ferre, Hermagoras rhetor, qui scripsit de rhetorica libros, 6. de diligentia orationis, de decoro, de elocutione, de figuris, Herodes Atticus, Eudemus præceptor Philopomenis, Sergius Galba tēporū suorum eloquentissimus, L. Gellius, Caius & Tiberius Gracchi, Gregorius Nissenus, Hyperides Atheniensis æmulus Demosthenis, Isocrates Atheniensis dulcis & numerosus in dicendo, Iseus Assyrius, Isocrates Amyclas, Iulius Africanus concitatus & in cura verborum nimius, Latio Portius, Cn. Lentulus, P. Lætulus, C. Lælius, Lyfias Syracusanus æqualis Demostheni, L. Magius T. Liuij gener, L. Manilius Torquatus, Marcellus Pergameus, qui scripsit librum de regno, quem Adriano principi nūcupauit, Marius Aterius declamator, Marinus Neapolitanus Procli discipulus, Melitus Atheniensis æmulus Periclis in Rep. Menippus Stratonicensis præceptor Ciceronis, Metellus Macedonicus, Messala duo, Mōtanus Narbonensis relegatus a Tiberio principe, Q. Mutius Sequola iuriscōsultorū eloquentissimus, Nicofratus Macedo æqualis Aristidis, Numius, qui scripsit ad Adrianū orationē cōsolatoriā de Antinoō, Onesimus Cyprius, qui tēpore Cōstātini magni scripsit in rhetorica, Itē de statuum differentia, præexercitationes & declamationes, Q. Hortensius, Pericles Atheniensis, quem veteres poetæ Olympū vocabāt, q̄ tonare in cōcionibus videretur & fulminare, M. Calphurnius

ff iij Pyfistratus

OFFICINA

Pythistratus Atheniēsis, Pytheas Atheniēsis, Plato, L. Numacius Plancus, Plotius Gallus, Polyænus Sardinus, Cn. Pōponius, Potamon Mitylenæus, Procopius, Pherecydes Syrus, Philostratus senior, Philistru Miletius Ilocratis discipulus, qui scripsit de rhetorica & orationes nonnullas, L. Philippus, Quintilianus rhetor, qui institutiones oratorias scripsit, Virginius Rufus, Rutilius geminus, qui fecit libros pontificales, Clodius Sabinus declamator, Serpion Alexandrinus, qui scripsit orationes in genere deliberatiuo, Symmachus Ro. L. Sisenna Ro. Sophron Syracusanus, P. Sulpitius, C. Cotta, Cor. Tacitus, Theodorus Cilix, Theopōpus Vnidius, Theodorus Gadaræus, Sex. Titius, Titianus præceptor maximi principis, qui scripsit libros prouinciarū. Hic vocatus est simia sui tēporis, quod omnia probe imitaretur, author Capitolinus, Trachalus, Tullius Cicero pater eloquētiæ Romanæ, Q. Varius, Varus geminus declamator, qui Cæsari dixisse fertur, Cæsar qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant. Qui non audent, humanitatem, author Seneca, Xenocles Agramytenu quū orator clarus Asiaticū stili, tum certator si quis alius fuit, author Strabo lib. 13. Thrasymachus, Val. Licinianus, Secundus Carinus, Gorsias, Acherius, Vide aliorum nomina apud Ciceronem de perfecto oratore,

¶ Porro in Oratorib⁹ laudatur vis Cæsaris, nidoles Celsij, subtilitas Callidij grauitas Brutij, acumen Sulpirij, acerbitas Cassij, diligentia Pollionis, dignitas Messala, sanctitas Calui, copia Senecæ, vires Africani, maturitas Afri, iucunditas Crispi, sonus Trachali, elegantia Secundi, author Fabius libro duodecimo.

¶ De poetis Græcis & Latinis.



Etrus Crinitus homo non poenitenda neque aspernabili doctrinam scripsit opusculū de latinis poetis doctē satis & erudite, Propterea ne acta agere videamur, in compendiosam redigemus epistomen, quod multis ille verbis confectus est. Latinis demū adijciemus Græcorum nomina.

¶ Liuius Andronicus Epicus poeta latinæ fabulas primus docuit Romæ annis, 160. post obitum Sophoclis & Euripidis, secundo bello punico. Eius carmina per urbem decantarūt virgines ad iram deorum placandam, Gesta populi Ro. 18. libris complexus est. Scripsit & hymnos deorum.

¶ Ennius poeta natus Rudis Salentinorum oppido Romam venit ætate M. Plauti & M. Catonis oratoris clarissimi. Dicebat tria esse sibi corda, quod græcam linguam, Oscam, & Latinam calleret. Domum habuit in Auentino colle. Vixit parco & tenui victu contentus vnius ancillæ ministerio. Scripsit libros Annalium, satyras, comœdias, & tragœdias, Nomina quarundam fabularum eius sunt Telephus, Ambracia, Eumenides, Alceon, Andromacha, Thyestes, Medea, Phœnix, Telamon, Hecuba, Achilles, Pancratiaste, Epicharmus, Ctesiphon. Idem in latinum sermonem transtulit Euhemerum poetam græcum. Primus apud Latinos coronam ex Helycone assumpsit. Procliuus fuit in pocula. Scipionem Africanum maxime coluit, mutuaque ab eo beniuolentia redamatus est, vt iam docuimus. Mortuus est articulari morbo, septuagenario maior, sepultusq; in monumento Scipionis.

¶ M. Plautus natus est in vrbe Vmbriæ, cui nomen Sassinæ. Operam primum pistori locauit ad comparandum victum in agendis mollis illis, quas trulatiles vocant. Composuit in isto pistino quasdam fabulas. Eius, 25. comœdiæ numerantur a veteribus cum paucis alijs. Secutus est Græcos Demophilum, Philemonem & Epicharmum Siculum. Scribendi elegantia claruit in tantum, vt Epius Stolo dixerit musas plautino sermone fuisse locuturas, si latine loqui voluissent. Volcatius Sedigitus de ordine Comitorum scribens primas tribuit Cæcilio, Plautū ceteris omnibus præponens. Mortuus est paucis annis post Ennium.

¶ Cn. Neuius comœdiographus patria fuit Campanus. Tertius in ordine Comitorum ponitur a Volcatio. Stipendia fecit bellis punicis. Eius volumen Octauius Lampadio grammaticus diuisit in 7. libros. Scripsit præter punicum bellum, tragœdias & comœdias. Nisima in carpendis hominum præcipue metellorum vicij vsus est licentia. Propterea ob immoderatam verborum petulantiam coniectus est in vincula. Mortuus est Vtice, quum factione nobilium Roma fuisset eiecus.

¶ M. Pacuuius nepos Q. Ennij fuit ex Brundisio Calabriae vrbe. Secutus est amplum ac sonorum dicendi genus, clarissimus grauitate sententiarum, verborum pondere, & auctoritate personarum. Nomina tragœdiarum eius sunt Peribea, Hermiona, Atalanta, Iliona, Antiopa,

Antiope, Teucer, Medea. Citatur etiam in Chryse, Oreste, & armorum iudicio. Senio fuit Accio, docuitque ipsam adibus, quibus Actius s' ipse. Mortuus est Tarenti prope nonagenarius.

¶ Statius Cæcilius natus in Gallia. Principem inter Comicos locū, iudicio Volcatij sibi meruit. Vixit summa familiaritate cum Ennio. Amatus est etiam a Terentio. Scripsit comedias. 30. & amplius, quarū hę precipue citantur. Nauclerus, Syracuse, Pausimachus, Hypobolymeus, Epiclerus, Cratinus, Plocius, Afotus, Epheftion, Fallacia, Andria, Annales, Fœnerator & quedam alię. Mortuus est vno anno post Ennium.

¶ Accius tragœdiographus iunior Pacuio, natus est patribus libertinis, Marcino & Serano consulibus. Decius Brutus tanti cum estimauit, vt eius versibus templa & monumēta ornauerit. Idem quum Pacuio suam Atreum ostendisset, & ille laudasset quidem, sed tamen dixisset quedam videri sibi duriuscula & subacida, Accius verum esse confessus est, nec tamen se propterea pœnitere, quoniam idem ferme ingenij solet accidere, quod poemis, quæ dura admodum & acerbæ nascuntur, post fiunt mitia & matura. Cæterum Accij imaginem suam collocauit in aede Camœnarum prægrandi forma, quum tamen esset statura admodum breui.

¶ Terentius Comicus patria Carthaginensis Romam puer ductus, diligentia Terentij Lucani patroni accurate liberalibus disciplinis eruditus est, ac propter ingenium ab eodem manumissus. Amavit Statium Cæcilium, cui & suas comedias recitauit. Sexta autem cōposuit, quas ab Apollodoro & Menandro Græcis in sermonem latinum conuertit. Tanta in fabulis vsus est arte, vt neque ad tragicam magnitudinem intumescat, neque abiiciatur ad historicam. Sunt qui dicant eum perijisse in Arcadia dolore amissarum comediarum.

¶ Lucullus satyrographus ex Arunca vrbe Italiae fuit primus apud Ro., qui coepit scribere satyras, quibus maxime infectatus est Rutilium Lupum, Carbonem, & L. Tubulū. Scripsit Satyrarum libros. 30. & amplius. Vocatur ab Horatio iululentus. Adrianus tamē eū omnibus satyrographis præponebat. Metrophanem seruum habuit, cuius fidem commendauit in Satyris. Mortuus est Neapoli, quum annum ætatis. 46. impleuisset.

¶ Sextus Turpilius comedio-graphus floruit sæculo Terentij cuius familiaritate vsus est. Septimum locum inter comicos meruit iudicio Sedigiti. Perijt in vrbe Sinuessana, hisdem temporibus quibus natus est Furius Bibaculus.

¶ Cn. Manius mimographus scripsit opus versibus hexametris de Iliade. Præterea mimos, quorum hi citantur. Iam consiles tapetes ebrij fuco. Quos concha purpura imbuens venenauit. Item. Sinu amicam reficere frigidā caldo, Columbatim labra conferens labris, Qua propter edulcare conuenit vitam, Curaeque acerbæ sensibus gubernare.

¶ L. Afranius comicus Romæ floruit Terentij ætate. Scripsit Togatas fabulas, in quibus primum obtinuit locum. Imitatus est Menandrū, a quo & multa sumpsit. Culpatur a Quintiliano, q. in suis argumentis amores proprios paulo impudentius vulgauerit.

¶ Fabius Dorfenus numeratus est inter comedio-graphos.

¶ M. Atilius fuit tragœdiographus, quem Licinius scriptorem ferreum appellauit.

¶ Q. Trabeas octauum locum obtinuit inter comicos auctore Volcatio. Ex eius versibus hi precipue commendantur. Lena delinita argento nutū obseruabit meum. Quid velim, quid studeam, Adueniens digito impellem ianuam. Fores patebunt. De improviso Chrislis vbi me aspexerit, Alacris obuiam mihi veniet complexum exoptās meum, Mihi se det, fortunam ipsam anteibo fortunis meis.

¶ Cn. Aquilius comedio-graphus plerasque comedias transtulit a Menandro.

¶ Licinius Imbrex fuit comedio-graphus, cuius hi afferuntur versus. Nolo ego Neeram te vocent, sed Nerienen. Quum quidem Marti es in connubium data.

¶ Q. Nonius scriptor fuit Atellanarum.

¶ T. Lucretius eques mimographus floruit ætate Cæsaris. In suis mimis habuit nō minus sententiarum, quam lepiditatis, quos egit non nisi in magna hominum turba.

¶ Q. Catulus scripsit epigrammata. Fuit animo facili & procliu ad amores & delicias. Amatus est a Cor. Cotta, & L. Crasso propter elegantiam ingenij, & morum suauitatē. Amavit Roscium & Theotimum puerulos, quorum formam suis versibus commendauit.

¶ Q. Atta scriptor fuit togatarum. Perijt Romæ, sepultusque est in via Prenestina.

¶ Publius Syrus edidit mimos. Floruit ætate Ciceronis. Manumissus est a domino propter gratiam & decorem formæ. Iulius Cæsar Mimos eius Labrianis prætulit. Præcipue eius sententiæ citantur istę. Tam deest auaro quod habet, quam quod non habet. Defunt luxurie multa, auaritiæ omnia. O vita misero longa felicibus breuis. Pars beneficij est, quod petitur,

OFFICINA

petitur, si belle neget. Beneficium dando accepit, qui digno dedit. Cui plus licet quam par est, plus vult quā licet. Feras non culpes, quod vitari non potest. Furor fit læsa sæpius patientia, Malū consiliū est, quod mutari non potest. Nūc quod periculū sine periculo vincitur. Comes facundus in via pro vehiculo est. Heredis fletus sub persona risus est. Ita amicū habeas, posse ut huic fieri inimicū putes. Improbe neptunū accusat, qui iterū naufragiū facit. Veterē ferendo iniuriam inuitas nouam.

¶ Porcius Licinius fuit epigrammatista. Ex eius versibus sequentes probantur maxime Custodes ouīū teneræ quæ propaginis agnū Queritis ignem? Ite huc. Queritis? ignis homo est. Si digito attigero, incendam syluam simul omnem, Omne pecus flamma est. Omnia quæ video.

¶ Val. Aedituus scripsit epigrammata. Amavit Pamphilam & Philerotam, quos suis celebravit carminibus.

¶ Q. Val. Catullus natus est Nerone Terentij Varronis ætate. Scripsit de passere sue Lesbiæ ad Virgiliū. Celebravit nuptias Mallij. Amavit Ipsithillam & Clodiam, quam fictio nomine Lesbiam vocat. Opus suū misit ad Cor. Nepotem, quod in tres partes diuiditur. In Lyricos, Elegiacos, & Epigrammata. Elegiam de coma Berenices ex poeta Callimacho conuertit in numeros Latinos. Præter ea quæ habemus, scripsit etiam amatorium carmen de incantamentis, & carmen Ithyphallicum, Cæsarem, Mamurrum, & Nouiū Strumam suis versibus maxime infectatus est. Mortuus est Romæ anno circiter trigesimo.

¶ Cor. Licinius Caluus fuit breui statura & exiguo corpore. Amavit puellam Quintiliā. Excelluit in scribendis Iambicis. Inimicitias aliquar diu exercuit cum M. Tullio super eloquentiæ principatu.

¶ Q. Cornificius epigrammatista floruit ætate Salustij. Versatus est in militia, in qua quū milites ignauos ad lubeūda belli discrimina, galeatos vocasset lepores, ab ipse interfectus est.

¶ Ætate Cornificij floruit Heluius Cinna scriptor epigrammatum. Scripsit opus titulo Smyrne, in quo nouem annos consumpsit.

¶ M. Furius Bibaculus natus Cremonæ, versatus est in carmine Iambico. Amicos habuit Gallum poetam & Val. Catonem.

¶ Terentius Varro Atacinus natus est temporibus Ciceronis & Hortensij. Scripsit Argonautica secutus Apolloniū Rhodium, quod opus libris, 4. absoluit. Scripsit etiam epigrammata & carmen elegiacū, in quo decantauit puellam nomine Leucadiam, quam præcipue dilexit.

¶ Ticius scripsit epigrammata tempore Val. Catulli. Amavit Metellam, quam mutato nomine vocauit Perillam.

¶ Furius Antias composuit annales versibus hexametris. Vtebatur quandoque verbis nouis, ut indicant sequentes eius versus. Sanguine diluitur tellus, caua terra lutescit. Omnia nocescunt tenebris caliginis atræ. Increpant animi, viuescit vulnere virtus. Spiritus Eumororum virides quum purpurat herbas. Quo magis in patrijs possint opulescere campis.

¶ L. Iulius Calidius poeta Romæ claruit ætate Pomponij Attici.

¶ Laurea Tullius M. Tullij libertus scripsit epigrammata. Quædam eius carmina citantur a Plynio.

¶ Virgilius Maro natus est Mantuæ in vico, qui Andes vocatur, idibus octobris M. Craſſo & Cn. Pompeio consulibus. Cremonæ primum, deinde Mediolani, postremo Neapoli vacauit literis, audiuitque Orbiliū & Scriboniū Aphrodisium. Induit virilem togam eodie quo mortuus est Lucretius. A modestia & verecundis moribus vocatus est Parthenias. In Buccolicis imitatus est Theocritum, in Georgicis Hesiodum, in Aeneidæ Partheniū, Pisandrum, Apollonium Rhodium, sed præcipue Homerum. Idem scripsisse fertur quædam opuscula, ut Cyrin, Aetnam, Moretum, Culicem, Catalecton, Priapeia, Copam, Epigrammata & diras. Eius carmina mirum in modum placebant Augusto. Fabius vocat eum poetarum omnium longe principem. Carbilus tamen grammaticus librū composuit de Virgilianis erroribus cui titulus fuit Aeneidomastix. Moriens iusserat Aeneidem suam comberi ut incastigatam. Sed obstitit Augustus tantę literarum iacturæ. Amavit Asiniū Polionem, Cor. Gallum, Quintiliū Varū, Horatiū, & Mecœnatem. Eidem in theatro recitanti vniuersus populus Ro. assurrexit perinde ac Augusto. Habitauit in Esquilij prope hortos Mecœnatis. Tardus fuit in loquendo adeo ut indoctus videretur & agrestis. Perijt Terenti, vel ut alij volūt, Brundusij, Mortui cadauer delatum est Neapolim, ibique sepultus est.

¶ Q. Horatius Flaccus natus est in Venusio Appuliæ oppido patre libertino, duobus annis ante

ante conuirationem Catilinæ. Puer dedit operam Orbilio Beneuentano. Prouectior factus Athenas se contulit, vt philosophiæ vacaret. Moribus fuit impudicus, natura in irâ ppenfa sed tamen facile placabili. Tribunitiam Romæ adeptus est dignitatem. Preter cæteros coluit Meccenatem, a quo plurimū etiam amatus est. Composuit libros carminū .4. Epodō & seculare carmen, libellum de poetica, duo satyrarum, ac totidem epistolarum volumina. In satyris imitatus est Luciliū. Eius carminibus summe oblectabatur Ouidius. Statura fuit breui, corpore obæso, oculis lippis. Mortuus est anno .57. ætatis suæ.

¶ T. Valgius Romæ natus scripsit elegias.

¶ Albius Tibullus natus est etiam Romæ Hircio & Pansa consulibus. Parentes habuit ex equestri ordine. Forma fuit eleganti, maxime amatus est a Messala Coruino, cuius etiā laudes celebrat. Amavit etiam Horatium & Macrum. Preterea Marathū & Cherintū puerulos, vt Deliam, Sulpitiam, Neeram, Nemesim & Plautiam, quam ficto nomine vocauit Deliam. Scripsit elegiarum libros. 4. Obijt adhuc iuuenis.

¶ M. Manilius Romæ natus imperante Augusto studium posuit in mathematicis disciplinis. Scripsit libros. 5. de astronomicis carmine hexametro, in quibus Hipparchum, Eudoxum, & Aratum secutus est.

¶ Cor. Gallus patria Foroiliensis fuit elegiographus. Augusti fauore conscendit ad gradum præturæ. Euphorionem græcum in sermonem latinum transtulit. Scripsit. 4. libros amorum suorum de Cytheride. Fuit primum amicus Octauij. Postea tamen suspitione conuirationis quum in eius odium imegisset, consciiuit sibi mortem, anno ætatis suæ. 43. Cytheridem Volunnij libertam quam dilexit, mutato nomine vocauit Lycorim.

¶ Sex. Aurelius Propertius ex Meuania oppido Vmbriæ oriūds, quum patre puer amississet, Romam se contulit, vbi propter ingenium statim amatus est a Cor. Gallo & Meccenate, Magnam in elegijs laudem promeruit, quarum quatuor libros edidit. Hostiam puellam affectu dilexit incredibili, quam ficto nomine Cynthia appellauit. In suis operibus secutus est Callimachum & Philetam græcos. Mortuus est anno ætatis suæ. 41.

¶ L. Varius poeta Epicus maxime præstitit in scribendis tragædijs. Eius Thycstem laudat Cor. Tacitus. Vnus fuit eorum, quibus Octauius curam imposuit emendandæ Aeneidæ Virgilianæ.


¶ C. Meccenas a regibus Etruscis oriundus scripsit tragædias & alia varij generis poemata. Gratissimus fuit Octauio & omnibus poetis. Fuit molli animo & vestibus solutis, nimumque sinuosis & fluentibus non sine molliciei suspitione. Scripsit tragædiam Prometheum & elegias complures. Laudatur hoc eius carmen de contemendo sepulchro. Nec tumulum curo, sepelit natura relictos. Hortos habuit pulcherrimos in Esquilijis. Obijt ætate sua matura.

¶ Ouidius Naso natus est in Sulmone Pelignorum oppido Aprili mense, eodem die, quo Tibullus. Puer adhuc quum magnopere prociuis esset ad carmen, ad oratoriam facultatem a patre diueri non potuit, nisi per quedam interualla. Tres habuit uxores. Primam in adolescentia dimisit & cum ea diuortium fecit. Secundam parum stabili connubio sibi cōiunctam mature dimisit. Tercia fuit Perilla, quam maxime omnium dilexit & in arte poetica docuit. Scripsit varia poematum genera. In Metamorphosi secutus est Partheniū Chium poetam. Scripsit sex Pastorum libros, quos ad Germanicum Drusi filium misit. Idē tamen ait duodecim a se cōpositos. De amoribus libros tres, libros artiū amandi & remediorū. Preterea in Ibin, De obitu Drusi, epigrammata opus de natura pisciū & quedam alia. Scripsit & tragædiam Medeam nomine. Relegatus est ab Augusto in pontum, vel propter libros de amorib⁹, q̄ lasciuiores essent, vel propter adulteriū cū Iulia imperatoris filia. Versatus est in exilio annos. 7. & amplius, in quo tantum gratiæ apud barbaras gentes sibi meruit, vt in eius obitu Getæ & Tomitani lachrymas cohibere nequiverint. Quum Geticum sermonem & Sarmaticum didicisset, poemata scripsit Getica lingua. Mortuus est in exilio.

¶ Cassius Seuerus patria Parmensis scripsit elegias & epigrammata.

¶ Domitius Marsus scriptor fuit epigrammatum. Idem composuit bellum Herculis cōtra Amazones. Dilexit Melanem puellam, quam in suis celebrauit operibus.

¶ Iulius Montanus scripsit poemata versibus hexametris & pentametris. Nonnulli eius versus citantur a Crinito.

¶ C. Germanicus Augustus Drusi filius Græcas comedias reliquit, & opus Arati de rebus cœlestibus latinum fecit. Nomen meruit a Germanis deuictis. Author fuisse fertur sequentis epigrammatis de puero Thracensi. Trax puer astricō glacie dum luderet Hebro, Frigore concretas pondere rupit aquas. Hic desunt sequentia duo carmina. Dumque partes

OFFICINA

partes rapido traherentur ab amni, Prefecuit gelidum lubrica testa caput. Orba quod inuentum mater dum conderet vna, Hoc peperit flammis, caetera dixit, aquis.

¶ **C**æsius Bassus relatus est inter poetas lyricos. Floruit ætate Claudij principis. Scripsit aliquot libros vario & multiplice carmine. Amavit Ouidium & Persium. Conflagrauit in villa sua ardente Vesuo.

¶ **A**emilius macer Veronenfis floruit ætate Melfæ Coruini. Scripsit opus de bello Troiano, libros de venenatis animantibus & de herbis, secutus Nicandrum poetam Colophonium. Obijt in Asia paucis annis post Virgilium.

¶ **C.** Rabirius poeta Epicus satyras scripsit.

¶ **L.** Anneus Seneca Hispanus patria Cordubensis scripsit tragœdias, 10. Euripidem & Eschylum imitatus.

¶ **C.** Asinius Gallus Asinij Pollionis viri consularis filius fecit epigrammata & carmē de Pomponio grammatico. Dilexit Hippolytum puerum, Interfectus est a Tiberio principe.

¶ **A**ulus Persius Flaccus natus est Volaterris oppido Etruriæ. Floruit imperante Domitio Nerone. In grammaticæ præceptorem habuit Rhemniū Palemonem, in Rhetoricæ Flauium Virginiū. Probis fuit moribus, & egregia vitæ integritate. Composuit sex satyras, in quibus testimonio Martialis maiorem promeruit laudem, quam Marfus ī tota sua Amazonide. In his imitatus est Lucilium. Mortuus est nondum completis annis, 30.

¶ **Cor.** Scuterus poeta Epicus versatus est etiam in agendis declamationibus. Scripsit opus de bello Siculo, quod non absoluit propter obitum importunum. Fecit etiam carmen de Aetna monte. Versus eius de obitu Ciceronis citantur a Crinito.

¶ **M.** Anneus Lucanus, natione Hispanus, patria Cordubensis natus est Cæsare Germanico & L. Cæsiano consulibus. Patrem habuit Annum Melam, Præceptores Rhemniū Palemonem & Flauium Virginiū, sub quibus tantū profecit, vt græce ac latine declamaret. Condiscipulos habuit Saleiū Bassum & Persium. Prouectus est ad dignitatem quæsturae & in augurum collegiū ascitus. Vxorem habuit Pollam Argentariam, nobilem eruditione & doctrina. Præter opus de bello Cæsaris & Pompeij scripsit etiam Saturnalia, Syluarum libros decem, tragœdiam Medeam, de incendio vrbs Troiæ cum Priami calamitate. Tres primos Pharsaliæ libros emendauit cum vxore, reliquos emendaturus, si per Nerone licuisset, cuius mandato venas medico secandas præbuit, quum annos, 30. nõdum attigisset.

¶ **Pomponius** secundus scripsit tragœdias C. Plynii duos libros composuit de ei⁹ vita & moribus. Gratissimus fuit Germanico.

¶ **Cn.** Getulicus scripsit epigrammata. Amavit Cæsenniam puellam.

¶ **Sextilius** Hæna natione Hispanus, patria Cordubensis scripsit inter alia carmen de laude & interitu M. Tullij.

¶ **Saleius** Bassus ingenium exercuit in scribendis heroicis carminibus. Modica fuit facultate. Quanti hunc fecerit Vespasianus, multis verbis docet Tacitus in dialogo de Oratoribus.

¶ **Clodius** Sabinus Elegiographus primū tēpus posuit ī causis & declamationibus. Scripsit op⁹ de bello Troiano & aliquot epistolas. Perijt immatura ætate.

¶ **C.** Peto Albinouanus floruit sub imperio Neronis. Scripsit epigrammata, Ouidium maxime dilexit.

¶ **Volcatius** Sedigitus librum composuit de poetis latinis, senarijs versibus.

¶ **Pub.** Staius Papinius heroicus poeta patrem habuit Papinium ob virtutes Neapolidos natum, in qua vrbe natus est Staius. Vxorem habuit Claudiam doctam & eruditam, Scripsit Thebaidem libris, 12. nuncupatā Cæsari Domitiano, in quo opere secutus est Antimachus, Scripsit & Achilleidem & Syluarum libris, 5. Domitianus eum magnificis interdū conuiujs exceperit, insignique corona & alijs donauit muneribus. Filium amisit in ætate ad huc tenera, cuius interitum, de fleuit. Mortuus est ætate iam prouecta.

¶ **Syllius** Italicus ex Hispania oriundus, natus est Romæ, & educatus. Factus est procōsul Asiæ. Gratissimus fuit Domitiano, cuius fauore ad tertium consulatum perductus est. Vir gilij natalem quotannis celebrabat. Opus composuit de secundo bello punico libris, 17. Prædium habit in agro Neapolitano, in quo nonnūq̃ feriabatur. Septuagenario maior se ipsum interfecit dolore clauī cuiusdam insanabilis. De Syllij studio, moribus & exitu vide septimam epistolam tertij libri Plynij Iunioris.

¶ **Val.** Setinus Patavinus iuxta Aponam natus, scripsit Argonautica ad Cæsarē Domitianum, multo plura scripturus, nisi immatura morte correptus fuisset. Imitatus est Appollonium



nium Rhodium. Censu fuit mediocri. Amauit Amazonicum puerum.

¶ Decius Iunius Iuuenalis patria fuit Aquinas. Natus est patre libertino. Floruit imperante Domitiano. Præceptorem habuit Frontonem grammaticum. Operam dedit scribendis satyris, & carpendis hominum vicijis. Mutuo amore coluit Martialem.

¶ Aruntius Stella natus est familia consulari. Floruit eo tempore, quo Flauij Cæsares Romæ imperarunt. Violantillam puellam Neapolitanam in vxorem duxit, quam Martialis Ianthidem græce vocat. Scripsit elegias & opus de Asteride, & poema de interitu columbe. Prætor Romæ creatus est, & duumuir.

¶ M. Val. Martialis genere Hispanus ex Bilibili oppido Celtiberiæ Romam puer profectus omnem insumpsit operam in scribendis epigrammatibus. Acri fuit ingenio, habuitque in scribendo plurimum falis & fellis, nec minus candoris. Aelius Verus imperator vocabat eum suum Virgilium. Donatus est equestri dignitate & prætura. Scripsit libros epigrammaton. 12. quibus adiecit Xenia & Apophoreta. Eum tanti fecit Stertinius, vt eius adhuc viuentis imaginem in sua bibliotheca posuerit. Mortuus est tandem in natali solo.

¶ Sentius augur Romæ natus scripsit epigrammata, in quibus secutus est Val. Catullum & Licinium Caluum.

¶ Vestritius Spurina Lyricus floruit ætate Vespasianorum. Idem factus est imperator in Breueterum regem, quo superato honoratus est statua. Filium Cocceium adhuc iuuenem amisit. In suis lyricis imitatus est Horatium.

¶ Voconius victor Romæ floruit Adriano imperante. Scripsit elegias & epigrammata. Amauit Testyllum puerum. Huius poetæ mortui sepulchrum Adrianus sequenti ornatu carmine. Lascius versu, mente pudicus eras.

¶ L. Paulus Passienus oriundus ex Umbria claruit scribendis elegis, in quibus Propertium secutus est. Scripsit & lyricos. Prædium habuit in agro Vaticano. Huius laudes amplissime describit Plynius Iunior epistola vigesima secunda noni libri.

¶ Annianus composuit Fescenninos versus varijs iocis & salibus refertos.

¶ M. Marullus mimographus Romæ floruit imperante Antonio Cæsare. Tanta fuit in scribendo licentiâ, vt non dubitauerit notare principes ciuitatis, eosque nominati suis carminibus perstringere.

¶ Aulus Serenus lyricus poemata scripsit vario & multiplici carmine.

¶ Virgilius Ro. comœdiographus floruit imperantibus Adriano & Antonio. Scripsit mimos, in quibus secutus est Cn. Marium.

¶ Ruffus Festus Auienus floruit imperante Diocletiano. Aratum e græco in latinos conuertit numeros. Composuit etiam librum de orbe terrarum versibus hexametris, imitatus Dionysium græcum poetam. Scripsit etiam de Marelinie, versibus iambicis. Præcipue secutus est Hecateum Milefium, Hellanicum Lesbium, Philonem Atheniensem, & quosdã alios. Fecit & Virgilianas fabulas versibus Iambicis.

¶ Alphius Auitus libros fecit, qui inscripti sunt excellentium, versibus dimetris iambicis.

¶ Septimius Afer librum composuit de laudibus Iani, in quo imitatus est Callimachum.

¶ Calphurnius Siculus scripsit carmen Buccolicum. Floruit imperante Domitiano. Medicis vixit facultatibus.

¶ Aur. Olympius Nemesianus Afer genere, patria Carthaginensis floruit sub Numeriano & Diocletiano Cæsaribus. Scripsit Cynnetica, Nautica, & Alicutica. Calphurnius eidem opus suum nuncupauit.

¶ Maurus Terentianus Afer natione, patria Carthaginensis scripsit Iambos, Opus composuit vario multipliciq; carminum genere de literis, syllabis, pedibusq; & varijs metris. Filium habuit Bassum, & generum Nouatemum.

¶ Claudianus patria Alexandrinus floruit sub Honorio & Arcadio. Scripsit de raptu Proserpinæ libros. 4. Item epistolas, in Ruffinum de laudibus stiliconis, Panegyricos, epigrammata, de victoria Theodosij contra Eugenium Gallorum regem. Alexandrinum fuisse Claudianum verba eiusdem videntur munere in deprecatione ad Adrianum, vbi ait. Nostre gemat Nilus numerosis funera ripis. Item in Epigram. Graiorum populis, & nostro cognite Nilo.

¶ Decius Ausonius Gallus patria Burdegalensis vixit imperantibus Valentino & Valentiniano. Gratianum Cæsarem literis & disciplinis erudit. Patrem habuit Ausonium professione medicum, Gratiani patrocinio prouectus est ad consularē dignitatem. Scripsit librum epigrammatum ex græcis in latinos conuersum numeros. Celebrauit puellam nomine Biffu

OFFICINA

Iam, Scripsit de fluuio Mosa, Faistorum libros absoluit, auspiciatus a principio vrbis condi-  
te vsq; ad sua tempora. Scripsit & quasdam epistol. s.

¶ Damalus natione Hispanus floruit eodem tempore quo Eutropius & Orosius. Creat<sup>9</sup>  
est Romæ Pont. max. Scripsit complures hymnos, & librum de Romanis pōtificibus ora-  
tione soluta, Perijt sub Theodosio, quum annum. 80. ageret.

¶ Luuencus Hispanus floruit imperantibus Constantino & Constante. Scripsit. 4. Euan-  
gelia versibus hexametris & hymnos.

¶ Aurelius Prudentius Clemens genere Hispanus primam ætatem posuit in agendis cau-  
sis & ciuilibus officijs, demum ad præfecturam Theodosij patrociniō conscendit. Scripsit  
opus de his qui pro Christiana pietate se deuouerunt. Item de Natali Domini, de gestis &  
miraculis Christi, de expiandis animis, de conflictu viciorum & virtutum.

¶ Pontius Paulinus patria Burdegalenis floruit sub Cæsare Gratiano. Scripsit hexame-  
tris versibus poema de regibus ex Suetonio collectis.

¶ Licentius Afer patria Hiponensis versatus est cū Augustino summa familiaritate. Scri-  
psit hymnos & epistolas.

¶ Venantius Honorius Fortunatus Rauennæ eruditus ob eruditionem Pictaurorum fact<sup>9</sup>  
pontifex, scripsit hymnos & libros. 4. de gestis beati Martini versibus hexametris.

¶ Faustus Gallus floruit ætate Claudiani. Scripsit epigramata & hymnos de rebus sacris,  
Probis fuit moribūs & magna in accusandis vicijs seueritate.

¶ Sidonius Apollinaris patria Aruernus honesta & illustri natus familia, præceptorē ha-  
buit Flauium Nicetium doctissimum tūc temporis grammaticum. Scripsit permulta & so-  
luta oratione & vario carminum genere. Libros nouem epistolarum, hendecasyllabos, pa-  
negyricos & versus hexametros.

¶ Rubrenus Lappa nomen est inopis poe tē tragœdiographi apud Iuuenalem Satyra ses-  
ptima, vbi ait. Non iunior antiquo Rubrenus lappa cothurno.

¶ Sunt & Neotericonum nonnulli, qui i scribendis poematibus non mediocrē meruerunt  
laudem. Primus omnium Iouinianus Pontanus scripsit tanta dexteritate, vt veteres proxi-  
mo sequatur interuallo, præriperetq; laudem multis antiquis, nisi obstarēt ridicula quorū-  
dam hominum opinio, quibus omnia putent, quæ non olent vetustatem. Scripsit hic poeta  
libros amorum tres, Tumulorum duos, de diuinis laudibus, libros Bazarum duos, versus  
Iambicos & Iyricos, duos libros qui inscribuntur Eridanus, libros de stellis. 5. Librum vnū  
Meteororum, duos de hortis Hesperidum, Pompam lepidinam, Meliseum, Meonē, de vir-  
tutibus, grammatica & multa alia.

¶ Pontanum mea sententia subsequitur Politianus, vtroq; genere dicendī doctissimus. Po-  
litianum Marullus Tarchaniora, Marulli Epitaphium scripsit Pontanus, cuius principiu  
est. Hoc vacuum tibi Pierides statuere sepulchrum Et graia & Latia clare marulle lyra, Ma-  
rullum duo Strozæ pater & filius, Strozæ Mantuanus, cuius buccolica tantifacio, vt Vir-  
gilianis conferam, Stare debent in suo theatro Philelphus & Petracha, quoniam modicū  
laudis sibi meruerunt in scribendis poematibus. Sunt & nostro sæculo nonnulli, qui magna  
sui nominis celebritate poetice profitentur, vt Quintianus Stoa, cuius familiaritate & col-  
loquio vsus sum aliquandiu, quū degeret Luceiæ, ibique suam Cleopoli excuderet. Nūc  
Salmonius Macrinus familiaris & amicus meus, versus conficit tanta dexteritate, tamque  
felici genio, vt nascens videatur habuisse musas obstetrices, quæ poeticum manna eius las-  
bellis instillauerint. Excellit maxime i scribendis hendecasyllabis, i quibus tam similis est  
Pontano, vt eodem ouo pregnati videantur. Germanus quoque Brixius inter nostri tem-  
poris poetas merito conferendus est. Scribit enī doctē & erudite, terfa & facili vena. Omit-  
tendi non sunt duo ætatis nostræ doctissimi viri, & linguæ latinæ principes vexillarij He-  
lias Gemellus & Baptista Candelarius consul Rothomageus, qui si stetitissent i poetica pro-  
fessione, vt inclinabat naturæ genius, prospere cecidisset ætati nostræ. Nihil inuidissemus  
antiquitati, Habuissemus qui palato nostro abunde satisfecissent. Sed heu pietas. Forēses  
illæ declamationes & ciuiles cause, quibus appulerunt animum, prosperitate hanc nobis  
sustulerunt. Neque tamen sibi possunt interdicare musis, quantuncunq; i periosis & ca-  
tenatis reipublice negocijs obruantur. Quod satis arguit naturam hominis nec furca quī-  
dem expelli posse. Audiui vtrunque loquentem, quum per iocum extemporarijs carmini-  
bus inter se luxuriarent. At incredibili admiratione suspensum me retinebant, parti quod  
præcipitatis quantumlibet verbis noua semper ad manum suppetere, tum etiam quod  
quæ ructabant per lusum, plena tamē essent grauitatis & doctrinæ. Quod quoniam & vi-  
di, & expertus

di & expertus sum, non possum non vtrique assurgere, & a mborum sitire beniuolentiam, sed iam veniamus ad poetarum Græcorum nomina.

☞ Aechus Erethrius poeta tragicus paulo iunior Sophocle floruit Olympiade. 74. Docuit tragœdias. 44. vicit vna.

☞ Aegemon poeta scripsit bellum Leutricum Thebanorum & Lacedæmoniorum.

☞ Aelchroon Mitylæus inter Alexandri comites, familiaris fuit Aristoteli.

☞ Aeschilus Atheniensis tragicus primus grauitate personarū & coloris distinctione uisus est. Primus in lucem protulit tragœdias. De hoc Hora. Post hunc personę, palęque reperor honestę Aeschilus & modicis infrauit pulpita tignis, Et docuit magnumque loqui nistiqe cothurno. De eius interitu iam diximus.

☞ Alcman lyricus inuentor carminis amatorij floruit Olympiade. 27. Scripsit lingua Dorica.

☞ Alceus Atheniensis fuit lyricus, de quo Hora. Lesbio primum modulate ciui, Politianus in nutricia. Exactosque canis pugnax Alceę tyrannos, Aeolium docto pertentans barbiton auro. De Alceo sic meminit Fabius. Alceus in parte operis aureo plecro merito donatur, quia tyrannos infectatur, multum etiam moribus confert. In eloquēdo quoque breuis & magnificus, & diligens, homero similis, sed in lusus, & in amores descendit.

☞ Alcimenes Megarensis poeta fuit tragicus.

☞ Alexis Theri<sup>9</sup> poeta comicus floruit ante Menandrum, Filium habuit nomine Stephanum itidem comicum.

☞ Alexander Aetholus poeta fuit tragicus.

☞ Ampias Atheniensis comicus.

☞ Anacreon Teius Lyricus fuit in honore apud Polycratem Samiorum regem. Eius poema fuit amatorium. Amauit Bathyllū puerum, vt iam diximus. De hoc Ouid. lib. 2. Trist. Quid nisi cum multo venerem confundere vino Præcepti Lyrici Teia mula lenis.

☞ Anaxandrides Rhodius poeta Comicus floruit ætate Philippi Macedonis. Docuit fabulas. 65. vicit vna.

☞ Anaxippus poeta nouæ comœdiæ floruit sub Antigono & Demetrio Poliorcete.

☞ Antimachus poeta fuit Colophonius, qui dum quoddam poema obscurum in auditorio recitaret, omnesque propterea discederent excepto Platone, legam iquit nihilominus quoniam vnicus Plato est mihi instar omnium author Cicero de claris Oratoribus in Antimachio (inquit Fabius) vis & grauitas, & minime vulgare loquendi genus habet laudem.

☞ Antiphanes fuit poeta nouæ comœdiæ.

☞ Antipater Sidonius versus faciebat ex tempore. Floruit oratoris Crassi temporibus.

☞ Apollodorus Atheniensis comœdiographus floruit Menandri tempore.

☞ Apollodorus Tharsensis fuit tragœdiographus.

☞ Apollonius Rhodius Callimachi discipulus scripsit argonautica.

☞ Aratus Menecratis discipulus floruit Olympiade. 124. Scripsit Phenomenona, hymnos in pana, de moribus, epigrammata quædam in Antigoni uxorem. Epicœdium in Cleonbrotum, epistolas, commentarios in Odysseam, & pleraque alia. Culpatur tamen a Quintiliano his verbis. Arati materia motu caret, vt in qua nulla varietas, nullus affectus, nulla persona, totusque in nominibus absumitur. Sufficit tamen operi, cui se pnrem credidit, vel æqualem.

☞ Architas poeta fuit epigrammatum.

☞ Archilochus Parius repertor fuit iambici carminis, quo Lycamben fœcerum ad mortem impulit. Hora. Archilochum proprio rabies armauit iambo. De Archilocho Quintilianus sic ait. Archilochus primus inter eos, qui iambos scripsere. Summa in eo vis elocutionis, elegantes sane vibrantesque sententię, plurimum sanguinis atque neruorum. Floruit principante Romulo.

☞ Aristeus Proconesius scripsit tribus libris carmina quę vocantur Arimaspea. Præterea Theogoniam versibus mille. Floruit Cræso & Cyro regnantibus. Inuulgata est de eo fabula, quod animam resumeret quotienscumque vellet. De eo meminerunt Herodotus lib. 4. Strabo lib. 13. & Plutarchus in vita Romuli.

☞ Aristophanes comicus poeta inuentor fuit tetrametri & octometri. Docuit fabulas. 54. Aemulus fuit Socratis. Tres habuit filios omnes comicos.

☞ Aristomenes Atheniensis scriptor fuit antiquæ comœdiæ.

☞ Aristonymus comœdiogrphus præfuit bibliothecę Philadelphi post Apolloniū. Mortuus est e Stranguria annos natus. 77.

OFFICINA

- ¶ Arrianus poeta scripsit Metaphrasim Georgicorum Virgilij, opus de gestis Alexandri libris. 24. & quaedam poemata in Attalum Pergamenfem.
- ¶ Archedicus comicus scripsit contra Democharem.
- ¶ Archippus comicus Atheniensis scriptor fuit antiquæ comœdiæ.
- ¶ Aristarchus Tegeates floruit eodem tempore quo Euripides. Docuit trahœdias. 70. vicit duabus. Vixit annos. 80.
- ¶ Astydamas senior atheniensis tragicus docuit tragœdias. 42. vicit. 5. Fuit & astydamas junior tragœdiographus poeta.
- ¶ Augeas fuit comicus atheniensis.
- ¶ Bacchilides Lyricus Cous.
- ¶ Butos fuit elegiographus qui scripsit quædam de rebus Romanorum gestis. Citatur a Plutarcho in vita Romuli.
- ¶ Callias atheniensis fuit comicus filius Lysimachi.
- ¶ Callimachus poeta Cyrenus fuit filius Batti discipulus Armochratis. Vixit apud Ptolemaum Philadelphum, præfuitque regiæ bibliothecæ. Omne poematis genus attigit. Scripsit in aduersarium, quem ficto nomine Ibbim appellat, acerbissimū poema. Item elegias, epigrammata & hymnos. Huius meminit Ouid. lib. 2. Trist. dicens. Nec tibi Battia de nocuit quod sepe legenti Delicias versu fassus es ipse tuas. Item Propertius libro secundo. Et nō inflati Iomnia Callimachi in elegia primas ei tribuit Fabius.
- ¶ Carcinus agrigentinus poeta tragicus floruit paulo ante Philippum Macedonem. Docuit fabulas. 98.
- ¶ Cæcilius argiuius scripsit de piscibus.
- ¶ Chere mon poeta fuit comicus.
- ¶ Chœrilus poeta Samius floruit Olympiade. 75. Scripsit Atheniensium victoriam contra Xerxem, singulorumque versuum singulos Stateres aureos accepit. Scripsit & res Lyfandri Lacedemonij & Alexandri magni. Hunc Horatius vt malum & ineptum poetā culpauit, vbi ait. Gratus Alexandro magno regi fuit ille Chœrilus, incultis qui versibus & male tortis Rettulit acceptos regale numisma Philippos. Et in arte. Sic mihi qui multum celsat, fit Chœrilus ille Quem bis terque bonum cum risu miror, & idem Indignor.
- ¶ Chœrilus atheniensis fuit tragœdiographus qui docuit tragœdias. 160. vicit. 13.
- ¶ Cinefias Thebanus scriptor fuit dithyramborum pigro corpore & fracto crure.
- ¶ Cleon Curieus scripsit argonautica. Cleophon atheniensis fuit tragicus.
- ¶ Corinnus Iliensis scripsit Iliada ante Homerum literis doricis tunc primum inuentis a Palamede, cuius fuit discipulus. Scripsit & bellum Dardani contra Paphlagonas. Floruit tempore belli Troiani.
- ¶ Crates atheniensis comicus antiquæ comœdiæ, auditor fuit Platonis Philosophi.
- ¶ Cratinus atheniensis veteris comœdiæ scriptor docuit fabulas. 21. vicit. 9. Vir fuit voluptarius & amator puerorum.
- ¶ Christodorus e copto ægypti vrbe poeta Anastasij imp. tēpore scripsit Isaurica, vbi scribit Isauriam ab anastasio fuisse captam. Damozenus fuit atheniensis comœdiographus.
- ¶ Demolchus fuit Syracusanus comicus. Floruit Olympiade. 73. Filius fuit Fpicharmi medicij. Docuit fabulas. 14. lingua doricæ. Dicægenes poeta scripsit tragœdias & dithyrambos. Diodorus fuit comicus poeta, vt Dioxippus & Diocles atheniensis.
- ¶ Egemon Charcenus scripsit bellum Leutricum Thebanorum & Lacedæmoniorum.
- ¶ Epicrates poeta fuit comicus, vt Eriphus. Hermippus atheniensis poeta veteris comœdiæ scripsit fabulas. 40. Heliodorus poeta Cumæus seu Ascreus ab Alera Bœotia vico scripsit poemata Theogoniam, Aspida, Heroidum mulierum catalogum, Epicedium in quendam Batracū, & quaedam alia. Iugulatus est ab antipho & Crimeno fratribus. Primus agriculturæ præcepta tradidit. Primus fabulas scripsit. Hic missus a patre ad ouium custodiam dormiens in Alera somniauit se repente factum poetam. Vnde Persius. Nec ī bicipiti somniaisse Parnaso memini, repente vt sic poeta prodirem. Mantuanus. Tu sapis vt custos ouium Parnasidos Ascre. Incola, quem subito muse instituere poetam. Ouidius. Ipse deas vidi, non quas præceptor arandi Viderat, ascreas quum sequeretur oues.
- ¶ Eubulus Cettius atheniensis fuit comœdiographus. Euangelus poeta comicus scripsit de re militari. Eumolphus Eleusinius filius fuit Musæi & Orphei discipulus poeta magni nominis. Euphronius poeta scripsit carmen Priapi, vbi deum Orneatem eum appellat. Eutiches comicus fuit poeta. Eupolis atheniensis scriptor fuit veteris comœdiæ, qui mira vsus est licentiâ in carpendis hominum vicijs, Horatio teste.

Euripides

¶ Euripides Atheniensis tragœdiographus natus est eodie quo Xerxes ab Atheniensibus fugatus est. Discipulus fuit prodi in Rhetorica, & Socratis in philosophia. Ad tragœdiâ conuersus, secutus est Anaxagoram, Veneris fuit omnino abstinens. Vixit in summa familiaritate apud Archelâum Macedoniæ regem, a cuius cœna dũ noctu reuerteretur, iurgulatus a canibus, a quodam æmulo immixtis, annum agens, 75. Scripsit dramata, 75. vicit, 5. Matrom habuit agrestia vendentem olera. Annos natus, 18, tragœdiam scribere aggressus est in quadam spelunca apud Salamina. Cicero eius verba, totidem putauit sententias. De eo vide Gellium lib. 15, & Cælium Cap. 13, libri quinti.

¶ Idæus Rhodius opus Homeri iterauit carmen carmini reddens. Scripsit etiam res Rhodiorum tribus carminum millibus.

¶ Hiero Ferreus Atheniensis scripsit quædam poemata, quæ plutarchus in Nicia ad ætatē suam testatur peruenisse.

¶ Hipparchus fuit comicus poeta.

¶ Hipponax Ephesius scriptor fuit iamborum, qui patria pulsus ab Athenagora & Conia tyrannis, Clazomenis vixit.

¶ Lasus Herminæus primus scripsit de musica, primusq; dithyrambos in certamen protulit.

¶ Lycophron Chalcidensis poeta scripsit Alexandram poema valde obscurum, in quo meminit de vaticinijs Cassandre. Exorsusque ab hercule & rebus Troianis prosequitur vsque ad Alexandrum Macedonem.

¶ Magnes Atheniensis poeta veteris comœdiæ floruit Epicharmi tempore. Docuit fabulas, 11.

¶ Melanthus poeta fuit elegiographus Cimonis ducis Atheniensium familiaris.

¶ Melitus fuit tragœdiographus, quem Aristophanes taxauit vt nimis durum.

¶ Menander Atheniensis comicus flagrauit amore mulierum. Scripsit fabulas, 88, & epistolam vnâ ad Ptolemæum regem. Fabius de eo sic meminit, Menander meo iudicio diligenter lectus ad cuncta quæ præcipimus, efficienda sufficit, ita omnem in vita imaginem expressit, tanta in eo inueniendi copia, eloquendi facultas, ita est omnibus rebus, personis affectibus accommodatus, vt omnibus eiusdem operis authoribus tenebras induxerit. Porro tanto fuit in precio, vt etiam inuitatus sit a regibus Aegypti oblati magnis honoribus & diuitijs.

¶ Menalippides melicus scripsit dithyrambicorum libros, poemata epica, & elegias.

¶ Huius nepos Menalippides iunior scripsit lyrica & dithyrambica. Mortuus est apud Perdicam regem.

¶ Menecrates fuit comœdiographus.

¶ Menelaus Aegæus scripsit Thebaida libris sex.

¶ Mymnermus Colophonius poeta fuit elegiographus, qui dicebat nihil esse iucundum sine amore & iocis. Horatius. Si Mymnermus vti censet, sine amore, iocisque Nil est iucundum, viuas in amore iocisque. Proper, lib. 1. Plus in amore valet Mymnermi versus Homero.

¶ Mnesimachus scriptor fuit comœdiæ.

¶ Moschus Syracusanus scripsit carmen buccolicum.

¶ Morychus tragicus fuit poeta, quem Aristophanes gula, & nimia voluptatis notauit.

¶ Morsimus fuit tragicus, quem Aristophanes insectatus est.

¶ Musæus Eumolpi filius primus omnium Athenis deorum genealogia versibus tradidit, scripsit amores Hero & Leandri versibus hexametris. Musæus Eleusinius Antiphoni filius & discipulus Orphei scripsit vitæ præcepta ad Eumolpum filium tribus versuum millibus. Musæus Thebanus filius Thamyre poeta melicus, scripsit hymnos & cantica.

¶ Musæus Ephesius poeta Eumenis & Attali regum Pergami tempore scripsit res Pergamenses, & de Perside libros decem. Nestore lycia regione, pater Pylandri poetæ tempore Seueri principis scripsit Iliada. Tryphiodorus vero Odysseam ad imitationem Homeri.

¶ Nicandrus Colophonius edidit versibus Prognostica Hippocratis. Nicochares Atheniensis, Philonidis comici filius coeuis Aristophanis, scripsit multas fabulas. Nicostrotus fuit Comicus. Nicomachus Phrygius scripsit tragœdias vndecim. Nicomachus alter Atheniensis vicit Euripidem & Theagenem. Nonnus Panapolyta scripsit euangelium Ioannis græcis hexametris.

¶ Olympius Mysius poeta melicus & elegiographus discipulus Marsyæ, floruit ante bellum Troianum. Homerus iunio patria Bizantius, patrem habuit Andromachum. Scripsit tragœdias, 57. Homerus poetarum maximus floruit Olymp, 23, annis post Troiam captam, 500, post Romam conditam, 67.

Patria fuit Meon, natus est dultorio matris Critheidis virginis Cumanæ apud fluvium Melem, vnde ab initio vocatus est Melesigenes. Grammaticę præcepta primus dedit, quum antea quisq; sermone scriberet, simul & loqueretur vernaculo. Puer literis ibi ut est ab Aristeo Proconesio seu Fannio grammatico. Factus paulo prouectior quum flagraret de lyderio visendarum regionum ductus est per diuersa orbis loca, a mercatore quodam, qui dicebatur Menthes, a quo tamen relictus est apud Ithacam propter morbum oculorum, quo ibidem laborare cœperat. Conualecens demum Colophonem profectus est, ibique renascente eodem morbo incidit in cæcitatem, ac tum primum vocatus est Homerus apud Cumes & Ionas, qui cæcos vocant Homeros. Vnde autem cæcitatem illam contraxerit, iam diximus. Veniens Athenas in ætate iam matura quum in litore quieuisset, sparso pntinus de eius aduentu rumore, hominum multitudo turmatim ad eum videndum conuolauit. Quo quum eandem ob causam diuertissent piscatores, litori appullos statim rogauit, haberent ne aliquid. Illi vero per enigma responderunt se quæcunq; cepissent, reliquisse, quæ vero non cepissent, habere. Significabant enim sese purgasse pediculis, quorum captos in aquis reliquissent, non captos haberent in vestimentis. Quod intricatum & perplexum enigma Homerus ad pisces tantum respiciens, quum dissoluere nequiuisset, pudore nimio, ut nonnulli suspicantur, incidit in morbum, quo paulo post periit. Sed quid opus est causam mortis comminisci, quum iam matura esset ætate: iam eni vixerat annos, 108. Scripsit præcipua duo poemata, Iliadem & Odyssæam, Ilias continet bellum Græcorum in Troianos propter Helenæ raptum. Odyssæa Vlyssis in patria redeuntis labores. Duo hæc eius poemata in numerum versuum diuisa & distincta sunt ab Aristarcho grammatico. Sunt qui eadem tribuunt Batrachomyomachiam, quorum opinioni repugnat Plutarchus. Habitus est apud antiquos in tanto precio, ut septem vrbes cum libivendicauerint, eiusque versus habiti sunt prouerbiorum loco.

☞ Oppianus ex Anazarbo Ciciæ ciuitate scripsit poema de piscibus, quod Antonino Seueri filio nuncupauit.

☞ Orpheus Croniata vixit apud Pyssistratum tyrannum. Scripsit argonautica.

☞ Palephatus Atheniensis poeta scripsit de situ orbis, & contentione Mineræ cum Neptuno ad mille versus. Veneris quoque & amoris sermones quinque millibus versuum. Itæ de crine Latonæ, & quædam alia.

☞ Pamprepus Panopolyta floruit ætate Zenonis principis. Scripsit de Ethymologijs, & Iffaurica, soluta oratione.

☞ Panolbus fuit Epicus poeta.

☞ Parthenius Nicæus poeta elegiographus captus est a Cinna in bello Mithridatico, & ob ingenium manumissus. Vixit vsque ad Tiberium Cæsarem. Scripsit elegias in Venerè, & Epicædium in Aretem vxorem suam, deque eius laudibus libros tres.

☞ Parthenius Chius Thestoris filius scripsit versus in laudem patris.

☞ Perles Ascreus poeta frater fuit Hesiodi.

☞ Pigres Halicarnassæus frater Artemisij vxoris Mausoli scripsit versus elegios in Iliadem Homeri.

☞ Pindarus Thebanus nomen Lyricorum longe princeps fuit spiritus magnificentia, sententijs, figuris, beatissima rerum verborumque copia, & velut quodam eloquentiæ flumine, propter quæ horatius eum merito credidit nemini imitabilem, author Fabius libro decimo. Floruit Aeschylis tempore. Scripsit lingua dorica Olympia, Pythia, Nemæa, Isthmia. Veteres poetę fabulati sunt Pana rusticum numen, amatorem fuisse carminum Pindari.

☞ De Pindaro sic meminit Horatius. Pindarum quisquis studet emulari lule cæratissimæ ope Dædalea Nititur pennis vitreo daturus Nomina pōto. Primas meruit iter nouem lyricos, quorum hæc sunt nomina. Alceus, Sappho, Stesichorus, Ibycus, Bacchylides, Simonides, Aleman, Anacreon & Pindarus ipse. Pisandrus Camireus poeta antiquior Hesiodo, scripsit facta Herculis duobus libris. Pisandrus Larandæus poeta sub Alexandro Mammeæ scripsit versibus variam historiam libris, 66. Plato Atheniensis poeta præcæ comædie floruit tempore Aristophanis & Eupolidis. Polyzelus comicus fuit.

☞ Possidippus Cassadæus comicus docuit anno tertio post mortem Menandri. Scripsit fabulas, 30. Pheidimus Bizantius fuit elegiographus poeta.

☞ Pherecrates Atheniensis comicus militauit sub Alexandro magno. Docuit fabulas, 17. Phidamus Epicureus poeta fuit admodum lasciuus. Philemon Syracusanus poeta nouę comædię tempore Alexandri magni scripsit sex fabulas. Vixit annos, 90. Periit nimio risu. Philemon iunior eius filius itidem comicus docuit fabulas, 54.

¶ Philetas Cōus floruit ætate Philippi & Alexandri Macedonũ. Præceptor fuit Ptolemæi Philadelphi. Scripsit elegias & epigrammata. Conterraneus fuit Hippocratis medici. De eo & Callimacho sic scribit Fabius. Elegiæ principes habentur Callimachus. Secundas cõfessione plurimorum Philetas occupauit. Propertius libro secundo. Tu fatius memorem multis imitere Philetam.

¶ Philocles Athenienſis filius sororis Aefchyli, tragicus fuit poeta.

¶ Philoxenus Cytherius poeta lyricus scripsit dityrambos. 24. Obijt Ephesi. Scripsit carmine lyrico Aeacidarum genealogiam. Coniectus est a Dionysio Syracusano in Latomias. quod eius carmina & tragœdias non probaret. De eo meminerunt Ammianus Marcellinus lib. 15. & Budæus in Pandectas.

¶ Philistius Cercyræus tragicus poeta, vixit apud Pto. Philadelphum.

¶ Philistion Nicæus poeta Comicus floruit ætate Socratis.

¶ Philippides comœdiographus quum ætate iam prouecta in certamine poetarum præter spem vicisset, inter illud gaudium repente mortuus est. auctore Gellio.

¶ Phormus Syraculanus comicus Geloni tyranno fuit familiaris, eiusque filios erudiuit. docuit fabulas septem.

¶ Phocylides mileſius floruit post bellum Troianum, Olymp. 58. Scripsit elegias, & qualdam sententias ad vitæ institutionem.

¶ Phocinordes fuit comicus.

¶ Phrynicus Athenienſis tragicus Thespiadis discipulus primus vultum mulierum protulit in scenam & tetametrum reperit. Filium habuit Polyphradmonem poetam tragicum Docuit tragœdias. 9. Phrynicus Athenienſis fuit comicus.

¶ Simonides Ceus poeta Melicus floruit Olymp. 55. Vixit annis. 79. Scripsit doricæ lingua Cambyſis & Darij res gestas, & Xerxis bellum maritimum. Præterea Threnos, Encomia, epigrammata, pæanas, tragœdias, nenias, & quædam alia. Primus etiam artem memorandi fertur inuenisse, quum cœnaret in Thessalia apud Scopam opulentum hominẽ. Author Cicero lib. 2. de Oratore. Simonides (inquit Fabius) tenuis alioqui sermone, proprio & iucunditate quadam commendari potest, præcipua tamen eius in commouenda miseratione virtus. Præcipua eius virtus fuit in commendanda commiseratione. Nam inter ceteras funebres laudationes singulari carminum commiseratione profecutus est conuiuas suos, apud Scopam illum de quo nunc diximus, cœnaculi ruina collisos. Catullus. Mæstius lachrymis Simonidæis. Simonides Teius iambicus scripsit Græcorum apud Aulidem conuentum, & trimetrorum libros duos.

¶ Simonides Magnes scripsit res gestas Antiochi magni, & bellum aduersus Galathas.

¶ De Sappho poetria iã diximus in capite de mulieribus doctis. Solon philosophus ab initio operam dedit poetice, sed prima illa poësis nihil graue aut feruum habuit at foci fuit referta. Postea tamen philosophicis eam referſit sententijs. Tentauit etiam leges edere versibus, quorum hi citantur a Plutarcho per Lappum Florentinum latinitate donati Legibus his oro, primum rex Iuppiter adſit, Fortunamque ferat, felix nomenque ſecundet.

¶ Softratus Athenienſis poeta xerxis aduentum prædixit carminibus, & prodigia quæ apparent, antequam xerxes ipse veniret in Græciam. De hoc luuenalis Satyra decima. Et madidis cantat quæ Softratus alis.

¶ Sophocles Athenienſis tragicus cœtaneus & collega periclis in prætura docuit tragœdias. 23. Deceſſit ſex annis post Euripidem. Appellabatur apis ob linguæ dulcedinem. Filij eum ab administratione rei domesticæ ſummouerunt vt delirantem, at ille tragœdiam protulit coram iudicibus, vt viderent an eſſet opus deliri ſenis. Propterea reſtitutus eſt & ſapiens iudicatus. Fuit & Sophocles alter ſuperioris nepos, qui docuit tragœdias quatuor atque etiam ſcripsit elegos. Sophilus Sicyonius fuit comicus. Solithæus Syraculanus emulus fuit Homeri tragici. Sotades Maronites poeta fuit iambographus impuriſſimus, & plenus laſciuiæ. Hinc ſotadicos verſus vocamus pathicos & libidinoſos.

¶ Sotericus Afites ſcripsit Encomium Diocletiani, & Dionyſiaca & vitam Apolloniij Tyanei.

¶ Steſichorus poeta lyricus ex Hymera Siciliæ ciuitate, ſcripsit Helenæ vituperationem, Ob quam rem exoculatus Palinodiam cecinit, & viſum recuperauit. Primus cum citharæ cantu chororum inſtituit. Vnde inditum illi nomen. In eius ore quum infans eſſet, cantauit Luſcinia.

¶ De Steſichoro Ouidius libro tertio de Arte, Probra Therapnæ qui dixerat ante maritæ Mox cecinit laudes proſperiore Lyra.

OFFICINA

¶ Thales Cretenſis fuit lyricus poeta, qui quum Spartam veniſſet, Lacedæmoniorum animos ſuis verſibus adeo delinituit, vt feritatem illam exuerint, quam ex feueris Lycurgileſibus imbiberant. Plutarchus ſcribit hunc Thaletem miſſum fuiſſe ad Lacedæmonios a Lycurgo in Creta gente, vt ſuis muneris eos ad concordiam reuocaret, & auditorum ingenia demulceret, & a malevolentia qua alter in alterum flagrabant auerteret, rerumq; honeſtarum ſtudio alluſaceret.

¶ Dhamyras Trax poeta ſcripſit verſus in theologia ad tria millia. Eximia fuit pulchritudine, & amore puerorum deſagravit.

¶ Tellen fuit melicus poeta. Theognetus comicus.

¶ Theogenes Megarēſis floruit olymp. 59. Scripſit elegias & alia poemata. Fuit alter Theogenes tragicus.

¶ Theodectes Cilix diſcipulus Platonis ſcripſit fabulas. 50. Præterea artem rhetoricam verſibus, & quædam alia.

¶ Theodofius Tripolitanus ſcripſit verſibus in eſtatem.

¶ Theocritus Syracuſantis patrem habuit Praxagoram, Philinam matrē. Floruit ſub Ptolemeo Lagi. Scripſit doricæ lingua buccolicum poema.

¶ Theophilus ſcriptor fuit priſcæ comediarum.

¶ Terpander Leſbius poeta lyricus heptachordon & lyrici carminis canonem ſcripſit.

¶ Theſpis Atticus poeta tragicus primus inſtituit vt tragœdiæ agerentur in plauſtris. Vnde Horatius. Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ dicitur, & plauſtris vexiſſe poemata. Theſpis. Quæ canerent agerentque peruncti fecibus ora.

¶ Timon Apolloniates ſcripſit tragœdias, comedias, ſatyras & alia permulta.

¶ Timola<sup>9</sup> Lariffē<sup>9</sup> diſcipulus Anaximenis Lampfaceni ſcripſit poema de bello Troiano.

¶ Timocles Athenienſis fuit comicus.

¶ Timotheus Mileſius ſcripſit verſibus de muſica libros. 17. Præterea hymnos, Encomia, & dithyrambos.

¶ Tyrtheus Athenienſis poeta, quem quum Lacedæmonij certantes in Athenienſes principem ſibi dlegiſſent, ita eorum animos inflammavit ſuis carminibus, vt omnes periculi & mortis immemores in hoſtem furioſi ſe cõicerint, eoq; modo victoriam ſibi pepererit. Horatius in arte. Tyrtheuſq; mares animos in martia bella Verſibus exacuit. Plutarchus in vita Lycurgi citat ſequentes Tyrthei verſus Latinos per Lappam Florētinum factos, Pythius affatus quos eſt, oracula Phœbi diſcite, veridici ſanaque verba dei. Conſilij imperium reges ſeruare ſuperbos. Sparta quibus cura eſt, vrbs capienda probis. Grandeuoſq; ſenes, & qui respondeat alm̄is. Hinc reliquum Rhetris recta ſimul populum.

¶ Triphiodorus Aegyptius ſcripſit Marathoniam, excidiũ Ilij, & poema de laboribus Vlyſſis. Xenophanes Colophonius ſcripſit poema de Pſyllis. Præterea Elegias & lambos cõtra Heſiodum & Homerum, improbans, quæ de dijs ſcripſerunt. Xenophanes Leſbius fuit lambographus. Xenarchus fuit poeta comœdiographus.

¶ Zenodorus Ephēſius poeta diſcipulus fuit Philetę. Floruit ætate Ptolemæi primi, cuius liberos erudiit. Primus Homeri libros correxit & in ordinem redegit.

Qui de modicis rebus opera ſcripſerunt.

¶ Syneſius Cyrenenſis ſcripſit de laudibus Caluitij.

¶ Beatus Rhenanus ſcripſit commentarios in illud Encomium Syneſij.

¶ Dion cognomento Chryſoſtomus librum de comæ laudibus.

¶ Batracomyomachiam luſit Homerus.

¶ Maro culicē & Moretũ, atque etiam de apibus animalium fere minimis ſcripſit fuſiſſime.

¶ Buſiridem tyrannum laudauerunt Polycrates & Iſocrates. Iniuſticiam Glauco.

¶ Therſitem & quartanam febrem Fauorinus.

¶ Muſcam & Paraſyticam Lucianus.

¶ Seneca Claudij apotheoſim.

¶ Scripſit Plutarchus Grylli cum Vlyſſe Dialogum. Lucianus & Apuleius aſinum.

¶ Themilon de laude plantaginis herbe. Homerus librum vnum de laudibus vini

¶ Ephren Syrus de vituperatione riſus. Marcion Græcus de Raphano. Hippocrates

librum vnum de laudibus Piſanæ. Meſſala ſingulos libros de ſingulis literis.

¶ Orpheus & Heſiodus de ſuffitionibus multa ſcripſerunt. Iuba rex de Euphorbio herba magno præconiõ volumen edidit. Lyſimachiam herbam ſcriptis celebrauit Eraſiſtratus. Anonymos herba ab Ieſio medico celebrata eſt. Democritus numerum quaternarium volumine decorauit. Idem de Cameleonte animali aliud volumen conſcripſit.

Pythagoras



¶ Pythagoras librum vnum composuit de bulbis.

¶ Cato Brassicæ laudes cecinit.

¶ Diocles magnis laudibus rapam extulit.

¶ Chrisippus medicus brassicæ volumen priuatim dicauit.

¶ Muſeus & Hesiodus Polion herbam multis verbis commendauerunt.

¶ Phanius physicus condidit laudes vrticæ.

¶ Antemis herba magnis laudibus celebrata est ab Asclepiade. Idem librum vnū de musſto composuit. Hæc ex Plynio.

¶ Scripsit Encomium ebrietatis Christophorus hegendorſinus.

¶ Fuit & Plutarcho teste, qui scripsit Encomium vomitus.

¶ Socrates orator celeberrimus Helenam luculenta oratione adornauit.

¶ Ex Neotericis Erasmus incomparabile totius Germaniæ decus scripsit moriæ Encomiū Quod opus doctissimis ornauit commentarijs, Gerardus Listerius Rhenensis.

¶ Claudius Cæsar alæa studiosissime lusit, de cuius arte librū quoq; dedit, autho. Traquillo. Septem montes in quibus Roma sita est.

¶ Capitolinus seu Tarpeius, Auentinus, Palatinus, Cælius maior & minor, Exquilinus, Viminalis & Quirinalis. De his Tibullus libro secūdo. Carpite nunc tauri de septem montibus herbas. Dum licet, hic magnæ iam locus vrbs erit. Propertius libro tertio. Septem vrbs altaiugis toto quæ præſidet orbi. Virgilius, Septemque vna sibi muro circumdabit arces.

#### Venti diuerſi.

¶ Vetera iuxta positionem cardinum tantum quatuor ventos principales a singulis cœli partibus flare credebant authore Vegetio. Sed posterior ætas experimento duodecim cōprehendit. Ab orientali cardine oritur Apeliotes, id est subſolanus, cui a dextra iungitur Circius siue Chorus. A sinistra Euris siue vulturnus. Meridianum cardinem possidet notus, id est auſter. Habetque a dextra Leuconotum, a sinistra Libanotum. Occidentalem cardinalem tenet zephyrus. Huic a dextra iungitur Libs siue aphricus, a sinistra lapis siue Fauonius. Septentrionalē cardinē fortitus est Aparetias siue Septētrio, cui a dextra heret Tralias siue Cracias, a sinistra Boreas, id est Aquilo. Hi sepe flant singuli, interdum duo, & magnis quādoq; tēpestatibus tres simul flare cōsueuerūt. Horū ipetu maria q̄ sua spōte tranquilla sunt, vnd is æstuantibus faciunt. Horum etiā flatu pro natura temporum vel locorum serenitas redditur, & rursus in procellas serena mutantur. Hæc præcedentia docent tres esse ventos vniuersiūque cardinis. Nunc priuatim de quibusdam loquendum est. Boreas dicitur a boatu, latine vocatur Aquilo. Flatus est violenti & sonori. Nubes discutit, & serenū reddit aerem. Vnde & sudificus vocatur & nubifugus. Colu. Nec tamen nubifugus borea Latonia Phœbe Purpureo radiat vultu. Homerus apud Gellium. Sudificusque simul Boreas mala plurima voluens. Hieronymus ventum hunc appellat scopam viarum seu scoparium, quod distillando perpurget, quicquid in via obiacet.

¶ Vulturnum q̄ inter Eurum & Notum sit, nonnulli Euronotum vocant.

¶ Notus ab Ouidio sic describitur lib. i. Meta. Madidis notus euolat alis, Terribilem picea tectus caligine vultum, Barba grauis nymbis, canis fluit vnda capillis. Fronte sedent nebulae, rorant penneque simusque. Caurum Græci Argesti vocant. Fauonius græce vocatur zephyrus, a poetis pater florum appellatur & genitabilis. Austrum aliter notum vocant, q̄ nebulosus sit & humectus. Exitialis est hic ventus & morbosus, potensq; ad excitanda fulmina. Vnde Lucretius lib. 5. Alutonans Vulturnus & Auſter fulmine pollēs. Virgilius vult detur innuere ventum lapige occidentalem esse, quum dicat Cleopatram e nauali prælio fugientem in Aegyptum vento lapige ferri. Est & vetus nomine Cæcias nubes attrahēs Atabulus nomen est etiam venti apud Horatium lib. i. Ser. Scribentem. Incipit ex illo montes Appullia notos Ostentare mihi, quos torret Atabulus. Seneca libro quinto Questionū Naturalium de quibusdam ventis sic meminit. Atabulus Appulliam infestat, Calabriā la pax Athenas Seyron, Pamphiliam Chagenus, Galliam Circius.

¶ Sunt & alij qui vocantur Ethesiæ & prodromi qui in ortu caniculæ statis anni temporibus spirare solent. Lucretius. Puluerulenta Ceres & Estesia flabra Aquilonum. De regionibus quatuor ventorum, qui præcipui dicuntur, sic scribit Manilius libro quarto astron. Totidem venti de partibus iisdem Erumpunt, secumque gerunt per inania bellum. Asper ab axe ruit Boreas, fugit Euris ab ortu, Auſter amat medium solem Zephyrusq; profundum. Ouidius libro primo de Trist. Nam modo purpureo vires capit Euris ab ortu, Næc

tt ij zephyrus

OFFICINA

Zephyrus sero vespere missus adest. Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab arcto. Nunc notus aduersa plia frôte gerit. Idē lib. 1. Meta. Eurus ad auroram. Nabatheaq; regna recefit. Persidaq; & radijs iuga subdita matutinis. Vesper & occiduo que littora sole tepefcūt. Proxima sunt Zephyro. Scythiam, septemq; triones Horrifera inuasit Boreas, contraria telus Nubibus assiduū, pluuiūque madescit ab austro. Pontanus in libro Meteororū. A summo Boreas, Notus imo spirat olympo. Occasum ifedit zephyrus, venit Eurus ab ortu.

Sophistarum nomina.

¶ Adrianus Phoenix patria Tyrius docuit Athenis magno cultu victusque sumptu. Amatus est magnopere a M. Antonio & Romam ab eodē ductus. Philostrata. de vitis Sophista.

¶ Aelianus Romanus sophista qui scripsit de animalib; de varia historia, & de re militari. ¶ Antiochus fuit sophista securus in figuris, vehemens in accusationibus, venustus in defensionibus, in demonstratiuis potens. In forensibus sophistica, in sophisticis forensi vtebatur oratione. Philostratus.

¶ Apothonius sophista scripsit præexercitationes in rhetorica, & in artem Hermogenis. ¶ Apfines Gadareus Smyrne pceptorē habuit Heraclidem Lyciū, Nicomediæ Basilium Docuit Romæ Maximiani tempore, cuius beneficio adeptus est consulatum.

¶ Aristides Myfius docuit Smyrnæ.

¶ Aristocles Pergamēsis sophista floruit sub Adriano. Scripsit de arte Rhetorica, epistolas & declamationes. Secte fuit Peripateticę, horridus aspectu, voluptatibus tamen & lyre postea indulfit. Philostratus.

¶ Aspalus Rauennas Demetriani filius & auditor Pausaniæ, pfectus est Romæ sub Alexandro Mameæ. Scripsit diuersas orationes cōtra Aristonem & maledicos. Alia sophistarū nomina sunt Aufonius quidam, Bemarchus Cæsariensis, qui scripsit res gestas Cōstantini principis libris decem. Chrestus Bizantius, qui quibus esset deditus vino, ceteris tamen in rebus erat continens. Damophilus qui scripsit ad Lollium maximum de vita priscorū. Damianus Ephesius. Dias Ephesius qui floruit ætate Philippi Macedonis. Dion Prusicus Traiano familiaris, qui scripsit pro Homero contra Platonem libros. 4. Item de virtutibus Alexandri magni libros decem, & laudem Herculis. Ecebolus Cōstantinopolitanus. Epiphanius Petreus qui scripsit præexercitationes, & declamationes in genere demonstratiuo. Herachides Lycius, qui Smyrne docuit. Hermocrates Phocēsis, qui floruit principante Setero. Hermogenes. Euodianus Smyrneus Aristotelis discipul; qui professus est Romæ. Eustephius Aphrodisensius, qui scripsit declamationes. Eustochi; Cappadox qui scripsit ad Constantem principem de Cappadociæ, aliarumque gentium antiquitate.

¶ Gorgias Leōtinus artis sophisticę parens. Hippodromus Larissens, qui Athenis docuit. Ilegus assyrius, qui adolescentiā varijs corporis voluptatibus tradidit. Iulianus Cappadox, ad quem dum Athenis profiteretur, gregatim omnes conuolabant. Libanius antiochenus floruit sub Iuliano principe. Athenis audiuit Diophantum philosophum. Exercuit se in declamationibus. Constantinopoli profectus ibidem ludum aperuit. Vnde ppter lasciuū in pueros amorem pulsus. Nicomediā venit, indeque eandem ob causam reiectus in patriam reuersus est. Scripsit declamationes, progymnasmata, orationes, & epistolas. Lucianus Samofatenus floruit sub Traiano principe. primum Christianus, demum fidei defensor. Marcus Bizantius Isæi auditor. Menander Laodicæus, qui scripsit commentarios in artem Hermogenis & præexercitamēta Minutiani. Minutianus Atheniensis scripsit artem Rhetoricam, præexercitamēta, & diuersas orationes. Nicetes Smyrneus, quem Adrianus Aegypto Museo ascripsit. Plutar. Atheniensis præceptor Syriani. Polus Agrigētinus auditor Gorgię scripsit eorum genealogiā & catalogum, qui ad bellum Troianum profecti sunt. Polemon Laodicęus æqualis Herodis Attici. Priscus Panites magister epistolarum Theodosij iunioris. Scripsit historiam Constantinopolitanam & Athicę lib. 3. Præterea de clamationes & epistolas. Procopius scriba & comes Iustiniani. Protagoras abderites discipulus Democriti, cuius meminit Gellius. Phrynicus Bithynicus, qui scripsit de Atticis dictionibus. Ruffus Corinthius. Sabinus, qui floruit sub Adriano. Scopelianus Clazomenus Herodis Attici præceptor. Sopater Iamblici discipulus. Constantini magni consiliarius Theon Sidonius. Theodorus, qui Herodis Attici tempore. p̄fuit Atheniensū scholę Thrafinachus Carthaginensis Ilocratis discipulus. Varus Persa. Zenodotus docuit Romę sub Adriano. Scripsit epitomen prouerbiorum Didymi & genethliacum in Adrianum. Præterea conuertit in gręcum sermonem historiam Salustij. Philagrus Cilix patria, auditor Lolliani, fuit sophistarum vehementissimus, maxime iracundus.

Populorum

Populorum diuersi mores, & ritus varij.

¶ Agathyrsi populi Scythibus vicini abundant auro. Capillos habent ceteros, quos vna cū toto corpore diuersis coloribus inficiunt. Virg. lib. 4. Aene. Cretesque, Dryopesque fremunt pictiq; Agathyrsi. Mantuanus in Apollonia. Vsq; Melanchlenos, vsque ad pictos Agathyrsios. In commune cum mulieribus coeunt. Nihil liuoris aut odij mutuo exercent.

¶ Aborigenes antiquissimi Italiae populi vagi erant & sine laribus.

¶ Alani Scythiq; populi carne vescuntur, nec panē māducāt. Sēp sūt pugnaces. Vnde Luca. lib. 8. Et sequeretur duos eterni Martis Alanos. Patientissimi sunt laboris, nam centum milia cursu continuo interdum conficiunt.

¶ Amazones Scythiq; mulieres dextras mammās nascētibus foeminis inurebant, ne ferēdis armis essent impedimēto. Masculi sexus liberos interficiebant. In perabant sine viris. Vescantur lacertis & testudinibus. Ambrones Galliq; populi quū subita maris inundatio ne sedes suas amisissent, animū rapinis adiecerūt & latrocinij. Androcyne populi sunt in Africa vtriusq; naturę, vicij<sup>9</sup> iter se coeutes. His dextera mammā virilis est, leua mulieris. Antropophagi Scythiq; populi hūana carne vescuntur. Bibūt ossib<sup>9</sup> hūanorū capītū.

¶ Areopagitæ Atheniensium magistratus iudicabant in templo Martis de cede & de statu Reip. providebant, idque sub dio. Arimaspi Scythiq; populi vnū habent in frōte oculū, vnde & nomen traxerunt. Nam arima Scytharū lingua vnū signat, spu vero oculum.

¶ Arympei populi sunt prope Ripheos montes iusticię & æquitatis obseruantissimi, & mira tranquillitate inter se degentes. Sedes illi nemora, alimenta bacca, Capillus iuxta foeminis virilque in probro existimatur. Ab ipso natali dicuntur esse calui, sinisque naribus & ingenti mento. Studiosi non sunt rei pecuarię. Sub arbore quisque cubitat. His nemo mortalium iniuriam facit. Sacri enim dicuntur esse, nihilque armorum possident, Contro uersas finitimorum dirimunt.

¶ Aegyptij diuinarū rerū peritissimi fuerunt, vnde Macro. Aegyptum vocat artium matrem. Ab Aegyptijs Græci disciplinas omnes mutuati sunt. Diē obseruabant a meridie nocte in aliam. Hominum sunt antiquissimi. Oī gaudebant vnguentis. Eorū mulieres septenos quandoque vno edebant partu. Serūt omni mense, vbicunq; imbres cęstui nō sunt. Apud eos aliqui singula annorum milia vixisse prodūtur, sed hoc intelligēdum est de animalis mēstruis, qui terminantur lunę senio. Cepas & allium inter deos habēt. Apim bouem colūt pro numīe, & quaedam animalia, vt canem, felem, accipitrem. Ibin, lepidotum & oxirinchum pisces. Crocodilum etiam venerantur, quem mortuum in visis sepeliūt. Crocodilis li adipe ægrotos vngūt. Brassicam nō edūt. Inuētores fuerunt picturę. Mortuorum asservant cadauera, vnguentis foetorem impediētibus referta. Solerter fuerunt in reperiendis artibus, & in agnitione rerum indaganda sagaces. Furta omnia impune permittunt. Ventrem mortuorum eximunt, vt omnium peccatorum causam. Fl. uisus Vopiscus scribit Aegyptios esse verificatores, epigrammaticos, & ad cātulenas publicas propētos. Primo enim Solem & Lunam deos putauerunt, Solem Osirim, Lunam Isim nuncupantes. Idem ait Aegyptios esse ventosos, furibundos, iactantes, iniuriosos, & auidos rerum nouarum, vanissimos, & iniuriosissimos. Et Quintus Curtius eos infamat vt gentem vanam, nouandis quam gerēdis rebus aptiorem. Antiquitus frequentissime ea obibant munia, quę nūc geruli, & vectandis corpore oneribus questum faciebant. Vnde Aristophanes apud Cælium. Currus imposuit duos, ac mortuos totidem, quos nec Aegyptij quidem tollerent cētum. Hinc adagium. Aegyptius laterifer. Erant & admirabiles in nectandis machinis, procliues in vinum, cuius quum essent inopes, excogitauerunt potionem ex hordeo. Viginēti millia vrbium habitauerunt regnante Amasi. Frequentissime afficiuntur. Elephantias si morbo propter calores & æstum. Sale abstinent, nec panibus vescuntur sale conditis.

¶ Marcellinus vocat Aegyptios genus hominum controuersum, & assuetudine perplexius litigandi semper lætissimum. Subfusci sunt, atrati, gracilēti, aridi, ad singulos motus excaescentes, cōtrouersi & reposcōnes acerrimi. Olim apud eos mulieres cauponabantur, & infitoria obibant munia. Viri intra domorum parietes texebant, & operabantur mulieribriter. Domi ventrem exonerant, in publico vero vescuntur, dicentes ea quę sunt turpia in occulto fieri debere, quę honesta in propatulo. Mulier neque dei, neque deę vlla sacerdos est, sed viri deorum omnium & dearum. Sacerdotes deasi sunt in funeribus.

¶ Omnes capillos nutriunt, barbā tamen tōdent. Vescuntur cum feris, alij frumento, alij hordeo. Viri binas vestes habent, foeminę singulas. Potant in poculis encis, quę singulis diebus purgant. Linea semper ferūt vestimenta, Virilia circuncidunt munditię gratia.

ut iij Sacerdotes

OFFICINA

Sacerdotes lauantur quotidie, frigida interdium ter, noctu bis. Fabas neque ferunt, neque aliibi natas comedunt. Robusta habent capita. Salubri sunt corpore aeris beneficio, qui nunquam mutatur. Pane vescuntur, quem ex farre conficiunt. Visitant piscibus partim crudis sole arefactis, partim falgugine conditis, Cothurnicibus itē, anatis & quibusdam alijs auiculis. Minores maioribus natu cedunt, ac in via defleunt, venientibusq; assurgunt e sedili. Anni rationem primi excogitant, deinde in portiones duodecim, quæ de lunæ senio menses nuncupantur, distribuerunt. Primi aras excitarunt, conflauerunt simulachra, & templa construxerunt. Olim vescantur herbis, palustrisque caule, quem Agrosim vocant. Onera capitibus gestare virorum est, humeris foeminarum. Foemine stantes vrinam egerunt, viri sedentes. Maribus nulla necessitas alēdi parentes, filiabus summa. Literas habent bifarias, sacras, & populares. In deorum cultum magno feruntur studio. Sacerdotes amiculis vtuntur lincis, calceis papyraceis. Suillum pecus detestantur adeo, vt si quis porcum attigerit, cum indumentis omnibus in flumine abluatur. Propterea subulcis interdicitur templis omnibus. Linceas vestes intulisse templo profanum, Scelus itē, inuolutū eis cadauer condidisse. Decedente aliquo, muliebris familia caput ad vultum sibi deformat luto, excurrit deinde per urbem, ac plangit. Viri se conuerberant nudatis pectoribus. Muliebre cadauer diutius domi afferuatur, ne venerea foeditate a Salinarijs, quibus incūbit sepultura, inquinetur. Apud eos Amalthis regis edicto cogebatur quotannis vnusquisque destinato magistratu ratiocinari, quo se fouer et artificio. Quod si quis non faceret, poena erat illi extremum supplicium. Propripientes se e lectulis solebant suffire corpus resina, vt aërem expurgarent disgregatione. Idem Aegyptij sic obfoecnis voluptatibus seruierunt, vt hircem deum appellarint, quod salacissimum sit animal ad Venerem. Author Theodorit<sup>9</sup> Cyrensis.

¶ Andabatæ populi clausis pugnant oculis.

¶ Atlantes degeneres sunt humani ritus, neque vllorum nominum appellationem habēt, Solem orientem, occidentemque dira imprecatione contuētur, vt exitiale suis agris. Necq; insomnia visunt, qualia ceteri mortales. Nulla vescuntur animante.

¶ Arabes mitrati degunt, aut in tonso crine. Barbam abradunt præterquam in superiore labro. Duas habent ætates, ac totidem hyemes, solstitia. 4. qui sunt inter equinoctialem & tropicum Cancrī. Sagittas inficiunt veneno. Fratres filios honore anteunt, quia maiores natu. Con sanguinei omnia habent communia. Maximus tamen ætate in omni re præcedit cæteros. Communis item vxor, immo vxo vna omnibus. Ingressurus ad eam baculum ante fores deponit. Omnes enim baculum gestant. Eo viso reliqui congressu parcunt. Illa tamen noctes agit cum seniore. Matri coire non censetur impiū. Congressus cū alterius sanguinis foemina cęsetur adulteriū, quod morte plectitur. In predia inimicorū lapides aggerant, quo significant interituros mala morte, qui ea coluerit, insidijs eorum qui lapides posuerunt. Abundant balsamo. Præter cæteros mortales fidem seruant inuiolatam. Dionysium & Vraniam solos deorum esse arbitrantur. Quisque permanet in patrio instituto.

¶ Agriophagi vescuntur leonum & pantherarum carnibus.

¶ Arthabatæ instar ferarum quadrupedum sunt vagi.

¶ Astromi Indiæ populi sunt sine ore, corpore toto hirti. Vescuntur frondium lanugine. Halitu tantum viuunt in odore, quem naribus trahunt. Nullus illis cibus, nullus potus. Tantum radicum florumque varios habent odores & syluestrium malorum, quæ secum portant longiore itinere, ne desit olfactus. Grauiore paulo odore nō difficulter exanimantur. Plynius lib. 7. & Strabo lib. 15.

¶ Agrigentini impendio & sumptu magnifico mensas parabant & conuiuia. Propterea Plato dicebat eos ædificare, ac si victuri perpetuo forent, itemque conuiuari, velut semper morituri. Vtebantur lechytis & Xistris argenteis, habebantque lecticas totas ex ebore.

¶ Aethiopes Hesperij solebant crines in nodum complicare. Martialis, Atque aliter tortis crinibus Aethiopes. Aethiopes ipsi omnium sunt nationum serui. Viuunt sine istitutis & legibus. Finitimorum præda sunt & cæterorum mancipia. Parentes ipsi liberos vendunt mercatoribus, & frumento mutant. Pontanus de Obedia. Olim nulla in re utebantur auro, quam pœnalibus catenis. Qui sunt ab ortu solis, pmissos habent crines, qui ex Africa, crispillimos.

¶ Axones accolæ Axonis fluuij in sinibus Remorum longis utebantur hastis. Lucanus libro primo. Longisque leues Axones in armis. Aruerni olim gloriabantur se oriundos a Troianis, ac propterea dici volebant Romanorum fratres, Lucanus libro primo. Aruernique ausi Latios se fingere fratres, Sanguine ab Iliaco populi.

Aquilenses

CAquileienses tanta fide contra Maximinum pro senatu fuerunt, vt funes de mulierum capillis necerent, quibus sagittas excuterent penuria neruorum.

CAthenienses crudelissime scruiebant in eos, qui a sua ditione defecerant, adeo vt decreto iusserint manum dextrarum pollices abscindi Aeginetis, quod rebellassent, ne amplius hastâ ferre possent, aut remis inter nauigandû vti. Nutylænos vero eadem ob causam cû puberibus iugulari statuerunt, & Samiorû frontes si corripentur, iniuri stigmatæ. Apud eosdem tanta fuit sepulchrorum cura, vt peremptos bello si quis dux honestare sepulchro neglexisset, capite plecteretur. Nefas non putabant sororem in matrimonium capere. Lanificium, oleum, vini vsum, serendique frumenta docuerunt. Pueros statim ab initio erudiebant, vt nandi vsum propter bella naualia & literas cõdiscerēt. Laborarunt tamen avaritiæ nota adeo, vt prouerbiu fluxerit. Atticus moriens porrigit manum. Fuerunt & impudētissimi. Vnde Atticus aspectus dedit etiam prouerbio locum. Insuper adulatores maximi. Publicis consilijs diuinos quosdam sacerdotes adhibebant. Lubrici erant tum ad iratum ad misericordiam. Suspiciones arripiebant celeriter. Laudantibus arridebant, ad opẽ humillimo cuique ferendam erant promptissimi. Si quem mortuum reperissent in via, sepeliebant. Nunquam immolabant bouẽ, cuius opera in curru aut aratro fuerant vli. Nulla prius puella tradebatur viro, quam sacra Dianæ obijisset. Capillorum cincinnis aureas addebant puellas. Solebant magnos ex argentifodinis prouentus in plebem diuidere.

CArij Germaniæ populi habebant nigra scuta, tincta corpora. Nigras ad prælia noctes legebant, ipsaque formidine atque vmbra feralis exercitus terrorẽ inferebant, nullo hostiũ iustitiane nouum ac veluti infernum aspectum.

CAlbani curam mortuorum agere nefas arbitrantur. Corpore sunt prægrandi, nec inuenusto, ingenio minime fucato aut subdolo. Vltra centum numerando non progrediuntur. Pondera, mensuras, modum ciuilitatis & agricolationis non norũt. Linguarum apud eos varietates sex & viginti. Deos habent Solem, Iouem, Lunam. Sacerdos Lunę primas habet post regem. Sacris præest seruis & sacre religioni. Seruorum plarique numinis afflatu vaticinantur. Præcipuũ ex his sacerdos annuis epulis saginat, mox ad immolationem producit. Ad motus aræ seipsum gladio confodit. Plurimus senectuti habetur honos. Preciosa cum mortuis infodiunt, licet meminisse mortuorum habeant sceleris loco. Strabo. lib. 11.

CApud Armenios rubetes quandoque visuntur niues, quod loca illa scateant minio. Persicis dij immolant, & Anaitidem colunt, eiusque ministerio nobilitate præstantes dedicant filias, que inibi corporis pudicitia in vulgus data mox traduntur viris velut augustiores facte. Arcubus clarent Armenij. Vnde Statius lib. 1. Syl. Arcuque horrenda fugaci Armenia. Capillorum cultu luxuriant. Claudianus. Hic mytra velatus Arabs, hic crine decoro Armenius.

CAufes populi Africæ capronas e fronte demisisse gaudent. Virgines quotannis in honorem Minerę certamen edunt. Arma sunt lapides & fustes. Si qua ex ictu decesserit, falsa censetur virgo. Que omnium præstantissime depræliata est, a ceteris, armis decorata subuehitur curru per ambitum Tritonidis paludis. Promiscuus illis cum muliere cõgressus.

CAfri pastores quadrimis filijs verticis venas adhibita lana fuccida inurebant compescens dis e capite fluctionibus. Propterea inter omnes prospera vtuntur valetudine. Afræ mulieres super vestem nudas gestant caprarũ pelles fimbriatas & rubrica litas. In Sica Africæ ciuitate matronæ corpore prostituto ex passiuo concubitu dotem sibi quærunt ex patria consuetudine.

CAbydenis mox fuit si quem ciuem aut hospitem conuiuio exciperet, vt post vnguẽtum & coronas infantes a nutricibus inducerentur, circumferrenturque suauandi.

CArcades suis titulis suoque auspicio nullum hostem vnquam superarũt, verum alijs superpetias ferebant persepe: Eorum vetustissima est origo adeo, vt gloriantur se priores fuisse luna. Seneca in Hippolyto. Aut te stellifero despiciens polo Sydus post veteres Arcadas editum. Colebant Pana deum pecoris. Ouid. lib. 2. Fast. Pana deũ pecoris veteres coluisse feruntur Arcades, Arcadijs plurimus ille iugis.

CSolebant Assyrij ægrotos in vijs proponere & exquirere a prætereuntibus, sciret ne remedium aliquod morbi. Coma vtebantur non admodum magna. Defunctos melle cõdibant & cera. Clypeos gestabant & pugiones. Clauas item ligneas ferro inductas ac lineos thoraces. Deum quem summum habent, Adad vocant, deam vero, Adargatim.

CApud Atrios populos qui vel minima furantur, lapidibus obruuntur.

CAlexandrini fallaces fuerunt, alia semper cogitantes, alia simulantes.

CAdrimarchidæ virgines nupturas exhibent suo regi, qui pulchriorem & gratiorẽ sibi deuirginat.

## OFFICINA

- deuſſinat. ¶ **A**sbytae populi Lybie quadrigis vehuntur.
- ¶ **B**ifaltae Scythiae populi nutriuntur equorum sanguine permixto lacte, ut docet Virg. lib. 3. Geor. De his Claudianus. Dicite Bifaltae, vel qui pangea iuuenis Scinditis.
- ¶ **B**athylli populi madent unguentis Authore Plinio
- ¶ **B**oristhenidae Scythiae populi perpetuo frigore torquentur. De his Propertius. Gloria ad hibernos lata Boristhenidas.
- ¶ **B**ritanni antiquitus omnes se inficiebant glasto. Est autem Glastum herba similis plantagini. Propertius. Nunc etiam infectos de mens imitare Britannos. Ludis & externo tincta nitore caput. Martialis. Barbara de pictis veni Bascauda Britannis. Erant olim capillis promissis, inhumani suis hospitibus. Horatius. Visam Britanos hospitibus feros. Nullam autem aliam ob causam se inficiebant quam ut ea ratione horridiores viderentur hospitibus. Apud eos fratres cum fratribus, & cum liberis parentes, uxores olim habebant communes. Praeter vim & audaciam nullum habebant ad praedia adiumentum.
- ¶ **B**urgundiones dicti sunt, quod olim vicos habitaret, qui eorum lingua Burgi vocantur.
- ¶ **B**elgae optime regebant curus cameratos. Lucanus. Et docilis rector monstrati Belga Couini. Caesar in commentarijs ait Belgas esse Gallorum fortissimos, quod ad eos minime coment mercatores, qui comportent, quae ad molliciem & effeminandos animos pertinent.
- ¶ **B**actriani horridis sunt ingenijs & a Persarum luxu abhorrentibus, authore Curtio. Senio vel morbo confectos canibus deuorandos obijciunt ad hoc de industria enutritis, quos sepulchrales vocant. Mille quondam vrbes habitauerunt. Apud eos qui pauca furantur, spiritus dehonestari solent. Bellicosi sunt & potentissimi.
- ¶ **B**abyloniorum mores corruptissimi fuerunt & ad irritandas voluptates aptissimi. Liberos & coniuges cum hospitibus stupro coire (modo precium flagitij daretur) parentes maritque permittebant. In vinum & ebrietatem maxime erant effusi. Foeminarum conuiuia inuentium in principio modestus erat habitus, deinde summa quaeque amacula auferebant profanato pudore. Ad vltimum opus ima corporum velamenta proijciebant, non meretrices tantum, sed matrones & viri, apud quos comitas habetur vulgari coporis vilitas, authore Curtio, libro quinto. Duabus vtuntur tunicis, vna linea vsque ad pedes demissa, altera super hanc lanae. Capita mitris velant, unguentis toto corpore delibuti. Annulum signatorum singuli gestant. Vbi virgines factae sunt nubiles, omnes vnum in locum congregant, easque circumstante virorum frequentia praeco sigillatim vendit secundum ordinem formae & pulchritudinis. Medicis non vtuntur. Sepulchra eisdem sunt in melle. Vbi vir & maritus conuerunt, sub diluculum abluuntur ambo, nec vllum vas prius attingunt, quam se aqua perfuderint. Authore Herodotus.
- ¶ **B**ithyni conscendebant montium cacumina, ibique Iouem consalutabant.
- ¶ **B**oeotij rudes fuerunt & agrestes, maleque audierunt stoliditatis nomine Horatius. Boeotum in crasso iurares aere natum. Plutarchus scribit Boeotos ab Atticis fuisse notatos tanquam brutos, stupidos, & pingues propter edacitatem.
- ¶ **B**rachmanes Indorum sapientes dicebant praesentem vitam esse veluti conceptum vitalem. Mortem vero egressum ad veram vitam. Item mundum habere tempus initiale, tendereque ad interitum. Deum vniuersorum opificem per cuncta meare. In philosophiae communionem uxores non admittebant. Abstinebant ab omni carnis cibo. Subdiales agebant & veritatem praecipue amplexabantur. Lineis vtentur amictulis.
- ¶ **B**izantij notati sunt a Graecis ut acolasti & intemperantes, quod in venerem & vinum ferrentur praecipites, plurimum enim versabantur in caupona.
- ¶ **B**erbi certae aetatis metae transgressos perimunt, viros immolantes, mulieribus praefectis.
- ¶ **F**erunt Brutios pastores pecudibus equabusque misceri solitos. Pontanus de Obedientia.
- ¶ **B**udini populi Scythiae pediculos esitant. Celsus sunt oculis. Rici pecuarie dant operam. Libero patri agunt trieterica & bacchanalia.
- ¶ **B**arcae mulieres gustu vaccinae & suillae carnis abstinent.
- ¶ **C**immerij populi perpetua caligant obscuritate. Homerus apud Erasmus. Illic sunt populi & moenia Cimmeriorum. Nubibus & caeca assidue caligine tecta. Illos haud vnquam radijs sol aspicit ardens, Nec quando astriferum curru petit arduus axem. Nec rursus ad terras magno deuectus olympo, Sed nox incubit miseris mortalibus atra. Ouidius ringit domum somni esse in hac regione, vbi ait. Est prope Cimmerios longo spelunca recessu Mons cauus, ignaui domus & penetrabilia somni, Quo nunquam radijs orientis mediusve, caedensve Phoebus adire potest, nebulae caligine mixtae Exhalantur humo, dubiaque crepuscula lucis. De his Tibullus lib. 4. Cimmerion etiam obscuras accessit ad oras, Quis nunquam candente

candente die apparuit ortu. Seu supra terras Phœbus, seu curreret infra.

¶ Chalybes habitant iuxta Paphlagoniam in Pōto. Optimo abūdāt metallo. De his Val. Flac. lib. 4. Argon. Non ita sit metuenda tibi sæuissima quāquam Gens Chalybum, duris patiens cui cultus in aruis. Et tonat afflicta semper domus ignea massa. Idem lib. 5. Noctē sub extrema clausis telluris ab antris Peruigil auditur Chalybum labor.

¶ Casyri indorum ad Scythas versi, humanis corporibus vescuntur.

¶ Campani in Italia semper superbi fuerunt bonitate agrorum & fructuum, & vrbis pulchritudine.

¶ Candei seu Ophiophagi vescuntur serpentibus, quarum fertilissima est eorum regio.

¶ Cyclopes & Lefrignes humana carne olim vescuntur.

¶ Choromandæ sunt sine voce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis.

¶ Cirmi qui Corsicam incolunt, viuunt annis centenis quadragenis.

¶ In Calingis Indiæ gente quinquennes concipiunt fœminæ. Octauum vitæ annum non excedunt.

¶ Colophonij & Castabaleses propter bella cohortes canum habuere, quæ primæ dimiscabant in acie nunquam detrectantes.

¶ Cauci septentrionales populi altos habitant tumulos & casus nauigij similes, a quibus quum recedit mare, fugientes cum aquis pisces circa tuguria venantur. Nullas habent pedes, neque aluntur lacte, vt finitimi. Vlua & palustri iunco funes necunt ad prætexeda piscibus rhetia. Captum manibus lutum ventis magis quam sole siccant. Potus non nisi imbre feruato scrobibus in vestibulo domus.

¶ Chelenophagi Carmaniæ populi non alia quam testudinum carne viuunt.

¶ Cimbrorum mulieres amicos suos & affinitate sibi cōiunctos solebant interficere, quos videbant in bello turpi fuga salutem sibi querere. Author Plutarchus.

¶ Cyrenæi eo deliciarum prouecti sunt, vt legum conditorem habere Platonem concupiscerint. Qui tamen illorum admiratus ignauiam, indignos duxit, quibus obsequeretur.

¶ Carthaginenses humanas hostias immolabant Herculi. Fraudulenti erant & mendaces, non genere sed natura loci. Non solum optimos, sed & ditissimos cēlebant magistratibus admouendos. Impossibile enim putabant eū qui egestate premeretur, recte & incorrupte magistratum gerere posse. Aetate Annibalis Carthaginēses iaculari nesciebant. Vnde & breuibus spiculis vtebantur manu. author Plutarchus in Marcello. lidē acerbi sunt & tristes, facile magistratibus parent, subditis sunt molesti, persāt in sententijs pertinaciter, ad iocos & vrbanitatem duriores, quam quos vlla gratia mollire possis, author idem Plutarchus in Politicis.

¶ Cretenses ingrediebantur prælia præcincte tibicine. Author Gellius. Apud eos erant fasciæ quos prophetas vocabant, qui non tantum abstinebant carnibus, sed & coctis omnino cibis. Apud eosdem lata quoque lege passim permittebatur venus mascula, amplexabanturque pueriles amores vsque ad stuporem. Author apud Cælium Aristoteles. Natiugandi peritia, maritimarumque rerum vsu principatum olim tenuerūt. Hinc natū adagium, quod per ironiam dici solet. Cretensis nescit pelagus. Masculis a moribus in tantum flagrabant, vt ad amatos vi corripent. Amorem conciliabat non tam forma quam roboris præstantia. Infamati sunt improbitate, perfidia, mendacio, & ignauia. Libere cōditionis pueri leges mandabant memoriæ, mox deorum hymnis animum adijciebant.

¶ Cilices hircos habent villosi, vnde vestes cōficiunt, quas cilicia & cilicina dicimus. Martialis lib. 7. Qualem forpibus mittit supinis Tōsor Cinyphio Cilix marito. Infames fuerunt immanitatis & crudelitatis nomine, ob assiduas hospitem depredationes & pyratricam, quam exercebant. Hunc Plautus in Trinūmo. Latrocinatum aut in Asiam, aut in Ciliciam ibit. Cilices Xerxi in Greciam bellum mouenti centum naues tribuerunt, teste Herodoto libro septimo.

¶ Cares populi mercede cœperunt militare, ac proinde vt viliores passim infamati sunt. Hinc adagium. Homunculus ex Caria. Canem dijs immolabant. Vnde & Carica victima transit in proverbum de vili munusculo.

¶ Caspij parentes inclusos fame necant, quum annum, 70. ætatis excefferunt. Si quē autē aduolantes aues vnguibus ac rostro cōcerperint, felicitatis argumentum suspicantur. Si a feris aut canibus conuellatur, non ita. Quod si a nullo attingatur, deflent perinde ac infelicissimum. Strabo libro. 11.

¶ Colunoni sacrificantes seruos a conuuitio reijciebant, vt sacrificarent liberius.

Curetes

## OFFICINA

- ¶ Curetes instar mollium puellarum comam fouebant, nec succidebant.  
 ¶ Chalcidentales ardebant nefanda puerorum libidine. Laborabant etiam auaritiæ nota.  
 ¶ Chaldæi vice numinis colebāt ignem. Chaldeorum regio (inquit Marcellinus) est altrix Philosophiæ veteris, vt memorant ipsi, apud quos veridica vaticinandi fides eluxit.  
 ¶ Calcei erant sine deo & numine. Mulieres monilia gestabant ferrea, comamque circumnectebant galericulo atrii coloris superiecto.  
 ¶ Cantabricæ mulieres oppressæ bello, filios legūtur interfecisse, ne in hostiles manus venirent, Opere rustico sumptum suum exercebant. Puerperæ viris ipsarum vice decubantibus administrabant. Editū infantem fluminis abluebant ripis. Ferunt etiam Cantabros olim iuris hostium factos & patibulo affixos in tāta supplicij diritate, nihilominus perinde ac gestantes Pæana cecinisse. Eiusdem quoque gentis illud erat, vt viri vxoribus numerarent dotem, filiaque ex asse heredes constituerent.  
 ¶ Carmanis fuit peculiare, vt percussa faciei vena profluētem inde cruorem vino permiscerent, propinarentque, amicitij finem statuentes sanguinem gustasse mutuū. Mox vero vnguentis caput collinere, & percussis vini exhalationibus. Apud eosdē nemini licebat vxorem ducere, nisi prius caput occisi hostis ad regem detulisset. Rex autem interfectoꝝ caluarias in regia locabat. Linguas vero faucibus exertas & minutatim concisas, paneque permixtas illis porrigebat degustandas, qui attulissent, auctor Strabo.  
 ¶ Chij calentes mero quum Spartam venissent, ita illentque ad curiam Ephorum, in curulibus magistratum cellis, ventris onera per summam fœditatem deiecerunt. Hinc natum adagium, Chius omnia percaçans.  
 ¶ Cercyræis populis quoniam crebris seditionibus agitabantur moris erat gestare flagrantia ansis eburneis exornata.  
 ¶ Crotoniæ erant egregij athletæ adeo vt in palestra victoriam sæpenumero reportarēt.  
 ¶ Cercopes populi fuerunt in Epheso notæ fraudulentæ, qui conati sunt ipsi etiam Ioui imponere. Hinc adagium, Cercopum cœtus, de improborum conuentu.  
 ¶ Calabri quum pyris abundent, confueuerunt ea hospitibus affatim apponere, deinde saturos belliarum vice domum auferre iubent, Horatio teste.  
 ¶ Apud Crestones populos singuli plures habēt vxores. Quum autem vir aliquis moritur, tunc oritur magna disceptatio inter fœminas, quænam illum charius adaret viuēte. Id vbi compertum est, quæ beniuolentiæ & amoris palmam meruit, admortui tumulum dicitur exornata, ibique a propinquis maçtatur & humatur cum viro.  
 ¶ Ciliij populi vicini Persis pro pileis mitram ferunt.  
 ¶ Cyziceni notati sunt timidatis & molliciei.  
 ¶ Cadurei populi Galliæ in tomentis culcitrarum ex suo lino palmam obtinuerunt.  
 ¶ Apud Dacos & Sarmatas ipsi etiam mares corpora sua succis herbarum linunt.  
 ¶ Derbices delicta omnia etiam minima vltimo digna supplicio censent. Tellurem deam agnoscunt. Rebus diuinis nullam adhibent fœminam, sed nec in mensam admittunt. Septuagenario grandiores iugulant aduocato ad epulas proximo quoque. Vetularum carnibus non vescuntur, sed p̄focatas modo condunt. Si cui fatalis dies aduenerit ante mentam præstitutam, sepeliunt, Strabo libro, II.  
 ¶ Dardani sub Illyride populi ter tantum in vita balneis operam dabant. De Dardanis in hunc modū meminit Strabo lib. 7. Dardani (inquit) natio profus agrestitis, adeo vt sub firmo speluncas defossas incolant, degātque, studio tamen capti musicæ, tibias & fides, & id genus instrumenta vsurpant.  
 ¶ Apud Danos fœminæ p̄ eꝝ que formam suam in virilem habitum commutantes militiã adibant, omnesque perosæ delicias corpus & animum patientia ac labore solebant durare, totamque fœminæ leuitatis molliciẽ abdicantes, virilem exercere sæuitiam. Bella pro basijis intentabant, manus telorum non telarum obsequijs exhibebant, Auctor Saxo Grammaticus, libro septimo.  
 ¶ Eshedones Scytharum Asiaticorum populi solent parētum funera cantu proficui, & cōuocatis vicinis cadauera ipsa alijs carnibus admixtis absumere, & ex ossibus capitum cōficere sibi pocula. Apud eos quoties pater alicui decessit, omnes eius propinqui pecora adducunt, conciduntque, & mortuum alijs commixtum carnibus ei exhibent, a quo inuitati sunt ad conuiuium. Caput tamen defuncti denudatū, purgatumque inaurant, eoque pro simulachro vtuntur, & quotannis ceremonias eidem faciunt. Iustitiam obseruant diligentissime. Vxores æque fortes sunt ac viri, Authores Herodotus in Melpomene, & Mela Pōponius sub principium secundi libri.



¶ **E**sset ludæorū populū abstinebant vino, carnibus & vxoribus. Ieiunijs ita assueuerunt, vt ipsa in naturam verterint. Apud eos propriū nemo aliquid possidet. Omnibus in medio positus communiter vtuntur. Habitant simul & conueniunt quasi sodales. Quumque pro communi vtilitate faciāt omnia, alia aliorum negotia sunt, quæ certatim peragunt, nō frigus, non calorem, nō aliquem mutationem aeris formidantes. Quum a laboribus mercedem ceperunt, apud quæstorem deponunt. Is omnia diligenter procurat, quibus egent. Plærique ex his nullas ciuitates colunt, neque seruos habent, quando omnes velut mater eadem genuit natura. Triplici regula vitam transfigunt, amore in deum ardentissimo, virtutis cultu diligentissimo, charitate in proximum feruentissima.

¶ **A**pod Epizephyros Locros si quis salutis causa vinum hausisset largius medico nō imperante, morte expiatur libera illa compositio, perinde ac grande aliquod scelus.

¶ **A**pod Eleusinos capitale erat quicquam ex mysterijs in vulgus efferre, cuiusmodi erāt apud Ro. sacra bonæ deæ.

¶ **E**pheſij habebāt notulas quasdam & voces magicas, quibus vtētes in omni negotio videntes euadebant. Hinc adagium, Ephesij vti literis. Ephesios barbaro & agresti prorsus ingenio esse constat, vt qui Hermodorum philosophum propter excellentem eius doctrinam, & quia frugū esset, in exilium egerunt, dicentes. Nemo nostrum frugū esto, Authores Laertius & Pius papa.

¶ **F**anelsij populi in oceano septentrionali tam grandes habent aures, vt ijs nuda integant corpora.

¶ **F**ennis Germaniæ populis mira erat feritas & scæda paupertas. Non arma, non equi, nō penates. Victus herba, vestitus pellis, cubile humus. Sola in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus asperabāt. Idem venatus viros pariter ac fœminas alebat. Passim enim comitabatur, partemque prædæ petebant. Viuebant in syluis, quod beatius arbitrabatur, quam in gemere agris, illaborare domibus. Author Cor. Tacitus. De his quoque abunde meminit Saxo Grammaticus libris quinto & nono Historiæ Danicæ.

¶ **G**eloni Scythiæ populi solebant se pingere. Virg. lib. 2. Geor. Easque domos Arabum, pictosque Gelonos. Claudianus. Mēbraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus. Sanguinem equinum bibebant cum lacte. Idem Virg. Bisalte quo more solent, acerque Gelonus. Quum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum, Et lac concretum cum sanguine potat equino. Sidonius. Aut ad paludicolas Sicambros, aut ad Caucasigenas Alanos, aut ad Equimulgos Gelonos. Sunt præterea sagittarij. Virg. lib. 8. Hinc lelegas, Carasque, sagittiferosque Gelonos Finxerat. Multas singuli habent vxores. Val. Flac. lib. 7. Argon. Hei mihi vel seuo coniunx non vna Gelono. De hostium cutibus sibi indumēta, & equis tegmina conficiunt. Contenti viuunt suis finibus. Horatius lib. 2. Car. Intraque præscriptum Gelonos Exiguus equitare campis.

¶ **G**etæ nullos habēt in agris limites, sed fruges liberas & communes. Horatius lib. 3. Car. Viuunt & rigidi Getæ. Immetata quibus iugera liberas Fruges & Cereær ferunt. Nec cultura placet longior annua. Gaudent sagittis & pharetris. Ouid. lib. 5. Trist. Iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis. Integuntur ferarum pellibus. Idem Ouid. lib. 4. de Ponto. Hic mihi in Euxino bis tercia ducitur estas Littore, pellitos inter agēda Geras. Bibūt & equinum sanguinem permixto lacte. Sidonius. Solitosque cœuentum Lac potare Getas, & pocula tingere venis. Non vescuntur carnibus. Solebant olim mortuis viris vxores intermiscere. Ouid. de Getis sic scribit. In quibus est nemo, qui nō Coryton & arcum, Telaque vispero lurida felle gerat, Vox fera, trux vultus, verissima mortis imago, Non coma, non vlla barba resecta manu. Dexterâ non segnis fixo dare vulnera cultro. Quem vincitū lateri barbarus omnis habet. Mortem suorū lætitiâ prosequēbātur Getæ. Vnde Mantuanus. Thraicos imitare Getas, qui extrema suorum Lætitiâ celebrant, & dulci funera cantu.

¶ **G**aramantes matrimoniōrū expertes passim cum fœminis degunt, nullas certas habent sedes. Sub cilicijs semper agunt. Mulieres seruilia vbique ministeria semper faciunt. Author Pontanus de Obedientia.

¶ **G**amphalantes nudi præliorūque expertes nulli externo congregantur. Obuios quosq; fugiunt ac reformidant. Habitant in parte Lybiæ.

¶ **G**ermani fœminas quasdam fatidicas tanquam deas habuerūt. Magnas olim ferebant lanceas & hastas, angusto & breui ferro, quas frameas vocant. Hoc telo & scuto cōtēti erāt equites. Pedites & missilia spargebant nudi aut sagulo leues. Scuta leuissimis coloribus distinguebant. Corpora suorum etiam in dubijs prælijs referebant. Scutum reliquisse præcipuum erat flagiciū. Reges ex nobilitate, duces ex virtute fumebāt, Nec regibus infinita erat

## OFFICINA

erat ac libera potestas. Neque animaduertere, nec vincire, nec verberare quenquam nisi sacerdotibus licebat. Ad matres & coniuges ferebant vulnera. Nec illæ numerare, nec exigere plagas pauebant. Cibos & hortamina ferebant pugnantibus, adeo vt memoriae prodatur quasdam acies inclinatas & iam labantes a foeminis restitutas constantia precum & obiectu pectorum. Nec earum cōsilia alpernabantur. Mercurium colebant, cui certis diebus humanis litabant hostijs. Herculem & Martem cōcessis animalibus placabant. Lucos & nemora consecrabant, deorumque appellabant nominibus. Auspicia & sortes obseruabant maxime. Equorum quoque praelagia & monitus experiebatur obseruatis eorundē hinnitibus. Nec vlli auspicio maior habebatur fides. De minoribus principes cōsultabant, de maioribus omnes, ita tamen vt ea quorū penes plebem arbitrium erat, apud principes pertractarentur. Dierum numerum non computabant vt nos, sed noctium. Silētium per sacerdotēs, quibus ius erat coercēdi, imperabatur. Rex vel princeps dicturus audiebatur magis auctoritate suadēdi, quam iubēdi potestate. Si displicebat sentētia, fremitu alpernabantur. Si placebat, frameas cōcutiebant. Erat distinctio pœnarum ex delictis. Proditores & transfugas arboribus suspendebant. Ignauos & imbelles & corpore infames cœno ac palude, iniecta insuper crate mergebāt. In leuioribus delictis pro modo pœnarū, equorum pecorumque numero conuicti multabantur. Principes qui iura per pagos vicolque reddebant, nihil neq; publica, neque priuata rei nisi armati agebant. Nemini tamē prius licebat arma capere, quam ciuitas probasset. Tūc autem principum aliquis, vel pater vel propinquus scuto frameaque iuuenem ornabat. Hæc erat apud illos toga, hic primus iuueŕe honos. In acie turpe erat principi a suis virtute vinci, turpe comitatu virtutem principis non æquare. Infame vero & per omnem vitam probrolium ducebatur, si quis superstes discessisset relicto principe. Princeps pugnabat pro victoria, comites pro principe. Si aliqua ciuitas longa pace aut ocio torpuisset, earum indigenæ adolescentes petebant vltro eas nationes, quæ bellum aliquod gererent, quia ingrata erat genti quies. Pigrum & iners putabant sudore acquirere, quod potuisset parari sanguine. Dum cessabant a bellis, non multū venatibus, plus per ocium trāsigebant dediti somno ciboque. Fortissimus quisque foeminis senibusque & infirmissimo cuique rei domesticæ curam delegabat ipse quiescēs. Gaudebant finitimarum gentium donis. Nullas habitabant vrbes, nec patiebantur inter se iunctas sedes. Colebant discreti ac diuersi, vt fons, vt campus, vt nemus placuerat. Vicos locabant non tamen connexis aut coherentibus ædificijs. Suam quisque domum spacio circūdabat, siue aduersus casus ignis remediū, siue incitiam ædificandi. Apud illos nullus erat cementorum aut tegularū vsus. Materia ad omnia vtebantur informi & citra speciem aut delectationem. Aperiebant & subterraneos specus, quos multo fimo onerabant, suffugium hyemi & receptaculū frugibus. Tegumen omnibus erat sagum fibula vel spina confertum. Locupletissimi veste distinguebantur non fluitante, vt Sarmatæ & Parthi, sed stricta & singulos artus exprimente. Gerebant & ferarum pelles. Nec alius foeminis quam viris erat habitus, nisi quod foeminæ sæpius lineis amictibus velabantur, eosq; pura variabant, & partem vestis superioris in manicas non extendebant, nudæ brachia & lacertos. Contenti erant singulis vxoribus exceptis paucis, qui non libidine sed ob nobilitatem multas ducebant. Dotem non vxor marito, sed vxori marito offerebat. Intererant parentes & munera probabant, nō ad delicias muliebres quæ sita, nec quibus noua nupta comeretur, sed boues, scutū cum framea & gladio. In hæc munera vxor accipiebatur, atque inuicem ipsa armorū aliquid viro afferebat. In ipsis auspitijs matrimonij, nupta monebatur venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in prelio ausuram passuramque. Hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiabant. Literarum secreta viri pariter ac foeminæ ignorabant. Paucissima erant adulteria. Adulteriam accisis criminibus nudatam coram propinquis maritus expellebat domo, & per omnem vicū verberare agebat. Nemo illic vicia ridebat. Infantes nudi erant in domibus. Sua quæque mater vberibus alebat, nec ancillis, aut nutricibus delegabantur. Nullū erat delictarū discrimen inter dominum & seruum. Inter eadem pecora, in eadem humo degebant. Sera iuuenū venus, nec nisi iam prouectis ætate & viribus concedebantur matrimonia. Sui cuique liberi erāt hæredes sine testamento parētum. Si defuissent liberi, succedebant propiores cognatione. Conuictibus & hospitij indulgebant amicissime, adeo vt nefas haberetur quicūque mortaliū arcere tecto. Hospites externos pro fortuna quisq; paratis excipiebant epulis. Abentibus si quid poposcissent, moris erat concedere. Separatæ singulis sedes, & sua cuique mensa. Diem noctemque cōtinuare potando nulli erat probum. Crebrę in compositationibus rixæ, quæ sæpius cęde & vulneribus, quam conuictijs transigebantur. Postea tamen conciliabantur

habantur facile & deponēbant inimicitias. Nuda erat omnium mēs, & secreta pectoris aperiebant licentia ioci. Potus erat his humor ex hordeo aut frumento in similitudinem vini corruptus. Cibi simplices, agrestia poma, recēs fera, & lac concretum. Famem expellebant sine apparatu, & blandimentis. Aduersus sitim non eadem temperantia. Spectaculorum genus habebant hoc vnum. Nudi iuuenes quibus id ludicrum erat, inter gladios & frameas saltu se conieciēbant. Exercitatio parabat artem, ars decorē. Aleam sobrii inter serua exercebant, tanta lucrandi perdendivē temeritate, vt quum omnia defecissent, extremo ac nouissimo iactu de libertate & de corpore contenderent. Victus voluntariam subibat seruitutem, & quamuis iunior ac robustior, alligari tamen se ac vānire patiebatur. Seruos huius conditionis per commercia tradebant, vt se pudore victoriæ exsoluerent. Verberare seruum, ac vinculis & opere exercere infrequens erat & rarum. Solebant tamen occidere, nō disciplina & seueritate, sed impetu & ira vt inimicū. Fœnus & vfuras nesciebant. Agri pro numero cultorum per vices ab vniuersis occupabātur. Funerum nulla erat ambitio. Corpora clarorum virorum certis lignis cremabantur. Struem rogi nec odoribus, nec vestibus cumulabant. Sua cuique arma iniiciebantur. Sepulchrum cespes erigebat. Monumentorum arduum honorem aspernabantur. Lamenta & lachrymas cito ponebant, dolorem ac tristitiam tarde. Fœminis honestum erat lugere, viris meminisse. Hæc præcedentia de Germanorū moribus collegimus ex Cor. Tacito. Priusquam pubertatem attigissent, nesciebant operimenta, corporum nuditate gaudentes. Latrocinij non abstinebant. Cruentis quandoque vesciebantur carnibus. Fœminarum congressum ante vicefimum annum sine probro non appetebant. De his Seneca. Quid inquit, Germanis animosus? Quid armorum cupidius, quibus innascūtur innutriunturque, quorū vna illis cura est, alia negligentibus? Quid induratus ad omnem patientiam? Hos tamen Hispani, Gallique, nec non Asiæ Seythiæque molles bello viri antequam legio visatur, cædunt ob nullam rem aliam opportunos, quam ob iracundiam. Horatius Germanos vocat cæruleos, propter cæcios oculos. Nam qui sub septentrione agunt, immanibus sunt corporibus, candido colore, directo capillo & ruffo, cæcijs oculis & multo sanguine. Qui vero ad axem meridianum vergunt, breuioribus sunt corporibus, colore fusco, capillis vibratis, oculis nigricantibus, cruribus inualidis, sanguine exiguo.

¶ Gynæco cratumenos Plinius lib. 6, appellat populos quosdam Amazonū vicinos, bello ab Amazonibus victos, ex eo sic dictos, quod victricibus obsequēbātur ad procreandā eis sobolem. Quo nomine Aristoteles libro secundo Politicon eos appellat, qui in vxorio viuunt imperio.

¶ Gymnites Aethiopiæ nudi degunt.

¶ Cor. Tacitus ait Cattis Germaniæ populis dura esse corpora, strictos artus, minacē vultum, & maiorem animi vigorem. Multum habent rationis ac solertiæ. Præponunt electos, audiunt præpositos. Noscunt ordines, intelligunt occasiones, differūt impetus, diem disponunt, vallant noctem. Fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerant. Plus reponūt in duce, quam in exercitu. Oblato elephantis præcio pudicitiam amatoribus substernūt fœmine, nullo inde præfloratæ famę dispendio. Virgines quum esse nobiles cœperint, in publicum a parētibus producuntur accurrente iuuenū multitudine, ex qua datur illis optio eligendi, quem virum velint.

¶ Gymnosophistæ torporē animi atque ocium oderant. Nudi degebāt in syluis. Ab exortu ad occasum perstabant contuentes solem immobilibus oculis. Feruentibus arenis toto die alternis pedibus insistebant. Apud eos omnes adolescentes ex diuersis locis & officijs cōueniebant ab cibum. Magistri perrogabant, quid frugis ab ortu ad illud diei tempus fecissent. Qui nihil habebant, quod offerrent, impransi foras ad opus trudebantur.

¶ Non erubescēbant Græci vinum bibere vnguento mixtum. Mēdaciū notam præter ceteros mortales sibi compararunt. Claruerunt tamen ingenio, laudis audiores quam pecunia. Vnde Horatius in arte. Graijs dedit ore rotūdo Musa loqui, præter laudē nullius auarioris. Græcorū leges multa damnabant eos qui clypeum nō ensē aut lanceam amisissent.

¶ Getuli insidunt equis inornatis. Lucanus. Semperque paratus Inculto Getulium equo.

¶ Gnidantium populorum Africę vxores fimbriarum copia perstreperunt. Precium id concubitus est. Quo pluribus quæque visitur exulta, eo plausibilior eius forma.

¶ Galli sagittas helleboro collinebant, quod ijs transfixissæ ferę multo viderentur ad cibū delicatiores. Refeindebāt tamen partes, quę ambibant vulnus propter hellebori cōtagiū. Cicero scribit Gallos iusiurandi, ac deorum religione non commoueri. Nam ceterę gentes inquit, pro religionibus suis bella suscipiunt, Galli cōtra omnium religiones. Quinimo & cum

cum dijs immortalibus gessere, & impetu hostili delphicum oraculum inuadere sunt ausi. Si quādo vero metu perciti propiciandos deos arbitrantur, humanis hostijs tēpla foedant. Strabo tamen ait Gallos esse simplices, & nulla morū malignitate. Vnde Martialis. Et tu midus Galla credulitate fruar. Cēsar Gallorum consilia incesit vt subita & repentina. Sed & Gallos omnes deditos religionibus tradit, verum affectos grauioribus morbis aut periculis, homines pro victimis immolare consueuisse. Hominem præterea diuinationi destinatum in tergo ferientes, ex ipso impatiētia & torquendi modo vaticina concipiebant. Quosdam sagittis configebāt patibulo etiam in sacris aedibus suffixos. Arbitrabantur insuper se prognatos a Dite patre. Propterea temporum spacia metiebantur nō dierum, sed noctium numero. Vestes ferebant intonsas varijsque coloris, quas Braccas vocant. Dicti sunt Galli a niueo lactis colore, qui Galla dicitur, quod eorum corpora lactis instar albescerent ob vehementem hyemem. Vnde Virg. Virgatis lucet sagulis, tum lactea colla Auro innectuntur. Mantuanus. Ignea mens Gallis & lactea corpora. nomen A candore datum. Veterum Gallorum mores longe discrepant, ab his qui nūc viuunt. Liberos enim ad cōspectum suum venire prius nō patiebantur, quam per ætatem adoleuissent, ac subeundis militaribus periculis essent idonei. Viuentes amicis mutuo concedebant, quæ apud infesos creditoribus exoluerent debitores. Viri quantas ab vxore pecunias nomine dotis accepissent, tantundem domesticarum fortunarū e qua æstimatione cum dote conferebant. Quicquid inde fructuum succrescebat, asseruabatur, eratque eius, qui alteri fuisset superstes. Viri in vxores sicut in liberos vitæ & necis potestatem habebāt. Si qua veneficij fuisset conuicta, a marito sui propinquis incendio alijsque cruciatibus cōsumebatur. Quæ viuentibus chara fuissent, cum eisdem defunctis in funere cremabantur, vel ipsa etiam in animis mala. De Rep. nisi in publicis concilijs nemini licebat loqui. Qui vltimus in cōcilium venerat, morti dabatur. Ei qui tumultuat⁹ esset, minister publicus vestes rescindebat, adeo vt reliquæ partes profus essent inutiles. Prolixas nutriebant comas. Vestes auro pictas gestabant, & hirsutis utebantur sagulis, Promissis utebantur sceminalibus, Pro tunicis scissos gerebant amictus, vix pudenda natesque velantes, lana quidem aspera & oblongis villis. Vnde Martia. Me pinguis Gallia vestit. Et lib. 4. Accipe Sequanicę pinguem texitricis alūnam. Hastas alij, alij arcus, plærique fundas, nonnulli fustes, in bella ferebant, oblongisq; utebantur gladijs. Humi corpora resupinabant ad quietem. Strabonis ætate stramētus sedentes cœnitabant, Lacte & suilla carne vescantur, feroci omnes ingenio. Ducebantur maiore belli quam agrorum studio. Torques aureos pensiles collo portabant. Victoria efferebantur stupebant victi. Eorum (quos in bello cecidissent) capita equorum fuorum ceruicibus appendebant. Mercurium præter cæteros deos venerabantur, quem omnium artium prædicabant inuentorem. Ituri in pugnam, quicquid manubiarum inde retulissent, vouebant Marti. Fraudates aliquid ex præda graui supplicio puniebant. Nullum absque philosopho faciebant sacrificium. Existimabant enim per diuinæ naturæ cōscios sacra fieri oportere, tanquam dijs propinquiores. Horum intercessione, bona a dijs censabant petenda, quorum consilio in bello & pace vteretur. Vnde & Druydę vetustissimi eorum sacerdotes solebant curare & sacrificia publica & priuata. Religiones item interpretari, adolecentes disciplinis instituire, rerum naturalium causas scrutari, de cęde, de finibus, cæterisque controuersijs agnoscere, ita vt si quis decreto non stetisset, eidem sacrificijs interdicerent. Sacerdotes ipsi hominum cōgressum & sermonem declinabant, ne cōtagione pollueretur. Vnus omnibus præerat, in cuius defuncti locū, suffragio alius sufficiebatur. Animas credebant nō interire, sed in alia migrare corpora. Multa de syderibus disputabant, de mundi & terrarum magnitudine, de rerum natura & potestate. Tanta fuit Gallicarum mulierum virtus, vt inter infestas ciuilibus furoris acies quandoque se immiserint, & lachrymis precibusque obliterata discordia pacem procurauerint. Propterea quum de bello aut pace consulta bant, mulieres adhibebantur. Hæc si qua incidisset controuersia, sedebant arbitra. Vehiculis utebantur, quę Esseda vocantur, apud Celtas primum repertis. Virg. Belgica vel molli melius feret Esseda collo. Syllius ait Celtas ex vacuis mortuorum parentum capitibus inauratis pocula sibi factitasse. Hęc eius verba. At Celta vacui capitis circundare gaudent Ossa (nefas) auro, & mensis ea pocula seruant. Quāuis autem Galli artium & disciplinarū ignari a pleijsque iudicati sint, antiquius tamen apud ipsos, quam Latinos aut Græcos floruerunt literę. Nam vt scribit Berofus, anno. 4. Nini, literis & legibus Celtas formauit Samothēs dis cognomēto, & Celtiberos Tubal, a quibus demum mille post annis Gręci suas acceperunt nō a Cadmo. Nā quas primū aduexit rudes paulo ante excidiū Troianum Cadmus quintus, eas a Galatis traxerat, quas Galatę & Męones prius a Gallis susceperant.

susceperant, Non ergo Gallia Græcis, sed potius a Gallis Asia & Græcia cum colonijs etiã  
 literas & disciplinas susceperunt. Aliquot deinde annis post repertum literarum vsu res  
 gnauit apud Celtas Sarron, qui vt hominum tum recentum ferociam contineret, publica  
 primis instituit gymnasia, a quo Celtarum theologos & philosophos vocauerunt Sarroni  
 das. Quinetiam dea illa dicendi præfes Pitho nomine, quam alij Suadam, Suadelam Iepo  
 rem, flexanimam, Græci Pſychagogon vocant, maximi loco numinis habita est apud Gal  
 los, Quo tempore Romani longe lateque imperabant, nulla gens vixit Romano populo  
 magis formidolosa. Cum nulla vnquã gente Romanus ipse populus intra extraque Italia  
 am maiore hominum strage, maioribus ducum & exercituum periculis debellauit. Nam  
 licet ex eorum exercitu centum hominum millia quandoque desyderata sint, nihilominus  
 tamen animosi pugnam acrius instaurabant, pudorem vlciscerantur, ad vnũ interfici aut  
 interficere volentes. Certarunt Romani cum finitimis de principatu, cum Carthaginensibus  
 de imperio, cum Gallis de vita semper. De his Strabo lib. 4. Vniuersa inquit natio, quã  
 hæc ætas Gallicam vel Gallaticam nominat, Martis studio & animorum ardet impetu cõ  
 ferendæ pugnae alacritate impigra, semperque spectantes in Boream aut oceano propior  
 res conferendis pugnis sunt audaciores. Florus de Senonibus sic inquit. Galli Senones,  
 gens natura ferox, moribus incondita, ad hæc ipsa corporum mole perinde ac armis ingē  
 tibus adeo omni generi terribilis fuit, vt plane nata ad hominum interitum & vrbium stra  
 gem videatur. Hi quondam ab vltimis oris & cingente omnia oceano, ingenti agmine pro  
 fecti quum media vastassent, positos inter Alpes & Padum sedibus, ne his quidem conten  
 ti per Italiam vagabantur. Romam quinetiam aggressi vniuersum populum in Capitolium  
 se suaque omnis recipere compulerunt. Quaquauersum transibant, non fulminantes, sed  
 plane fulmina videbantur, dolebantque expertem cruoris victoriam sibi concedi, ac sine  
 ruina transitum patere. T. Lilius auidas armorum Gallicas gentes semper fuisse scribit.  
 De his etiam Trogus apud Iustinum lib. 4. Galli inquit abundantĩ multitudinem quum eos  
 non caperent terrę, quæ genuerant, trecenta millia hominum ad sedes nouas querẽdas ve  
 lut peregrinatum miserunt. Ex his portio in Italia confedit, quæ & vrbem Romam captã  
 incendit, & portio in Illyricos sinus per strages barbarorum penetrauit, & in Pannonia cõ  
 sedit. Gens aspera, audax, bellicosa, quæ prima post Herculem Alpium inuicta iuga & frigi  
 gore intractabilia loca transcendit, Ibi domitis Pannonijs per multos annos cum finitimis  
 varia belle gesserunt. Hortante deinde successu, diuisis agminibus alij Græciam, alij Mas  
 cedoniam omnia ferro proterentes petiuere. Tantusque terror Gallici nominis erat, vt  
 etiam reges non lacessiti vltro pacem ingenti pecunia mercarentur. Libro item vigesim  
 o quinto ait. Ea tempestate Gallorum iuuentus tantæ fecunditatis fuit, vt Asiam  
 omnem velut examine aliquo implerent. Denique neque reges orientis sine mercennari  
 o Gallorum exercitu vlla bella gesserunt, neque pulli regno ad alios, quam ad Gallos  
 confugerunt. Tantus terror Gallici nominis siue armorum inuicta felicitas erat, vt alie  
 ter neque maiestatem suam tutam, neque amissam recuperare se posse sine Gallica vir  
 tute arbitrarentur. Plutarchus in vita M. Marcelli ait Gallos in equestri pugna egregios  
 esse bellatores. De Gallis præter iam citatos auctores, copiose meminit Ammianus Mar  
 cellinus sub finem libri, 15.

¶ Hyperborei septentrionales populi excoriatas beluarum pedes habent pro vestimentis.  
 Virg. lib. 3. Geor. Talis Hyperboreo septem subiecta Trioni, Gēs effrena virum Riphæo  
 runditur Euro, Et pecudum fuluis velantur corpora fetis. Annofo viuunt æuo. Domus  
 ijs nemora, lucique & deorum cultus. Discordiam & omnem ægritudinem ignorant, vis  
 ritim gregatimque degentes. Satiati vita indulgent epulis & voluptatibus. Demum ex  
 quadam rupe in mare desiliunt. Frugum primitias Delon mittebant Apollini. Viuunt an  
 nis mille, Iustitiam colunt, carnibus non vescuntur, sed arboreis tantum fructibus viuunt.  
 De his Mantuanus in Brixia sic inquit. Rupis hyperboræ trans alta cacumina fama est  
 Esse locos, vbi sit vite tam innoxius aer, Vt vix mortales post tēpora longa senectæ Mor  
 tem obeant, plerisque etiam se mittere in vndas Præcipites, & sponte mori, longæua pes  
 rofos Secula, pertēfos huius fastidia lucis. De hyperboreis abunde meminerunt Pompo  
 nius Mela lib. 3. Plinius cap. 12. libri. 4. & Solinus.

¶ Heruli populi nudi pugnant vt erenda corporis dumtaxat operientes, siue vt expedi  
 ritus percuterent, siue vt illatum ab hoste vulnus viderentur nihil facere. Auctor Paulus  
 Diaconus Aegestis Longobardorum.

¶ Himantopodibus natura est serpendo ingredi.

## OFFICINA

¶ Hiporeæ Aethiopiæ populi atricoloris tota corpora rubrica illinunt.

¶ Hedui olim dicti sunt fratres Romani. Cor. Tacitus ait Heduos omnium primos senatorum in vrbe eius adeptos fuisse, datumque id foederi antiquo, quia soli Gallorum fratritatis nomen cum populo Ro. vsurparent.

¶ Hammonij populi Africę dispersis tugurijs habitant. Medium nemus pro arce habent, triplici muro circumdatum.

¶ Hellusij & Oxiones Germaniæ populi erant ore & vultu humano, reliquo corpore similes feris. Author Cor. Tacitus.

¶ Hessenij populi in occidentali Iudęæ parte, viuunt sine foemina, omni Venere abdicata, & sine pecunia. Tanta libertatis ducuntur auiditate, vt principem vnum solumque fateantur deum. Speciem mortis nullam expauescunt. Cognatorum negligunt supplicia, Amicorum interitus non magnificiunt. Animas putant immortales, quas aiunt a corporibus absolutas tanquam e longa & graui seruitute lætitia perfundi maxima, & ferri sublimis, vltraque Oceanum degere in locis peramenis, qui nulla infestantur intemperie.

¶ Apud Hebræos lege cauebatur, ne hostem insepultum quidem relinquerent. Doctrina his fuit secretior, & quasi diuinitas quædam, vt Moisis volumina & prophetarum vaticinia docent.

¶ Hirpiæ familiæ fuerunt in agro Phaliscorum, quæ annuo sacrificio, quod fiebat in Soracte monte, super ambustam ligni struem ambulantes non comburebantur.

¶ Hispani quondam oblectabantur capillorum longitudine. Vnde Martialis. Hispanis ego contumax capillis. Crinem sibi sine vilo artifice formosi quatiiebant, non aliter quam iubæ generosa animalia. Historici scribunt Hispanos inquieto esse ingenio, auidoque in nouas res. Olim hostem adoriebantur punctum magisquam caesim. Propterea gladijs utebantur breuitate habilibus mucronatisque. Ibant in bellum induti prætextis purpura tunicis, cædore mirò fulgentibus. Plutarchus in vita Fabij Maximi scribit Hispanos fuisse in exercitu Annibalis, eosque homines esse leuissimo corpore, celeribus plantis, & aptissimos ad superanda montium cacumina. Nec mirum debet videri Hispanos fuisse in Annibalis exercitu. Prius enim quam in Italiam traiceret, Hispaniam subegerat, & ex ea gæte, atque etiam Gallis exercitum auxerat.

¶ Heptacometæ barbari sunt in Ponti regione, quorum nonnulli super arbores degunt, alij in turribus.

¶ Hircani canes nutriunt, quibus obijciunt mortuos. Vescuntur venatibus, Abundantigribus. Teguntur feminibus. Pleriq; marinis muribus sustentantur.

¶ Homoloti populi dissecto in minimas particulas boue foedus iungunt.

¶ Heniochi populi in Ponto gaudebant humanis carnibus.

¶ Haltzones Scythiæ populi vescuntur cepe, lente, alio, & milio.

¶ Indi vxores plurimas habent. Apud eos lex est, vt vxor charissima cum defuncto marito cremetur cum vestimentis & pristino habitu, quod Propertius lib. 3. laudat, his verbis. Felix Eois lex funeris vna maritis. Quos aurora luis rubra colorat equis. Namq; vbi mortifero iacta est fax vltima lecto, Vxorum fufis stat pia turba comis. Et certamen habent loethi, quæ viua sequatur Coniugium, pudor est non licuisse mori. Ardent victrices, & flamme pectora præbent. Imponuntque luis ora perusta viris. Vinum cõficiunt ex palmis, ex castaneis oleum. Arboribus suis vescuntur. Arundines habent amplitudinis arboreæ. Pance vtuntur hordeaceo. Corpora vsque ad pedes Carbasis velant. Soleis pedes, capita lintheis vinciunt, lapilli ex auribus pendent, Brachia & lacertos auro colunt. Tela quæ sagittatores excutiunt, sunt fere trium cubitorum, ferrique tâta vi, vt neq; clypeus, neq; thorax aut aliud pectoris munimentum queat obsistere. Ante expeditionem liberi patris, nullas habebant domos, nullas vrbes, nulla deorum immortalium templa, nullam sacrorum curam. Visebant in-plauftris. Tegebantur ferarum pellibus. Victi demum a libero patre edificarunt vrbes, leges acceperunt, templa construxerunt, armis insueuerunt. Coluerunt Herculem Gygantis nomine, Iusticiam tanto obseruarunt cultu, vt exterarum gentes nunq; appetuerint bello. Defunctis sepulchra non erigunt. Expertes sunt seruitutis. Capillum curant. Mentum habent intonsum, reliqua facie depilata. Furti se alligasse, scelus apud eos nefarium. Litem raro norunt. Testibus non indigent, aut obfignatione vtili. Vinum nesciunt, præterquam rei diuinæ causa. Potus illis ex Oriza, ex hordeo fere cibus. Incolumitatem exercitio quærunt & perfrictionibus. Strigiles ex hebeno corporum expolitioni adhibent. Venerantur inter deos louem pluuium, Gangem fluuium, indigetes genios. Si a rege abluantur capilli, festa dies agitur. Lunæ cursu tempora metiuntur. Totum iter odoribus complent,

complant, per quod rex transiturus est. Eius lecticam sequuntur armati corporisque custodes. Apud eorum sapientes occupare fati diem pulchrum est, & viuos se cremari iubent. Expectatam mortem pro dedecore vitæ habent. Nec vllus corporibus honos redditur, quæ senectus soluit. Deos putant quicquid colere cœperunt, arbores maxime, quas violare capitale est. Rex vbi se publice visendum præbet, præcurrunt eum argenteis thuribus ministri, qui vniuersum iter odoribus vaporant. Ipse autem gestatur lectica, margaritis hinc inde propendentibus. Lucet amictus auro & purpura. Lecticam muniunt corporis custodes, circumpendentibus auiculis, quas ad hoc imbuunt. Regia fulcitur auratis columnis, quæ nulla non hora patet volentibus. Vbi rex incumbit ornamento capitis, tunc admittuntur legationes, & redduntur populis iura. Si quando prodire velit in venationem, feræ leporarij inclusæ conficiuntur in conspectu meretricum. Si aliquanto longius eundum sit, meretrices ipsæ vesticantur curru, quem ducunt elephantes. Impudicis & prostitutis mulieribus vti solent, dum volūt vacare ingenio. Itaque relictis domi vxoribus illas sibi asciscunt non prolis sed voluptatis gratia. Vxores vero adhibent in rebus honestis tantum, vbi scilicet, aut proli vacant, aut præter modum non lasciuunt, ne nimio luxu corrumpant, quas esse pudicas volunt. Nec vnquam permittunt geniales illas & liberas voluptates coram vxoribus exerceri, quæ aliquam pudicitiam iacturam afferre possunt. Vbi somni tempus accessit, regem vino grauem, dormientemque cubiculo inferunt pellices, dijs nocturnum & te nebrarū patrio ritu aduocatis cum cantu. Filij senio confectos parietes interficiunt, & eorū carnibus vescuntur, teste Herodoto. Matronæ celebres sunt pudicitia. Oblato tamen elephanti precio, pudicitiam amatoribus substernunt, nullo inde præfloratæ famæ dispendio. Virgines quum esse nubiles cœperunt, in publicum a parentibus producuntur. Accurrente adolescentū multitudine datur illis optio deligendi sibi virum ex tota iuuenū turba. Fœnus ignorant. Maximum opinantur nefas vel iniuriam pati vel facere. Proinde nulla illis syngrapha, nullum depositum. Quū quis ægrotat, familiares illum interimunt, ac desumum epulantur. Nullam animantem occidunt. Nihil serūt, herba viciant, domos parandas non putant. Coitus in propatulo est sicut pecorum. Ex Herodoto, & Cælio cap. 2. libri quinti.

¶ Iberi iacula ferebant, multis hamis ferreis conferta. Ferinis erant moribus. Neque enim abnucebant ex lotio, quod intra cloacas diutius asseruatum esset, lauachra comparare, retris mētis denique contulis dentifricia sibi & coniugibus quærentes. Cubitabant humi. Res plurimas minimi faciebant, & auaritiæ studio semel tantum interdum cibum capiebant. Erant & Hydropotæ. Vestibus utebantur preciosissimis. Mortuis tot erigebant, obeliscos, quot hostes interfecerant illi dum viuerent. Maleficiorū infamia laborarunt, Seruos mactabant, & inde cōcipiebant vaticinia. Mirādula in hymnis. Afflatos Lunæ seruos mactabat Iberus, Captiui & iugulo fundebat carmina vates,

¶ Clonum mollicies quondam abiit in prouerbiū. Primi vnguenti coronarum que in cōuiujs dandarum & secundæ mēse consuetudinem repererunt. Hinc Horatius. Morus doceri gaudet Ionicos Matura virgo.

¶ Apud ludæos quinquagesimo quoque anno debita relaxabatur pecunie, donabaturque serui libertate. Quæ vilis venissent, redibant ad possessores.

¶ Lotophagi populi Africæ vescuntur fructu arboris, quæ dicitur lotos. Politianus in Nutricia. Nec faciles Ciconas, fortunatosque ciborum Lotophagos. Solebant hi populi suos defunctos in mare abijcere, parum interesse asseuerantes, humo ne, an aqua, an igne dissoluerentur.

¶ Lestrigones humana carne vescabantur.

¶ Virgilius libro nono de moribus Latinorū sic ait. Canicem galea premimus, semperque recentes Contereare iuuat prædas, & viuere rapto. Idem. Durum a stirpe genus, natos ad flumina primum Deferimus, se quoque gelu duramus & vndis.

¶ Leuci populi Gallicæ Belgicæ & Remi fuerunt optimi iaculatores, Lucanus lib. 1. Optimus excusso, Leucus, Remusque lacerto.

¶ Lacedæmonij sumi bellatores, non cornuū tubarū ve signis, sed tibarū modulis in prælijs utebantur, non vt excitentur, aut euibrantur animi, sed cōtra vt moderatiores, modulatioresque fierent, nihil in principijs præliorū ad salutē virtutēque aptius rati quā si permulsi sonis mitioribus non immodice ferociret. Author Gelli. Hic Cleomenes dicebat Homerū esse poetā Lacedæmoniorū, Hesiodū autē helotū & agricolarū, illū enī quæadmodū bella sunt gerēda, hūc autē qualiter agrī sint colēdi præcepisse. Plutarch. in Apophthegma. Laconicis.

Furandi vsu concedebant impune, non ob turpia lucra, neque ad sumptum libidini prebendum, comparandamve opulentiā, sed pro exercitio disciplinaeque rei bellicae, quod & furandi solertia & assuetudo acueret animos adolescentium, & ad insidiarum astus, & vigilandi tolerantiam, & obrepenti celeritatem, aptos procliuesque redderet, Regibus suis augures dabant assessores. Ante belli congressum amori sacrificabant, quod is vnus victoriam pariat. Lex erat, vt senes iam effecti qui desperabant prolem, eligerent aliquē ex adolescentibus, eumque ad vxores suas admitterent, & natum inde partum vt suum & legitimum educarent. Gerebant in scutis suis λ literam, insignioris notae gratia. Solebant insuper liberorum suorum indolem experiri publice verberibus admotis, illosque hortari, vt flagellorum ictus fortiter perferrent, item laceros ac semianimes rogare, vt vulnera praerberent vulneribus. Vnde Cicero, Cretum quidem leges inquit, itemque Lycurgi, laboribus erudiunt iuuentutem, vt nando, currendo, esuriendo, sitiēdo, algēdo, aestuando. Spartae pueri ad aram verberibus sic accipiuntur, vt plerisque sanguis e visceribus exeat. Nō nunquam etiam quum ibi essem, audiebam ad necem, quorum nō modo nemo exclamauit vnquam, sed ne ingemuit quidem. Literas modo pro necessitate dicebāt. Reliquarum disciplinarum nihil omnino admittebant. Parebant honeste, labores constantissime tolerabant, pugnando vincere volebant aut interire. Furabantur impune ex cibarijs, quaequid vellet. Sordidi tamen erant, & praeparci omnes. Nam parua & precij prope nullius magnificabant & admirabantur, ardebantque auiditate pecuniae. Erant & inhospitales. Si quidem non omni tempore licebat peregrinis adire Spartā, sed praestitutis diebus. Quos cunquē plectendos censebant, noctu plectebant, auctor Herodotus. Praecones, tibicines, & coci in paterno succedebant artificio, & coquus ex coquo, tibicen ex tibicine, praeco ex pracone gignebatur, omnesque perseverabant in paterno opere. Ex institutis Lycurgi sponsus noctu clam accedebat ad sponsam extincto lumine, & cum ea, quadam velut religione timidus coibat & verecundus. Antequam rex pugnam iniret, sacrificabat musis, quo & oratione & memoria imprimis digna promerent facinora, & eiusdem Lycurgi institutis domi non coenabant, sed omnes ad publicum accedebant conuiuium, licebat tamen domi coenare, cum quis vel sacrificijs, aut venatione retardatus esset. Verum alios adesse oportebat, propterea Agis rex cum debellatis Atheniensibus rediisset, velletque apud vxorem coenare, obsonium a tribunis militum exorare non potuit. Postridie vero cum sacrificium inceptū praer ira haud absoluisset, dicta est ei multa, ad ea conuiuia ibant pueri velut ad scholas pudicitiae, & ad liberales praecceptores. Neque enim licebat cuiquam verbum vllum impudicum, aut castis moribus perniciosum dicere, sed tantum iocari & comister cauillari sine scurrillitate. Opulentus cum paupere vna ad coenam ibat. Eum qui nimis aut biberet aut comederet, reliqui omnes obiurgabant vt intemperantem. Vsi sunt & alia lege contra immodicos sumptus, vt qualibet domus culmen quidem securi, lanuas vero ferrae duntaxat & nullo alio instrumento elaboratas haberet. Virginum corpora cursibus & luctationibus iactibusque discorum atque iaculorum exercebant. Licebat probis viris qui foecundam aliquam pudicamque mulierem alteri nuptam admirarentur, marito illius suadere vt cum ea ipsi congredierentur tanquam in solo fertili bonos filios futuri atque facuri. Propterea Geradas vetustissimus Spartiata dicebat neminem adulterum fieri Spartae. Partus nutriendi ius non erat genitori, sed eos in quendam locum deportabant, vnde prius non reducebantur, quam per aetatem adoleuissent. Adultos autem si robusti videbantur allegabant militiae, sin ignaui ac deformes apparebant, demittebantur exponendi in locū praecipitem ac praeruptū secus Taygetū, velut indigni vita. Mulieres nō abluēbant infantes aqua, sed vino, quo certius futurae indolis periculū facerēt. Aiuē enim infantes comitiali aut alicui alteri morbo obnoxios admoto mero debilitari. Eorū filij neque emptitios neque mercennarios habebāt praedagogos. Et vt perferēdis laboribus fierēt exercitiores, tondebantur vsque ad cutem & discalceati incedebant, & frequentius ludebant nudi. Anno aetatis, 12, sine tunica degere incipiebant pallium vnum in annum capientes. Neque balneis utebantur, neque vnguentis praeter quam paucis admodum anni diebus. Cubitabant in toris ex arundine constructis, quae ex ripis Eurotae coeuebant. Horum mores vbiq; obseruabant viri senio cōfecti, quorū virtus habebatur explorata. Quamuis autem furta impune iis concederentur, puniebantur tamen qui in ipso furto fuissent deprehensi, quasi inepte negligēterq; furarētur. Propterea pueri ipsi caute adeo & attēte furantur, vt Plutarc. scribit puerū quēdā cū Leenae catulū furripuisset pallioloq; inuoluisset eius vētre vnguibz & dentibus a leena matre discerpto omnia tegēdifurti gratia tolerantem, obisse



Puerorum amatores sicbant eorundem famæ iuxta ac infamæ participes. Propterea cum puer aliquis vocem in pugna minus ingenuam emisisset, ferunt amatorem eius a principibus multatum fuisse. Decebant etiam pueros ut ea oratione, quæ grauitatem haberet iucunditati permixtam, ac plurimum sententiæ breuifermone complecteretur. Comam ex pubertate nutriebant, & maxime in obeundis periculis operam dabant, ut nitidis essent capillis, quoddam Lycurgi dictum celebrantes, Coma pulchros venustiores fieri, deformes vero ferociores. Turpe & minime generosum putabant hostes in bello persequi, & interficere, qui crederent & fugam molirentur. Occupabantur omnes circa venationes, circa gymnasia, circa publicos concessus atque colloquia, si quando otium esset a bello. Iuniores ante 30. annū nullo modo in forum descendebant. Nihil cum mortuis sepeliebant, sed condentes corpora puniceo amictu & oliuæ fronde circumdabant. Mortuorum nomina non inscribebantur monumentis, nisi eorum, qui pro salute patriæ in bello perisissent. Lugendi tempus præfiniebant dies undecim. Duodecimo die, peracto Cereri sacrificio, ponebant luctum. Nullos permittebant peregrinari aut vagari, ne alienos mores imbiberent, aut Rerum publi. differentiam adueherent. Inutiles & nullius frugis homines ex urbe depellebant. Putabant & viuendum libenter & moriendum, modo utrunque fieret cum virtute.

¶ Leprei populi depræhenfos in adulterio per triduum vinctos circa ciuitatem ducebant, mox toto vitæ tempore habebant contemptibiles. Adulteræ vero mulieres diebus undecim in foro stare discinctæ cogebantur, tunica perlucida circumuestitæ.

¶ Lacones breuissimi erant in sermone. Propterea vulgi verbum erat, facilius multo esse philosophari, quam Laconum sermonem imitari.

¶ Lucani erant admodum iusti, & hospitales. Apud eos lege fuit sancitum, ne quis post occasum solis inuertentem hospitem exigeret. Quod si fecisset, agebatur reus, eique dicebatur multa.

¶ Lusitani apti erant insidijs. Inspectis humanis extis futura coniectabant. Dextras captiuorum præcisas offerebant numinibus. Erant Hydropotæ. Mitrati pugnam inibant. Hircum habebant inter epularum delicias. Strabo libro tertio vbi de his abunde meminit.

¶ Lydorū mulieres passim substratæ amatoribus, hospitali benignitate eosdem plerumque confouent, & pluribus afficiunt donis, quam ipsæ accipiunt. Solos tamen condignos in foedera turpitudinis admittunt. Priusquam coniugium inirent, seipsas prostituebant. Si post coniugium deliquissent, veniæ spes nulla.

¶ Lydi primi omnium cauponcs fuerunt & insitiores. Alex lusum, tesseraum, & pilæ excogitauerunt. Mancipati fuerunt augurijs & diuinationum superstitionibus.

¶ Furaces erant, adeo ut non discederent nisi re aliqua prius sublata. Fuerunt insuper molles & libidinosi, adeo ut non tantū noctu vacarent voluptati venere, verum etiam in meridie lasciuirent foedum opus manibus peragentes.

¶ Lesbij foeditissimi fuerunt in Venereis, adeo ut ne capiti quidem parcerent. Quam foeditatem excogitarunt ipsi, & in muliere experti sunt primi. Vulgo quoque male audierunt ob vanitatem. Lesbiani verbum est irrumare, libidinari, & lasciuire, quod turpitudinē felationis & irrumationis, quæ per os agitur, primi inuenerint.

¶ Lybici quos in venatione vel pugna elephantes attriuerint, magnifice sepeliunt & huius nos concinunt.

¶ Leontinos Siciliae populos quum expugnasset Phalaris, ademptis armis ad computationes & voluptates eos reiecit, ne rebellionem pararent. Hinc adagium, Semper Leontini iuxta pocula.

¶ Laciadæ seu Placiadæ populi Atticæ raphanos in eorum pudenda membra impingebant, quos habebant adulterij compertos.

¶ Lyrcæ populi Scythiæ venatione viciunt hoc modo. Conscensis arboribus quas habent frequentes, insidiantur feris. Singulis adest canis, & equus in ventrem cubare edoctus, humiliter subsidendi gratia. Vbi quis feram ab arbore vidit, sagitta percutit, percussam si fugiat, conscenso equo persequitur comitante cane.

¶ Massagetæ Scythiæ populi quum per desertum discurrunt, equorum suorum sanguinem cum lacte bibunt. Claudianus libro primo in Ruff. Et qui cornipedes in pocula vulerat audax Massagetes. Seneca in Oedipo.

Lactea Massagetes qui pocula sanguine miscet.

Lucanus. Longaque Sarmatici soluens ieiunia belli, Massagetes quo fugit equo, volucresque Geloni. Senio confectos in frustra confecant.

Statius lib. 1. Achilleidos. Lactea Massagetæ veluti qui pocula fuscant sanguine purpureo qui intereunt morbo, feris obijciuntur in prædam. Solem præcipue venerantur, cui equum immolant. Reliquos deos habent neglecti. Singulis sua sunt coniugia, sed & cum alienis congressus, non tamen clandestini. Coeunt in propatulo. Morbo emori turpissimum putant. Clarent equestri & pedestri militia. Arma illis arcus, gladius, thorax, & securis aenea. Aureis cinguntur zonis, gladiis diademate cultis, habent & aurea equorum ornamenta. Argenteo carent, habent modicum ferri, quum cæteris metallis abundet. Insulares vicitant radicibus cibis herbarum, Indumeta faciunt ex arborum libris. Potum succo pomis expresso. Piscibus etiam aluntur. Tegumenta corporum e phocorum corijs sibi consuevit. Filij lenio cõfectos parentes interficiunt. Quum afficiuntur desyderio libidinis, suspena ad palustrum pharetra palam cum mulieribus sine pudore coeunt. Herodotus lib. 2. & Strabo lib. 11.

¶ Marfi populi, in Italia a Circes filio orti vim habuerunt naturalẽ contra serpentes & venena, adeo vt eorum salua icta serpentes vt feruentis aquæ cõtractu fugiant. Gellius cap. 11. lib. 16. Gens inquit, in Italia Marforum orta fertur esse a Circes filio Marso. Propterea Marfi hominibus vi quadam genitili datum, vt serpentinum virulentorum domitores sint, & incantationibus herbarumque succis faciunt medelarum miracula. Vnde Syllius Italicus lib. 8. Hæ bellare acies norant, ac Marfica pubes Et bellare manu, & chelydris cantare soporem, Vt pere umque herbis hebetare, & carmine dentem Acetæ prolem agnitiam mala gramina primam Monstrauisse ferunt, tactuque domare venena. Et Lunam excussisse polo, stridoribus annes Frenantem, ac syluis montem vndasse vocatis.

¶ Mandi Indorum locustis viuunt. Trecentos habent vicos, Quadragenos non excedunt annos. Eorum foemina semel tantum pariunt.

¶ Menifmini Aethiopiæ viuunt lacte Cynocephalorum, quorum armenta pascunt, maribus interemptis nisi sobolis causa.

¶ Myconij liguritores fuerunt & aliens appetentes mensæ. Hinc adagium. Myconius vicius, in eum qui non vocatus ad conuiuium accedit.

¶ Mosini populi Asia Septentrionem versus turres ligneas subeunt. Notis corpus omne perfingant. In propatulo vescuntur. Promiscue Venerem exercent, Palam reges deligunt, vinculisque & arctissima tenent custodia.

¶ Massylli populi Lybiæ equos habent, quos virga nõ freno gubernant. Martialis. Et Massyllæum virga gubernet equum. Lucanus lib. 4. Et gens quæ nudo residens Massyllia dorso, Ora leui flectit frenorum nescia virga. Massyllienfes luxu perditum muliebrem in modum ornabantur comis vngueto delibutis, capillisque religatis. Mulieres tamen erant Hydrotopæ, vt in Mileto factum est, & quondam apud Romanos.

¶ Molossi populi Epyri optimos habent canes venaticos. Martialis lib. 12. Rhetia dum cessant, latratoreque Molossi.

¶ Mazax populus prope Nasamones peritissimus est iaculandi. Lucanus lib. 4. Aequaturusque sagittas Mædorum, tremulum quod torfit missile Mazax. Claudianus, Pavidus proiecit missile Mazax.

¶ Magnetes populi Thessaliæ optimi sunt equorum domitores. Lucanus, Et Magnetes equis, Minæ gens cognita remis.

¶ Mardi Perarum populi specus in montibus fodiunt, in quos se, coniuges, ac liberos condunt. Pecorum & ferarum carne vescuntur, Ne foeminis quidem pro naturæ habitu molliora sunt ingenia. Comæ prominent hirtæ. Vestis est super genua. Funda vinciunt frõte. Hoc & ornamentum capitis & telum est. Fuit hæc gens cultu vite aspera, & atrocinijs assueta.

¶ Macedonibus nullum fuit tam solenne militiæ munus, quam suos sepelire. Eorum regibus lege cautum est, ne victis hostibus tropheum erigerent. Lege cauebant eos capistro cingi, qui nullum hostem interfecissent.

¶ Myfi deorum cultui adeo mancipati fuerunt, vt esitantis animalibus abstinere. Viuebant melle, lacte & caseo, auctore Strabone. Myforum populus vsque adeo fuit vilis & cõtempus, vt sequenti prouerbio locum fecerit. Myforum postremus. Finitimorum postea incurfationibus male vexabantur. Hinc etiam orta parœmia, Myforum præda, de his, qui impune a quibullibet leduntur ac diripiuntur.

¶ Mauri pastoraliter viuunt, comæ cincinis exornantur & barba, & tersura detritum, & vnguium cultu raro. De his Herodia. Mauri inquit gen<sup>9</sup> hominum suapte natura cadis auidissimum, nihilque non facile audens, ac desperatis simile, contemptu videlicet mortis ac periculorum.

¶ Mædis operimenta corporum sunt Tyara, Cittaris, pileus, manicata tunica, anaxyrides & stola. Clarent equitandi solertia. Sagittas docte excutiunt. Reges adorant. Regum est vxores

vxores multas sibi querere. Mulieribus decorum viros habuisse complures. Paucitas deformat, & infelicitatis genus putatur, si quaternarium non exceſſerint. Qui ad Aquilonem vergunt, ex frugiferis arboribus alimenta sibi conquirunt, ex toſtis amygdalis panem conficiunt. Poma perficcant teruntque, inde conglobant in maſſas. Vino viuntur, quod ex certo radicum genere conficiunt. Vescuntur & ferarum carnibus, nam mitia pecora negligunt.

¶ Molynœci populi e lignis defiliunt in peregrinos aſſultatione ſanguinaria.

¶ Meſſenſij M. literę nota ſe cognobiles præbebant. Lacedæmoniꝝ Meſſenios quod iterum & iterum deſciuiſſent, in ſeruitutem redegerunt, eoſque durius etiam quam reliquos ſeruos tractarunt, ne denuo res nouas molirentur, Hinc adagiũ. Seruilior Meſſena.

¶ Macæ ſumma capitis curioſius deradunt, relictiſ in medio capillis, quos ſucceſcentes eadem cura detondent.

¶ Machlyes populi Africę comam in occipitio cõnutriunt, capilloſque decutiũt in ſiniſtra parte. Minio linunt corpora, ſeque a Troianis prognatos fabulantur.

¶ Olim Megareſes male audierunt tanquam fraudulentiaſ ficti, quod aliud ſentirent, aliud loquerentur.

¶ Melanchleni populi in Scythia nigris integuntur veſtibus. Ab eſu humanę carnis non abſtinent.

¶ Mendeliꝝ populi Aegypti capras & hircos venerantur, & caprarios præcipuo afficiunt honore.

¶ Monomeri populi ſunt ſeptentrionales ſingulis cruribus ſaltuatim currentes, viuaciſſime pernicitatis. Author Gellius.

¶ Numydæ ſeu Nomades mapalia ſua plauſtris circunferunt. Propterea vagi vocantur a Lucano lib. 4. Alueos nauium inuerſos etiam habuerunt pro tugurijs. Apud eos medius locus erat honoris locus, auctore Saluſtio. Lacte, ferina carne, & elephãtis veſcitur. Viuũt in tabernaculis. Omnis eorum vita occupatur in paſcendis gregibus. Equos regunt non freno, ſed virga. Vnde Virg. infrenos vocat Numydas. Syllius. Hic paſſim exultant Numyde. gens inſcia freni. Quis inter geminas per ludum mobilis aures, Quadrupedem flexit non cedens virga lupatis. Vxoribus perinde ac ſeruis vtũtur. Nullas certas habent feſdes. Vetus fuit Numydarum conſuetudo, vt in bellicis conſictibus plerumque cederent, & fugam mentirentur, mox vbi oportuna tuliffet occaſio, in hoſtem ſe conuerterent, rurſulque maiore impetu quam prius inuaderent, auctore Plutarcho in Annibale. Feruntur eſſe acutiſſimo ingenio, & ſingulari quadam prudentia ad cognoscendam veritatem, falſitatemque reſellendam.

¶ Nigroæ regem habent monoculum.

¶ Norici populi ſunt iuxta Pannoniam ferro nobiles. Martialis. Grato non pudeat referre verſu Sæuo Bilbilin optimã metallo, Quæ vincit Chalybaſque, Noricoſque, Et ferro Plasteam ſuo ſonantem.

¶ Neruiꝝ Gallię populi vergentes in occidẽtem Belgas quõdam inerepabant, quod ſe populo Ro. dedidiſſent. Vnde a Lucano dictum eſt. Multumque rebellis Neruius, & cęſi polutus ſanguine Cotte.

¶ Naſamones populi Africę naues Syrtibus illiſas ſpoliant. Lucanus. Quas Naſamon gens dura legit, qui proxima ponto Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis Syrtis alit, nam littoreis populator arenis Imminet, & nullos portus tãgẽte carina Nouit opes, ſic cum toto cõmercia mundo Naufragiꝝ Naſamones habent. Et Mantuanus lib. 1. de Caſa. Vt genus effrenum Naſamon, qui verſus in auctros Naufragiꝝ victum querens, gaudere procellis Turbinibusque ſolet, fuſaſque per æquora merces Colligit, & Nautas ad punica littora pulſos Auxilium ſimulãſ violat. Naſamonum ſingulis adiũt vxores plures, cum quibus palam congregiuntur pretento baculo. Nuptiali cœna diſcumbentium ſingulos adit noua nupta veneris gratia. Congrediuntur illi domo allatum donũ contribuẽtes. Ad maiorum monumenta, futurorum ſcientiam aucupantur incubantes manibus. Fidei ſanctio maxima, idem ſibi propinaſſe poculũ. Sedẽtiũ habitu mortuos aſtituunt, idipſum inter moriendũ attdẽtentes, vt ſedentes expirẽt. In diuinationibus ſua ſequuntur ſomnia. In præſtãda fide de manu alterius vterque ſumpto poculo bibit. Quod ſi deſuerit humor, collectum e terra cinerem lingunt.

¶ Nabatheꝝ dediti ſunt cumulãdis diuitiꝝ. Apud eos mulcta dicitur publice iꝝ, qui rẽ aliis quo modo imminuerint. Creſcẽtibus opibus augetur honos, Rara inibi ſeruitia. Miniſtris

OFFICINA

vtuntur plurimum cognatis, vel sibi vnusquisque minister est. In conuiujs plura duode-  
nis exlicasse pocula ignominiosum est. Rex quandoque sibi & alijs ministrat. Vrbes has  
bēt stercoreis loco. Regis cadauer in sterquilinum deijcitur. Sol illis sacratissimū numen.  
¶ Ophiogenes populi sunt in Hell. sponto, qui serpentum ictus contactu leuant, & manu  
imposita venena extrahunt corporibus. Plinius cap. 2. libri. 7.

¶ Pelusiota non comedunt cæpe. Capillum tondent senescente Luna.

¶ Pyrata Cilices olim vivebant furto, & marinis latrocinijs.

¶ Phœnices magnam meruerunt laudem in inuentione syderum, literarum, naturaliumque  
ac bellicarum artium.

¶ Pamphagi omnia mandunt.

¶ Pŷlli populi sunt Africæ, quorum corpori ingenitū fuit virus exitiale serpentibus, ex  
cuius odore sopirent eas. author Plinius cap. 2. libri septimi. Vnde Lucanus libro nono.  
Gens vnica terras incolit, a sæuo serpentum innoxia morŷu Marmaridæ Pŷlli, par lingua  
potētibus herbis. Ipse cruor tutus, nullumque admittere virus, Vel cantu cessante potest,  
natura locorum lussit, vt immunes mixti serpentibus essent, Profuit in medijs sedem pos-  
uisse venenis. Pax illis cum morte data est. Plutarchus scribit Catonē per deserta Libyes  
iter facientem Pŷllos secum duxisse, qui morŷibus serpentum mederētur, partim ore tra-  
hentes venenum, partim serpentes ipsos cautibus mitigantes. Augustus Cæsar vbi intel-  
lexit Cleopatram, quam seruata triumpho magnopere cupiebat, aspīdis morŷu perijŷse,  
Pŷllos admouit, qui venenum ac virus exurgerent, authore Tranquillo. Quodam tēpore  
quum in Pŷllorum finibus Auster perquam validus & diurnus flauisset, eoque flatu  
vniuersa corū aqua exaruisset, dolore moti cōstituerunt vlcisci iniuriam illam. Propterea  
cōmuni edicto omnes sumptis armis in austrum perinde quasi hostem iure belli profecti  
sunt. Atque ita profectis ventus magno spiritus agmine venit obuam & vniuersos cum  
omnibus copijs, armisque, cumulis arenarum & mōtibus operuit. Eaque ruina omnes ad  
vnum perierunt. Author Herodotus lib. 4.

¶ Pygmæi sunt cubitales. Infestantur a gruibus. Insidētes arietum caprarumque dorsis &  
ŷagittis armati, veris tempore vniuerso agmine ad mare descēdunt, & oua pullosque carū  
alium consumunt. Ternis mensibus eam conficiunt expeditionē, aliter futuris gregibus  
non resisterent. Casas luto, pennisque & ouorum putaminibus cōstruunt. Nonnulli in ca-  
uernis degunt. Horum omnīū lōgissimi, nō lōgiores sunt, quam pedes duos & quadratē.  
¶ Pandoræ Indorum populi degunt in cōuallibus. Viunt annos ducentos. In iuuetate can-  
dido sunt capillo, qui in senectute nigrescit.

¶ Parthi & Persæ vnguentis madent. Vinum conficiunt ex palmis. Gloriam in bibendo  
quærun, & quanto plus bibunt, tanto magis sitiunt. Dediti sunt crapulis, velsentur cica-  
dis. Fœtido sunt halitu propter indiseretos cibos & nimium vini haustum. Quandoquēque  
rex ad eos proficiscitur, vnusquisque pro facultate salutariū & cum muneribus. Reclinatis  
poplitibus regum pedes osculantur. Commiscebātur suis matribus authore Tertulliano.  
Nam & parētibus cum liberis stupro coire fas est. Rex latet semper sub specie cuiusdā ma-  
iestatis. Multas habet vxores, quibus alternatim cocumbit. Currum eius affectantur ar-  
matorum decē milia hastis argento coruscantibus, spiculis auro prefixis. Regij currus la-  
tera ornātur deorū simulachris. Iugū collucet gēmis, Eorū magi nihil præter olera & fari-  
nam in cibū recipiūt. Herodotus ait Persas a græcis didicisse pueris abuti. His quandoque  
imperauit Gallus, qui propterea vocatur auis Persica. Furta impune permittunt. Vno hi  
lares de dubijs rebus cōsultāt. Statuas nō erigūt, nō rēpla cōstruūt, nō aras, licet regē instar  
numinis venerētur. Cōscensis mōtibus Ioui hostias immolāt. Rem quoque diuinā faciūt  
Soli, Lunæ, Telluri, Igni, Aquæ & ventis. Nefas & maximum ducūt probrū, aut vomuisse  
se, aut egressisse corporis excrementa aliquo spectante. Liberorum disciplina ternario per-  
ficitur numero, vt equos agitent perite, ŷagittas doctius excutiant, & vera loquātur. Vale-  
rius Maxi. ait lib. 2. Non admitti ante septēniū. Ante quinquēniū aut quadrēniū filius nō  
admittitur in conspectum parentis, vt si in ipsa infantia contingat puerum perire, pater  
minus afficiatur. Inhonestum est referre, que factu sunt turpia. Turpe quoque quicquam  
cuiquā debere. Itē in flumen vrinam profudisse aut spuisse, vel omnino manus abluisse,  
piaculum opinantur. Fluuios enim colūt religiosissime. Natalitiam cœnam quotannis rex  
apponit. Eidem singulis annis ebrietas semel permittitur. Quā mitæ deo diuina res pera-  
gitur, saltat etiannum. Equitare insuper & saltare discunt, existimantes illum corporis mor-  
tum robori

tum robori plurimum conferre. Non prius potui & propinationibus indulgent, quam se expleuerint cibo. Homines amant ad unco naso, q̄ eius modi fuisse Cyrum regem prodant annales. Vbi licentius volunt indulgere conuiujs, non vxores, verum pellices admittunt. Cum regibus legitime mulieres ad mensam accumbunt, & vna comessantur. At quom la sciuire volunt, meretriculas adhibant. Qui regis filius regno succedit, eius natalem quicū que in regno sunt, celebrant, simulq; in posterum quotannis eandem lucem sacris & festis vniuersa Asia prosequitur. Omnes fere sunt subnigri, vel liuido colore pallentes, caprinis oculis torui, & supercilijs repandis, non indecoris barbis, Capillisque prolixis hirsuti. Om nes promiscue vel inter epulas festosque dies gladijs cincti cernuntur. Propobibus quisq; asciscit sibi matrimonia plura vel pauca. Nemo post satietatem superfluos accipit cibos.

Abundant inanibus verbis, magnidici, graues & tetri, minaces iuxta in aduersis rebus & prosperis, callidi, superbi, crudeles, vitæ necisq; potestatem in seruos & plebeios vendicā tes. Cutes vitis hominibus detrahunt. Nec ministranti apud eos famulo hifcere licet, vel loqui, vel spere. Ingratos ante omnia seuerissime puniunt. Ad iudicandum, vsu rerū spe ctati, & alienis non indigentes consilijs, destinantur. Vtuntur armillis & monilibus aureis & geminis, præcipue margaritis. Fœminarum mira pulchritudo. Nihil apud eos pingitur vel fingitur præter varias cædes & bella. Liberos instituunt, vt non nisi vera loquantur, & a mē dicio abstineant. Mentiri turpissimum putant. Regi non licet quæpiam interficere. Ab in fantia vtuntur pileis & tyaris. Vnde & fragilia habent capita. Corruptissimi fuerunt luxu & delitijs. Vnde Horatius. Perficos odi puer apparatus. Et Claudianus ī Eutropium Ar facio postquam se regia fastu Sustulit, & nostros corruptit Parthia mores. Argute deprehē dunt omnes loquendi strophos, dictisq; breuissimis colloquentes reuincunt. Disputato res sunt maximæ. Queque ab aduersarijs implicantur argumenta, citra moram, atque diffi cultatem dissoluunt. Prouerbijs vtuntur sapientia plenis, altissimisq; enigmatis, natura dumtaxat magistra vtētes. Qui plura de Parthis scire volet petat Herodotum, Celiū Cap. 2. libri quinti, & Marcellinum sub finem vigesimi tertij.

¶ Pictones vbetrimos calce agros quondam fecere, auctore Plynio.

¶ Paramedesidæ agreste hominum genus Bactrianis ad occidentem coniuncti sunt. Tugur ria latere primo struunt, in montibus foramine superne relicto, vnde lumen accipiunt. Al tia præmuniuntur niuibus.

¶ Pharisei delicijs & mollicie minime indulgebant. Prosequebantur quod dictabat ratio Maiores natu venerabantur, vt ne verbo quidē laesos vellent. Fato geri omnia credebant. Neque tamē liberi arbitrij potestatem auferebant. Iudicium dei futurum sentiebant, nam & animas fatebantur immortales. Bonas aiebant migrare ī aliena corpora, malas transmit ti ad æterna supplicia. Tantam suę virtutis concitarunt opinionē, vt numerosi populi mul titudo ad eos videndos conflueret. Dicti sunt Pharisei ab instituto vitæ, quod a ceteris ab iuncti purissime viuerent. Nam Phares Hebræorum idiomate interpretatur segregatio. Quiescebant in angustijs tabulis, aut etiam spinis vel lapidibus ad comprimendas corporis titillationes. Decalogum scribebant in membranulis, legebantque in fronte. Hæc Cæli us ex Philonis commentarijs.

¶ Phaselitæ populi in Pamphilia pisciculos falsos dijs immolabant, & Cabro deo fassamen tis rem peragebant diuinam.

¶ Pariani populi in Hellesponto amorem inter deos venerantur.

¶ Pedalij indorū populi nihil in sacrificijs aliud a dijs petebant, q̄ iusticiam arbitrati se om nium rerum compotes futuros, si eam consequerentur.

¶ Pannonij feroces fuerunt & idonei bello. Aufonius. Armiferis alui quos ego Pannonis is. Et alibi. Salutare Augustum iubeo, natumque, patrem Imperijs grauidas qua seco Pan nonias. Mira fuit eius gentis in victu lauticia. Omnes cuiusque ætatis culinariam norunt artem. Audivissimæ erant audiendi, studendi non ita. Vestium in patria neglectus. Alibi non ita erant negligentes.

¶ Pontici populi aduersus frigoris iniuriam braccis vtēbantur. Ouidius. Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis.

¶ Phigalei qui Messenijs adiacent, vino adeo gaudent, vt non alibi quam in canponis habi tent hospitibus domos eloquentes cum vxoribus. Hostilis tubæ ne in somno quidem som num perferunt.

¶ Phalisci populi publico doctore instar Græcorū vtēbantur. Volebant enim ab ipsa ados lescencia filios vna erudiri, atque congregari. Quod notum est ex historia cuiusdam Ludis magistrī, qui Phalasicorum pueros Camillo eorum urbem obsidenti voluit prodere.

Romæ

OFFICINA

¶ Romæ in publicum egredi togatæ cogebantur mœchæ. Romanis mos erat in magnis publicisq; calamitatibus vestem mutare ad mœroris signum & argumentum. Quod factum est quum M. Manlius Capitolinus, qui Gallos Capitolium aggredientes primus ex arce expulit, detrusus est in carcerem a Quinto Capitolino dictatore. Hunc etiam modum Athenienses videntur obseruasse. Aiunt enim Periclem gloriarî solitum, quod propter se nemo Atheniensis nigram induisset vestem.

¶ Rhodienses sacrificium quoddam peragebant, vbi res iurgijs & verbis male ominatis peragebatur. Quum Dianæ Lyndiæ sacrificabant, dies aliquot apud aram deæ conuiuia prorogabant, atq; inibi perpetuo manebant. Apud Rhodios sextodecimo Calendas nouembriis mactabatur homo in honorem Saturni. Quendam enim ex his qui publica sententia damnati essent, ad capitale supplicium ad vsq; Saturnalia vinum asseruabant. Author Theodoritus Cyrensis, Stratonicus Rhodiensium Luxuriam taxauit, quum diceret eos edificare tanquam immortales, obseruare tanquam breui tempore victuros.

¶ Rhagini ignaui fuerunt in rebus bellicis animique præpauidi. Hic adagium. Rhaginis timidior.

¶ Seres populi orientales ex suis arboribus depectunt lanas tenuissimas, quas Bombyces vermiculi aranearum instar conficiunt ex tenuissimis filis. Virgilius libro secundo Georg. Velleraque vt folijs depectant tenuia Seres. Aulonius. Iam pelago volitat mercator vestis filius Ser. Seneca. Quæ phœbæis subditus Euris Legit Eois Ser arboribus. Idem. Et quoscunq; loco iacent Seres vellere nobiles. Iustissimi sunt, & ducentesimo vitæ annu excedunt, auctore Strabone. Rutilas habent comas, oculos cœrulæos. Frugalissimi sunt & pacioris vitæ cultores, vitantes reliquorum mortalium cœtum. Aduentis illuc euntibus ad emenda fila, nulla sermonum vice, rerum præcia folis proponunt oculis. Nihil ipsi comparant aduecticum. De his Martianus Capella. Seres inquit, vndis aspergunt arbores suas vt lanugo quæ Sericum creat, possit admitti. Aliarum gentium homines aspernantur ac refugiant. De his abunde meminerunt Plynius Cap. 17. libri sexti, Aristoteles Cap. 19. libri quinti de naturis Animalium, & Marcellinus circa finem. 23.

¶ Scythæ populi domos habent volubiles in plaustris. Horatius lib. 3. Car. Cæpestres melius Scythæ, Quorum plaustra vagas rite trahunt domos Viuunt, Vnde & Lucanus eos errantes vocat lib. 3. vbi ait. Tinxere sagittas Errantes Scythiæ populi. Duodeno dies durant in fame & siti virtute cuiusdam herbæ, quæ vocatur Spartania. Strepunt equitatus gloria. Quum vident se magnopere indulsisse potui, arcuū chordas pulsare confueuerunt, vt dissolutum voluptatibus animum ad pristinam continentiam reuocent. Plutarcho teste in Demetrio. Vescuntur humanis carnibus. Hospites immolant, & interfectorum caluarias habent pro pateris. Utuntur acie cuneata. Albi sunt & animosi ppter frigidissimam regionem, quam inhabitant. Solent inter epulas honoris causa mortuos vorare. Sagittarum aciem tingunt viperina sanie & humano sanguine ad irremediabile nocumētum. Captas autem vipersas vbi iam perierunt, diebus aliquot sinunt liquecere. Mox vbi satis computruerunt, in ollam, sanguinem hominis vnus totum infundunt, adobruuntq; sterquilinio vase diligenter obturato. Vbi vero sanguis ipse contabuit, eximunt, & sanie viperinæ commiscent. Scythotauri furtorum licentia victum solent sibi comparare. Aeuenas cædunt hostiarum loco. Scytharum plerisq; communia sunt omnia pter ensem & cyathum. Vxores item & liberi sunt inter promiscua. Simplicissimi fuerunt olim & æquitatis obseruantissimi. Eo demum improbitatis peruaserunt, vt cunctis ad quos accederent, nares præciderent. Iracundi sunt. Peculiare est ijs & Sarmatis, manibus defuncti viri vxores interficere. Pabulo & pecori non aruo student. Tympana ex corio curribus suis alligant hyemi & imbribus defendendis. Amicuntur ferarum pellibus. Furta maxime execrantur, vt qui communia habeant omnia, & immunita. Ebrietas plus nimio frequens est. Hinc Scythissare verbum est inebriari. In solennibus conuiujs circumfertur ingens patera, quam nulli accipiunt, nisi qui ex hostibus aliquot interfecerunt. Nullas habent vrbes, nulla moenia extructa. Domes secum ferunt singuli. Viuunt ex pecoribus. Simulachra, aras, & delubra non putant facienda, præter q; Marti. Inopes sunt lignorum. Propterea quum pecudes excoeriant, ossa quoque carnibus denudant, & succensis ossibus carnes coquunt. Sues nolunt alere. In bello quem primum virum ceperint, eius sanguinem potant. Quoscunq; in prælio interemerint, regi offerunt. Ablato enim capite fiunt participes prædæ, quam arripuerint. Hostium homicidas in magno habent honore. Qui nihil præclari operis ediderunt, afficiuntur pbro. Abundant vaticinatoribus, qui cum virgis diuinant. Quum rex aliquos afficit morte, omnes simul liberos interficit illæsis sceminis. In faciendis foederibus vinum sanguine mixtum epotant.

tum epotant, Regi nullus vānalicius ministrat. Eo mortuo quinquaginta ministrorum eius strangulantur, ac totidem præstantissimi equi. Feruntur Scythæ feruorum ī dominos armatorum furorem & exercitum p̄monstratis flagellis olim coercuisse, ipsosq; mericulosos veruisse in fugam, author apud Iustinum Trogus. Cuius etiam historię meminit Claudianus in Eutropium lib. i. dicens. Vt Scythia post multos rediens exercitus annos Quum sibi feruulis pro finibus obuia pubes Iret, & carceret dominos tellure reuerfos, Armata ostēsis aciem fugere flagellis. Notus ab ineptis ignobile repulit horror Vulgus & addictus sub verbere torpuit ensis.

CSauomata seu Sarmata qui sunt inter Boristhenem & Istrum, vagi sunt, & mutant domicilia. Statius lib. 5. Sylua, An iuga Pannoniæ, mutato refq; domorum Sauomatas quas ties: Sanguinē equinum permixto potant lacte. Vnde Martialis lib. i. Venit & epoto Sarmata p̄stus equo. Tanta sunt barbarie, vt pacem non intelligant. Promissa sunt barba, & longis capillis. Propterea vocantur intōsi. Seneca. In tonlis teritur qua via Sarmatis. Inepti sunt ad pedestrem pugnam. Authore Cor. Tacito.

CSicambri Germaniæ populi ad vtramque Rheni ripam habitantes, flauos habent capillos quos vbi satis creuerunt, quodam artificio in nodum complicant. Martialis lib. i. Crinibus in nodum tortis venire Sicambri. Claudianus. Flauam sparsere Sicambri Cæsariē. Idem. Illinc flauente Sicambri Cæsariē, nigris hinc Mauri crinibus irent. Idem. Agmina qui n̄ etiam flauis obiecta Sicambri.

CSiculi pollent acuminē & vafricia. Propterea Maternus eos acutos vocat, & Apuleius lib. ii. Trilingues. Vnde Sicilitate verbum Plautinum, est astute loqui. Siculi hieronis tempore, ex otino milite p̄ter unque utebantur.

CSatyri nihil habent moris humani præter figuram. Hirti sunt & villosi toto corpore, gaudentque sylvarum latebris, & hominum commercia refugiunt.

CSuani gentes indomitæ auri tantum metalla fodiunt.

CSabei ditissimi sunt sylvarum fertilitate odorifera, auri metallis, agrorum rigui mellis, ceque prouentu. Corpora defunctorum non pluris faciunt q̄ stercora. Quinetiam reges ipsos inter sterquilina reiciunt.

CSorbota populi Aethiopiæ ex Africę parte dicuntur esse octonum cubitorum.

CSciopodes in maximo aestu humi iacentes resupini, vmbra pedum se protegunt.

CSorita Indorum piscibus viuunt, quos vnguibus dissectos sole torrent, & ita panem ijs faciunt.

CSybarita populi Calabrię delicijs & voluptatibus adeo indulserunt, vt luxuriosa omnia dicerentur Sybaritica. Hinc Sybariticus luxus, & Sybaritici libelli id est impudici. Conuiuia celebrantur anno prius per vocatores, foeminas inuitabant, quo luxu roseis gēmis, auro, vnguentis, & vestibus exquisiti impendij cultę omnium ora in se conuerterent. Erant & fastu p̄turgidi. Hinc adagium, Sybarite per plateas. Artes que sono constant, a ciuitate reieciabant, ne qua ratione interpellaretur quies. Quin Gallos quoque ī vrbe nutriti nolebant. Habebant in delicijs exigue stature homunculos & catellos. Diuites si quando rusticatum ire vellent, curru uehebantur adcolente, vt diurnum iter tribus vix diebus conficerent.

CSardi seu Sardiāni venales olim pronunciabantur, quum quis ludos ederet ī capitolio. Hinc adagium, Sardus venalis.

CSolebant sicuti Germanię populi obliquare crinem, nodoque substringere. Principes habebant ornatiorem capillum, q̄ plebei. Quosdā eorum mores describit Pontanus lib. 5. de stellis dicens. Helucij, Vspetesque, atque effera corda sicuti. Quis vnum præde stuidium, ac durare sub ipsis Corpora fluminibus, teloque affuiscere dextram. Non vrbis, nō cura domus, agrive colendi. Venatu ducunt vitam, atque e lacte liquente. Et quod Marte sibi spoliato ex hoste pararint. Bella placent, fufusque hostili e corpore sanguis.

CSarbaçę Indorum regebantur populi non regum imperio. Author Curtius.

CSaducei dicebant mortalem esse animam, simulque cum corporibus interire. Fatum ne gabant. Deum constituiebant extra omnem mali patrationem, inspectionemque. Apud Indos duo erant gymnosophistarum genera Samarei & Brachmanes. Samarei pomis, Oryza, aut farina tantum alebantur. Rex eos colebat vt deos, illorum precibus pacem regno conciliari existimans. Existimabant animam esse in seruitute, quamdiu concludebatur corpore. Liberam vero vbi separata esset. Propterea voluntariam p̄ter unque mortem optebant. Hos domestici beatos existimabāt, Eos vero qui superessent, desolebant, vt ifelices. Syri leues

O F F I C I N A

¶ Syri leues sunt, & rebus nouandis magnopere procliuēs. Ludis præterea celebritatibus que dediti. Perunguntur oleo precioso, & linuntur vnguentis. Maximam dei partem in concœnationibus absumunt & potu. Masculi a. 14. anno. Fœminæ a. 12. vsq; ad. 65. tributo obligantur. Fortunam colunt. Proni sunt in eacinos & scomata. Diuino cultui satis dediti. Vnde Staius lib. 1. Sylu. Quod ramis pia germinat Damascus. Operosissimi sunt in hortis. Hinc adagium. Multa Syrorum olera. Nec curuerunt mollitiei nota. Hinc Syri facte verbum est molliter viuere.

¶ Sogdij populi prope Bactrianos lecti ad mortem festinant, alacri etiam corporis motu.

¶ Sabinorum sacerdotes æneo cultro tonderi solebant. Idem Sabini (vt est apud Plutarchum in Numa Pompilio) Lacedæmoniorum coloniam se fuisse volunt.

¶ Apud Sardoos parentes senio confecti fustibus cædebantur a filijs, & mox contumelias cogebantur ratiocinari, vnde viuerent.

¶ Herodotus ait Selenetidas mulieres oua parere, indeque nascentes homines, quinque natus decies esse nobis ampliores.

¶ Aetate beati Hieronymi Scoti vesciebantur humanis carnibus. Et quum per syluas porcorum greges & armentorum reperirent, tamen pastorum nates & fœminarum papillas solebant abscindere, & has solas ciborum delicias arbitrari. Idem nullam propriam habebant coniugem, sed pro libidine more pecudum lasciuiebant.

¶ Sarabayte sacerdotes Aegypti habitabant in foraminibus petrarum, induti porcorum & bouum pellibus, cincti funibus, discalceati, & sanguine cruentati. Cauernis demum excuntes paupertatem & abstinentiam prædicabant, & barbam spectante populo sibi peruellebant, nummisq; tali astu & commento adeptis, remeabant in suas speluncas, & in summa latiticia furtim dapibus epulabantur.

¶ Syracusani olim erant opibus florētissimi, voluptatibusque ac delicijs addictissimi. Vnde & Syracusana mensa transijt in prouerbium.

¶ Sarracenorum mores sic describit Ammianus Marcellinus. Omnes inquit pariforte sunt bellatores seminudi, coloratis sagulis pube tenus amicti, equorum adiumento perniciousum graciliumq; camelorum per diuersa reptantes in tranquillis vel turbidis rebus. Nec eorum quisq; stilam apprehendit, vel arborem colit, aut arua subigendo querit vicium, sed erant semper sine lare, sine sedibus fixis, aut legibus. Vita est illis semper in fuga, vxoressq; mercenarie conductæ ad tempus ex pacto. Atque vt si species matrimonij, dotis nomine futura coniunx hastam & tabernaculum offert marito. Ita autem quoad vixerint, late vagantur, vt alio loco mulier nubat, alio pariat, liberossq; procul ducat, nulla copia quiescendi permilla. Victus vniversis caro ferina est, lactis abundans copia, herbarum multiplices, & quæ per aucupium capi possunt, v olucres.

¶ Scriptouini perpetuis fere niuibus erigunt, crudisq; ferarum carnibus vescuntur, quarum pellibus indumenta sibi conficiunt. Author Paulus Diaconus de gestis Longobardorum.

¶ Olim Spartani sustulerunt omnem vsu auri & argenti ex Lycurgi Instituto, ferrumque peratulerunt, nummo ex eadem materia percusso.

¶ Sigynne populi Scythiæ equos habent toto corpore hirsutos, pusillos tamen, & gestandis viris inualidos, sed qui iuncti curru pernicissimi sunt.

¶ Samij gymnasium amoris nuncuparunt, institutis sacris quæ vocantur Eleutheria.

¶ Apud Dotianos Gallorum populos rex sexcentos apud se habebat ex prudentioribus, qui regi ipsi conuiuiebant, & commoriebantur volentes adeo, vt non sit inuentus, qui periculum subterfugeret.

¶ Troglodytæ populi specus excauant, quas habent pro domibus. Victus illi serpentum carnes, stridor non vox, adeo sermonis commercio carent. Assidui sunt in venationibus, & mira clarent velocitate. Nam super Aethiopiã velociores sunt equis, Authores Herodotus lib. 4. Pomp. mela lib. 1. & Plynius Cap. 8. lib. 5.

¶ Incolæ Taprobanes insulæ ædificia habent modice ab humo extantia. Item aurum & argentum & marmor testitudinis simile. Præterea gemmas & margaritas præcipua bonitatis. Apud eos annonæ nunquam augetur. Neque sunt fora, neque lites. Herculem colunt. Populus regem eligit senectæ clementiaque venerandum & liberos non habentem. Et si postea gignat, abdicant, ne fiat hæreditarium regnum, Rectores ei dant. 30. Nec nisi multorum sententia quisquam damnatur capite. Appellatio est ad populum, Rex si delinquit, morte mulcatur, nullo interimente, sed auxilantibus cunctis & commercia etiam sermonis negantibus



gantibus. Agros diligenter colunt, Pomis abundant. Voluptas est in piscatu, testudinum maxime, quarum superficie domos integunt. Vita hominum centum annis modica.

¶ Tonemphog canem habent pro rege, motu eius imperia augurantes.

¶ Thaces calculos colore distinctos pro experimento cuiuscunque diei in vnam condūt ac supremo die separatos dinumerant, atque ita de vno quoque pronunciant. Feruntur esse tam fragilis memorię, vt quaternarium numerando non possint excedere. Vtuntur acie cuneata. Bellicosi sunt. Vnde & Martem natum, apud eos fabulantur poetę. Vino selarę gius ingurgitant. Liberos in mercato venundant. Virgines non asseruant, sed quibus libuit vris cocumbere permittunt. Vxores seruant vehementer, easque a parentibus coemunt. Punctas notis esse frontes nobile iudicatur, non esse notatas punctis ignobile. Ociosum esse, habetur pro honestissimo, agricolatorum pro contemptissimo. Spoijs bellicis & rapto viuere pulcherrimum. E dijs colunt Martem, Liberum, Dianam. Reges etiam Mercurium, per quem solum iurant, & a quo progenitos se aiunt. Ad magnatum cadauera matris prius hostijs conuiuantur, priusque desient, deinde combusta sepeliunt, aut aliter humo contegunt. Aggesto insuper tumulo varij generis certamina proponunt, precipue nomachiam, id est singulare certamen. Herodotus sub principium quinti libri.

¶ Tentyritę seu Tentyri solo aspectu & olfactu fugant crocodillos.

¶ Tapyri populi sunt in Parthia, qui vxores suas alijs viris concedunt, quum ex eis ducunt tres liberos sulceperunt. Strabo libro vndecimo. Vno perinde ac vnguento oblinuntur. Iusticiam obseruant.

¶ Tibareni populi Scythię in Asia, quos amant, senio confectos suspendunt in pati bulis. Iustissimi sunt, nec prius bello congregiuntur cum aliquo, quam diem, locum, horam, hosti ex fide denunciauerint. Si quando inibi pepererint mulieres, viri velut egritudine simu lata in lectulis decumbunt, vt puerpera, hisque iacentibus pręmissistrant vxores. Lusum amplexantur ac risus, quod in ijs maximam felicitatis partem arbitrentur esse constitutam.

¶ Templarij hæretici fuerunt in Solymis ciuitate anno. 1030. post imperium Augusti. Frequentes & assidui verlabantur in templis, vnde tractum nomen. Simulachrum habebant summo factum artificio, cui hominis cutem superinduxerant & binos præfulgentes corbuculos sub ipsa fronte collocauerant, qui promicabant oculorum vice. Huic autem simulachro focra faciebant. Morientium præterea cadauer in cineres adactum cæteris in postu cõferebant, qua potione firmiores & constantiores se futuros putabant. Eos vero qui ex templarij virginisque coniugio fuissent nati, subiecto igne torrebant, simulque ex humore deliquato suum perungebant simulachrum, quo maiorem probarent religionem. Tenebantur a more masculorum fœdissimo. Damnati sunt tandem in Viennensi concilio, & concremati, quorquot reperti sunt.

¶ Apud Thraulos populos Thracię edito puero propinqui assistentes lugent, miserias huius vitę recensentes, quas passurus sit infans ille. Hominem fato functum per lusum & leticiam terrę mandant, referentes quot malis liberatus sit ille. Multas habent vxores, que si contingat viro hominem exuere, certatim contendunt eius mortem sequi.

¶ Vascones Iberię populi iuncti Cantabris, arcta obsidione laborantes dicuntur aliquando carnes humanas esitasse. Iuuenalis Satyra decima quinta. Vascones (vt fama est) alimētis talibus vsi Produxere mimas. Idem. Sicut modo dicta mihi gens, Post omnes herbas, post cuncta ani malia, quicquid Cogebat vacui ventris furor, hostibus ipsis Pallorē & maciem & tenues miserantibus artus, Membra aliena fame Lacerabant, esse parati Et sua.

## FINIS.

¶ Imprimebat Petrus Vidoueus Calchographus Typis suis, Impensis  
Honesti viri Reginaldi Chauldiere. Mense  
Maio. M D XXXII. **CEV**